HARVARD
DIVINITY
SCHOOL
Andover-Harvard
Theological Library

Digitized by Google
Распознавание текста
ABK/FR

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Digitized by Google
Распознавание текста
ABK/FR

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS, ET AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA ; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA ; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS, DETECTIS AUCTA ; INDICIBUS ORDINARIIS VEL ETIAM ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS, SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA ; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA ; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA ;

DUCENTIS ET QUADRAGINTA INDICIBUS SUB OMNI RESPECTU, SCILICET, ALPHABETICO, CHRONOLOGICO, ANALYTICO, ANALOGICO, STATISTICO, SYNTHETICO, ETC., RES ET AUCTORES EXHIBENTIBUS, ITA UT NON SOLUM STUDIOSO, SED NEGOTIIS IMPLICATO, ET SI FORTE SINT, PIGRIS ETIAM ET IMPERITIS PATEANT OMNES SS. PATRES, LOCUPLETATA ; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS INDICIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR ; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT :

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, CORRECTIONIS PERFECTIO, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, VEL ETIAM INEDITORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM,

ET EX INNUMERIS OPERIBUS TRADITIONEM CATHOLICAM CONFLANTIBUS, OPUS UNICUM MIRABILITER EFFICIENTIUM.

SERIES GRÆCA POSTERIOR,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ AB ÆVO PHOTIANO USQUE AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA, ET AMPLIUS ;

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ cleri universæ,

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIAM NEMPE LATINAM, ALIAM GRÆCO-LATINAM. AMBÆ PARTES PENE JAM INTEGRE EXARATÆ SUNT. LATINA, DUCENTIS ET VIGINTI DUOBUS VOLUMINIBUS MOLE SUA STANS, DECEM ET CENTUM SUPRA MILLE FRANCIS VENIT : GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALI COMPLECTITUR, NOVENQUE ET CENTUM VOLUMINA, PRO PRIMA SERIE GRÆCA, NON EXCEDIT. POSTERIOR AUTEM VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA QUINQUE ET QUINQUAGINTA VOLUMINA RETINETUR. SECUNDA SERIES GRÆCO-LATINA SEXAGINTA VOLUMINA PROBABILITER NON SUPERABIT ; DUM HUJUS VERSIO MERE LATINA TRIGINTA VOLUMINIBUS ABSOLVETUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM, SIVE LATINAM, SIVE GRÆCAM COMPARET NECESSE ERIT ; SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT. ATTAMEN, SI QUIS EMAT INTEGRE ET SEORSIM COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EAMDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO NOVEM VEL PRO SEX FRANCIS SOLUM OBTINEBIT. ISTÆ CONDITIONES FUTURIS PATROLOGIÆ SERIEBUS APPLICANTUR, SI TEMPUS EAS TYPIS MANDANDI NON NIMIS DEEST.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS CXXVIII.

EUTHYMIUS ZIGABENUS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE, EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1864

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

BX
60
.M38
t.125

Digitized by Google
Распознавание текста
ABK/FR

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM XII. ANNUS 1122.

ΕΥΘΥΜΙΟΥ

ΤΟΥ ΖΙΓΑΒΗΝΟΥ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

EUTHYMII

ZIGABENI

OPERA QUÆ REPERIRI POTUERUNT OMNIA

JUXTA VARIAS EDITIONES

LIPSIENSEM NEMPE CHRIST. FRID. MATTHÆI, ANTHIMI TERGOBYSTENSEM, ANT. BONGIOVANNI VENETAM, NICOLAI FOGGINII ROMANAM,

TYPIS REPETITA,

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS PRIMUS.

VENEUNT QUATUOR VOLUMINA 42 FRANCIS GALLICIS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1864

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM XII, ANNUS 1129.

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO CXXVIII CONTINENTUR.

EUTHYMIUS ZIGABENUS.

Editorum Patrologiæ Monitum. 9
Notitia ex Bibliotheca Græca Joan. Alb. Fabricii. *ibid.*
Nicolai Foggini Præfatio. 21
Antonii Bongiovanni Præfatio ad Euthymii Commentaria in Psalmos, editioni principi Græco-Latinæ præmissa, Venetiis 1758-63, *cum Theophylacti Operibus.* 35
Paulini Turchii Epistola nuncupatoria ad Clementem VII P. M., editioni Latinæ Commentariorum in Psalmos Veronensi anni 1530 *præmissa.* 39
Euthymii Commentarius in Psalmos Davidis. 41-1326

ANNIBALIS
JOANNIS VITALIS

Parisiis. — Ex Typis J.-P. MIGNE.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

MONITUM EDITORUM.

Euthymius, S. Scripturæ interpres vere eximius, floruit tempore Alexii Comneni, et laudatur ab Anna Comnena in lib. XV *Alexiados*. Laboravit tamen præjudiciis Græcorum in quæstione de Spiritus sancti processione ; in hac autem controversia nihil novi attulit, sed Photium fere exscripsit. Ei ascribitur *Encomion in S. apostolum Hierotheum* quod nondum typis impressum est, sed ms. servatur in Russia, ut testatur Matthæi in *Notitia codd. Mosquens.*, p. 114, n. 31. Si fides Nicolao Comneno Papadopolo, in *Prænotionibus Mystagogicis*, Euthymius scripsit libellum aureum *De præceptis Apostoli*, cujus præceptum duodecimum laudat. Ipsi etiam a nonnullis tribuitur *Monodia in obitum Eustathii Thessalonicensis* sed falso. Hæc monodia pronuntiata fuit ab Euthymio, Patrarum metropolita, Eustathii amico conjunctissimo, atque nuper edita est a Theoph. Luc. Frid. Tafel, in doctissima sua *Dissertatione de agro Thessalonicensi*, p. 368. Berolini 1836. De Euthymio Zigabeno scribit etiam Allatius *De consensu* l. II, c. 10, n. 5. Porro de operibus et persona Euthymii abunde disserunt J.-A. Fabricius et Nicolaus Fogginius quorum commentaria hic subjicimus.

J.-B. M.

DE EUTHYMIO ZIGABENO

Ex *Bibliotheca Græca* Joannis Alberti Fabricii ed. Harles, tom. VIII, p. 328.

Euthymius Zigabenus, sive, ut in quibusdam codd. *Zigadenus* (*a*), monachus Græcus in monasterio Deiparæ τῆς Περιβλέπτου CPoli, clarus temporibus Alexii Comneni, apud quem gratiosus fuit, et ei A. C. 1118 defuncto adhuc superstes. De eo videnda Comnena libro XV *Alexiados*, et ex recentioribus Allatius II, 10, 5, *De consensu utriusque Ecclesiæ*.

Scripta ejus hæc sunt :

1. *Panoplia dogmatica orthodoxæ fidei*, adversus omnis generis hæreticos, Πανοπλία δογματικὴ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, ἤτοι ὁπλοθήκη δογμάτων, jussu Alexii Comneni ex Patrum scriptis contexta divisaque in titulos XXVIII. Laudatur ab Anna Comnena in *Alexiade* lib. XV, pag. 490, et, qui multa ex eo repetiit, Niceta Choniata in *Thesauro orthodoxæ fidei*. Latine vertit Petrus Franciscus Zinus, Veronen-

(*a*) Ζηγαδηνὸς in codd. Coisl. CIV (v Montfauc. *Bibl. Coisl.* p. 178), quodam Mosquensi, perpetuo in edit. quæ Tergobysti in Walachia prodiit, et alibi scribitur, placetque cl. Matthæi in præf. ad tom. I Euthymii Comment. in IV Evang., pag. 7 sq. Conf. præterea de hoc Euthymio G. Cave *Hist. litt. SS. E.*, tom. II, p. 198 ; L. El. du Pin *Nouvelle Bibl.*, etc., tom. IX, pag. 197 ; Cas. Oudin. *Comm. de SS. eccl.* tom. II, p. 979 ; R. Ceillier *Hist. gén. des Aut. E.* tom. XXI, p. 533 ; Fabric. noster *De scriptorib. de veritate religionis Christianæ*, pag. 121 ; Hamberger *Z. N.* tom. IV, pag. 79 sqq. ; Sax. *Onom.* II, p. 216, et quos ille laudat, et quæ ego notavi in *Introd. in hist. L. G.* II, 2, p. 307 sqq. Si Euthym. Zigab. auctor est Monodiæ in obitum Eustathii, Thessal. archiepiscopi (1), (v. infra n. IV) mortui forte post a. 1194, nec alius Eustathius, forsan Eustathius, patriarcha CPolitanus a. 1019 (vid. Pagii *Crit. Baron.* a. 1019), intelligendus sit, sequeretur, ut, quod quidem haud probabile videtur, Euthymius noster a. 1194 adhuc esset in vivis. Atqui Michael Choniates, qui in eumdem Eustathium Monodiam scripsisse dicitur, vixit exeunte sæc. XII et ineunte sæc. XIII. Res igitur, saltem de Eustathio, quinam sit intelligendus, mihi dubia esse videtur. Conf. quæ in fine sectionis de aliis Euthymiis adnotata sunt. Atqui haud multo post, quam meam chartæ mandaram dubitationem, reperi, Nicolaum quoque Fogginium in commentatione de Euthymio ejusque scriptis et doctrina, etc., præfixa fragmento *Euth. Zigabeni libri invectivi contra Bogomilos*, ex Vatic. cod, eruto, et e Græca in Latinam linguam converso, in *Anecdotis litterariis*, ex mss. codd. erutis (vol. IV. Romæ 1783. Mai. 8. pag. 1 — 46.) §. V, pag. 8 sqq., subdubitasse, utrum ascribenda sit Euthymio nostro Monodia mem., saltem, neque se cum aliis affirmare, nec solum inficiari audere profitetur, et potissimum versatur in ætate Eustathii definienda. Idem pag. 13 sqq. agit de Bogomilorum erroribus et Euthymii argumentis. Habl.

(1) Vide *Monitum* nostrum, supra. Edit. Patr.

1395

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

sis (*a*) Venet. 1555 fol., Lugd. 1556 8, Paris. 1580, 8, et tom. XIX Bibliothecæ Patrum Lugd. 1677 fol. Loca Græce produxit Petavius *Dogm. theol.* tom. I, pag. 125, 170, 172, 174, 175, 261, 293, 301, 368, 372, etc., edit. Paris.; Cotelerius notis ad tom. I *Monumentor. Ecclesiæ Græcæ*, Cangius in *Glossario Græco*, etc. Exstat opus Græce mss. in Bodleiana, Florentina et aliis bibliothecis, in Cæsarea Vindobonensi aliquoties, e quibus unum codicem ipsa Euthymii ætate scriptum putat Lambecius V, pag. 51 seq. (*b*). De altero, excerpta tantum continente, vide III, p. 168; de tertio et quarto V, pag. 52. Codicem regium Parisiensem 2399 laudat Rich. Simon. tom. I *Bibl. selectæ*, pag. 49, et in multis a Zini versione differre testatur, propiusque huic convenire codicem alterum recentiorem in collegio Jesuitarum Paris. Euthymium in concinnanda *Panoplia* a Joanne Furno adjutum tradit scriptor Græcus apud Allatium *De consensu utriusque Ecclesiæ*, pag. 643, qui illi Græculo fidem habendam esse pernegat. Fabr. — Subjungam aliorum codd. notitiam. *Panoplia dogmatica* est Paris in bibl. publ. in septem codd. mss., in paucis vero integra. — In bibl. Coislin. cod. CXXV, qui Montfauconio in *Bibl. Coisl.*, p. 200, ipsius auctoris ævo scriptus videtur. — Montfauc. ib. p. 349 sqq. ex cod. CCLXX protulit in lucem Photii narrat. de Manichæis, coll. cum cod. Colbert. CDXLIV, cujus magnam partem haberi in *Panoplia* Euthymii titulo XX idem observat. — Ex vita S. Euthymii in collectione quadam rerum moralium, in cod. Coisl. CXII, et in asceticis varr. codd. CXVIII, teste Montfauc. l. c., pag. 186 et 192. — In bibl. Escorial. 1) *Panoplia* 2) *In prophetam David et expositio in Psalter.* 3) *Carmina lugubria de anima et morte*, sec. Pluer. in *Itiner. per Hispan.*, pag. 168. — In Italia, Florentiæ in bibl. Laurent. cod. X, plut. 6, *Panoplia*, etc. Initio in laudem operis versus quidam senarii præmittuntur cum scholiis quibusdam interlin. eosque publici fecit juris Bandin. in Cat. codd. Gr. Laur. I, p. 115. *Panoplia* ipsa ibi est in duos divisa libros, quorum prior XI, posterior XIII complectitur titulos, a Bandin. copiosius relatos. Libri secundi cap. I ascriptus est primum titulus Περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, tum sacri scriptoris nomen ac locus, ex quo hujus primi tituli explicatio exorditur. Post cap. XIII, *contra Saracenos*, legitur παράτιτλος Φωτίου, etc., sed in fine quædam desiderantur. — In cod. XVI, n. 21, plut. 9, Joanni Furno, a quo adjutum fuisse Euthymium in concinnanda *Panoplia*, prodidit scriptor Græcus apud Allatium, a Fabricio citatum, tribuitur *Apologia contradictoria de S. Spiritu.* V. Bandin. l. c., I, pag. 415. Conf. paulo post n. II. — *Panoplia* in cod. Ambros. Mediolani, teste Montfauc. in *Diario Ital.*, p. 13. — In ejusdem Montf. *Bibl. biblioth. mss.* plures *Panopliæ* codd. nominantur. Romæ in bibl. Vaticana inter codd. reginæ quondam Sueciæ, n. DCCCLXXXXII. (*c*) In bibl. cardin. Ottoboni. — Venetiis in bibl. Grimmiana; Mutinæ in bibl. Ducis.—Monachii in codd. Bavar. elect. CIX et CX. V. Montfauc. *Bibl. mss.* cit. I, pag. 32. D. — 185. B. — 478. B. et pluribus aliis locis. — Taurini in bibl. regia cod. CXCI, *Panoplia*, sed non integra. — in cod. CC, n. 25, *Epist. invectiva adversus Armenios Deopatianos*, et n. 32, *Epistola confutans hæreses* Φουνδαγιαγητῶν, sive Bogomilorum, nec non Armeniorum, etc. V. catal. codd. Gr. Taur. p. 285 et 299. — Ζυγαδηνοῦ (sic) ὁπλοθήκη δογμάτων cum duobus aliis titulis in cod. LX Nanian. Venet. Vid. cat. codd. Gr. Nan., pag. 67. — Augustæ Vindel. est in cod. Gr. *Panoplia dogmatica*, (sed cujus sit auctoris, non additur,) continens excerpta ex scriptis Gregorii Nazianzeni et J. Damasceni demonstrationes ac sententias de uno Deo et divinitate Verbi, indice Reisero in Catal. pag. 22. — Duce confectore catal. codd. Angliæ, etc., est Euthymii *Panoplia* in bibl. Bodlei. MMMMMMMMDCCVII apographum inter codd. J. Felli. — Cantabrig. n. CCXCI in collegio S. Trinit. Euthymius Gr. sed nomen opusc. in catalogo non additur. — Pariter tom. II, p. 84, inter codd. Norfolc. n. MMMCCCCXXXIV et MMMCCCCXXXV. Euth. Zigabeni quædam. — Dublini in bibl. collegii S. Trinit. n. 419, *Panoplia*, Gr. membr. fol. — Eadem Leidæ in bibl. publ. inter codd. Vossian. Vide cat. B. Leid. pag. 401, 4. — In primis notandi sunt duo codd. Mosquenses *Panopliæ dogmaticæ*, de quibus solerter copioseque disputat, discrimen ab edit. observat ex iisque scholia addita, aliaque plura dedit supplementa ad editionem *Panopliæ* Tergobystanam cel. Matthæi, prof. Witteberg. in præfat. ad Euthym. Comment., etc., tom. I, p. 9 sqq. In cod. secundo multa omissa sunt quæ le-

(*a*) In Cavei hist. litteraria perperam memoratur editio Venet. 1575, et Paris. 1556 8.

(*b*) Est cod. 225, quem Lambec. V, pag. 113 sqq., futuro editori commendat. — Ibid. in cod. 226 continetur liber *primus Panopliæ*; — hæc autem integra, uno comprehensa libro et in titulos seu capita 28 divisa, in cod. CCXXVIII, cui appendicis loco adnexa est Photii, patriarchæ CPolit. synopsis historica VII conciliorum œcumenic. ex ejus epist. ad Michaelem, principem Bulgariæ; quam appendicem exstare quoque in Latina Franc. Zini edit. *Panopliæ*, adnotat Lambec. l. c., pag. 116. — In vol. III, pag. 420 sqq., copiose recenset Lambec. cod. LXVII, in quo, n. 81, sunt novem excerpta ex *Panoplia*, quorum titulos, auctores et principia Lambec. p. 420 sqq. subjungit. N. 82 sequitur *Panopliæ* appendix sive anathematismi XIV contra Massalianorum et Bogomilorum hæresin (vid. infra III), quibus subnectitur *Acclamatio quædam triumphalis*, quam publicavit in notisque explicavit Lambec. III, p. 427 sqq. Harl.

(*c*) Fogginius l. supra cit. prodit pag. 5 bibl. Vatican. posse plures *Panopliæ* codd. suppeditare; notatu tamen dignum esse cod. n. MCCCCXLVII signatum cum Pachomii cujusdam monachi scholiis et adnotationibus.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/ГК

guntur in editione, multa itidem addita, a futuro editore tractanda curiosius. Tres ille habet titulos, qui in plerisque desunt codicibus, n. tit. XIX, XX et XXVIII, quorum ultimus est κατὰ Σαρακηνῶν, separatim jam editus. Tit. autem XIX *contra Agnoetas*, et XX *contra Origenem* vulgavit Matthæi l. c., pag. 20 sqq. Add. Jablonskium in *Thesauro epist. Lacroz.* I, pag. 184 et 195, et Wolf. in tom. II, p. 6, 27 et 66. HARL.

Mich. Eneman, Suecus, ex Oriente redux, nec diu post an. 1714 in patria, ut audio, defunctus, inter alia secum attulit et mecum communicavit, quod a patriarcha Hierosol. Chrysantho, (qui Dositheo, ut Dositheus Nectario successit,) dono acceperat volumen, typis impressum, hoc titulo : Πανοπλία δογματικὴ Ἀλεξίου βασιλέως, τοῦ Κομνηνοῦ, περιέχουσα ἐν συνόψει τὰ τοῖς μακαρίοις καὶ Θεοφόροις Πατράσι συγγραφέντα, εἰς τάξιν δὲ καὶ διεσκεμμένην ἁρμονίαν παρὰ ΕΥΘΥΜΙΟΥ μοναχοῦ τοῦ Ζιγαδηνοῦ (ita semper, non Ζιγαδ.) τεθέντα, ἐπὶ ἀνατροπῇ καὶ καταφθορᾷ τῶν δυσσεβεστάτων δογμάτων τε καὶ διδαγμάτων τῶν ἀθέων αἱρεσιαρχῶν, τῶν κακῶς κατὰ τῆς ἱερᾶς αὐτῶν θεολογίας λυττησάντων, ἀφιερωθεῖσα ἐπὶ τοῦ εὐσεβεστάτου, ὑψηλοτάτου καὶ θεοστέπτου αὐθέντου καὶ ἡγεμόνος πάσης Οὐγγροβλαχίας κυρίου, κυρίου Ἰωάννου Κωνσταντίνου Μπασσαράμπα, Βοεβόδα τοῦ Μπραγκοβάνου. Τῷ ἐκλαμπροτάτῳ καὶ σοφωτάτῳ υἱῷ αὐτοῦ κυρίῳ Στεφάνῳ Βοεβόδᾳ τῷ Μπραγκοβάνῳ, παρὰ τοῦ πανιερωτάτου καὶ λογιωτάτου μητροπολίτου Δρύστρας κυρίου, κυρίου ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ, οὗ καὶ τοῖς ἀναλώμασι νῦν πρῶτον τετύπωται παρὰ τῷ πανιερωτάτῳ, λογιωτάτῳ καὶ Θεοπροβλήτῳ μητροπολίτῃ Οὐγγροβλαχίας κυρίῳ, κυρίῳ Ἀνθίμῳ τῷ ἐξ Ἰβηρίας. Ἐπιμελείᾳ καὶ διορθώσει Μητροφάνους, ἱερομονάχου Γρηγορᾶ τοῦ ἐκ Δωδώνης. Ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ μητροπόλει τῇ ἐν τῷ τῆς Οὐγγροβλαχίας Τεργοβύστῳ, ἐν ἔτει ἀπὸ Θεογονίας χιλιοστῷ ἑπτακοσιοστῷ δεκάτῳ. Κατὰ μῆνα Μάϊον. In fol. 1710, *folia* ρογ'. Præfatio Athanasii ad Stephanum dedicatoria præmittitur.

Chrysanthus, patriarcha Hierosol., e ms. Viennensi supplevit, quæ in mss. orientalibus deficiebant, ut, Στίχους Ἰαμβικοὺς πρὸς βασιλέα Ἀλέξιον, Πρόλογον μετ' ἐγκωμίων.

Observavit contra, in ms. Viennensi titulum et caput totum υγ'. Φωτίου πατριάρχου κατὰ τῶν τῆς παλαιᾶς Ῥώμης, desiderari, quod in omnibus codicibus orientalibus exstat.

Idem Chrysanthus Athanasio auctor fuit, ut hanc *Panopliam* ederet; omisit vero præ metu Turcarum non modo caput contra Saracenos, sed et de SS. Trinitate quædam in primis statim titulis, veritus scilicet, ne essent, qui ansam inde arriperent accusandi Græcos, ut in causa Cyrilli Lucaris fecere.

Post στίχους iambicos in Alexium Comnenum sequitur Prologus, cui hi versus præmittuntur :

Εὐθυμίου πύγημα καὶ μοναστρόπου
Τοῦ Ζιγαδηνοῦ δογμάτων παναπλία,
Ἀλεξίῳ τευχθεῖσα Κομνηνῶν γένους
Ἄνακτι πιστῷ τῶν ἀπίστων εἰς πάλιν.

Edit. Latinæ.

Part. 1. tit. 1. Τίτλος α', συλλογιστικὴ ἀπόδειξις ὅτι εἷς ἐστι Θεὸς, καὶ ὅτι καὶ λόγον ἔχει ὁμοούσιον ἑαυτῷ, καὶ πνεῦμα ὁμοίως, ἅπερ εἰσὶν ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐκ τοῦ κατηχητικοῦ λόγου τοῦ Νύσσης.

Tit. 2. β'. περὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος διακεχριμένη ἅμα καὶ ἑνωμένη Θεολογία

3. γ'. περὶ Θεοῦ, κοινῶς. Δῆλον δὲ, ὅτι ὁ Θεὸν εἰπὼν, ἢ θεότητα, ἢ τὸ θεῖον, ἁπλῶς καὶ ἀπροσδιορίστως, τὰς τρεῖς ὑποστάσεις τῆς μιᾶς θεότητος ἐνέφηνε τῇ καθολικῇ τούτων προσηγορίᾳ.

4. δ'. περὶ τοῦ ἀκατάληπτον εἶναι τὴν θείαν φύσιν.

5. ε'. περὶ Θεωνυμίας.

6. ς'. περὶ τῆς θείας δημιουργίας.

7. ζ'. περὶ τῆς θείας ἐνανθρωπήσεως.

8. η'. Κατὰ Ἑβραίων, ἐκ τῆς λεγομένης εἶναι τοῦ Νύσσης βίβλου, τῆς προσαγορευομένης Θεογνωσίας.

9. θ'. Κατὰ Σίμωνος τοῦ Σαμαρέως, καὶ Μαρκίωνος τοῦ Ποντικοῦ, καὶ τοῦ Πέρσου Μάνεντος καὶ τῶν Μανιχαίων.

10. ι'. Κατὰ Σαβελλιανῶν, τοῦ ἁγίου Κυρίλλου.

11. ια'. Κατὰ Ἀρειανῶν, τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου (*a*).

Part. 2. tit. 12. ιβ'. Κατὰ Πνευματομάχων. In codice collegii Jesuitar. Paris. et in Latina Zini versione hic titulus inscribitur ; Περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου, ἐκ τοῦ λόγου τοῦ περὶ τῆς ἐνσάρκου ἐπιφανείας τοῦ Χριστοῦ.

deest. ιγ'. Φωτίου πατριάρχου κατὰ τῶν τῆς παλαιᾶς Ῥώμης, ὅτι ἐκ Πατρὸς μόνου ἐκπορεύεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀλλ' οὐχὶ καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ. Exstat etiam in variis mss. Europæ, ut cod. Baroce. 85 [in quo tribuitur Photio,] et 104, [in quo ascribitur Euthymio Zigabeno,] et in codice regis Galliæ (*b*) et collegii Jesuitar. Paris., licet in Latina versione Zini hoc caput sit omissum. Locum Græce producit Usserius, *De symbolis*, pag. 25, ex codice e Græcia allato ; alia Petavius in *Dogm. theol.* [V. ad n. II.]

(*a*) In cod. 1, qui primum tomum continet, Mosq. legitur in libri indice Κατὰ Ἀρειανῶν τε καὶ Εὐνομιανῶν. Post indicem leguntur versus anonymi, qui in edito desunt, ideoque a Matthæi pag. 11 sq. sunt ascripti, et alia evulgantur aut docte animadvertuntur. HARL.

(*b*) Vide Rich. Simonis *Bibl. selectam*, tom. I, p. 51.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Edit. Lat.

Tit. 13. ιδ'. Κατὰ Απολιναριου.
14. ιε'. Κατὰ Νεστοριανῶν.
15. ις'. Κατὰ Μονοφυσιτῶν, ὧν αἱρεσιάρχης ὁ ἀρχιμανδρίτης.
16. ιζ'. Κατὰ 'Αφθαρτοδοκητῶν.'
17. ιη'. Κατὰ τῶν λεγόντων· 'Επαθεν ὁ Θεὸς Λόγος ἀπαθῶς.
18. κα'. Κατὰ Σεργίου, καὶ Πύῤῥου, καὶ Παύλου, πατριαρχῶν Κωνσταντινουπόλεως, δογματιζόντων ἐπὶ Χριστοῦ μίαν θέλησιν καὶ ἐνέργειαν, οἱ καὶ Μονοθελῖται λέγονται. FABR.—In codice Cæsareo 77, n. 81, sunt varia ex Euthymii *Panoplia* excerpta. E quibus interdum longiora loca excerpsit Lambec. Comm. III, p. 420 seqq. sic, exc. 1. *adversus Agnoetas* ex Basilio M. et Gregorii Nazianz. orat. II *De Filio :* qui titulus deest in edit. Græca, sed editus est a cl. Matthæi ; 2. *contra varios Origenis* errores : abest quoque ab edit. Gr. et editus a Matthæi, l. mem. Cod. vero Mosquensis saltem ab initio plenior est quam Vindobon.; 3). Titulus 18, contra Sergium, Pyrrhum et Paulum ; e quo longum Gr. Lambec. edidit locum. Sequuntur tituli 19, 20, 21 (cujus quoque longiorem locum Gr. edidit Lambec.) 23, 24 et 25. HARL.
19. κβ'. Κατὰ Εἰκονομάχων. Ex Guil. Morelli editione Græco-Lat., Paris. 1562, hoc caput exstat in auctario Ducæano tom. I, p. 725, et in Bibl. Patrum tom. XI, Paris. 1654.
20. κγ'. Κατὰ 'Αρμενίων.
21. κδ'. Κατὰ τῶν λεγομένων Παυλικιανῶν. Photii libri IV *contra Paulicianos*, e quibus Euthymius hoc caput concinnavit, exstant mss. Græce in bibl. Joannea hujus urbis Hamburgensis. FABR.—In cod. Paris. 770, n. 1, bibl. publ. sunt tituli contra Armenios, Paulicianos, Massalianos, Bogomilos et Saracenos. HARL.
22. κε'. Περὶ τοῦ Σταυροῦ, περὶ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, καὶ περὶ τῆς μεταλήψεως τοῦ Δεσποτικοῦ σώματος καὶ αἵματος.
23. κς'. Κατὰ Μασσαλιανῶν. Capita hæreseos Massalianorum, ad quæ hoc titulo respexit Euthymius Græce et Latine edita sunt a Cotelerio tom. I *Monumentor. Eccles. Græc.*, pag. 302—307, et a Mich. le Quien tom. I Operum Joannis Damasceni, pag. 94 seq. Confer varias lectiones codicis Barocciani in Joann. Christoph. Wolfii *Historia Bogomilorum*, pag. 12 seq.
24. κζ'. Κατὰ Βογομίλων. Hoc caput separatim ex apographo Bodleianæ bibliothecæ quod J. Fellus, Oxoniensis episcopus, ex antiquiore codice describendum curaverat, edidit eruditisque animadversionibus illustravit laudatus Wolfius in *Historia Bogomilorum*, Witeb. 1712, 4 FABR.—Est quoque inter codd. Vossianos V. cat. bibl. publ. Leidens., pag. 392, n. 30. Ab hoc diversum est fragm. quod a Fogginio editum esse, jam supra ostendi. HARL.

deest Παράτιτλος Φωτίου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως, ἐκ τῆς πρὸς Μιχαὴλ τὸν ἄρχοντα Βουλγαρίας ἐπιστολῆς, περὶ τῶν ἑπτὰ οἰκουμενικῶν συνόδων.

Edit. Latinæ

Tit. 25. *Titulus XXVIII* contra Saracenos Græce ex codice Palatino, cum versione J. Jacobi Beureri, prof. Friburgensis, et Frid. Sylburgii notis prodiit in *Saracenicis* Sylburgii, Heidelberg. apud Commelinum 1595, 8. Exstat etiam idem titulus Græce et Latine in *Auctario bibl. Patrum Ducæano*, tom. II, pag. 292, Paris. 1624, fol., et in Bibl. Patrum, Paris. 1654, tom. XII [v. Lambec. Comm. III, pag. 424, exc. IX. Matthæi l. l. præf. p. XX.

(*Apud Fabricium sequebatur Index scriptorum e quibus Euthymii* Panoplia *concinnata est ; at tomo sequenti post ipsam* Panopliam *locum opportuniorem obtinebit.*)

II. Κατὰ τῶν τῆς παλαιᾶς 'Ρώμης ἤτοι Ἰταλῶν κεφάλαια ιβ', δηλοῦντα ὡς ἐκ τοῦ Υἱοῦ οὐκ ἐκπορεύεται τὸ ἅγιον Πνεῦμα. *Adversus veteris Romæ asseclas, sive Italos, capita duodecim, demonstrantia, non ex Filio procedere Spiritum sanctum.* Mss. in bibl. regia Paris. Vide Allatium *De consensu* pag. 642; Nicolium sive Arnaldum in *Perpetuitate fidei Eccles. catholicæ de S. Eucharistia*, tom. I, cap. 12, pag. 167 ; sed et Rich. Simonem tom. III *Bibl. criticæ*, pag. 98 seq., qui hoc scriptum in cod. reg. 2995 negat differre ab iis quæ in *Panopliæ* codicibus Græcis titulo 13, de hoc argumento Euthymius disserit. FABR. Consentit Fogginius l. cit. pag. 10 sq. et memorat cod. Paris. n. 1231, cod 1371, n. 21, et cod. 2782, n. 5 ; item Vatican. 1079, pag. 189 ; cod. 1180, p. 438, et cod. 1217, p. 199. Idem copiosus est de ms. cod. Vaticano Palatino 361, in quo contendit Euthym. *Christum magna quinta feria cum discipulis suis legale pascha celebrasse*, et suspicatur, libellum excerptum esse ex *Panoplia*. Vide etiam ad n. II, atque idem opusculum esse videtur quod exstat in cod. Wheler. Euthymii *Or. de tempore Paschatis :* Gr. in Cat. cod. Angl. etc., II, p. 358, n. 9123. — Add. supra in indice titulorum, ad tit. 13. Sunt loca ex illo opusculo in Niceæ Choniatæ *Sylloge opinionum et sectarum, atque historia hominum qui illas instituerunt*, etc. Florent. in cod. Laur. 24, plut. 9, V. Bandini Cat. cod. Gr. I, pag. 433. — Venetiis in cod. 503, bibl. D. Marci, Euth. Zigabeni *De processione Spiritus sancti.* Inc. Εἰ ἁπλοῦν μὲν τὸ Πνεῦμα, etc. V. Cat. cod. Marc. pag. 265. HARL.

III. Ἔλεγχος καὶ θρίαμβος τῆς βλασφήμου καὶ πολυειδοῦς αἱρέσεως τῶν ἀθέων Μασσαλιανῶν, τῶν καὶ Φουνδαϊτῶν καὶ Βογομίλων καλουμένων καὶ Εὐχιτῶν καὶ 'Ενθουσιαστῶν καὶ 'Εγκρατητῶν καὶ Μαρκιωνιστῶν. *Victoria et triumphus de impia et multiplici exsecrabilium Massalianorum secta, qui et*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Phundaitæ (*a*) *et Bogomili, nec non Euchitæ, Enthusiastæ, Encratitæ et Marcionitæ appellantur*, una cum 15 *Anathematismis*, hæresi eorum oppositis. Ex codice Vindobonensi [67, n. 82.] in quo velut appendix *Panopliæ* legitur, edidit Græce, versionemque ac notas addidit Jacobus Tollius in *Insignibus itineris Italici* Trajecti ad Rhenum, 1696, 4, pag. 106 — 125. Primos tres anathematismos Græce vulgaverat Lambecius III, pag. 171 [pag. 424. ed. Kollar. cum notis Lambec. qui in not. 4 in anathem. 1, tanquam singulare adnotat, Petrum sive Lyco-Petrum pro primo hæresecs Massalianorum declarari. Tres illos anathematismos Latine vertit Coteler. *Monum. eccles. Græc.* tom. I, p. 737. Add. supra ad n. I. de hoc cod. Add. cat. codd. Gr. Taurin., p. 297, 8, cod. CC. HARL.

IV. *Epistolæ variæ*, quæ mss. supersunt, ut *adversus Phundaitas* (al. *Phundagingitas*) sive Bogomilos, CPoli missa in patriam suam, Lambec. V, pag. 58 et 154. Incipit : Βούλομαι ἡμᾶς, ἀδελφοί μου · et altera steliteutica, *contra Armenios Theopaschitas*, id. V, p. 127. Incipit : Ἐπειδήπερ Εὐτυχὴς καὶ Διόσκορος. FABR. seu. in ed. Kollarii V, p. 85. col. 213, n. 8, ubi V. not. Kollar.—Tum p. 256 in cod. 247, (qui continet syntagma miscellaneorum opuscul. de Massalianorum seu Bogomilorum aliorumque erroribus), n. 14. — Dein p. 284, n. 1, cod. 148; quod vero ms. a cod. 213 memorato non solum ob multas varr. lectt. valde discrepare, verum etiam multo auctius esse atque copiosius, animadvertit Lambec. Denique pag 269, n. 28, cod. 247. — Est quoque in cod. Taurin. 200, n. 31. V. Cat. codd. Gr. Taur., p. 299. HARL.

V. Διάλεξις Εὐθυμίου μοναχοῦ καὶ Σαρακηνοῦ φιλοσόφου περὶ πίστεως, γενομένη ἐν τῇ πόλει Μελιτηνῇ. *Disputatio cum Saraceno philosopho de fide, habita in urbe Cappadociæ Melitene.* Ms. Lambec. IV. [cod. 188, 13], pag. 206. [p. 454. ed. Kollar.] Incipit : Πῶς ὁμολογεῖτε πολυθεΐαν.

VI. *Μονῳδία ἐπὶ τῷ τάφῳ τοῦ ἁγιωτάτου Θεσσαλονίκης κυρίου Εὐσταθίου, μετά τινας ἡμέρας τῆς αὐτοῦ τελευτῆς. Oratio elegans ac diserta in obitum Eustathii, Thessalonicensis archiepiscopi*, dicta paucis ab ejus obitu diebus. Hæc ms. exstat cum Monodia Michaelis Choniatæ in eumdem Eustathium in bibliotheca Bodleiana, [v. p. 268, n. 22, Cat. codd. Angliæ, tum in c. Barocc. 231,] testaturque in illa Euthymius, se tenere multos fasces epistolarum, manu Eustathii scriptarum plenarumque rebus pulcherrimis, et vitia atque errores castigantium, φακέλλους πολλοὺς τῶν Ἐπιστολῶν σοφίαν τε πολλὴν ἐμπεφορτισμένας, καὶ κακίαν ἅπασαν στηλιτεύοντας. FABR. Vide ad initium sectionis de nostro Euthymio. HARL.

VII. *Commentarius in omnes Psalmos Davidis, et in X sacræ Scripturæ cantica*, Græce nondum prodiit, licet hoc legas apud Caveum, Crovæum aliosque. Ms. exstat in bibl. Bodleiana cod. Barocc. 122 (*b*), in regia

(*b*) An a *Funda*, Italiæ oppido ? HEUM. V. supra ad n. I. Contra Kollar. ad Lamb. V. pag. 85. ubi de originatione voce. *Bogomili, Massaliani* et *Phundagingitæ*, s. in al. cod., *Phundaitæ* docte fuseque disserit, nomen *Phundait.* derivat a recentiore Lat. vocabulo *Funda*, Græce φούνδα scripto, quod *marsupium* s. *crumenam* notat : ideo vero hæretici isti *Phundaitæ* et *Saccophori* appellabantur, quod ob austeram paupertatem, quam palam profitebantur, in saccos et crumenas stipem collegerint. Præivit Coteler. in not. ad *Monum. græc.* I, pag. 144. HARL.

(*b*) Exstat quoque in cod. bibl. sec. cat. codd. Angliæ, etc., in cod. Barocc. n. CXCIV, n. 253, inter mss. Thomæ Roe, inter codd. Bodlei. n. MMCMXLII. — Oxoniæ in coll. Mar. Magdal. cod. VI, sive n. 2131, ubi vero in catal. part. II, p. 71, additur hæc nota : Ita. n. Euthymius *in Psalmos*, male inscribitur a librario, cum sit *Theodoreti expositio*. — Inter codd. *Wheleri*, n. 9123 tom. II, p. 358. — In bibl. Leidensi inter codd. Vossianos, exemplar valde vetus, sed male servatum, et in alia variorum collectione, Euthymii aliquid in Psalmos, Gr. V. Catal. bibl. Leid., p. 395, n. 73 et p. 397 n. 30. — In bibl. Coislin. cod. XI et CIV. V. Montfauc. *Bibl. Coislin.*, p. 58 et 178. Romæ in bibl. Vaticana Euth Zigab in 150 Psalmos. — In bibl. Ottobon. — Monachii in bibl. Bavar. V. Montf *Bibl. bibl. mss* I, p. 13, 186, 588 et 589. — Venetiis in bibl. Marci. cod. XVIII. — Taurini in bibl. regia, cod. CII, *in Psalmos* 9-146. Illi codici assutum est parvum Lexicon formularum loquendi, in Psalmis occurrentium, (λέξεις τῶν Ψαλμῶν κατὰ στοιχεῖον), quod, antea nondum editum, integrum exscripsit auctor Catal. codd. Gr. Taurin., p. 190 seqq. — Florentiæ in cod. Laurent. II, plut. 9. *Comm. in Psalmos* : præcedit proœmium, quod typis describendum curavit Bandin. in Cat. codd. Gr. Laur. I. p. 389. Sequitur interpretatio Psalterii, et omnes ferme Psalmorum versiculi, quos explicuit Euthym. rubro charactere distinguuntur ab interpretatione : in margine fere sub initium codicis Basilii M. et Gregorii Nysseni in quædam Psalmorum loca interpretatio ab eodem scriptore rubris litteris apposita est. Sequuntur Euthymii in cantica 10 enarrationes. Atque ista cantica in plerisque codd. τῶν Ο', junguntur Psalmis : Ita etiam reperit Matthæi in codd. 196 et 197, Mosquens. V. ejus notam ad præf. Ilentenii p. 75, prolegg. ad I tom. Euthym. Zig. Commen. etc. — Vindobonæ in Bibl. Cæsarea cod. XXXVI. Euthymii præfat. in Comm. in Psalmos; at nec plena nec integra, sed anonymi cujusdam arbitratu ita contracta, ut neque caput habeat, neque pedes. Plura de illo cod. observavit Kollar. supplem. ad Lambecii Comment. p. 265 seqq. — De codd. Mosquensibus tribus intelligenter lateque disserit cl. Matthæi in præf. sæpius laudata pag. 25 seqq. Primus illorum continet quoque præter Psalmos et cantica cum Euthymii Comment. 1 (περὶ τοῦ ἀκατάληπτον εἶναι τὸν Θεόν. 2) syllogen dogmaticorum capp. necessariorum ex variis Patribus : 3 (adversus veteris Romæ asseclas ὅτι οὐκ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεται τὸ ἅγιον Πνεῦμα) atque cel. Matthæi in nota observat, hæc capp. legi etiam in codd. Bibl. synod. in-8. n. CCCLIII. cum inscriptione : Εὐθυμίου μοναχοῦ τοῦ Ζυγαβήνου κεφαλαί ιβ'. Εἰς τὸ ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα. add. *Foggin.* l. c. p. 10 seqq. 4 capp. præcipua ex orationibus Chrysostomi aliorumque Patrum ;) de divina ἐνανθρω-

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Parisiensi aliquoties et Coisliniana, in Vaticana quoque. Fuit et in Bigotiana, et in bibl. Isaaci Vossii, ex cujus codice præfationem in Psalmos, lectu dignam, Græce et Latine vulgavit Stephanus le Moyne in Variis sacris pag. 150-210; sed hinc inde hiantem lacunis, quas ex mss. codicibus Patricii Junii et Christiani Ravii supplevisse se omnes, unica excepta, scribit paralipomenis ad Caveum Colomesius. Idem ex ms. regio Paris. 2400, fecisse se testatur Rich. Simon tom. II. bibl. selectæ p. 48. Locum Græce ex Euthymii in Psalmos commentario producit Pearsonius ad Symbolum apostolicum pag. 420, edit. Latinæ. Versio latina Philippi Siculi, Brugnatensis episcopi, post auctoris mortem a Paulino Turchio, ord. Prædicatorum, vulgata dicataque Clementi VII, pontifici, primum prodiit Veronæ 1530. (*a*) fol., falliturque Gesnerus, qui scribit, Euthymium solum in septem Psalmos Veronæ excusum esse, cum in omnes Psalmos et cantica bibliorum]] lucem illo anno Veronæ viderit. Recusa inde sæpius est Parisiis 1543, 1547, 1560, [et 1562. V. Hamberger l. c. p. 82.] 8. Venet. 1568, 8. Lugd. 1573. [1575. ap. Hamberg.] 8, et in Bibliotheca Patrum edit. Lugd., tom. XIX.

VIII. *Commentarius in quatuor Evangelia*, ex Chrysostomo et aliis priscis Patribus non sine judicio delectus. Hoc quoque eximium opus necdum Græce lucem vidit, (*b*) licet id affirment viri docti, Ca-

πήσει. Tertius cod. habet breviora scholia, atque scholia ad priores XIII Psalmos idem Matthæi edidit in Lectionibus Mosquens. Lips. 1779. 8. vol. II. p. 41.—Anonymi autem, sive fuerit is ipse Euthymius, sive alius, qui post illum copiosiora scholia in compendium redegerit, interpretationem duarum odarum ex Evangelio Lucæ idem dedit post Evangelium Lucæ in edit. Euthymii Comm. tom. II, p. 680 seqq. cum textu, et prima nota, « diversa, inquit, paululum seu copiosior interpretatio, Euthymii Zigabeni nomine, legitur Latine in Bibliotheca maxima Patrum, Lugd. vol. XIX, p. 473 seqq. » Denique in præf. p. XXVII, seqq., speciminis loco adjecit interpretationem Psalmi CIX, cum V, L, trium illorum codd. et comparavit cum Theophylacti editione Veneta 1763, tom. IV, ubi Commentarius in Psalmos Græce primum editus est: (conf. *Ernesti* theolog. Biblioth. tom. V, p. 788.) Euthymius p. 29 ad verba Davidis ἓως ποδῶν σου provocat ad Commentarium suum in Evangelia, ex quo loco (et aliis similibus locis Comm. in Psalmos,) jure collegit cl. Matthæi, Euthymium esse auctorem Commentarii in Evangelia et hunc prius, quam Comm. in Psalmos ab eo esse scriptum. HARL.

(*a*) De hac et reliquis edd. et de Euthymio V. Freytag. analecta litter. p. 323. seqq. HARL.

(*b*) Tandem vero, addicentibus avibus, Græcus textus lucem aspexit cura studioque cel. Matthæi. Inscriptum autem est opus diu desideratum: *Euthymii Zigabeni Commentarius in quatuor Evangelia*, Græce et Latine. Textum Græcum, nunquam antea editum, ad fidem duorum codd. membran. bibliothecarum SS. synodi Mosquensis, auctoris ætate scriptorum, diligenter recensuit et repetita versione Latina Joannis Hentenii, suisque adjectis animadversionibus edidit Christian. Frider. Matthæi, collegiorum imperial. Rossicor. assessor, et academiæ Vitemberg. Græc. litt., professor. tom. I (in duab. part.) complectens præfationes et Evangelium Matthæi. — tom. II complectens Evangelia Marci et Lucæ. — tom. III complectens Evangelium Joannis, animadversiones J. Hentenii, editoris et indicem. Lipsiæ, 1792, 8. impensis Weidmann. Ad præfat. cl. editoris doctam lectuque dignissimam, in qua de Euthymio, codd. etc. judicat, aliquoties jam provocavi.— Suæ præfationi adjecit plura alia, notatu digna: 1) ex Richard Simon *Histoire critique des principaux commentateurs du Nouveau Testam.* cap. 29, p. 409 sqq. ed. Rotterd. 1693, 4 de Euthymii Comm. in quatuor Evang. et duobus codd. Paris. 2) Fabricii notitiam, h. l. datam, cum notis, in quarum prima observat Matthæi, a Voigtio in cat. libr. rar., pag. 734 et ab aliis memorari edit. Paris. 1544, 8 apud Jo. Reigny. excud. Carol. Guillard. Enimvero illi tamen videtur Lovaniensis esse princeps, et pro 1544 legendum esse 1547: (adde quæ in sq. nota sunt ascripta). Sequuntur excerpta ex Phil. Labbe tomo I, Diss. histor. in Bellarminum, — ex Ernest. institutione interpr. N. T. — longus et egregius locus ex cel. I. Aug. Noesselti Comm. *De catenis Patrum Græcor.* Halæ, 1762, IV, p. 23 sqq. tum Jo. Hentenii epistola dedicatoria, scripta Lovan. 1543, sexto Idus Augusti; ejusdem admonitio de auctore horum commentarr. ex edit. Lovan. 1544, fol. cum notis; (Hentenius Euthymium cognominat Zigabenum:) ejusdem præfatio: ejusd. plura loca, in quibus ejus exemplar discedit a Græcis, cum animadversionibus, in quibus Matthæi V. C. de pluribus N. T. locis varijsque lect. judicat, atque in Origenem et Erasmum interdum graviter invehitur, aliæque Hentenii observat. Porro a pag. 122, repetendum curavit pluribusque illustravit notis criticis Jo. Millii examen codicis Euthymii Barocciani ex ejus prolegomenis in N. T. § 1073 — 1079. Posthæc p. 132 — 205 posuit, aspersis notis criticis, lectiones variae utriusque cod. Mosquensis ad quatuor Evangelia, quorum quidem contextum, auctore operis redemptore, omisit, eumque breviter tantum ante singula scholia notavit. Denique Roberti Holmes brevis notitia duorum codd. Euthymii Barocciano rum. Conf. etiam longam censuram in: — Neue allgem. deutsche Biblioth. Anhang zum 1 — 28. Bande, Kilonii 1799, pag. 470 — 490 coll. Matthæi quibusdam obss. in quibus quædam censoris dubitationes tolluntur aliaque adnotantur in Lips. A. L. Anz. 1800, n. 115, pag. 1127, ubi quoque brevis fit commemoratio Euthymii Opusculi inediti: Εὐθυμίου μοναχοῦ τοῦ Ζηγαβηνοῦ κεφάλαια ιβ', εἰς τὸ ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα, in cod. Mosquensi bombyc. sæc. XIV, in 4. Inc. εἰ ἁπλοῦν μὲν τὸ Πνεῦμα. — Add. Foggin. l. c., pag. 6, qui memorat cod. Vatic. DCLXV, qui comm., in duo tantum priores evangelistas, Matthæum et Marcum, continet, et cod. DCLXIX, in quo est ejus explanatio in canticum Zachariæ in evang. Lucæ, atque cod. DCXXXVI, qui servat Euth. comm. in Pauli epistolas. — In cod. III Barocc. exstat Novi Testamenti pars cum Gr. scholiis, margini ascriptis minutissimo charactere. « Incipit, ait confector Catalogi codd. Angliæ, tom. I, p. 1, a c. 11, Act. V, 13, desinit vero in Apoc. XX, 1. Scholia hæc desumi videntur e Commentariis Œcumenii et Euthymii, » (hic esse videtur II cod. ab Holmesio descriptus). — In cod. XXVIII Barocc. Euthymii Zygabeni catena in quatuor Evangel., e Chrysostomo, uti ait idem confector pag. 3 præcipue, etiam ex aliis Patribus, conferente interdum symbolam suam ipso Euthymio. Hic esse videtur cod. quem uberius descripsit Millius. Enimvero

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

veus (*d*), Elias du Pin, atque alii. Latine e præclaro codice bibl. cœnobii Deiparæ Virginis Guadalupensis ord. D. Hieronymi in regno Castellæ, transtulit Io. Hentenius, accuratior Zino, Sauloque interpres, cujus versio prodiit primum Lovanii 1544. (*e*) fol. recusa Paris. 1547, 1560, 1602, 8, et in Bibliotheca Patrum tom. XIX, edit. Lugd. Duos codices Mstos Græcos hujus Commentarii, similibus, qualia Hentenius in suo reperit, scholiis instructos, in Bibl. regia Parisiensi evolvisse se testatur Rich. Simon lib. III. Historiæ criticæ Novi Test. cap. 29, in quorum altero, Mazariniano, sed recentioris manus scriptura Nicetæ tribuitur : quod non magis credibile, quam eorum conjectura, qui vel Œcumenio vel Ammonio, nescio cui, vel Theophylacto ascribere voluerunt. Plura loca Græce ex hoc Commentario producit Simonius, tum hoc capite, tum lib. I, p. 120, 145, et lib. III, pag. 84, et magni eum facit imprimis, assentiturque Maldonato, qui ad Matth. XVII, 8 Euthymium in verborum proprietatibus observandis diligentissimum esse observavit. Inter scriptores, e quibus aurea Thomæ Aquinatis catena in Evangelia collecta est, Euthymii nomen in recentioribus quibusdam editionibus additum, in antiquioribus et in Romana anni 1670, desideratur. Vide Simonis hist. criticam Novi Test. lib. III, p. 409 et 473.

IX. *Commentarius in epistolas Pauli*, itidem ex Chrysostomo et aliis Patribus studiose collectus, quem Romæ ms. Græce servari pridem Gesnerus scripsit. [V. ad n. 8.] Ex commentario Euthymii in epist. ad Timotheum nonnulla affert Allatius p. 196, *De interstitiis ordinum apud Græcos*. In codice ms. Vindobonensi libri primi Panopliæ Euthymianæ sequitur Hypothesis epistolæ ad Romanos, forte quam Euthymius suis in Paulum commentariis præmiserat.

X. *Commentarius in epistolas catholicas*, quem Græce ms. in bibl. Joannis Sambuci exstitisse, ex Simlero Caveus adnotavit.

collectionem illam male dici catenam ab Millio aliisque, sed rectius vocari Euthymii commentarium, quoniam in Euthymio, qui ex pluribus partibus opus fecisset perpetuum, sit nexus, monet cl. Matthæi in præfat. pag. 123, not. *g*, add. Fabric. infra in hoc vol. p. 787, 16 vet. edit. qui sect. 17 agit quoque de Thomæ Aquinatis catena aurea in quatuor Evangelia. Cum cod. Barocc. XXVIII conspirare videtur cod. Taur. reg. XLIII quantum ex initio singulorum Evangeliorum conjicere licet : nullibi quidem adjectum est auctoris nomen ; sed Euthymio eum comment. esse ascribendum docet confector cat. codd. Gr. Taur. qui pag. 149 sq. copiose recenset illum codicem. HARL.

(*d*) In nova ed. Basil. 1745, tom. II, p. 199, ubi Caveus de Euthymio, scriptis, codd. atque edit. uberius disserit, id correctum est. HARL.

(*e*) Quod Hentenius in admonitione scripserat : « Cum hos commentarios ante aliquot menses [a. an. 1543, sexto id. Aug., ut ex ejus præfat. intelligitur,] in lucem ederemus, nec certi quidquam haberemus, quod de auctore divinaremus, aliorum magis, quam nostrum secuti judicium, præfati sumus, quibusdam videri auctorem esse Œcumenium, — [quod tamen negat Matthæi ad h. l. in præf. p. 74, not. *c*]. — Nunc vero eumdem nacti auctorem in Psalmos Davidicos et in Cantica — jam secundo typis excusum certissimo certius ausi sumus ferre judicium, horum comment. auctorem esse Euthymium Zigabenum (sic) — maluimus in his, quæ nondum distracta, erant, exemplaribus, studioso lectori id indicare, quam eum diutius suspensum tenere. — Anno 1544, Nonis Februarii, » ex his colligit Hamberger. l. c. pag. 83, probabile esse, 1) quædam exemplaria vel sine ulla nominis auctoris in fronte libri significatione, vel addito Œcumenii nomine, edita esse, 2) eaque in inscriptione notata esse an. 1543. Sed dubitat cl. Matthæi, in not. *e* ad Hentenii admonitionem p. 75 arbitrans, vocabulum ambiguum, *excusum*, ad comment. in Psalmos esse potius referendum ; et quod in ed. comm. in quatuor Evang. an. 1544, in indice scribitur, « liber hic neque Græce neque Latine antea typis unquam excusus est » atque in fine admonitionis, in his, quæ nondum distracta erant, putat, hanc esse edit. principem, mutato tantum indice. — In cod. Vatic. DCCCXX, p. 301, occurrit Euthymii ἐγκώμιον εἰς τὴν προσκύνησιν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, καὶ εἰς τὰ ἐγκαίνια τῆς ἁγίας αὐτῆς σοροῦ τῆς ἐν Χαλκοπρατίοις, teste Fogginio l. c. p. 7, sq. ubi multus est de Chalcopratiis et sanctis soris, seu thecis. Sic enim appellabantur tum capsa, qua vestis et codices sepulcrales B. Mariæ continebantur, tum ædes, in qua depositæ illæ reliquiæ asservabantur. HARL.

JOANNI CHRISTOPHORO AMADUTIO

NICOLAUS FOGGINIUS S. D.

(*Anecdota litteraria e mss. codicibus eruta.* Tom. IV, Romæ, 1783.)

I. Eu, vir clarissime, opusculum Græcum (*a*), quod inter schedas meas ex cod. ms. descriptas, etsi mutilum, visum est tamen tibi aptum ut interereres tomo IV Anecdotorum, quorum editionem reipublicæ litterariæ bono diligenter curas. Illud ante hos plures annos descripsi ex codice Vaticano 840, qui olim fuit Antonii Augustini archiepiscopi Tarraconensis ; et quia dum in Latinum

(*a*) Hoc est, librum *contra Bogomilos*, quem in hac editione recudimus. ED. PATR.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

idioma converterem, complura adnotavi, tum quod attinet ad auctorem Opusculi, tum ad ea quæ in ipso Opusculo leguntur, has quoque adnotationes ad te mitto, quibus uti poteris, ut tibi magis placuerit.

III Itaque hoc primum adnotaveram, Euthymium Zygabenum Opusculi auctorem monasticam vitam egisse Constantinopoli in monasterio Peribleptæ, et doctrinæ laude inclaruisse a tempore Alexii I Comneni, cui acceptissimus fuit, et cujus jussu opus composuit inscriptum: *Panoplia dogmatica orthodoxæ fidei adversus omnes hæreticos ex Patrum scriptis contexta.* Marquardus Freherus (1) sub Alexio II Euthymium Panopliam concinnasse asseruit; sed erravit profecto toto cœlo, et hoc ex eo facile liquet, quod Anna Comnena celeberrima Alexii I filia luculentam hujus operis mentionem fecerit (2). Hæc Panoplia Latine tantum edita est Venetiis anno 1555 ex versione Petri Francisci Zini Veronensis; quæ versio deinde recusa est Parisiis, ac tandem inserta tom. XIX Bibliothecæ PP. Lugdunensis; et falso eam in Veneta editione textu Græco munitam esse asserit Gerardus Joannes Vossius (3). Textus Græcus Panopliæ Euthymii typis excusus est primum anno 1710, Tergovisti in Walachia. Porro Zinus in sua Latina versione, quæ Euthymius contra Latinos collegerat, editor vero textus Græci integrum titulum, qui contra Saracenos est, et quem Græce cum Latina versione Joannis Jacobi Beureri jam ediderat e cod. ms. Palatino Fridericus Sylburgius in Saracenicis, necnon etiam quædam in primis titulis, ubi de Trinitate disputatur, (hic certe veritus, ne Turcarum offensionem incurreret, ille vero fortassis ne operi auctoritatem et pretium imminueret) prætermiserunt. Itaque nullam habemus hactenus perfectam Panopliæ Euthymii editionem; quamvis huic adornandæ plures non desint codices in bibliothecis superstites. Insignis inter eos est codex Cæsareus Vindobonensis, quem ipsa Euthymii ætate scriptum putat Lambecius (4): nec minori in pretio fortasse est habendus regius Parisiensis, quem laudat Richardus Simonius (5), et quem a Zini editione in pluribus differre testatur. Præterea alium codicem præstantissimum ex Oriente secum attulit Michael Enéman Suecus, de quo fuse edisserit Joannes Albertus Fabricius (6). Etiam Bibliotheca Vaticana plures suppeditare posset codices, utique non spernendos; quos inter notatu dignus præcipue est, qui num. 1447 signatur; etenim Pachomii cujusdam monachi scholia et adnotationes in Euthymii Panopliam complectitur. Demum animadvertere juvat Panopliæ titulum XXIII, ubi de Bogomilis agitur, seorsim descriptum, veluti singularem libellum reperisse in codice Bodleiano Joh. Christophorum Wolfium, et hinc ita illum edidisse Græce et Latine in historia Bogomilorum, eruditissimis notis illustratum.

III. Præter Panopliam, Euthymius multa etiam alia digessit opera, præcipue in sacras Litteras. Commentarium in omnes Psalmos, et in sacræ Scripturæ Cantica Latinum fecit Philippus Saulus episcopus Brugnatensis, et post ejus obitum hanc versionem Paullnus Turchius ordinis Prædicatorum vulgavit Veronæ anno 1530, quæ pluries deinde, semper tamen sine Græco textu (*a*), recusa est. Solummodo præfationem, qua auctor de natura, usu, scopo, multiplici Psalmorum genere, obscuritate, variisque versionibus Græcis diligenter admodum disputat, Græce et Latine publici juris fecit Stephanus Moynius (7). Scripsit etiam Commentarium in quatuor Evangelia ex Chrysostomo, aliis que Patribus concinnatum, ex quo loca quædam Græce edidit Richardus Simonius (8): et quem integrum habemus tantummodo Latinum ex versione Joannis Hentenii, editum Lovanii anno 1544, ac deinde recusum iterum iterumque diversis in locis. Græcus hujus Commentarii textus exstat in codice Vaticano 665, mancus tamen, quia duos tantum priores evangelistas complectitur Matthæum et Marcum. Explanatio quædam in Canticum Zachariæ, quæ in codice Vaticano 669 sub Euthymii nomine descripta reperitur, an pars sit Commentarii in Evangelium Lucæ, an potius aliud peculiare opusculum mihi nunc certo non constat. Item in epistolas Pauli Commentarium ex Patribus studiose Euthymius collegit, cujus Græcus codex in eadem Vaticana bibliotheca num. 636 notatus asservatur. Is nec Græce, nec Latine editus est, nisi pauca quædam excipias, quæ ex Commentario in Epistolam ad Timotheum affert ex eodem forte codice Leo Allatius (9). Tandem Epistolas etiam Catholicas suo Commentario adornaverat, teste Guillelmo Caveio (10), sed ejus nullus mihi Græcus codex innotescit.

IV. Hisce libris, qui Euthymii sacram eruditionem testantur, plures accedunt, ex quibus ejus elucet ingenium et eloquentia. Etenim disputationem quamdam edidit de fide cum Saraceno philosopho in urbe Cappadociæ Melitene habitam, quam

(1) *In Chronographia.*
(2) *Alexiad.* lib. XV, pag. 490, edit. Reg.
(3) *De Historicis Græcis* lib. II, cap. 27.
(4) Tom. V, pag. 51.
(5) *Bibliothec. select.*, tom. I, pag. 49.
(6) *Biblioth. Græca*, vol. VII, pag. 461.
(7) *Var. Sacr.*, tom. I, pag. 150.
(8) *Hist. critic. Novi Testam.* lib. I, pag. 110, 145; lib. III, pag. 84.
(9) *De interstitiis Ordin. apud Græcos*, p. 196.
(10) *Histor. litter. scriptor. ecclesiast.*, pag. 567.

(*a*) Prodierat tamen Venetiis anno 1765, cum Theophylacti operibus, et hæc scribebat Fogginius Romæ 1785! EDIT PATR.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

habet Græcus Vaticanus codex 952 (11) et quæ, teste Lambecio (12), asservatur etiam in Græco codice bibliothecæ Vindobonensis. Præterea sub ejusdem nomine occurrit in Vaticano codice 820 (13) oratio, cujus etiam meminit Allatius (14) inscripta : Ἐγκώμιον εἰς τὴν προσκύνησιν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, καὶ εἰς τὰ ἐγκαίνια τῆς ἁγίας αὐτῆς σοροῦ τῆς ἐν Χαλκοπρατίοις. *Encomium de cultu beatissimæ Deiparæ præstando, et de dedicatione sanctæ ejus sori, quæ est in Chalcopratiis.* Sancta sorus vel sancta theca appellabatur tum capsa ipsa, qua vestis et lodices sepulcrales B. Mariæ Virginis continebantur, tum ædes, in qua depositæ illæ reliquiæ asservabantur. Duæ autem erant hæ thecæ, altera in æde Blachernensi, Theophanonis Augustæ religione inclyta (15), ubi omophorium, seu velum Deiparæ custodiebatur, altera in æde beatæ Virginis Chalcopratiorum, ubi cæteræ vestes et fasciæ religiose custodiebantur. Jam quisque intelligit, tum Blachernas, tum Chalcopratios nomina esse locorum urbis Constantinopoleos, in quibus sacra hæc templa Deiparæ dedicata assurgebant. Disputant eruditi an hi Chalcopratii vicus quidam, seu platea fuerint, in quibus ærariæ officinæ sitæ essent, an potius legendum sit Chartopratii, ibique chartarias officinas exstitisse arbitremur. Verum quæstionem hanc, utpote huic loco minus opportunam, libens prætermittam. Nec diutius immorandum quoque opinor in perquirendo ædis hujus conditore, de quo non bene inter se conveniunt Byzantini scriptores: Id unum modo satis sit adnotasse, omnes in eo convenire, templum hoc antiquius Theodosio Juniore non fuisse. Hoc autem omnino præterire non licet, Alexium I Comnenum, cum, ærario exhausto, imminentibus imperii necessitatibus satisfacere non posset, argenteas valvas, ac vasa insuper nonnulla ex hoc templo abstulisse : quod cum ægre tulissent cives, ac in imperatorem rumores iniquos spargerent, ipse convocatis proceribus ab hoc crimine purgare se studuit, jussitque, ut in posterum ex ærario regio annuum vectigal persolveretur, ut ii alerentur, qui in hac Deiparæ æde divinas laudes quotidie celebrabant (16). Ad hujus itaque templi dedicationem pertinet panegyrica, de qua loquimur, Euthymii oratio, in qua, ut ex ejus inscriptione constat, plura etiam de cultu Deiparæ præstando disputavit. Nec male fortassis, meo quidem judicio, conjicere quis posset, ad hoc idem Chalcopratiorum Deiparæ templum esse referendum aliud Euthymii *Encomium in zonam B. Mariæ Virginis*, quod inter ms. Bodleianæ bibliothecæ codices recenseur. In eo namque templo, ut superius innuimus, vestes omnes ac fasciæ beatæ Virginis servabantur.

V. Utrum vero ascribenda Euthymio nostro sit etiam *Monodia*, sive *oratio funebris* « ad tumulum sanctissimi Thessalonicensis archiepiscopi domini Eustathii, paucis ab ejus obitu diebus recitata, » quæ sub ejus nomine in codice Bodleiano describitur, neque cum aliis affirmare ausim, nec solus inficiari. Si vere ad eum pertinet, ex ea intelligitur exactæ admodum ætatis Euthymium obiisse. Cum enim Alexii I jussu Panopliam scribere susceperit anno 1118, facile est sibi persuadere ipsum tunc in primo saltem juventæ flore fuisse. Quia vero Eustathius anno 1194, in templo S. Demetrii martyris Miroblytæ concionem habuit ad populum, [concedamus licet, quod hoc ipso anno mortem obierit, ejus funebrem laudationem Euthymius nisi centum fere annos natus conficere haud potuit. Quin etiam centum annos prætergressus profecto confecisset, si habenda esset fides Alexandro Politio (17), qui Eustathium Xiphilino anno 1198 e vivis exempto superstitem putat, quia ipse memoratur ab Joanne Citri episcopo in responsione, quam dedit Constantino Cabasilæ circa ordinem in ecclesiasticis Officiis servandum. Nam cum protecdicus seu judex, in criminalibus causis clericorum inter minora officia prius connumeratus, ad majorem gradum ab Joanne Xiphilino fuisset evectus, idque aliquorum censuram suscitasset, in ea responsione Joannes Citri episcopus inquit, id optime a Xiphilino fuisse constitutum, atque ad eam innovationem Eustathii auctoritatem accessisse, qui id summopere commendaverat. Verum hoc non evincit, ut Politus censuit, Eustathium Xiphilino fuisse superstitem, et usque ad Joannis illius episcopi tempora pervenisse; sed potius Xiphilino dum ita faciendum decrevit, suum præbuisse assensum. Quod quidem ex ipsius quoque Joannis verbis erui posse videtur ; dum enim Eustathii meminit, ea præmittit verba τοῦ ἐν ἁγίοις, quæ eum jam decessisse indicant, quoniam probos sanctosque viros in pace Christi quiescentes ita compellare consueverant.

VI. Hactenus Euthymii laudes prosecuti sumus, sed fateri oportet Græcorum schismati adhæsisse : quod potissimum constat ex libello cui titulus : Κατὰ τῶν τῆς παλαιᾶς Ῥώμης, ἤτοι τῶν Ἰταλῶν, ὅτι οὐκ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεται τὸ ἅγιον Πνεῦμα. *Adversus Romæ veteris cives, sive Italos, quod non ex Filio procedit Spiritus sanctus.* Leo Allatius (18) pluribus contenderat orthodoxiam Euthymii comprobare, sed ab Joanne Auberto monitus, se hujusmodi libellum in bibliotheca Parisiensi invenisse, non esse amplius defensioni locum fassus est. In eam sententiam Allatius descenderat, quod in edita Panopliæ Zini versione nihil invenerat quod catho-

(11) Pag. 147.
(12) Tom. V, pag. 206.
(13) Pag. 301.
(14) *De Symeonum scriptis*, pag. 108.
(15) Vid. Theoph. pag. 223.
(16) Vid. Annam Comnen. *Alexiad.* lib. XV, p. 157.
(17) *In Præfat. ad Comment. Eustathii in Homer.* pag. 16 et 17.
(18) *De utriusq. Eccles. consens.* lib. XI, cap. 10, pag. 612.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

licæ fidei et Latinæ Ecclesiæ adversaretur; at in codice Græco, quem supra laudavimus, Michaelis Eneman, exstat titulus XIII, qui ex Photio decerptus est, totusque contra Romanos processionem Spiritus sancti a Patre et Filio asserentes conscriptus. Idipsum invenitur in alio etiam codice ms. Panopliæ, qui exstat in bibliotheca Regia Parisiensi, num. 1231; et hinc constat, prædictum libellum nihil esse aliud, nisi titulum XIII Panopliæ separatim descriptum, tum in duobus codicibus regiis (19), quorum unus ad manus venit Auberti, tum in tribus Vaticanis (20), qui omnes miscellas quasdam variorum excerptorum complectuntur. Hoc Bigotium olim animadvertisse testatur epistola, quam in Bibliotheca critica (21) edidit Saingiorius. Præterea alium quoque Euthymii libellum habemus in ms. codice Vaticano Palatino 361, in quo ille contendit, Christum magna quinta feria cum discipulis suis legale Pascha celebrasse; et hinc intelligitur, non modo defensionem suscepisse errorum Photii, sed etiam errorum in quos incidit Michael Cærularius. An hic quoque libellus ex Panoplia excerptus sit, certo affirmare non audeo, cum integrum ad manus non habeam Græcum textum Panopliæ. Attamen ita esse vehementer suspicor ex eo quod scriptor Græcus a Leone Allatio (22) citatus narrat, Alexium Comnenum Zigabeno Joannique Furno jussisse ἐκ πάντων τῶν θείων βίβλων λόγους ἐρανισάμενοι κατὰ τῶν αἱρέσεων τὴν δογματικὴν Πανοπλίαν συνέταξαν· καὶ κατ' αὐτῶν δὴ Ἰταλῶν διὰ τὴν προσθήκην τοῦ ἁγίου Συμβόλου καὶ τὰ ἄζυμα, *ut ex omnibus divinis commentariis sententias colligentes contra hæreses dogmaticam Panopliam componerent; et contra eosdem Italos propter additionem in sacro Symbolo et azyma.* Quod si de azymis Euthymius in Panoplia scripsit, frustra sane Leo Allatius (23) asseruit ex hoc capite erroris argui Euthymium non posse, quia adiaphoram quæstionem prosecutus esset. Cum enim Panopliam ad confutandas hæreticas quæstiones exaraverit, manifesto statim argui potest, Latinorum sententiam, et ritum ita oppugnasse, ut illam hæreseos insimulaverit, et hunc modo non illicitum, sed etiam uti invalidum et nullum rejecerit; in quo præcipue Michael Cærularius ejusque sectatores a recta fide aberrabant, et ob quam potissimum causam eos Leo IX Pontifex refutaverat atque damnaverat.

VII. Jam vero, ut ad opusculum, quod modo vulgandum est, 'proprius' accedam, Euthymius contra Bogomilos illud concinnavit quorum hæresim alio quoque singulari opusculo insectatus est, quod integrum Græce et Latine eruditisque notis auctum et illustratum ex codice Vindobonensi in quo velut appendix Panopliæ legitur, edidit Jacobus Tollius (24). Inscriptum est: *Victoria*, seu *triumphus de impia Massalianorum secta*, quia in eo non rationum momentis Bogomilorum errores discutiuntur ac refutantur, sed singuli, uti jam refutati, anathematizantur. Codicem illum Vindobonensem jam descripserat Lambecius (25), et speciminis loco primos tres anathematismos vulgaverat. Idem Lambecius (26) nos docet in bibliotheca Vindobonensi aliquas etiam reperisse epistolas contra Phundagiagitas, seu Bogomilos conscriptas, missasque a monasterio Peribleptæ in patriam suam, quarum epigraphem Tollius Græce recitat cum Latina versione, in qua verba τῆς μονῆς τῆς Περιβλέπτου *illustris cœnobii* Latine reddidit; sed rectius sane reddidisset *cœnobii Peribleptæ*, hanc Græcam vocem intactam relinquens, quia est veluti cognomen illius cœnobii, quo utebantur tanquam epitheto Virginis Deiparæ, cui cœnobium hoc erat dedicatum, ut ab aliis quæ erant Constantinopoli, cœnobiis ac templis eidem Deiparæ sacris distingueretur.

VIII. Qui fuerint Bogomilorum errores, necessarium non est hic exponere, quoniam vel ex iis solum, quæ in hoc libello narrat Euthymius, satis innotescunt. Appellabantur autem Bogomili ex voce *Bog*, quæ Bulgarorum lingua significat *Deum*, et voce *omilui*, quo verbo apud eosdem exprimitur *miserere*, quasi illi essent qui Dei misericordiam implorabant (27). Iidem Bogomili dicti sunt etiam Phundagiatæ, vel Phundaitæ ex eo, ut conjicit Cotelerius (28), quod marsupia ad colligendas eleemosynas gerebant: φοῦνδα enim apud Græcos sequioris ævi scriptores pro marsupio indicando reperitur. Præterea aliis etiam nominibus distinguebantur, nam et Massaliani, et Euchitæ, et Enthusiastæ, et Encratitæ, et Marcionitæ dicebantur, ut ex eodem Euthymio constat: quæ omnia Bogomilorum nomina prolixe admodum et erudite in adnotationibus suis Tollius (29) exposuit. At præ cæteris notatu dignum est nomen, quod Euthymius in hoc opusculo asserit Bogomilos sibi tribuisse, nempe *Christopolitas*, seu *Christi cives*; hoc enim nomine, quo specialem erga eos Christi dilectionem ostentabant, appellari gaudebant, ut facilius simpliciores in eorum errores pertraherent (30). Atque eamdem etiam ob causam mona-

(19) Cod. 1371, n. 21, et Cod. 2782, num. 5.
(20) Cod. 579, pag. 189., Cod. 680, pag. 438, et Cod. 717, pag. 199.
(21) Tom. III, cap. 21, pag. 97.
(22) *De utriusque Eccles. consens.* lib, XI, cap. 10, pag. 643.
(23) *De consens.*, p. 462.
(24) *Insignia itinerar. Italic.* pag. 106 et seqq.
(25) Tom. III, pag. 71.
(26) Tom. V, pag 38, 127, 134.
(27) Vid. cl. Præsulem Stephanum Borgiam in *Comment. de Cruce Vatic.* cap. 7, pag. 79. adn.(b)
(28 In notis ad pag. 144, tom. I, *Monument. Græc.*
(29) *Insignia itiner. Ital.* pag. 110, et seqq.
(30) Consule adnotationem, quam ad hoc nomen apposuit Tollius, pag. 122, num. 12.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

sticam vitam profitebantur, tantamque sanctitatis speciem exterius simulabant, ut quasi omnis perfectionis cultores viderentur. Hanc eorum vitæ rationem ad vivum et eleganter describit oculata testis Anna Comnena (31), cujus tamen verba modo hic afferre non vacat.

IX. Inquirendum est potius quomodo impia Bogomilorum dogmata Peribleptæ monachos infecerint. Equidem in ea sum sententia, Bogomilos in unum quoddam collegium coalnisse, in quo monasticum vitæ institutum profiteri simularent. Causam cur ita sentiendum suspicor præbet mihi primum Christopolitarum nomen, quod eorum societati fecerunt; ac deinde Annæ Comnenæ (32) narratio, scribentis Basilium novæ hujus sectæ auctorem duodecim sibi discipulos adjunxisse, quos et apostolos, ad Manetis exemplum, nominaverat. Ex hac enim narratione statim subit opinio, eos non communem cum aliis monachis vitam egisse, sed inter se tantum iniisse societatem; eo magis quod quasdam etiam discipulas iis fuisse immistas ab eadem Anna affirmatur. At vero patefacta demum Bogomilorum hæresi ac hypocrisi, et Basilio, jussu Alexii Comneni, in Hippodromo regiæ urbis exusto, impia hæc societas dissoluta est ac dispersa, ejusque errores damnati. Attamen sicuti quotidie usuvenire conspicimus, ut si quando error aliquis menti cujuspiam insederit, non facile animus ab eo retrahitur, ita de Bogomilis accidit. Nam sex et viginti annos postquam eorum hæresis damnata fuerat, Nipho quidam monachus illam rursus innovare jam cœperat, non paucis in suam sententiam pertractis. Quod cum delatum esset ad Manuelem Comnenum, Alexii I ex filio Joanne nepotem, qui tunc imperabat, synodum Constantinopoli cogi jussit, ut Niphonis causa discuteretur. Congregata ea synodus fuit anno 1144, pridie Idus Octobris, in Thomaite seu patriarchali triclinio, præsidente Michaele Oxita patriarcha, ac Manuele Comneno imperatore, pluribusque episcopis et optimatibus assidentibus, qui accersito Niphone, et de ejus sententiis perquisito, cum male eum in fide sentire deprehendissent, in monasterium Peribleptæ interim relegandum censuere, monentes abbatem, cæterosque monachos, ut neque ipsi cum eo colloquerentur, neque cuivis extra monasterium degenti ad eum aditus permitterent. Res tamen non cessit ex voto. Nipho enim, arrepta occasione, cum quibusdam Peribleptæ monachis paulatim cœpit instituere colloquia, et hæreseos suæ virus eis propinare; ob quam causam ejusdem synodi Patres, ne pestis illa monachorum mentes depasceret, Niphonem monasterio extractum, ac igne et aqua interdictum longius exsulare coegerunt. Utrumque synodale decretum, quo hæc acta constitutaque fuerunt, Græce et Latine edidit Leo Allatius (33). Quamobrem non male, ut arbitror, conjicere quis poterit, tum primum ex Niphonis consuetudine quosdam Peribleptæ monachos Bogomilorum errores fuisse amplexos.

X. Quanam vero ratione Euthymius horum monachorum pravitatem detexerit, eorumque deliramenta didicerit, ipse in hoc libello longius enarrandum aggreditur. Atque hic adnotes velim, Euthymium, ut melius rem totam cognosceret, imitatum fuisse Alexium Comnenum, qui Basilium comiter in palatio excepit simulans cordi sibi esse ejus dogmata ediscere, ut ille impietatis suæ venenum confidentius evomeret (34). Porro præcipuum Bogomilorum dogma totum ex Manetis doctrina desumptum erat; duo enim principia, quorum unum esset bonum, alterum malum, astruebant. Principium malum Dei nomine decorabant, ac divinis percolebant honoribus, ut in hoc libello innuit Euthymius, ac luculentius affirmat in Panoplia (35), ubi inquit Bogomilos *dæmonem Filio Verbo natu majorem, præstantioremque, utpote Primogenitum*, credidisse. Insurgit hic adversus Euthymium Beausobrius in sua, quam digessit Manichæorum historia (36), nimisque impudenter asserit, eum dolo malo tantam Bogomilis impietatem tribuisse. Nemini enim, ut ipse inquit, erit persuasum, Christianam sectam, quæ cruci et imaginibus omnem cultum præstare renuebat, Satanam Verbo præstantiorem credidisse. At vero totum Beausobrii sophisma corruit, si advertamus Manichæos, quorum germen erant Bogomili, cruci, Deiparæ, et imaginibus cultum ideo denegasse, quia illum tanquam idololatriam impie respuebant. Etenim sacrilega hæc secta Christum ex Maria Virgine nec gigni, nec nasci potuisse affirmabat, quia si vere genitus, natusque fuisset, non nisi per Satanæ vincula carni illigari potuisset. Ex quo eodem principio statuebant quoque, Christi mortem non veram, sed fallacem, et simulatam fuisse. Plura hanc in rem congessit contra Beausobrium ipsum in Alphabeto Tibetano vir longe doctissimus Augustinus Antonius Georgius (37). Ex his autem facile quisque intelligit, pseudochristianam illam sectam nec Deiparam, nec crucem venerari ullo modo debuisse, quia Christus nec in Virgine carnem susceperat, nec in crucis ligno vere obierat. Idipsum sentiebant etiam de sanctis cum Christo in cœlis regnantibus, quos item tanquam idololatrarum inventa aversabantur. Contra vero quis non videt, ideo tantam erga Satanam habuisse reverentiam, quod is tanquam Deus habitus apud illos fuerit, tantaque præditus potentia, ut

(31) *Alexiad.* lib. xv, pag. 486.
(32) *Ibid.*, pag, 847.
(33) *De utriusq. Eccles. consens.* lib. II, cap. 12, pag. 680, et seqq.
(34) Vid. Annam Comn. *Alexiad.* lib. xv, pag. 487.
(35) Titul. xxiii. § 6.
(36) *Histoire critique de Manichée*, etc. lib. III, cap. 5, § 6 pag. 524.
(37) Pag. 207, 208.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

eidem mundi hujus opificium, hominisque creationem tribuerint ? Negavit certe callidus Calvinianus, Manichæos unquam principem tenebrarum Dei nomine honorasse, at quam immerito id fecerit, laudatus Georgius (38) satis edocuit.

XI. Præstat modo præcipuum Beausobrii argumentum exponere, quo nititur demonstrare, Bogomilos dum Satanam Verbo natu majorem dixerunt, recte in fide sensisse, Euthymiumque hujus sententiæ sensum ex industria pervertisse, ut inde tantam adversus eos calumniam confingeret. Duæ sunt, inquit, sententiæ, quas aliqui veteres scriptores catholici secuti sunt ; prima scilicet quod divinum Verbum hypostasim propriam habuerit primum a mundi creatione, altera, quod Satanas et angeli pluribus ante mundum hunc visibilem sæculis exstiterint. Itaque cum Bogomilis placuerit angelorum creationem ante mundum statuere, cumque Verbum divinum in mundi creatione hypostasim propriam habere cœperit, inde concludit, quod sine hæresi ii affirmare potuerunt, Satanam Verbo natu majorem esse. Hoc tamen Calviniani hominis deliramentum, quod prima fronte simplicioribus fortasse posset fucum facere, si paulo perpendamus, nullius prorsus est roboris. Atque, ut ab eo exordiar, quod absque ulla religionis injuria affirmari posset, angelos nempe pluribus ante mundum hunc visibilem sæculis fuisse creatos, ei ultro concedam. Quod vero ad alteram sententiam attinet, quam pro catholica confidenter obtrudit, notandum est per veteres illos scriptores catholicos Tatianum potissimum et Athenagoram designare voluisse, quasi eorum fuerit opinio, ut credidit etiam Petavius (39), Verbum divinum non ante mundi creationem propriam hypostasim habuisse. At, licet obscurius veteres hi Patres de Verbi generatione locuti sint, nunquam tamen quidquam dixerunt, quod ejus divinitati, æternitati et personalitati possit officere. Ac revera quod ad Tatianum pertinet, ait sane, in principio Verbum fuisse in Patre, utique ut in persona consubstantiali, cum quo omnia sustentabat ; quibus in verbis manifesto ejus divinitatem atque æternitatem ostendit. Dum vero addit, quod Verbum ex Patre prodierit quando ad mundi creationem progressum est, intelligit, quod Deus per Filium omnibus paternis ideis et attributis instructum omnia creaverit. Ac quamvis inter Verbi progressionem rerumque creationem necessariam ponat connexionem, tamen juxta eumdem Tatianum ita Verbum a Patre in rerum creatione progressum est, ut ab eo abscissum et separatum non fuerit, quia si abscissum fuisset, Pater ἄλογος foret. Itaque falso omnino asseritur, Tatianum sensisse, divinum Verbum hypostasim propriam habuisse in mundi creatione : nam id tantum astruit, Verbum illud, quod ab æterno in Patre omnia sustentabat, tum in rerum creatione ex Patre prodiisse, quia omnia per ipsum facta sunt. Eadem fere ratione Athenagoras quoque de Verbi divinitate disseruit. Dicit enim quod Deus, cum sit mens æterna, habuit ab æterno in seipso Verbum, utpote ab æterno rationalis : et quod hoc Verbum prodierit, ut omnium creatarum rerum idea, et operatio exsisteret. Constat autem voluisse Athenagoram hisce in verbis hoc solum docere, per Verbum res omnes creatas esse, quoniam Filius aliquo modo dici potest Dei ratio, mens, sapientia, et operativa potentia, quæ primum in rerum creatione exterius prodiit. Hanc sententiam probavit quoque S. Augustinus, ubi illud Joannis *In principio erat Verbum* exponens : *Hoc loco*, inquit (40), *melius Verbum interpretamur, ut significetur non solum ad Patrem respectus, sed ad illa etiam, quæ per Verbum facta sunt, operativa potentia.* Habuit ergo Verbum propriam ac distinctam hypostasim ab æterno dum omnia cum Patre sustentabat, sed in rerum creatione patuit quodammodo, quia omnia per Verbum facta sunt. Ad hæc, ut magis eluceat infelix Beausobrii vafrities, animadvertere juvat, quod etiam admisso hoc errore, Verbum propriam habuisse hypostasim ex rerum creatione, necnon illa sententia angelos ante mundum creatos esse, nullatenus sequeretur anteriorem fuisse huic hypostasi Satanam ; tunc enim Verbum non in mundi, sed in angelorum creatione hypostasim habuisset, quia tunc extra Patrem prodiisset : ac proinde semper Verbi hypostasis angelorum creationem præcessisset.

XII. Cætera Bogomilicæ sectæ placita memorat in hoc libello Euthymius, neque est opus de singulis disserere. Fortassis distinctim illa Euthymius refutaverat, sed in codice Vaticano solum supersunt argumenta, quibus urget Bogomilos in eo, quod pertinet ad mortuorum resurrectionem. Ut autem eam certe futuram probet, opponit primum hæretico fidei Nicænæ symbolum trecentorum decem et octo Patrum auctoritate firmatum ; deinde vero concilium Chalcedonense, cujus auctoritati ut magis fidem conciliet, miraculum quoddam describit a Deo patratum per S. Euphemiam martyrem, in cujus basilica hujus concilii Patres ab imperatore Marciano congregati fuerunt. Complures scriptores ejusdem miraculi meminere, sed alii ipsius concilii tempore, alii absoluto demum concilio illud evenisse narrant. Posteriorem sententiam secuti sunt Michael Glycas (41) ac Zonaras (42) : scribunt enim quod cum Eutychis Dioscorique fautores decreta concilii subsannarent, ejusque auctoritatem non veritate, sed potentia imperatoris niti dicerent, atque ita pravitatem sententiæ suæ stabilire cona-

(38) *Histoire critique de Manichée* lib. III, pag. 25.
(39) *De Trinit.* lib. I, cap. 3.
(40) Quæst. 63.
(41) *Annal.* Par. IV, pag. 263.
(42) *Annal.* lib. XIII, cap. 25.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

rentur, Anatolius patriarcha, adversariis convocatis, proposuit ut unaquæque pars propriæ fidei symbolum libello inscriberet, et in loculo S. Euphemiæ uterque libellus deponeretur, ut gloriosa hæc martyr de veritate rectæ fidei judicium ferret ac testimonium. Hoc autem consilium cum et hæreticis placuisset, remoto lapide, qui loculum claudebat, duo libelli supra sanctæ martyris pectus positi sunt, et deinde loculus non modo iterum clausus, sed etiam utriusque partis sigillis munitus et obsignatus. Post triduum cum convenissent, imperatore etiam præsente, aperto loculo, hæreticorum libellus ad pedes martyris projectus, alter vero in manu ejus dextra inventus est. Verum ne huic Zonaræ Glycæque narrationi protinus fidem nostram præstemus prohibet Evagrii, aliorumque, qui de concilio Chalcedonensi scripsere, silentium; cum minus certe probabile videatur rem adeo mirabilem, ac recordatione dignissimam tum demum tot a concilio elapsis sæculis primum innotuisse. At vero magis procul dubio a veritate abhorret Theodori Besti, et Constantini Tii episcopi (43) opinio, quam Euthymius quoque amplexus est, qui hoc miraculum ipsius concilii tempore operatum fuisse affirmant. Ut enim egregie animadvertit Baronius (44), si hoc fidei experimentum a concilii Patribus tentatum fuisset, sane acta tunc diligenter conscripta tantum hoc miraculum nullo modo siluissent. Accedit insuper, quod nunquam Patres in œcumenicis conciliis ex miraculis quæsierunt dogmatum veritatem, quam ex divinis imprimis Scripturis, et antiquis Ecclesiæ traditionibus, ac demum ex sanctorum Patrum assertionibus quærere, proponere, affirmare, atque stabilire consueverunt. Quapropter eruditis viris libenter assentior, qui opinati sunt hoc miraculum posterioribus sæculis fuisse omnino confictum, piamque hanc fabellam ex ipsis concilii actis non bene intellectis profluxisse. Patres namque Chalcedonenses, absoluto concilio, ut ostenderent omnia, quæ in concilio feliciter gesta fuerant, patrocinio et auspiciis S. Euphemiæ esse referenda, ita in litteris ad S. Leonem pontificem datis loquuntur (45): *Deus enim erat qui operabatur, et quæ suo thalamo concilium coronavit ornata decore victoriæ Euphemia: quæ tanquam propriam confessionem fidei definitionem suscipiens a nobis, suo sponso per piissimum imperatorem, et amicam Christi Augustam obtulit, omnem quidem perturbationem contrariorum sedans, veritatis autem confessionem roborans, ut amicam, et manu, ac lingua universorum decretis pro demonstratione subscribens.* Præterea observandum est quoque, pictores veteres, ut hoc ipsum Euphemiæ martyris erga concilium patrocinium exprimerent, eam volumen manu tenentem quandoque in tabulis effinxisse, tanquam fidei professionem Patrum Chalcedonensium Deo offerentem; etenim probabile valde videtur quod hujusmodi etiam picturæ Græcis sequioris ævi miraculum illud comminiscendi præbuerint argumentum.

XIII. Nec falsum est minus aliud, quod Euthymius statim subdit, S. Basilii miraculum, etsi omnibus manifestum asserat. Ejus summa hæc est. Cum Ariani Valentis imperatoris freti potentia, ex Nicæna ecclesia catholicos militari manu ejecissent, orthodoxus populus ad S. Basilium accurrit multo clamore imperatoris injuriam expostulans, ob quam causam imperatorem Valentem ille adiit, ac tanta cum eloquentia tanquam violati juris reum libere increpavit, ut imperator rei judicium ipsi S. Basilio commiserit. Reversus itaque S. Basilius Nicæam pactum cum Arianis firmavit, ut clausis ecclesiæ januis, sigilloque obsignatis, utri populo post triduum eæ sponte patuissent, is ecclesia potiretur. Cum autem Ariani tres dies noctesque precando insumpsissent, sed inde supplices ad ecclesiam incassum progressi essent, tunc Basilius templum S. Diomedis martyris extra civitatem oraturus ingressus est, et expleta nocte pervigili populum ad urbem reduxit; et cum ad ecclesiam accessisset, clausæ obsignatæque ejus fores statim apertæ sunt tanquam vehementi aura pulsæ, et ad muros illisæ. Hæc est historia, quam pro certa et inconcussa in medium afferre non dubitat Euthymius, sed quæ profecto nimis imbecillo nititur fundamento. Scriptor Græcus, qui primus miraculi hujus meminit, est auctor Vitæ S. Basilii, quæ sæculo VIII, vel potius IX prodiit. Fuere quidem nonnulli, qui hanc Vitam S. Amphilochio Iconiensi episcopo, ipsique Basilio familiarissimo facile tribuerunt, quia in mss. codicibus sub Amphilochii nomine reperitur descripta, et quia certo scimus S. Amphilochium episcopum Iconiensem quoddam encomium S. Basilii posteris reliquisse. Verum encomium hoc ad nos usque pervenit, et ab hac vita stylo differt, et rebus. Quare communis criticorum est sententia, Amphilochium Vitæ S. Basilii scriptorem post tempora longa ab ætate sancti doctoris vixisse, et res non a se visas, sed in vulgus sparsas sine delectu descripsisse, et fortasse Amphilochii nomen sibi assumpsisse, ut operi suo auctoritatem conciliaret et fidem. Communi huic judicio adversatus est Franciscus Combefisius, cui hanc quoque Vitam S. Basilii S. Amphilochio episcopo placuit vindicare; compulsus est tamen et ipse fateri fuisse illam a monachis, per quorum manus decursu temporum transiit, interpolatam, et vulgaribus traditionibus, ni mavis etiam confictis ad ornatum mirificis narrationibus commistam, et auctam. Græcum hujus Vitæ textum Latine reddidit Ursus, S. R. E. subdiaconus, Anastasio Bibliothecario coævus; et

(43) *In historia inventionis*, etc. num. IX.
(44) Ad annum 451, num. 122.
(45) Inter *Epist. S. Leonis Magni*, ep. 98, tom. I.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

quia plura occurrunt in hac versione vel immutata, vel adjecta, vel omissa, necesse est dicere quod Ursus aut codicem ad manus habuerit puriorem, aut quod æquum bonumque duxerit non modo interpretis sibi partes sumere, sed etiam judicis. Porro quia inter omissa hoc ipsum est ab Euthymio memoratum miraculum, manifesto patet, etiam ante Euthymii ætatem illud vel pro penitus falso, vel saltem pro valde dubio fuisse habitum.

XIV. Hæc sunt, vir cl., quæ in meis schedis adnotaveram de Euthymio Zigabeno, et de ejus libro invectivo contra Bogomilos, cujus fragmentum ineditum, a me ex Vaticano codice olim descriptum, nunc juris tui libens facio. Plura adjicere potuissem ; sed esset profecto præter propositum tuum edendi veterum scriptorum anecdota, si tibi mitterem prolixum de Bogomilorum historia tractatum. Vale.

EUTHYMII ZIGABENI

COMMENTARIA

IN PSALMOS

ANT. BONGIOVANNI PRÆFATIO.

Si quis scire cupit quid in causa nobis fuerit, quamobrem istos Zigabeni Commentarios in Theophylacti operum editione locaremus (*a*) ; si paulum is attenderit ad ea quæ in Præfatione supra diximus, id ipse per se facile intelliget. Cum enim deessent Theophylacti Commentaria in septem prophetas minores ; eaque quæ in codice Bavarico continerentur, non Theophylacti, sed Theodoreti esse compertum habuerimus, necesse propterea fuit ad aliud alterius scriptoris opus confugere, quo quartus hic tomus compleretur. Multa porro nobis ex manuscriptis codicibus suppetebant præstantium auctorum opera, nondum vulgata, omnia sane digna quæ in lucem proferrentur. Ex his tamen delegimus Euthymii Zigabeni Commentaria in Psalmos, duabus de causis : altera quod Theophylacto par ingenio est Zigabenus ; altera, quod id opus ejusdem plane generis est, cujus Theophylacti scripta, quæ in sacris Scripturis interpretandis versarentur.

Venio nunc ad Latinam interpretationem. Ea est Sauli, episcopi Brugnatensis, qui, ut fere fit, plura modo, modo pauciora in codice suo reperit, quam in codice Veneto reperiantur. Interdum etiam quædam ex ingenio suo addit, explanationis gratia. Quæ itaque duobus uncis istis () clauduntur, ea in codice Veneto desiderantur; quæ vero signis his ‹› notantur, ea desunt in codice, quo usus est Latinus idem interpres ; eaque ex codice Veneto Græce et Latine primi damus. Hæc semel hoc loco monuisse sufficiat, ne eadem singulis fere paginis, idque sæpius, iterantes, fastidium legentibus moveamus.

Jam vero de operis præstantia supervacaneum est dicere. Satis enim se ipsum legentibus commendat, commendavitque semper merito suo auctorisque sui celebritate ; quo merito quave celebritate factum est, ut sæpius recuderetur. Plures enim ante hanc ejus operis editiones Latinæ prodierunt; altera Veronæ, altera Venetiis, Parisiis aliæ, aliæ aliis in locis. Quid hoc sibi vult? Id opus nimirum esse longe optimum atque præstantissimum : ni enim tale esset, placere tantopere non potuisset, idque semper, et omnibus, et ubique. Quod si tantopere placuit Latine tantum, extera lingua, auctori suo plane ignota, quanto magis, putas, id placebit Græca lingua, qua auctor egregius scripsit ? Cum Latina verba legis, Saulum audis ; cum Græca, Zigabenum. Tantum porro inter hoc atque illud interest, quantum inter hominem intersit, et ejus imaginem, quæ in speculo repræsentatur. Ex optimis porro fontibus hausit auctor noster egregius, ut experientia docti compertum habemus. Præclare quidem is disserit in versiculum primum psalmi primi *Beatus vir*, docens per virum non excludi mulierem ; at hæc, ut pleraque alia, deprompsit

(*a*) Opp Theophylacti, Venet. 1738-63. — *Patrologiæ* tom. CXXIII-CXXVI.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ex Basilio (*a*), vel Theodoreto. Scite idem interpretatur versiculum tertium et nonum psalmi secundi, *Dirumpamus vincula eorum : reges eos in virga ferrea*, per vinculum Judaicam legem, per virgam crucem intelligens : at hæc, ut alia bene multa, deprompsit ex magno Athanasio (*b*). Egregie quoque disserit de septem sacrarum Scripturarum editionibus, quo quæque tempore, et a quo scriptæ fuerint. Verum hæc desumpsit ex auctore *Synopseos*, quæ magno eidem Athanasio tribuitur. Quæ vero de Psalterio, de ode, de diapsalmate, de cæteris edisserit in procemio Zigabenus, ea, ut alia complura, αὐτολεξεὶ deprompsit ex Eusebii Pamphili argumento, reliquisque commentariis in Psalmos. Quoniam autem in hunc locum incidimus, operæ pretium ducimus hic exhibere argumenti ipsius initium, quod in celeberrima clarissimi Montfauconii editione desideratur. Id autem exscripsimus ex vetustissimo codice Bernardi Nani, Veneti senatoris, nuper (proh dolor !) fato functi, de re litteraria optime meriti, qui cum multos undique codices conquisisset, opera Jacobi fratris, strenui viri, navium præfecti, eos mihi, tanquam rem meam, utendos humanissime concessit. Ex his itaque codicibus, qui numero XXXII notatur, sic Eusebii argumentum in Psalmos exhibet :

Ὑπόθεσις Εὐσεβίου εἰς τὸ Διάψαλμα.

Πολλάκις ζητήσας τὴν αἰτίαν τοῦ ἐπιγράφεσθαι μεταξύ τινων ψαλμῶν διάψαλμα, ὕστερον παρατηρήσας ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ, καὶ συνεξετάσας αὐτῷ τὸ Ἑλληνικὸν, εὗρον, ὅτι ὅπου Ἑβραϊστὶ σὲλ, Ἑλληνιστὶ δὲ ἀεὶ, ἤτοι τοιούτῳ ἰσοδυναμοῦν, ἐκεῖ οἱ Ο', καὶ Θεοδοτίων, καὶ Σύμμαχος ἔταξαν τὸ διάψαλμα. Ἔγραψαν τοίνυν τὸ διάψαλμα κ. τ. λ.

Hæc divus Hieronymus (*c*) ita Latine reddidit.

« Sæpe quærens causas, cur in quibusdam psalmis interponatur *diapsalma*, observavi diligentissime in Hebræo, et cum Græco contuli, invenique quia ubi lingua Hebræa *Sela* (*ms. Sel*) habet, Græca vero *semper*, aut aliquid istiusmodi, ibi Septuaginta, et Theodotion, et Symmachus transtulerunt *diapsalma*. »

Hæc Eusebius, ab Origene mutuatus ad verbum. Id autem libentissime damus, eoque etiam libentius, quod Eusebii nomine nondum vulgatum est, quodque tum Eusebio, tum Euthymio, tum etiam Origeni, unde sumptum est, illustrando plurimum confert. Ex his igitur omnibus hausit Zigabenus, nec ex his solum, sed etiam ex aliis, quorum opera aut interciderunt, aut in bibliothecis manuscripta delitescunt. Lege, si placet, Origenis Exegetica in Psalmos, percurre Basilii Commentarios, revolve Hesychii Hierosolymitani Scholia ; adi S. Joannem Chrysostomum, S. Cyrillum Alexandrinum, cæteros in aureis Catenis manuscriptis Græcæ D. Marci bibliothecæ, ex quibus omnibus multa Zigabenum deprompsisse comperies. Cum itaque præstantissimo ingenio sit Zigabenus, cum ex optimis ipse fontibus hauserit, Origene, Athanasio, Basilio, Chrysostomo, Hesychio, cæteris : nemo, opinor, amplius mirabitur, quod tam egregia sint ejus Commentaria in Psalmos, quodque viris eruditis tantopere semper placuerint. Quod cum ita sit, pergratum, opinor, perque jucundum omnibus erit id opus, quod ipsi primi Græce damus, ea nempe lingua, qua auctor hic eximius conscripsit. Æquo igitur animo viri, quotquot estis in orbe terrarum eruditi, istæc egregia tum Theophylacti, tum Zigabeni opera, quæ nondum lucem viderunt, excipite.

Verum antequam præfari desino, unum adhuc moneo, nempe Commentarium in Psalmos, qui in Catalogo librorum et manuscriptorum bibliothecæ Regio-Parisiensis Theophylacto nostro inscribitur, hunc eumdem esse, quem hic edimus, Euthymii Zigabeni, quemque sæpe Parisiis promissum, et nondum, cum tertius ederetur tomus, a nobis acceptum fuisse, monuit qui in ipsum præfatus est sect. XIII. Scilicet ea inscriptio nos in spem erexerat, exstare aliquem Theophylacti in Psalmos Commentarium, quo istæc editio nostra posset locupletari atque compleri. Quare nullum non lapidem movimus, ut illius compotes fieremus. Verum cum, multo insumpto tempore ac labore, tandem illius primæ paginæ apographum ad nos perlatum esset, collatione facta comperimus, eo codice non aliud contineri, nisi textum Græcum, eumque ineditum, Commentarii Euthymii sæpius jam Latine editi. Quid doctissimum alias et solertissimum prædicti Catalogi auctorem in errorem induxerit, ut hunc Commentarium Theophylacto tribueret, nec divinare possumus, neque id disquirere nostra interest. Hoc tamen monere operæ pretium duximus, ne quis eumdem Catalogum percurrens, atque Commentarium in Psalmos Theophylacto inscriptum comperiens, eumque in editione nostra non videns, et hanc ut imperfectam minore haberet in pretio, et nos ceu in perquirendis colligendisque ejusdem Theophylacti operibus minus accuratos ac desides condemnaret.

(*a*) Com. in Psal. ad eum locum.
(*b*) Com. in Psal. ad eumd. locum.
(*c*) Ep. ad Marcel. T. I edit. Vallarsii, p. 155.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

PAULINI TURCHII

EPISTOLA NUNCUPATORIA AD CLEMENTEM SEPTIMUM P. M.

Editioni Latinæ præmissa.

—

Illi imprimis, Pater beatissime, omni honore sunt prosequendi, qui divino Numine afflati, et proprii ingenii exercitatione, divina nobis tradere curaverunt : quales Moyses, David, Isaias, Paulus, ac cæteri canonicorum librorum scriptores : a quibus non longe absunt alii quamplurimi, qui eodem edocti Spiritu, quæ per illos tradita sunt, pro hominis captu intellecta, ut aliis quoque essent pervia, suo ingenio et laboribus effecere : ceu Dionysius, Athanasius, Basilius, Chrysostomus, multique alii, qui vitæ ac morum sanctitate insignes, et incomparabili doctrina conspicui, eximiis actionibus, eruditissimis libris a se conscriptis Christianam remp. illustrarunt. A quorum lectione cessasse, et monitis recessisse, malorum omnium occasio nobis fuit. Hinc enim innumeri errores et hæreses, hinc vitæ neglectus, contemptus virtutum, vitiorum tyrannis, initium pariter et incrementum sumpsere. Quis enim horum lectioni attentius vacans, in fide recta ac pietate non proficiat, animum colat, charitatem prosequatur, misericordiam, liberalitatem, justitiam cæterasque virtutes ? Avaritiam vero, invidiam, luxuriam, iracundiam, aliosque hujusmodi animi morbos multo magis quam serpentes ac mortem fugiat? Quo fit, ut credam nihil utilius Christianæ reip. afferri posse, quam ut ii nobis reddantur, per quos olim Dei Ecclesia, etiam inter acerrimos adversarios, pietatis doctrina, vitæ meritis et numero crevisse dignoscitur. Quod sane utinam attenderent multi nostrorum temporum, qui hoc officio commodius fungi possent : mallentque horum vertendo libros, publicæ utilitati consulere, quam propria temere effundendo, privatæ gloriæ deservire! A quorum profecto consilio longe aberat Philippus Saulus, episcopus Brugnatensis, vir sane priscis illis Patribus, virtutum ornatu et sacrarum Litterarum peritia comparandus, qui huic saluberrimo instituto quam maxime intentus erat. Nam si quos huic operi idoneos nactus esset, excitabat, monebat, rogabat, et quibus posset modis ad hoc compellere non omittebat. Ipse vero tanto hujus rei studio tenebatur, ut dies ac noctes summa cum voluptate in hoc insumeret. Ab hoc profecto optimo viro plura et egregia sperare poteramus, nisi divina Providentia illum a nobis avocasset, felicitatem illi (ut merito speramus) recte anteactæ vitæ præmium benigne conferens, nobis vero paterna clementia (ut puto) indulgens, ne acriores dare pœnas nostræ ignaviæ cogeremur, qui tanti viri exemplo et monitis minus proficeremus. Hic elegantissimos commentarios Euthymii monachi, Patris sanctissimi et eruditissimi, nuper Latinos fecerat, puro quidem ac simplici dicendi genere, quos immatura morte præventus, in lucem edere non potuit. Ego vero, qui ejus doctrinæ ac sanctitatis testis diutius fueram, studiorum comes, consiliorum conscius, nimia ipsius humanitate summa illi necessitudine devinctus : talis amici, quo meliorem ne desiderare quidem licebat, tam sanctos labores deperire, nos vero tanto thesauro fraudari æquo animo ferre non poteram. Converti me igitur ad Joannem Matthæum, episcopum Veronensem, bonorum omnium (ut optime nosti) quam maxime studiosum, ipsum hortatus pariter et precatus, ut tanti boni nobis auctor fieret : ratus quod erit, ut hoc pacto amici defuncti sanctæ memoriæ, et viventis justæ mercedi, et communi omnium bonorum utilitati quam optime consulatur. Benigne annuit venerandus pontifex, ut est ad recta omnia et honesta studia quam promptissimus, suaque auctoritate, jussu et impensis effecit, ut egregium hoc opus quam optime dispositum prodiret in publicum : opus, inquam, a nemine satis pro dignitate laudandum, si eximii vatis divinam mentem et intelligentiam suspicias : si interpretum eruditionem et fidem, si correctoris et artificis peritiam et diligentiam attendas.Cui vero aptius nuncupetur quam tibi,si vel ipse respiciaris vel ille ? Tu enim Christiani populi caput es et pater : cui et dignitate qua insigniris, et probitate qua fulges, bona cuncta et sacra merito sint dicanda : cum præcipue humanæ et divinæ litteræ clarissimæ familiæ tuæ Mediceæ plurimum debeant, cujus præcipuo studio et opera densissimis antea pressæ tenebris et quasi sepultæ, in lucem sunt redditæ. Ille vero domus tuæ alumnus tot tantisque beneficiis est affectus, ut nesciam magisne sit perspicuum, tua benignitate ipsum esse quod est : an nullum studium illi propensius esse posse quam cuncta efficere quæ ad salutem et gloriam tuam spectare videantur. Tibi igitur Pontifici Maximo divinum hoc opus dicamus et mittimus, quo tuo patrocinio et judicio munitum, securius et liberius omnibus se legendum exhibeat. Vale.

—

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ΕΥΘΥΜΙΟΥ ΜΟΝΑΧΟΥ

ΤΟΥ ΖΙΓΑΒΗΝΟΥ

ΕΞΗΓΗΣΙΣ ΕΙΣ ΤΟ ΨΑΛΤΗΡΙΟΝ.

—

EUTHYMII ZIGABENI

COMMENTARIUS

IN PSALTERIUM

(Interprete Philippo Saulo, episcopo Brugnatensi.)

—

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Πατὴρ τοῦ παρόντος βιβλίου, τὸ μὲν ὅλον εἰπεῖν, ὁ Θεοῦ παῖς (Ὑπερασπιῶ, φησὶ, τῆς πόλεως ταύτης, δι' ἐμὲ καὶ διὰ Δαβὶδ τὸν παῖδά μου), ὁ Θεοῦ πατήρ. Βίβλος, φησὶ, γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ υἱοῦ Δαβὶδ· τὰ δ' ἄλλα συντόμως περιλαβεῖν, ὁ μετὰ Ἀβραὰμ μόνος τῶν ἐθνῶν πατὴρ, ὁ καθ' ἡμᾶς Ὀρφεὺς, ὁ πρῶτος τῶν ἀρετῶν καλλιγράφος, ὁ πρῶτος τῶν τριῶν ὑποστάσεων τῆς μιᾶς Θεότητος κήρυξ, ὁ ποιμὴν ἅμα καὶ ἀριστεὺς, καὶ προφήτης καὶ βασιλεὺς, ὁ τοῦ πρώτου βασιλέως καρδία, καὶ γλῶσσα, καὶ κάλαμος, ὁ παρὰ Θεοῦ μαρτυρηθεὶς, ὁ πάσας κτησάμενος τὰς ἀρετὰς, ὅσαι τὸν ἄνθρωπον θεὸν ποιοῦσι, καὶ περὶ τὸν ἄνθρωπον ἀφορίζονται. Οὗτος Ἰεσσαὶ μὲν ἦν υἱὸς, καὶ τῶν ἀδελφῶν νεώτατος, ἀπέριττος μὲν τὴν ὄψιν, ὡραιότατος δὲ τὴν ψυχὴν, καὶ πάντων στρατηγῶν, καὶ προφητῶν, καὶ νομοθετῶν, καὶ βασιλέων εὐφορώτατος, καὶ ποικιλώτατος τὰ χαρίσματα, πραότατος μὲν τὸ πνεῦμα, καὶ τὴν φύσιν ἐπιεικέστατος· ἀνδρειότατος δὲ τὴν γνώμην, καὶ τὸ σῶμα ῥωμαλεώτατος, ἀρχικώτατος ὁμοῦ καὶ κοινότατος, μεγαλοφρονέστατός τε καὶ μετριοφρονέστατος, ἁπλούστατος καὶ πολυτροπώτατος, ἡδὺς τὸ ἦθος, ὀξὺς τὸν λόγον, πολὺς τὸν νοῦν, ἔνθους τὴν θεωρίαν τῶν ὄντων, ἢ τοῦ ὄντος, αὐτοδίδακτος, ἢ θεοδίδακτος, ὅλος καὶ ὅλου ἅμα τοῦ πνεύματος· ἃ πάντα παραδραμὼν, ἢ συνελὼν, δύο μόνα σεμνολογήσω περὶ αὐτοῦ, σοφίαν καὶ ἀνδρίαν. Χρὴ δὲ περὶ τῆς σοφίας πρῶτον διαλαβεῖν.

PROŒMIUM.

Cujus quidem libri auctor (ut plane quod summum est dicam) et Dei filius fuit (*Protegam enim*, inquit Dominus, *civitatem hanc propter me, et propter David filium meum* [1]) et pater Dei. *Liber* enim, inquit, *generationis Jesu Christi filii David* [2], cætera vero (ut paucis complectar) qui post Abraham solus fuit gentium pater, qui noster Orpheus, qui primus elegans conscriptor virtutum, et primus trium personarum unius que Divinitatis præco : qui pastor una, et invictissimus miles, propheta et rex : qui et primi regis cor, lingua fuit et calamus : cui a Deo testimonium est præstitum : quique omnes eas sibi paravit virtutes, quæcunque hominem faciunt Deum, et homini ascribi possunt. Hic Jesse quidem filius, et fratrum junior, exilis aspectu corporis, animo formosissimus : omnium prophetarum, imperatorum, legislatorum, regum fuit excellentissimus : et innumeris, præ cæteris omnibus, charismatum donis refertus : mitissimus quidem spiritu, et natura etiam modestissimus : virili præditus mente, et corpore etiam robustissimus : principem una atque æqualem omnibus se præbebat : magnanimus simul et comis : simplicissimus pariter ac prudentissimus : moribus dulcis, et acer sermone : intellectu multus, et divino numine plane afflatus ; dum in eorum quæ sunt, seu potius in ejus qui vere est contemplatione versatur, a seipso edoctus, et doctus a Deo : qui totus etiam, ac toto semper erat cum spiritu. His tamen omnibus prætermissis, seu potius breviter in unum collectis, duas tantum nunc illius virtutes persequar : sapientiam scilicet et fortitudinem, et de sapientia quidem prius disseremus.

Φησί που βαθύτερον, ἢ σαφέστερον· *Αἱ χεῖρές μου ἐποίησαν ὄργανα, δάκτυλοί μου ἥρμοσαν ψαλ-*

Ait quodam in loco profundius, quam clarius : *Manus meæ fecerunt organum : et digiti*

[1] IV Reg. XIX, 34. [2] Matth. I, 1.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

mei concinnaverunt psalterium. Sapientia enim nihil aliud est, quam harmonia quædam, et concinnitas dictorum ac factorum. Præterea inter rationales scientias, musice optima est, et summa sapientiæ pars : quæ scipsam una, et omnes philosophiæ partes, atque ornamenta et sibi ipsi, et aliis mutuo per se accommodat et coaptat : symphoniaque et concentus quidam cæteris omnibus est, et proportio. Qui igitur hanc musicen confessus fuerit fuisse in David, universas ei etiam, rerum omnium scientias brevi ascribet. Observandum vero est, qua ratione beatus David, organo quidem manus et faciendi virtutem simpliciter ascripsit : psalterio vero digitos, concinnitatemque atque harmoniam. Quia scilicet organum simplicius instrumentum est ac magis vulgare : psalterium vero et ad sublimiorem scientiam pertinet, et arte indiget diligentiori. Juxta anagogen : Manus accipiuntur, pro virtute factiva, quæ vitam ac conversationem nostram, quasi organum, sibi ipsi consonam ac bene dispositam reddat; digiti vero, considerationes ac contemplationes subliniores intelligendæ sunt : quæ intellectuale rationis judicium, quasi psalterium quoddam concinnant : ita ut superne inspiretur pulseturque, et ab alio majori moveatur. Item alibi in Psalmis ait : *Incerta et occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi* [a]. O admirandum Dei opus ! neque enim solam visibilium cognitionem, sed etiam arcanorum Dei scientiam edoctus est : quod scilicet unitas sit, et trinitas, et quæcunque alia ad Dei incarnationem pertinent : et rursus alio in loco dixit : *Super omnes docuisti me mandatum tuum* [b] : de eo loquens mandato quod ad actiones pertinet, in quo virtutis genere pariter primatum obtinuit.

Atque hæc quidem de sapientia. De fortitudine vero idem ipse narrat dicens : *Exivi obviam Philistæo, et maledixit mihi in idolis suis, ego autem exserto ejus gladio, decollavi eum, et abstuli opprobrium a filiis Israel* [c]. Tu modo considera hic non fortitudinem tantum, sed et multo magis animi moderationem. Quippe cum multa et magna tunc recensere posset : inimicorum scilicet copias, audaciam, arma, bellicas artes, et studia : ipsius etiam gigantis, aut potius elephantis illius arrogantiam, peritiam, vires, magnitudinem, Judæorum præterea timorem, sollicitudinem, ipsiusque Saul regis anxietatem : et quomodo ob unicum etiam Philistæum omnes erant perterriti : dux, milites, juvenes, senes : quomodo ipse David adolescens erat et pusillus, inermis, belli ignarus : et tamen ausus sit adversus Barbarum illum decertare : unde dejecta tanta illa turri ac tali fera, facilem regi victoriam præstitit : quippe qui illius capite a reliquo corpore avulso, atque hoc ipsius-met gigantis gladio, timorem omnem dissolvit : cædes antea fieri solitas repressit : exercitum, du-

A τήριον. Σοφία γὰρ οὐδὲν ἕτερον, ἢ ἁρμονία λόγων καὶ πραγμάτων. Ἄλλως τε κἀν ταῖς λογικαῖς ἐπιστήμαις ἁρμονικὴ τὸ κάλλιστόν τε καὶ κορυφαιότατον τῆς φιλοσοφίας, αὐτή τε ἑαυτὴν καὶ πάνθ' ὁμοῦ τὰ τῆς φιλοσοφίας μέρη καὶ κάλλη, καὶ ἑαυτῇ καὶ ἀλλήλοις δι' ἑαυτῆς ἁρμόζουσα, συμφωνία τις οὖσα πᾶσιν, ἢ ἀναλογία. Ὁ γοῦν ταύτην ἔχειν ὁμολογήσας, πᾶσαν ἐν βραχεῖ τὴν θεωρίαν αὐτῷ τῶν ὄντων προσεμαρτύρησε. Παρατηρητέον δὲ, πῶς τῷ μὲν ὀργάνῳ τὰς χεῖρας καὶ ποιητικὴν δύναμιν ἀνέθηκε, τῷ δὲ ψαλτηρίῳ τοὺς δακτύλους καὶ τὴν ἁρμονικήν· ἐκεῖνο μὲν γὰρ, ἁπλούστερον καὶ κοινότερον· τοῦτο δὲ, τῶν ἐπιστημονικῶν τε καὶ λεπτοτέρων, καὶ ἀκριβεστέρας δεόμενον ἐπιτεχνήσεως. Ἀναγωγικῶς δὲ, χεῖρας μὲν οἰητέον τὴν πρακτικὴν ἀρετὴν ὥσπερ ὄργανον
B ἀποτελοῦσαν τὸν βίον ἐμμελῆ καὶ σύμφωνον ἑαυτῇ· δακτύλους δὲ, τοὺς θεωρητικωτάτους λογισμοὺς, οἷα ψαλτήριον ἁρμόζοντας, τὸ νοερὸν τοῦ λόγου ψαλτήριον, ὡς ἐμπνεῖσθαι καὶ ἄνωθεν, ἢ κρούεσθαι, καὶ δι' ἑτέρου μείζονος ἀνακρούεσθαι. Καὶ ἀλλαχοῦ δὲ λέγει τῶν ψαλμῶν· *Τὰ ἄδηλα καὶ τὰ κρύφια τῆς σοφίας σου ἐδήλωσάς μοι.* Οὐαὶ τῆς μεγαληγορίας ! οὐ μόνον γὰρ τῶν φαινομένων τὴν γνῶσιν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀπορρήτων ἐμυήθη τὴν σύνεσιν, οἷον, ὅτι τριὰς καὶ μονὰς, καὶ περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως. Καὶ πάλιν· *Ὑπὲρ πάντας ἐσόφισάς με τὴν ἐντολήν σου*, περὶ τῆς πρακτικῆς φάσκων, καθ' ἣν αὖθις ἐπρώτευεν.

C Ἀλλὰ ταῦτα μὲν περὶ τῆς σοφίας· τὰ δὲ περὶ τῆς ἀνδρίας αὐτὸς πάλιν ἐκδιηγεῖται· φησὶ γάρ· *Ἐξῆλθον εἰς συνάντησιν τῷ ἀλλοφύλῳ, καὶ ἐπικατηράσατο μὲν ἐν τοῖς εἰδωλίοις αὐτοῦ· ἐγὼ δὲ σπασάμενος τὴν μάχαιραν, ἀπεκεφάλισα αὐτὸν, καὶ ἦρα ὀνειδος ἐξ υἱῶν Ἰσραήλ.* Ὅρα μὴ τὴν ἀνδρίαν μόνον, ἀλλὰ πολὺ πρῶτον τὴν ἐπιείκειαν· πολλὰ γὰρ καὶ μεγάλα λέγειν αὐτίκα, (1) τῶν μὲν πολεμίων τὰ πλήθη, τὰ θράση, τὰ ὅπλα, τὰς πολεμικὰς τέχνας καὶ μελέτας, αὐτοῦ τοῦ γίγαντος ἢ ἐλέφαντος ἐκείνου τὴν ἀλαζονείαν, τὴν ἐμπειρίαν, τὴν ἰσχὺν, τὸ μέγεθος, τῶν Ἰουδαίων τὴν δειλίαν, τὴν ἀγωνίαν, αὐτοῦ τοῦ βασιλέως τὴν ἀπορίαν, καὶ πῶς ἐπεφρίκεσαν πάντες καὶ στρατηγοὶ, καὶ στρατιῶται, καὶ νέοι, καὶ παλαιοὶ, τὸν ἀλλόφυλον, καὶ
D πῶς νεώτατος αὐτὸς ὢν, καὶ βραχὺς, καὶ ἄοπλος, καὶ πολέμων ἄπειρος, κατεθάρρησε τοῦ βαρβάρου, οἷα νεκρῷ τῷ τοσούτῳ πύργῳ, καὶ τοιούτῳ θηρὶ χρησάμενος, κατηγωνίσατο ῥᾴδιον, καὶ τῇ ἐκείνου μαχαίρᾳ τὴν κεφαλὴν τοῦ σώματος ἀφελὼν, ἔλυσεν τὸν φόβον, ἔστησε τὸν φόνον, ἔσωσε τὸ στρατόπεδον, καὶ τὸν ἡγεμόνα, καὶ προγόνων τάφους, καὶ νόμους

[a] Psal. L, 8. [b] Psal. CXVIII, 66. [c] I Reg. XVII, 43.

Variæ lectiones.

(1) Desideratur ἐξὸν vel δυνάμενος, vel certe subauditur.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

πατρῴους, καὶ ἱερὰ, καὶ γονεῖς, καὶ σύμπαντα γένη, καὶ ἡλικίας· ὁ δὲ τούτων μὲν οὐδὲν ἐμεγαλαύχησεν, ἐπιεικέστατα δὲ πάνυ διεξῆλθε τὸ πρὸς τὸν Γολιὰθ μονομάχιον.

'Αλλ' οὗτος ὁ τοσοῦτος καὶ τηλικοῦτος, ἵνα μὴ ἕκαστον διατρίβω λόγον, ἐξευτελίζεται μὲν παρὰ τοῦ πατρὸς, τὴν ἀρχὴν. . . . αἰνομένῳ προσέχοντος, ἀποβάλλεται δ' εἰς ποιμένας, καὶ (2) τούτων τοῖς ἐν τοῖς λοχευομένοις ὄπισθεν. Καὶ ὁ μὲν πατὴρ ὥσπερ. . . . ἴθει κάτωθεν, ὁ δὲ Θεὸς ἄνωθεν υἱοθέτει, καθάπερ βασιλικὸν παῖδα τὴν βασιλικὴν, εἶτ' οὖν ποιμαντικὴν ἐπιστήμην πρῶτον ἐν τοῖς ἀλόγοις ἐκμελετᾷν παρεσκεύασεν, ἐπαγρυπνεῖν, πολεμεῖν, κινδυνεύειν τῆς ποίμνης, παρατάττεσθαι πρὸς θῆρας, πρὸς λῃστὰς, πρὸς κλέπτας, πρὸς λιμὸν, πρὸς B κρυμὸν, πρὸς φλόγα, προηγεῖσθαι, παρακαλεῖν πρὸς νομὰς, πρὸς σκιὰς, εἰς κρήνας, εἰς ποταμοὺς, (3) ἀνακομεῖσθαι, συνάγειν, τῇ βακτηρίᾳ, τῇ φωνῇ, τῇ ᾠδῇ, τῇ σύριγγι, τέρπειν, φοβεῖν, διαιτᾷν, φαρμακεύειν, ὧν ἁπάντων τέλος, μὴ πιότατον μόνον ἀποδεῖξαι τὸ ποίμνιον, ἀλλὰ καὶ σωφρονέστερον καὶ εὐπαιδευτότατον. 'Αλλά τί δεῖ μηκύνειν; Ἔρχεται μετ' ὀλίγον ὁ χρίστης, ἐπιζητεῖται δὲ ὁ χρισθῆναι μέλλων· ἐξέρχεται δὲ ὁ χορὸς τῶν παίδων, ὁ πολὺς ἐκεῖνος, ὁ καλὸς καὶ λαμπρὸς, ἐπιτίθεται τὸ κέρας, ὑπερτίθεται ὁ Θεός· ἀποδοκιμάζει τούτους, ὥσπερ δὴ ὁ πατὴρ τὸν Δαβίδ. 'Αναγκάζεται παραγαγεῖν αὐτὸς ὁ ἐξουθενῶν τὸν ἐξουθενούμενον· παράγεται, χρίεται καὶ ἄμφω, βασιλείαν καὶ προφητείαν· τῷ γὰρ κέρατι καὶ τῷ πνεύματι. Σύμβολα καὶ ταῦτα C τοῦ Σωτῆρος 'Ιησοῦ χρισθέντος ὕστερον εἰς βασιλέα τε καὶ Θεόν. Τί γοῦν τὸ μετὰ τοῦτο; Πόλεμος ἀλλοφύλων ἐφίσταται πολὺς καὶ ἄμαχος καὶ ἀμήχανος· ἐπὶ ξυροῦ δὲ τῷ βασιλεῖ καὶ τῷ ἔθνει παντὶ τὰ πράγματα. Παρίσταται δὲ ὁ ῥύστης, ὁ προφήτης ὁμοῦ καὶ στρατιώτης καὶ βασιλεύς. 'Εξουθενεῖται πάλιν, ἀποβάλλεται πάλιν· ὑπερβάλλει πάλιν τοὺς ἀδελφοὺς, τῇ κακροθυμίᾳ· τὸν Σαοὺλ, τῇ ἀπολογίᾳ· τὸν Γολιὰθ, τῇ ἀνδρίᾳ· πάντας ἅμα, καὶ τοὺς πρὸ αὐτοῦ, καὶ τοὺς μετ' αὐτὸν τῇ ὑπερφυεῖ γιγαντομαχίᾳ· σώζει πάντας εἰς φανεὶς ὑπὲρ πάντων, καὶ ἀντὶ πάντων, καὶ ὑπὲρ πάντας. Εἶτα τί; Συμβασιλεύει, συνεκστρατεύει, συγκατορθοῖ· μᾶλλον δὲ, κατορθοῖ τὰ λείποντα· νικᾷ τοὺς μὲν ἔξω πολεμίους D τοῖς ὅπλοις· τὸν ἔνδον δὲ, τὸ πνεῦμα δηλαδὴ τοῦ Σαοὺλ, τῇ μελῳδίᾳ τε καὶ τῷ πνεύματι· στεφανοῦται καὶ εὐφημεῖται παρὰ πάντων, καὶ ὑπὲρ πάντας· ᾠδὴ γίνεται καὶ ταῖς γυναιξίν· *Ἐπάταξε Σαοὺλ ἐν χιλιάσι, καὶ Δαβὶδ ἐν μυριάσι.* Φθονεῖται πάλιν, διώκεται, φεύγει, κρύπτεται, κυκλοῦται, κυκλοῖ τὸν κυκλώσαντα, καὶ οὐχ ἁρπάζει τὸν καιρὸν, οὐ λαμβάνει τοῦ πολέμου λύσιν, οὐκ ἀμύνεται τὸν ἐχθρὸν, ἀμύνει τούτῳ, φεύγων, οὐ μή τι πάθοι μᾶλλον,

cem, patriam, majorum sepulcra, leges patrias, templa, parentes ipsos, et omnem denique ætatem servavit : ipse tamen in his nihil gloriatus est, sed singulare certamen, quod sibi fuit cum ipso Goliath, tantum modestissime narravit.

Verumtamen hic noster tantus ac talis David, ne omnia per singula persequar, negligitur a patre (qui initio exteriora tantum spectabat) et ad greges mittitur et ad armenta : quinimo horum etiam fœtas oves sequebatur. Et pater quidem in terra eum abjiciebat, Deus vero desuper adoptabat, eumque veluti regium puerum, regali, hoc est pastorali scientiæ primum vacare, inter irrationalia præparavit : vigilare scilicet, certare pro grege, periculis se opponere, contendere adversus feras, B latrones, fures, famem, frigora, flammam : præire etiam et advocare ad pascua, ad umbras, ad fontes, ad flumina : revocare item, et in unum adducere, virga, voce, cantu et fistula, delectare etiam ac perterrere : vivendi normam præbere, et mederi, quorum omnium is est finis, ut non pinguem modo, sed ut moderatissimum etiam, et castigatissimum gregem ostenderet. Sed quid pluribus opus est? Venit paulo post unctor : ungendus perquiritur. Procedit copiosus ille, pulcher, et clarus filiorum chorus : imponitur cornu, superponitur Deus : et quemadmodum antea pater ipsum David, sic et Deus omnes alios reprobavit. Cogitur pater qui neglexerat, neglectum adducere : adducitur itaque, et ungitur ad utrumque : ad C regnum nimirum, et ad prophetiam : cornu siquidem, et spiritu. Figura erant hæc Salvatoris nostri Jesu Christi, qui in regem ungendus erat, et in Deum. Quid igitur post hæc? bellum adest a Philistæis, bellum, inquam, grande : quinimo immensum et insuperabile. Omnia tam regis, quam universæ gentis negotia in summo erant discrimine : ipse autem liberator advenit propheta, miles, pariter et rex. Negligitur rursus atque abjicitur : et rursus ipse, patientia sua fratres, responso Saul, fortitudine Goliath, et omnes insuper, qui tunc temporis, et antea ac postmodum fuerunt, immensa hac gigantea pugna superavit : unusque pro omnibus, contra omnes, servavit D omnes. Sed quid deinceps ? Simul regnat, simul exercitum ducit, simul dirigit atque administrat ; imo vero quæ reliqua sunt, ipse unus moderatur, et exteros quidem inimicos, armis, suos vero, hoc est ipsius Saul malignos spiritus, melodia simul, ac spiritu, superat. Coronatur itaque et laudatur ab omnibus, et supra omnes, in cantumque ipsis etiam effectus est mulieribus : *Percussit Saul mille, et David decem millia* [6]. Invidetur rursus, persecutionem patitur, fugit, occultatur, circumdatur,

[6] I Reg. XVIII, 7.

Variæ lectiones.

(2) Adde πρόβατα καὶ, ut et sensus postulat, et Latinus legit interpres.
(3) *Ἴσως*, ἀνακομίζεσθαι.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

et ipse circumdantem circumdat, nec tamen occasionem arripit, nec belli solutionem attendit, non ulciscitur inimicum : quinimo illum adjuvat fugiens ac timens, non ut ipse male quidpiam pateretur, sed potius, ne adversus Saulem aliquid eorum faceret, quæ sibi ab illo intentabantur. Adeo enim contraria hæc una temperavit, mansuetudinem scilicet et fortitudinem, ut fortitudo in eo major quam in cæteris : et mansuetudo ipsa etiam fortitudine major conspiceretur. Quid tum? Regnat : prophetias prædicit : fatetur atque attestatur Deum, et testimonium illi perhibetur a Deo, promittiturque ei, quod æternam sedem habiturus sit, et hæreditate totum orbem consecuturus : ipsasque stellas, multitudine ac pulchritudine filiorum superaturus. Deinde (o calamitatem, o celerem mutationem!) qui antea electus erat, repente efficitur adulter : qui propheta, amens : qui Deo afflatus erat, insanus : qui verax, dolosus : qui pastor, latro : qui servator, homicida. Hinc consilii mutatio et tam grandes ausus : illinc musices cessatio, et contractio spiritus : hinc et vitæ immutatio, et plurimorum malorum mare : hinc qui numine erat instinctus, non modo privatur inspiratione illa superna : sed et qui pater erat, orbatur liberis. Et filiorum, alii quidem scelesti et sororum corruptores : alii his etiam sceleriores, fratricidæ scilicet ac parricidæ fiunt : et qui rex erat, errabundus fit : qui pugnator optimus, fugitivus : qui pastor, montivagus. Omnis denique præclara illa domus, ac sedes, in terram collabitur. Hinc etiam et fames, et tabefactio, et gravis peccatorum pœnitentia : hinc triplex illud, et perpetuum sacrificium : oculorum videlicet nocturni fluxus ac latices : cordis contritio et gemitus : linguæque assiduæ preces, et constans confessio : illa quidem vulnera, ista autem medicamina, adustiones, incisiones.

Sed me interea hæc narrantem, pene quod inceperam, fugit, orationis propositum, dum pluribus, quæ sese offerunt, semper detineor. Astat rursus post peccatum, propheta prophetæ, veluti medicus medico ægrotanti ac dubitanti : et quemadmodum antea unctor astiterat, ita et nunc non modo dignitatem, sed spiritum etiam ablaturus, si in aliquo deliquisset, quod ad propriam sanationem pertineret : si vulnus celasset, si reprehendi neglexisset. Astabat pariter, vindictæ hujus minister, sicut antea custos et adjutor validus, ita et nunc vindex terribilis angelus, exserto gladio : et ictum inferre paratissimus, nisi ille contra se suffragium tulisset, ac propria sententia divinam solvisset sententiam. Et hinc quidem aderant : ille judicii et causæ conflictor Nathan, et vindex angelus : illinc autem ipse judex David, personarum non acceptor, et qui adversus se tulit sententiam, qua jaculum citius evulsit, quam suscepisset : et Deus pariter : qui cicatricem vulneri non tantum induxit, sed ipsum etiam vulnus prorsus delevit : neque enim tantummodo pepercit : sed et abstulit peccatum. Rursus itaque divina gratia et rursus spiritus : rursus soni ac cantus : rursus suprà omnes potestas : rursus promissa et pacta, tam de ejus adoptione, quam quod de ejus etiam stirpe nasci deberet Deus.

A ἀλλὰ μή τι δράσοι φοβούμενος τῶν ὥνπερ ἐφοβεῖτο παθεῖν. Τοσοῦτον ἐκέρασε τἀναντία, πραότητα καὶ τὴν ἀνδρίαν, ὡς εἶναι τὴν μὲν ἀνδρίαν αὐτοῦ μείζονα τῶν ἐν ἄλλοις· αὐτῆς δέ γε ταύτης αὖθις τὴν ἐπιείκειαν. Τί ἔτι; Βασιλεύει, προφητεύει, μαρτυρεῖ Θεὸν, μαρτυρεῖται παρὰ Θεοῦ, διαμαρτύρεται τὸν θρόνον αἰώνιον ἕξειν, τὸν κόσμον κληρονομήσειν, τοὺς ἀστέρας ὑπερβάλλεσθαι τῷ πλήθει καὶ τῷ κάλλει τῶν παίδων. Εἶτα, βαβαὶ τῆς συμφορᾶς! βαβαὶ τῆς μεταβολῆς! ὁ ἐκλεκτὸς, ἄφνω μοιχός· ὁ προφήτης, ἔκφρων· ὁ θεοφόρητος, ἐκμανής· ὁ ἀληθινὸς, δολερός· ὁ ποιμὴν, λῃστής· ὁ σωτὴρ, ἀνδροφόνος. Ἐντεῦθεν ἡ μεταβολή ἐστι τῆς γνώμης, καὶ τὰ τολμήματα· ἐκεῖθεν ἡ ἐποχὴ τῶν κρουμάτων, καὶ ἡ τοῦ πνεύματος συστολή· ἐντεῦθεν ἡ ἐναλλαγὴ τοῦ

B βίου, καὶ ἡ τῶν κακῶν θάλασσα· ἐντεῦθεν οὐ μόνον ὁ ἔνθους, ἄπνους, τὴν ἄνωθεν λέγω πνεῦσιν, ἀλλὰ καὶ ὁ πατὴρ, ἄπαις, καὶ οἱ παῖδες, οἱ μὲν μιαροὶ καὶ ἀδελφοφθόροι· οἱ δὲ, καὶ μιαρώτεροι τούτων, καὶ ἀδελφοκτόνοι, καὶ πατραλοῖαι· καὶ βασιλεὺς, πλανήτης· καὶ ὁ ἀριστεὺς, φυγάς· καὶ ὁ ποιμὴν, ὀρειάλωτος· καὶ πᾶς ὁ λαμπρὸς οἶκος ἐκεῖνος καὶ θρόνος, εἰς γῆν κατερραγμένος. Ἐντεῦθεν ὁ λιμὸς καὶ ἡ τῆξις καὶ ὁ δεινὸς μετάμελος τῶν πραχθέντων· ἐντεῦθεν ἡ καινὴ καὶ τριπλῆ καὶ καθημερινὴ θυσία· τῶν μὲν ὀφθαλμῶν οἱ νυκτερινοὶ κρουνοὶ καὶ λουτῆρες· τῆς δὲ καρδίας ἡ συντριβὴ καὶ οἱ στεναγμοί· τῆς δὲ γλώσσης ἡ διηνεκὴς εὐχὴ καὶ ἐξομολόγησις· ἐκεῖνα τὰ τραύματα, ταῦτα τὰ φάρμακα, ἢ οἱ καυτῆρες, ἢ αἱ τομαί.

C Ἀλλ' ὁ μὲν καὶ μεταξὺ παρέδραμε, καὶ ὁ λόγος παρήνεγκε, τῶν κατὰ πόδας ἀεὶ ἐχόμενος. Ἐφίσταται μετὰ τὴν πτῶσιν πάλιν τῷ προφήτῃ προφήτης, καθάπερ ἰατρὸς ἰατρῷ νοσοῦντι καὶ ἀποροῦντι, καὶ ὥσπερ χρίστης τὸ πρότερον, οὕτω νῦν ἀφαιρέτης οὐ τοῦ ἀξιώματος μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ τοῦ πνεύματος, εἴ τι κακουργήσει περὶ τὴν ἰατρείαν, καὶ ἀποκρύψει τὸ τρῦμα, καὶ ἀποδυσπετήσει τὸν ἔλεγχον. Συνεφίσταται δὲ καὶ ὑπουργὸς τῆσδε τῆς ἐκδικίας, καθάπερ τὸ πρὶν φύλαξ καὶ βοηθὸς ἰσχυρὸς, οὕτω καὶ νῦν τιμωρὸς ἄγγελος, τὴν ῥομφαίαν καὶ κατενεγκεῖν ἕτοιμος ὤν, εἰ μὴ κἀκεῖνος καθ' ἑαυτοῦ τὴν ψῆφον ἐξενεγκών, λύσει τὴν ἀπόφασιν ἀποφάσει. Ἐντεῦθεν ὁ ὑποκριτὴς τῆς δίκης, καὶ ὁ ἐκδικητὴς ἄγγελος· ἐκεῖθεν ὁ ἀπροσωπόληπτος δικαστὴς, καὶ

D καθ' ἑαυτοῦ τὴν γνώμην ἐκφέρων, καὶ συντομώτερον ἐξελὼν τὸ βέλος, ἥπερ ἐδέξατο, καὶ ὁ Θεὸς οὐ συνουλῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐξαλείφων τὸ τραῦμα. Μὴ γὰρ συγχωρῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀφαιρῶν τὸ ἁμάρτημα. Πάλιν τὸ χάρισμα, πάλιν τὸ πνεῦμα, πάλιν τὰ κρούματα, πάλιν τὸ κατὰ πάντων κράτος, καὶ αἱ συνθῆκαι, καὶ τῆς υἱοθεσίας, καὶ τῆς θεοπατορίας.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Οὗτος οὖν ὁ πολλὰ μὲν παθὼν, πολλὰ δὲ κατορθώσας, μυρίας δὲ τροπὰς τραπεὶς, πᾶσαν τὴν καθ' ἑαυτὸν ἱστορίαν, καὶ τὰς περιπετείας ἐν τούτῳ παραδίδωσι τῷ συγγράμματι. Καὶ πρώτη μέν τις ὑπόθεσις, καὶ σκοπὸς ταῦτα τοῦ πονήματος· δεύτερον δὲ κεφάλαιον, ἡ τῆς ἀρχαιολογίας, οὐ τῆς Ἑβραϊκῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς ἔτι παλαιοτέρας ἐξήγησις· διέξεισι γὰρ ἐν πολλοῖς τοῖς ψαλμοῖς τὴν γέννησιν, τὴν πρᾶξιν τῶν πατριαρχῶν, τὴν πλάνην, τὴν μετανάστασιν, τὴν εἰς Αἴγυπτον κάθοδον, τὴν δουλείαν, τὴν ἔξοδον, τὴν νομοδοσίαν, τὴν σκηνὴν, τὴν ἱερατείαν, τοὺς Ἀριθμοὺς, τὸ Δευτερονόμιον, τὸν Ἰησοῦν, τὴν κληροδοσίαν, τοὺς Κριτὰς, τὰς Βασιλείας, καὶ εἴ τι τούτοις ἀκόλουθον. Τρίτον, ἡ φυσιολογία περὶ οὐρανοῦ καὶ τῶν κατ' οὐρανὸν, περὶ γῆς καὶ τῶν κατὰ γῆν, περὶ ζώων, περὶ στοιχείων, καὶ ἁπλῶς περὶ τῆς ὅλης δημιουργίας. Τέταρτον, ἡ περὶ τοῦ Σωτῆρος προφητεία, οἰκονομίας πάντων ἐκφαντικώτερον, ὅσα περὶ τὴν Παρθένον, ὅσα περὶ τὴν σάρκωσιν, τὰ κατὰ τὴν ὡροφορίαν, τὰ τῆς εἰς Αἴγυπτον ἀποδημίας, καὶ ἐπανόδου, καὶ ἀναδείξεως, καὶ διδασκαλίας, καὶ θαυματοποιίας, τὰ τῆς συναγωγῆς, τὰ τοῦ φθόνου, καὶ τῆς ἐπιβουλῆς, καὶ τῆς προδοσίας, καὶ τῆς ἀπαγωγῆς, καὶ τῶν μαστίγων, καὶ τῶν ἐμπαιγμῶν, τὰ τοῦ σταυροῦ καὶ τῆς ὀρυγῆς τῶν χειρῶν καὶ ποδῶν, τὰ τοῦ διαμερισμοῦ τῶν ἱματίων καὶ τοῦ κλήρου, καὶ τῆς πικρᾶς γεύσεως, καὶ τῆς ἀποπνεύσεως, καὶ ταφῆς, καὶ ἀναστάσεως, καὶ εἰς οὐρανοὺς ἀνόδου, καὶ τῆς ἐκ δεξιῶν καθέδρας, καὶ τῆς κατὰ πάντων καὶ ὑπὲρ ἁπάντων νίκης καὶ βασιλείας. Πέμπτον, ἡ τῶν μετὰ ταῦτα προφητείᾳ, τῶν ἐθνῶν ἡ κλῆσις, τῶν μαθητῶν ἡ δόξα, τὰ θαύματα, τῆς γῆς ἡ ὑποταγὴ, τῆς Ἐκκλησίας ἡ πῆξις καὶ ἐπίδοσις, ἡ τῶν Ῥωμαίων νίκη, τῶν Ἰουδαίων ἡ αἰχμαλωσία, τὰ κατὰ τὴν δευτέραν καὶ φρικτὴν τοῦ Σωτῆρος κάθοδον, καὶ ὅσα περὶ ἀναστάσεως καὶ χρίσεως καὶ ἀνταποδόσεως. Ἕκτον, ἡ θεολογία περὶ Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος. Ἕβδομον, ὅσα περὶ νοερῶν κτισμάτων, ἀγγέλων καὶ δαιμόνων, καὶ νοῦ καὶ ψυχῆς, καὶ ψυχικῆς δυνάμεως καὶ κινήσεως. Ὄγδοον, ὅσα τῆς ἠθικῆς παιδαγωγίας, περὶ ἀρετῆς, περὶ κακίας, καὶ τῶν τοιούτων. Ἔνατον, περὶ λογισμῶν, καὶ δαιμόνων ἐπιβουλῆς, καὶ περὶ τροπῶν, περὶ θεραπείας παθῶν, καὶ τῆς κατ' αὐτῶν πάλης καὶ στρατηγίας. Δέκατον, ὁ περὶ τῶν ἐντολῶν λόγος ἀκριβέστατός τε καὶ ὑψηλότατος, καὶ μικρὸν ἢ οὐδὲ λειπόμενος τῶν εὐαγγελικῶν διατάξεων.

Οὗτοι μὲν οὖν οἱ καθόλου λόγοι τῆς ὑποθέσεως τῶν ψαλμῶν, εἰς δέκα συναριθμούμενοι κεφάλαια, οἷς ἡ τῶν ψαλμῶν ἅπασα περιέχεται πραγματεία· ἰδικώτερα δὲ καὶ ἄλλα, οἷον ὁ δοξολογητικὸς, ὁ εὐχαριστήριος, ὁ εὐκτικὸς, ἢ προσευκτικὸς, ὁ παραμυθητικὸς, ὁ προτρεπτικὸς, καὶ ἐπὶ πᾶσιν ὁ μεθοδικός. Οὐ μόνον γὰρ παραγγέλλει τόδε ποιεῖν, ἢ μὴ ποιεῖν, ἀλλὰ καὶ τὸν τρόπον ὑποτίθησι καὶ τὸν χρόνον. Καὶ ὅλως κοινόν ἐστι πᾶσιν ἰατρεῖον παντὸς πάθους, κι-

A Hic igitur qui multa passus est, et plura etiam propria virtute administravit, atque in varias incidit status sui mutationes omnem de se historiam, omnes vitæ suæ varietates, in hoc conscripsit volumine. Et primum quidem propositum, et primus operis scopus est, de proprüs ærumnis ac laboribus tractare : deinde de antiquitatibus non Judaicis modo, sed vetustioribus. In multis enim psalmis edisserit generationem et gesta patriarcharum, peregrinationes, migrationes, descensum in Ægyptum, servitutem, exitum ex Ægypto, legem latam, tabernaculum, sacerdotium, Numeros, Deuteronomium, Jesum Nave, distributionem promissæ terræ, Judices, Reges, et siquid aliud est his consequens. B Tertio, naturalium rerum rationem tradit : de cœlo et cœlestibus : de terra et terrestribus, de animalibus, de elementis, et generaliter de universo Dei opificio. Quarto, prophetia de crucis dispensatione in hoc opere, cæteris omnibus se manifestiorem ostendit : et quæcunque ad partum Virginis, ad Incarnationem, ad Magorum dona, ad fugam in Ægyptum, et illinc regressum, ad Christi doctrinam, ad miracula, et ad Synagogam pertinent : invidiæ item et proditiones, insidiæ, captura, flagella, illusiones, crux, manuum ac pedum confossiones, divisio et sortitio indumentorum, amara potio, exspiratio, sepultura, resurrectio, ascensio, sedes a dextris Patris : et supra omnia, victoria et regnum, quod in cœlo atque in terra sibi Christus C paravit, clarissime hic conspiciuntur. Quinto, prophetia earum rerum quæ post prædicta omnia contigerunt : gentium videlicet advocatio, discipulorum Christi gloria, miracula, prædicatio, orbis terræ subjectio, Ecclesiæ stabilitas atque incrementum, Romanorum victoria, Judæorum captivitas, et quæcunque etiam ad secundum et horrendum Christi adventum, ad resurrectionem, ad judicium, et ad uniuscujusque retributionem pertinent. Sexto, theologia de Patre et Filio et Spiritu sancto. Septimo, quæcunque traduntur de intellectualibus creaturis, de angelis, dæmonibus, de intellectu et anima, et de animæ motibus et potentiis. Octavo, quæ ad morum disciplinam et ad institutionem, quæ ad virtutem et vitium aliaque similia pertinent. Nono, de cogitationibus, et dæmonum insidiis et circuitionibus : de sanatione et cura passionum : de pugna et certamine adversus hujusmodi passiones. Decimo, mandatorum ratio adeo hic diligenter traditur, ut parum, aut nihil ab evangelicis præceptis abesse videatur.

Hæc igitur sunt argumenta psalmorum, redacta in decem capita quibus tota psalmorum lucubratio continetur, quanquam et alia sint magis privata, quæ in eis habeantur. Sunt namque et psalmi qui laudem et gloriam Dei canunt, qui gratias agunt qui orationes fundunt et vota. Sunt et consolatorii et exhortatorii. Ad hæc omnia, sunt et qui viam ad virtutem tradunt : quique non tantum admonent hoc facere, aut illud evitare, sed et modum

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

docent et tempus. In summa hic liber cummune est quoddam medicinæ promptuarium, et passionum omnium certissimum remedium : illiusque verba (quod etiam valde admirandum est, et hujus operis proprium) omnibus congruunt atque aptantur hominibus. Nulla est igitur inter homines actio, nulla ratio, nulla affectio, nulla cogitatio, cujus medicinam hic invenire non possis : cumulus enim et acervus quidam rerum est, omni plenus vitæ conversatione, omni contemplatione : ac veluti penu quoddam doctrinæ publicum, unicuique apta et convenientia distribuit. Nam et antiqua purgat vulnera, et nuper illatis celerem liberationem præstat. Insuper quod integrum est, sanum sincerumque conservat : multitudinem vero ipsam prorsus allicit ac suadet suavi quadam cum delectatione et honesta voluptate : adeo ut per blandam et lenem illam vocem, utilitatem et commodum latenter etiam reportemus, juxta prudentum medicorum præcepta, qui, in austerioribus pharmacis, poculum inungi jubent melle : ita et nos, apparenter quidem, dulce ac suave melos canimus : re ipsa vero animas erudimus, et divinorum eloquiorum memoriam indelebilem conservamus.

A κτημένον φάρμακον, καὶ πάντες οἱ λόγοι πᾶσιν ἀνθρώποις ἁρμόζουσιν ὃ καὶ θαυμασιώτατον, καὶ τῆς βίβλου ταύτης ἰδιαίτατον. Οὐκ ἔστιν οὖν ἐν ἀνθρώποις, οὐ πρᾶξις, οὐ λόγος, οὐ πάθος, οὐ διανόημα, οὗ μὴ τὴν ἰατρείαν εὕροι τις ἐνταῦθα · συμφόρημα γάρ ἐστι πάσης ἔμπλεον θεωρίας καὶ πολιτείας, δημόσιον ταμεῖον διδασκαλίας παρεχόμενον ἐνταῦθα τὸ πρόσφορον · τά τε γὰρ παλαιὰ τραύματα καθαίρει, καὶ τῷ νεοτρώτῳ ταχεῖαν δίδωσιν ἀπαλλαγήν, καὶ τὸ ἀκέραιον συντηρεῖ, καὶ καθόλου πᾶν πάθος (4) ἐξαιρεῖται, καὶ τοῦτο μετά τινος ἐμμελοῦς ψυχαγωγίας καὶ σώφρονος ἡδονῆς, ἵνα τῷ προσηνεῖ καὶ λείῳ τῆς ἀκοῆς λεληθότως ὑποδεξώμεθα τὴν ἐκ τῶν λόγων ὠφέλειαν, κατὰ τοὺς σοφοὺς τῶν ἰατρῶν, οἵτινες ἐπὶ τῶν αὐστηροτέρων φαρμάκων, μέλιτι τὴν B κύλικα περιχρίουσιν. Οὕτω γοῦν τῷ μὲν δοκεῖν, μελῳδοῦμεν · τῇ δ' ἀληθείᾳ, τὰς ψυχὰς παιδευόμεθα, καὶ τὴν μνήμην τῶν λόγων ἔχομεν ἀνεξάληπτον.

Psalmus sermo et conversatio est cum Deo, angelorum allectio, alacer animæ ordo ac status, diurni laboris quies, nocturni timoris propulsatio, juvenum et nuper introductorum regula, proficientium adjumentum, perfectorum solidatio, clypeus insuperabilis, ornamentum decentissimum, regibus, privatis, principibus, populis, militibus et belli ignaris, sapientibus et rudibus, monachis et civibus, sacerdotibus et plebibus, habitatoribus continentis atque insulanis, agricolis, nautis, artificibus et artium ignaris, viris, mulleribus, senibus, adolescentibus : omni denique naturæ, ætati, fortunæ, proposito, et communiter et privatim et semper, tam domi quam in foro, in ecclesiis, in agris, in solitudinibus, in itineribus et omnibus in locis : et est denique sicuti aeris spiratio, aut lucis effusio, aut usus ignis et aquæ, aut quodcunque aliud eorum quæ valde communia sunt et utilia. Quodque admiratione maxime dignum est, psalmorum cantus non interrumpit neque distrahit ab operibus : quinimo operantibus, ipsa suavitate ac melodia, austeritatem lenit laborum quorum omnium unus est finis : ut scilicet hujusmodi discipulus bonus, sapiens efficiatur, et Deus. Abunde igitur diximus quænam et quot sint hujus operis intentiones, et quanta ex his commoda consequamur, et quis finis. Restat nunc ut disseramus, an proprius sit hic liber beati David, et ab eo solo confectus [an etiam ab aliis] : quam appellationem habeat. Quid sit psalterium, quid psaltus, quid psalmus, quid psalmodus, quid diapsalma, quid canticum, quid hymnus, quid laus, quid confessio, quid oratio, quid votum, quid canticum psalmi : quid psalmus cantici : quot sint psalmi et quare tot sint, et a quonam fuerint collecti ; quot cantores,

Ψαλμὸς, ὁμιλία πρὸς Θεὸν, ἀγγέλων ἐπαγωγὴ, δαιμόνων ἀπαγωγὴ, ψυχῆς ἱλαρὰ κατάστασις, τῶν τῆς ἡμέρας πόνων ἀνάπαυσις, τῶν τῆς νυκτὸς φόβων ἀλεξητήριον, εἰσαγομένων στοιχείωσις, προκοπτόντων αὔξησις, τελειουμένων ἐδραίωσις, ὅπλον ἄμαχον, κόσμος κάλλιστος, βασιλεῦσιν, ἰδιώταις, ἄρχουσιν, ἀρχομένοις, στρατιώταις, ἀστρατεύτοις, σοφοῖς, ἀμαθέσι, μοναστᾶις, πολιτικοῖς, ἱερεῦσι, λαϊκοῖς, ἠπειρώταις, νησιώταις, γεωργοῖς, ναυτίC λοις, τεχνίταις, ἀτέχνοις, ἀνδράσι, γυναιξὶ, γέρουσι, νέοις, πάσῃ φύσει καὶ ἡλικίᾳ, καὶ τύχῃ, καὶ προαιρέσει, καὶ κοινῇ, καὶ ἰδίᾳ, καὶ πάντοτε, καὶ ἐν οἴκοις, καὶ ἐν ἀγοραῖς, καὶ ἐν ἐκκλησίαις, καὶ ἐν ἀγροῖς, καὶ ἐν ἐρημίαις, καὶ ἐν ὁδοῖς, καὶ πανταχῇ, καθάπερ ἀέρος πνεῦσις, ἢ φωτὸς χύσις, ἢ πυρὸς χρῆσις καὶ ὕδατος, ἢ ὅσα τῶν παγκοίνων τε καὶ παγχρήστων. Καὶ τὸ παραδοξότατον, μηδ' ἀφισταμένων τῶν ἔργων, ἀλλὰ καὶ τοὺς καμάτους διὰ τῆς μελῳδίας ἐπικουφίζουσιν · ὧν πάντων τέλος ἓν, ἀγαθὸν γενέσθαι τὸν τούτων μαθητὴν, καὶ σοφὸν, καὶ Θεόν. Τίνες μὲν οὖν οἱ σκοποὶ τῆς παρούσης βίβλου, καὶ πόσοι, καὶ τίνα τὰ χρήσιμα, καὶ ποῖον τὸ τέλος, ἱκανῶς εἰρήκαμεν. Λοιπὸν δ' ἂν εἴη λέγειν, εἰ γνησία καὶ μόνου Δαβὶδ ἡ βίβλος, ὁποίαν τε κλῆσιν ἔχει, D καὶ τί ἐστι Ψαλτήριον, καὶ τί ψαλτὸν, καὶ τί ψαλμὸς, καὶ τί ψαλμῳδὸς, καὶ τί διάψαλμα, καὶ τί ᾠδὴ, καὶ τί ὕμνος, καὶ τί αἶνος, καὶ τί ἐξομολόγησις, καὶ τί προσευχὴ, καὶ τί εὐχὴ, καὶ τί ᾠδὴ ψαλμοῦ, καὶ τί ψαλμὸς ᾠδῆς, πόσοι ψαλμοὶ, καὶ διατί τοσοῦτοι, καὶ παρὰ τίνος συνελέγησαν, πόσοι ἀρχῳδοὶ, πόσοι χοροὶ, καὶ ἐκ ποίων, καὶ διατί τοσοῦτοι, καὶ ἐκ τοσούτων, τίς ἡ διαφορὰ τοῦ ψαλτῆρος πρὸς τὰ ἄλλα μουσικὰ ὄργανα, τίς ἡ τάσις τῶν ψαλμῶν, τίς ἡ ἐν πολλοῖς τῶν ψαλμῶν ἀσάφεια, πόσαι μεταβολαὶ τῆς Ἑβραΐδος διαλέκτου πρὸς τὴν Ἑλληνίδα, καὶ παρὰ τίνων,

Variæ lectiones.

(4) Græca verba ita sonant : *Uno verbo prarum affectum omnem tollit, idque suavi quadam cum delectatione.* Saulus autem legit πλῆθος, *multitudinem*, minus recte.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τίνος ἕνεκεν τὸ μέλος ἐπινενόηται, πῶς ἓν ὂν τὸ θεῖον Πνεῦμα, ποτὲ μὲν ἐνίζεται, ποτὲ δὲ πληθύνεται. Πρότερον δὲ περὶ τοῦ προτέρου κεφαλαίου διαληπτέον.

A seu canendi principes : quot chori, et ex quibus, et quare tot sint chori : et ex tot, quænam sit differentia psalterii ad alia musica instrumenta : quis psalmorum ordo : quænam sit in multis psalmis obscuritatis ratio : quot translationes sint de Hebraica lingua in Græcam : et a quibus fuerint factæ : quare sit inventus cantus : quare cum divinus Spiritus unus sit, aliquando singulari effertur sermone, et aliquando plurali. Et primo quidem de priori capite tractabimus.

Φασὶ μὴ μόνου τοῦ Δαβὶδ εἶναι τοὺς ψαλμοὺς, ἀλλά τινας καὶ Ἰδιθοὺμ, καὶ τῶν υἱῶν Κορὲ, καὶ τοῦ Ἀσὰφ, καὶ Αἰθὰμ, καὶ Αἱμὰν τοῦ Ἰσραηλίτου, ἕνα δὲ καὶ Μωσέως, καὶ Σολομῶντος ἄλλους· καὶ δῆλον ἀπὸ τῶν ἐπιγραφῶν, συλλεγέντας εἰς ἓν μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν ὑπὸ τοῦ Ἔσδρα. Πολλοὶ δὲ καὶ μόνον ἐπιγεγραμμένον ἔχουσιν Ἀλληλούϊα, καὶ ἄλλοι ἐπιγραφὴν μέν τινα φέρουσιν, ἀνώνυμοι δέ· ἕτεροι δὲ, παντάπασίν εἰσιν ἀνεπίγραφοι. Διὸ καὶ ἀπολύτως βίβλος ψαλμῶν ὠνόμασται, καὶ καθὼς εὑρίσκομεν ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν ἀποστόλων, οὐκ εἰς Δαβὶδ μόνον ἀναφερομένη· καταχρηστικῶς γὰρ λέγεται αὕτη Ψαλτήριον, ὅτι ψαλτήριον κυρίως ὀργάνου εἶδος, *Ναῦλα παρὰ Ἑβραίοις ὀνομαζόμενον*, ἐκ τοῦ ψάλλειν, ὡς εὐκτήριον ἐκ τοῦ εὔχεσθαι. Μετηνέχθη καὶ ἐπὶ τὴν βίβλον ἡ κλῆσις ἄλλως, ἐκ τοῦ τηρεῖν τοὺς ψαλμούς. Ἄλλοι δὲ λέγουσιν, οἷς καὶ ἐγὼ συντίθεμαι, πάντας τοὺς ψαλμοὺς εἶναι τοῦ Δαβίδ· ὥσπερ γὰρ ὁ Μωϋσέως ἐπιγεγραμμένος, οὐκ ἔστι Μωσέως· εἰ γὰρ ἦν, πρῶτος ἂν ἔκειτο διὰ τὴν ἀρχαιογονίαν ἐκείνου, ἢ καὶ ἐν ταῖς τούτου βίβλοις ἀνέκειτο, καθάπερ αἱ ᾠδαὶ αὐτοῦ, ἡ μὲν ἐν τῇ Ἐξόδῳ, ἡ δὲ ἐν Ἀριθμοῖς, ἡ δὲ ἐν Δευτερονομίῳ· οὕτως οὐδὲ τ' ἄλλα, τὰ δοκοῦντα φέρειν ἀλλοτρίαν ἐπιγραφήν. Καὶ γὰρ Σολομῶντος δύο φασὶν εἶναι ψαλμοὺς, οἵτινες, εἰ ἐκείνου ἦσαν, τελευταῖον ἂν ἐτετάχατο, καὶ ἅμα ἢ καὶ ἐν ταῖς Βασιλείαις, ἢ καὶ τοῖς Παραλειπομένοις ἐμπεριείχοντο, ἢ καί που δηλοῦσθαι ἔμελλον, ὡς τό· *Ἦσαν αὐτῷ ᾠδαὶ πεντακισχίλιαι, καὶ παραβολαὶ τρισχίλιαι*· ψαλμῶν δὲ αὐτοῦ οὐκ ἐμνημόνευσεν ἡ θεία Γραφή. Λοιπὸν οὖν αἱ ἐπιγραφαὶ Ἰδιθοὺμ, καὶ τῶν υἱῶν Κορὲ, καὶ Ἀσὰφ, καὶ Αἱμὰν, καὶ Αἰθὰμ, παριστῶσιν, ὅτι τούτοις τοῖς ἀνδράσιν ἀρχῳδοῖς χειροτονηθεῖσι τῶν χορῶν, οὓς ὁ Δαβὶδ ἐκ τῆς φυλῆς Λευῒ κατεστήσατο, καὶ ἀπεκλήρωσεν εἰς τὸ ὑμνεῖν τὸν Θεὸν ἐν τοῖς διαφόροις ὀργάνοις, ὧν εἶδη σαφῶς ὁ τελευταῖος ἀπαριθμεῖται ψαλμὸς, ἰδικῶς ἕκαστον τῶν οὕτως ἐπιγεγραμμένων ψαλμῶν οὗτος παραδίδου ψάλλειν, τῶν ἄλλων κοινῶς ὑπὸ πάντων ψαλλομένων· ὑφ' οὗ γοῦν ἕκαστος ἰδικῶς ἐψάλη, τούτου καὶ τὴν ἐπιγραφὴν ἀπηνέγκατο. Καὶ τοῦτο δὲ φανερὸν ἐξ ὧν φησιν ἡ βίβλος τῶν Παραλειπομένων, ὅτι καὶ *Ἦσε τὴν ᾠδὴν ταύτην, ἐν χειρὶ Ἀσάφ*. Ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ ἐπιγράμματος τοῦ λη' ψαλμοῦ· *Εἰς τὸ τέλος* γὰρ, φησὶ, *τῷ Ἰδιθοὺμ, ᾠδὴ τῷ Δαβίδ*· ἐποιήθη μὲν γὰρ τῷ Δαβὶδ, ἀνετέθη δὲ τῷ Ἰδιθοὺμ εἰς τὸ ψαλῆναι. Καὶ αὖθις ὁ μγ' ψαλμὸς οὕτως ἐπιγέγραπται· *Εἰς τὸ τέλος τοῖς υἱοῖς Κορὲ, ψαλμὸς τῷ Δαβίδ*. Καὶ πάντες δὲ οἱ φέροντες

Aiunt quidam psalmos non solius esse David, sed quosdam Idithum, alios filiorum Core, alios item Asaph, Etham et Emam, Israelitæ : unum Moysi, et alios Salomonis : quod manifestum esse asserunt ex inscriptionibus, eosque post captivitatem dicunt ab Esdra fuisse in unum collectos. Multi etiam psalmi pro inscriptione habent tantum *Alleluia*, et alii inscriptionem sine auctore, alii etiam omni prorsus carent inscriptione. Quam A ob causam, totum hoc opus, non psalmos David, sed indefinite librum Psalmorum appellari aiunt, ut in Actibus apostolorum legimus, atque indicari, quod totus psalmorum liber soli David ascribendus non sit. Nam quod Psalterium appellamus hanc psalmorum collectionem, improprie id dicimus : quia Psalterium proprie organi quoddam genus est : quod apud Hebræos dicitur *Naula*, a psallendo sic dictum, quemadmodum oratorium ab orando : sed hujusmodi appellatio ad Psalmorum librum postmodum translata est, qui tamen vel ea etiam ratione denominationem hanc sortitus est, quia psalmos continet. Alii vero (quibus ego consentio) asserunt psalmos omnes a David fuisse compositos : et quemadmodum octogesimum octavum psalmum, qui Moysi inscribitur, dicunt Moysi C non esse, quia si ejus esset, ob illius antiquitatem, primus in ordine legeretur, aut saltem haberetur inter libros Moysi, sicuti habentur ejus cantica, quorum unum in Exodo, alterum in Numeris, tertium in Deuteronomio reperitur ; ita etiam existimandum esse asserunt de aliis psalmis, qui aliorum inscriptiones præ se ferre videntur : [quod scilicet ab alio compositi non sint, quam a beato David.] Eadem etiam dicunt de duobus psalmis, qui Salomonis inscriptionem habent, quod scilicet si essent Salomonis, aut extremo in ordine collocari debuerant, aut in libris Regum, aut Paralipomenon interseri : aut saltem alicubi de eis me- D moria haberi, eo modo quo cæterorum omnium ejus operum ratio habita est [7]. *Erant enim*, inquit, *illi, cantica quinquies mille, parabolæ ter mille* : psalmorum vero ejus, Scriptura non meminit. Cæterum inscriptiones, Idithum filiorum Core, Asaph, Emam et Etham, hoc tantum volunt significare : quod his viris, quos beatus David elegerat ex tribu Levi, in duces ac principes chororum, quosque instituerat, ut variis organis Deum laudarent, et quorum organorum genera, aperte postremus omnium psalmus connumerat : quod his, inquam, viris unusquisque psalmorum, juxta

[7] III Reg. IV, 32.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

nominum inscriptionem, privatim ad psallendum sit traditus : cum alii psalmi ab universis cantoribus, atque in commune canerentur. Illi igitur psalmi, qui privatim ab aliquo eorum decantati sunt, cantoris sui inscriptionem retulerunt : quod etiam manifestius fit ex his quæ in libro Paralipomenon legimus [8]. *Cecinit*, inquit, *canticum hoc in manu Asaph.* Quin etiam ab inscriptione psalmi XXXVIII, quæ hujusmodi est [9], *In finem Idithum canticum ipsi David.* Compositum quippe fuit id canticum a beato David, et ab eo traditum Idithum, ut illud caneret. Psalmus etiam XLIII sic inscribitur [10] : *In finem filiis Core, psalmus ipsi David.* Præterea psalmi omnes, qui aliorum inscriptiones habent, non per genitivum casum, sed per dativum inscribuntur : quæ res abunde indicat, psalmos quidem a beato David fuisse conscriptos, sed illis cantoribus privatim traditos ad canendum. Quod si quis contra, illud dicat : plures etiam esse psalmos, qui in inscriptione habent nomen David, in tertio casu, videlicet *Psalmus ipsi David :* replicabimus multos esse etiam qui per secundum casum inscripti sunt : videlicet *Psalmus ipsius David :* quod tamen in aliis nominibus non reperitur : ut sciamus quod ab ipso quidem David conscripti sunt, non ei dati aut oblati : hoc enim differentiam introduxit. Ille autem psalmus qui Moysi inscribitur, hujusmodi habet inscriptionem [11] : *Oratio ipsi Moysi homini Dei*, quæ inscriptio docere videtur quod ille psalmus iis congruat, qui per divinam aquam, hoc est per salutare lavacrum baptismatis, homines Dei effecti sunt. Moyses quippe interpretatur, *assumptus ex aqua.* Ex aqua vero assumuntur omnes qui baptizantur. Unde etiam Dei homines merito cognominantur. Eos vero psalmos, qui Salomonis dicuntur, in Christum fuisse compositos reputamus. Salomon namque interpretatur *pacificus.* Verum quisnam alius tam fuit pacificus, quam Christus? qui natura ipsa pacem habet? [12] *Pacem*, enim, inquit, *meam do vobis, pacem meam relinquo vobis.* De psalmis qui sine inscriptione sunt, illud in primis sciendum est, quod multa Hebræorum exemplaria, conjunctum habent secundum psalmum cum primo : cum apud eos non sit numerus in psalmis : secundus autem, sine contradictione, conscriptus fuit a beato David. Cujus rei testes habemus apostolos, in Actibus dicentes ad Deum : [13] *Tu qui per os David pueri tui dixisti : Quare insurrexerunt gentes*, etc. Unde etiam demonstratur primum psalmum pari modo ipsius esse David : quod si primum et secundum psalmum, qui carent inscriptione, dicimus esse David, consequenter alii omnes, qui sine inscriptione sunt, ejusdem erunt : sicuti inter cæteros

A ἀλλοτρίας ἐπιγραφὰς, οὐ τοῦ δεῖνος, ἀλλὰ τῷ δεῖνι ἐπιγεγράφαται, ὃ καὶ αὐτὸ σημεῖον ἐναργὲς, ὅτι τῷ Δαβὶδ ποιηθέντες, τούτοις ἰδιαίτερον πρὸς τὸ ψάλλειν ἐνετέθησαν. Εἰ δ' εἴποι τις, ὅτι καὶ μὴν καὶ ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ ἐπιγέγραπται τοῖς πλείοσιν, ἐροῦμεν, ὅτι καὶ πολλοῖς πάλιν, ψαλμὸς τοῦ Δαβὶδ, ὅπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων οὐχ εὑρήσεις, ἵνα γνῶμεν, ὅτι τοῦ Δαβὶδ εἰσι καὶ πεποιημένοι, οὐ δεδομένοι καὶ ἀνακείμενοι· τοῦτο γὰρ τὴν διαφορὰν εἰσήγαγεν. Ὁ δ' εἰς τὸν Μωϋσῆν ἀναφερόμενος, τοιαύτην ἔχει τὴν ἐπιγραφήν· *Προσευχὴ Μωϋσῇ ἀνθρώπῳ τοῦ Θεοῦ*, μονονουχὶ διδάσκουσαν, ὡς ὁ ψαλμὸς οὗτος ἁρμόζει τοῖς διὰ τοῦ θείου ὕδατος, ἤτοι τοῦ σωτηρίου βαπτίσματος, ἀνθρώποις τοῦ Θεοῦ γινομένοις· Μωϋσῆς γὰρ *ληφθεὶς ἐξ ὕδατος* ἑρμηνεύεται.

B Λαμβάνονται δὲ ἐξ ὕδατος, καὶ Θεοῦ ἄνθρωποι χρηματίζουσιν, οἱ βαπτιζόμενοι. Τοὺς δὲ τοῦ Σολομῶντος λεγομένους εἰς τὸν Χριστὸν εἰρῆσθαί φαμεν. Σολομὼν γὰρ *εἰρηνικώτατος* ἑρμηνεύεται, ὅπερ ἐστὶν ὁ Χριστὸς, κατὰ φύσιν τὴν εἰρήνην ἔχων· *Εἰρήνην* γὰρ, φησὶ, *τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν, εἰρήνην τὴν ἐμὴν ἀφίημι ὑμῖν.* Περὶ δὲ τῶν ἀνεπιγράφων, πολλὰ τῶν Ἑβραϊκῶν ἀντιγράφων συνημμένον ἔχουσι τῷ πρώτῳ ψαλμῷ τὸν δεύτερον, οὐ προσκειμένου τοῖς ψαλμοῖς ἀριθμοῦ παρ' αὐτοῖς· ὁ δὲ δεύτερος, ἀναντιῤῥήτως τοῦ Δαβίδ. Καὶ τούτου μάρτυρες οἱ ἀπόστολοι, λέγοντες πρὸς τὸν Θεὸν ἐν ταῖς Πράξεσιν· *Ὁ διὰ στόματος Δαβὶδ τοῦ παιδός σου εἶπών· Ἵνα τί ἐφρύαξαν ἔθνη*, καὶ τὰ ἑξῆς. Συναποδείκνυται οὖν καὶ ὁ πρῶτος ψαλμὸς τοῦ

C Δαβὶδ εἶναι. Εἰ δὲ καὶ ὁ πρῶτος καὶ ὁ δεύτερος τῶν ἀνεπιγράφων, τοῦ Δαβὶδ, καὶ οἱ ἄλλοι πάντες ἀνεπίγραφοι, καθὰ δήπου καὶ ὁ ἐνενηκοστὸς τέταρτος, ὡς μαρτυρεῖ ὁ ἀπόστολος Παῦλος ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους Ἐπιστολῇ, φάσκων· *Τινὰ ὁρίζει ἡμέραν σήμερον ἐν Δαβὶδ, λέγων μετὰ τοσοῦτον χρόνον, καθὼς εἴρηται· Σήμερον ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε, μὴ σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν.* Καὶ οἱ ἀνώνυμοι δὲ Δαβὶδ εἰσιν, ὡς διδάσκει Στέφανος ὁ πρωτομάρτυς ἐν ταῖς Πράξεσι· φησὶ γὰρ πρὸς Ἰουδαίους· *Ἕως τῶν ἡμερῶν Δαβὶδ, ὃς εὗρε χάριν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, καὶ ᾐτήσατο εὑρεῖν σκήνωμα τῷ Θεῷ Ἰακώβ.* Τοῦτο δὲ τὸ ῥητὸν τοῦ ρλα' ψαλμοῦ, δῆλόν ἐστιν, ὡς ἔστιν ἀνώνυμος. Ἀλλὰ

D καὶ οἱ τὸ *Ἀλληλούϊα* ἐπιγεγραμμένον ἔχοντες τοῦ Δαβὶδ εἰσιν· αὐτίκα γὰρ ὁ πρῶτος αὐτῶν, ὁ ῥδ' ἐν τοῖς Παραλειπομένοις τῷ Δαβὶδ πεποιῆσθαι γέγραπται. Δοκεῖ οὖν αἰτία τοῦ μὲν εἶναί τινας ἀνεπιγράφους, ὅτι οὐκ εἰς ὄνομα ἑνὸς ἔθνους ἕκαστος τῶν τοιούτων λέγεται· τοῦ δὲ ἀνωνύμους, ὅτι εἰς τὸν Κύριον εἴρηνται· τοῦ δὲ φέρειν *Ἀλληλούϊα*, ὅτι πρὸς Θεόν εἰσιν εὐχαριστία καὶ ὕμνος. Καὶ περὶ μὲν τούτου τοσαῦτα· καιρὸς δὲ εἰπεῖν καὶ περὶ τῶν ἄλλων.

esse scimus psalmum nonagesimum quartum, ut attestatur Apostolus in Epistola sua ad Hebræos, dicens [14] : *Iterum quemdam determinat diem hodie in David, dicens post tantum tempus : hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra.* Psalmi quoque qui sunt sine nomine, eidem ascribendi

[8] Psal. XXXV, 15. [9] Psal. XXXVIII, 1. [10] Psal. LXXXIV, 1. [11] Psal. LXXXIX, 1. [12] Joan. XIV, 27. [13] Act. IV, 25, [14] Hebr. III, 8.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

sunt, ut docet beatus Stephanus protomartyr in Actibus dicens ad Judæos : [15] *Usque ad dies David, qui invenit gratiam coram Deo, et petiit, ut inveniret tabernaculum Deo Jacob.* Quod dictum manifeste sumptum est ex psalmo CXXXI, qui auctoris caret nomine. Simili modo etiam psalmi, qui loco inscriptionis habent *Alleluia*, ipsius David reputandi sunt : siquidem eorum primus qui est CIV, manifeste ab eo fuit compositus, ut legimus in libro Paralipomenon. Ratio autem, quare psalmorum aliqui carent inscriptione, videtur ea esse, quia non in unius tantum gentis nomine, unusquisque eorum dictus est ; quod vero sint sine nomine, ea videtur esse ratio, quia in ipsum Dominum dicti sunt : quod habent *Alleluia*, ratio est, quia gratiarum actiones et laudes in Deum continent. Verum de his hæc dicta sufficiant : tempus est, ut de cæteris etiam tractemus.

Ψαλτὸς μὲν, ὁ ᾀδόμενος Θεός· ψαλμὸς δὲ, τὸ ποιημάτων καὶ τὸ μέλος αὐτοῦ· ψαλμῳδὸς δὲ, ὁ ποιητὴς τούτων· ψαλτῳδὸς δὲ, ὁ ψάλλων τοῦτο χορός· τὸ μέντοι διάψαλμα μεταβολὴν σημαίνει νοήματος, ἢ μέλους, ἢ ἀναβολήν τινα κρούματος, ἢ τηνικαῦτα θείου Πνεύματος ἔλλαμψιν εἰς τοὺς ψάλλοντας· ἀπεγράφοντο γὰρ ταῦτα πάντα διὰ τὴν ἀκρίβειαν. Ἀλλὰ ψαλμὸς μὲν κυρίως, ὁ μετὰ ὀργανικοῦ ψαλτηρίου ἐμμελῶς ἐκφωνούμενος· ᾠδὴ δὲ, φωνή τις μουσικὴ τε καὶ ἐναρμόνιος, ἀπὸ μόνου στόματος. Καταχρηστικώτερον δὲ λέγεται κἀκεῖνος ᾠδὴ, καὶ αὕτη ψαλμός· ἀρχαιότερον δὲ ἡ ᾠδή· καὶ γὰρ Μωϋσῆς ἦρξε ταύτης, καὶ διήρκεσεν ἕως Δαβίδ. Οὗτος δὲ πρῶτος ἤρξατο τῶν ψαλμῶν· εἰ γὰρ καὶ περιῆν ψαλτήριον ὄργανον, ἀλλ' ἄτεχνον καὶ ἰδιωτικὸν, καὶ πρὸς μόνα ψάλλον τὰ πολύμνια· Δαβὶδ δὲ σοφώτερον τοῦτο κατεσκεύασεν, ἢ ἥρμοσεν, καὶ τὴν χρῆσιν αὐτοῦ πρὸς Θεὸν μετήνεγκεν. Ὕμνος δὲ, ἡ ἐπτεταμένη δοξολογία· αἶνος δὲ, ὁ σύντομος ἔπαινος· ἐξομολόγησις δὲ, ἡ κατ' ἐπίτασιν ὁμολογία ἢ καλῶν ὧν πεποιήκαμεν, ἢ κακῶν ὧν δεδράκαμεν· προσευχὴ δὲ, ἡ δέησις· εὐχὴ δὲ, ἡ ὑπόσχεσις. Πάντα δὲ λέγονται πρὸς Θεόν. Τί μὲν οὖν ἐστι ψαλμὸς, καὶ τί ᾠδὴ, προσηκόντως εἴρηται. Ὠδὰς δὲ ψαλμῶν ὑπολητέον, ὅτι προτάσσεται μὲν ἡ δι' ὀργάνου μουσικὴ, ἕπεται δὲ ἡ διὰ στόματος φωνὴ, δευτέραν λαμβάνουσα χώραν· ψαλμοὶ δὲ ᾠδῶν, ὅτε ταὐναντίον γίνηται. Κατὰ δὲ τοὺς νόμους τῆς ἀναγωγῆς, ψαλμὸς μὲν ἂν εἴη, ὅτε τὸ σῶμα τείνοντες, ὡς ὀργανικὸν ψαλτήριον, καὶ διὰ τῶν καλῶν ἔργων ἐπαφώμενοι τρόπον τινὰ, καὶ ψαύοντες αὐτοῦ, πρᾶξιν ἀποτελοῦμεν ἀγαθήν τε καὶ ἐναρμόνιον, εἰ καὶ μήπω θεωρίας ἐπέβημεν· ᾠδὴ δὲ, ὅτε χωρὶς τοῦ πρακτικοῦ θεωροῦμεν τὰ τῆς ἀληθείας μυστήρια, γεγυμνασμένοι ἤδη τυγχάνοντες· ᾠδὴ δὲ ψαλμοῦ, ὅταν προαγούσης ἀγαθῆς πράξεως, εἰς θεωρίαν καταντήσωμεν, κατὰ τὸ εἰρημένον· *Ἐπεθύμησας σοφίαν, διατήρησον ἐντολὰς, καὶ Κύριος χορηγήσει σοι αὐτήν.* Ψαλμὸς δὲ ᾠδῆς, ὅτε τῆς θεωρίας σαφηνιζούσης τινὰ τῶν κεκρυμμένων ἠθικῶν, εἰς ἐργασίαν τούτων ἐρχόμεθα. Καὶ τάχα διὰ τοῦτο πρῶτον οἱ ψαλμοὶ, εἶτα αἱ ᾠδαὶ, ὅτι χρὴ καὶ διὰ τῆς πρακτικῆς ἰόντας, εἰς θεωρίαν ἐλθεῖν. Ἔνθεν τοι καὶ πρὸς τῷ τέλει πολλαὶ ᾠδαί· καὶ ὅπου ἀναβαθμὸς, οὐδαμοῦ ψαλμὸς, οὔτε μετ' ἐμπλοκῆς ᾠδῆς. Ἐν γὰρ ταῖς ἀναβάσεσιν οἱ ἅγιοι πρὸς μόνῳ τῷ θεωρεῖν εἰσιν.

A Psaltus quidem Deus est qui canitur : psalmus vero poema et carmen quod de eo canimus : psalmodus, poeta est qui hæc conficit carmina : et Psaltodus, chorus canentium psalmos : diapsalma, mutationem sententiæ, aut cantus significat : aut pausam, seu interjectionem quamdam pulsationis, vel fulgorem, atque illuminationem divini Spiritus, quæ tunc canentibus apparebat : scribebantur enim omnia hæc ab eis diligenter. Psalmus proprie est illud carmen, quod simul cum Psalterii instrumento suavi voce profertur : ode seu canticum, vox quædam est musica cum harmonia, solo ore prolata, quamquam improprie ipsum canticum sæpenumero Psalmus dicatur. Est autem canticum psalmo antiquius : Moyses quippe cantici auctor fuit, illiusque usus usque ad beati David tempora perseveravit : qui primus omnium cœpit psalmos conscribere. Nam et si antea psalterii instrumento uterentur, illius usus et sine arte ulla erat, et admodum vulgaris ; ad solos enim greges mulcendos pulsabatur. David igitur homini instrumentum sapientius coaptavit, et illius usum ad Deum transtulit. Hymnus vero est divinæ gloriæ extensior atque amplior quædam laus. Nam cum laudis nomen simpliciter dicimus, vulgariores ac breviores laudes significamus. Confessio etiam amplum quoddam testimonium est et fides, qua aut bona quæ recepimus fatemur, aut mala quæ commisimus. Porro oratio preces significat, et votum promissionem, omniaque ad Deum pertinent. Quid itaque sit psalmus, et quid canticum, abunde diximus. Canticum autem psalmi tunc est, quando musice per organicum instrumentum prius disponitur, et deinde consequitur vox ore emissa, quæ secundum occupat locum. Psalmus vero cantici tunc dicitur, quando ejus quod nunc diximus contrarium fit. Juxta anagogen ac moralem sensum, psalmum tunc canimus, quando corpus nostrum quasi psalterii instrumentum intendimus, et per bona opera quodammodo ipsum palpantes, bonas ac concinnas actiones perficimus, quanquam ad altiores contemplationes nondum ascenderimus. Odem vero aut canticum canere tunc dici possumus, quando absque ullis operationibus veritatis tantum mysteria contemplamur, effecti jam in ea re admodum exercitati : et canticum psalmi, quando præcedentibus bonis actionibus, in contemplationem devenimus : juxta quod dicitur : *Concupisti sapientiam : serva mandatum, et Dominus tibi eam ministrabit* [16].

B

C

D

[15] Act. VII, 46 [16] Eccli. I, 33.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Psalmum etiam cantici tunc vere canimus, quando contemplatione, occulta quædam quæ ad mores pertinent, nobis revelante, nos in eorum operationem procedimus. Hac ratione fortassis psalmi primo loco, et deinde cantica collocata sunt : cum deceat ut per actiones ad contemplationem accedamus. Multa enim cantica habentur circa finem libri, verum ubi gradus est, seu assensus, illic nusquam est psalmus, neque etiam conjunctus cum cantico ; sancti enim viri in ascensionibus contemplationi tantum intenti sunt.

Sunt qui Esdram, et alii qui Ezechiam dicant psalmos in unum collegisse, qui centenario et quinquagenario numero continentur. In quo numero et quinquagenarius numerus Pentecostes dictus, atque ab Hebræis veneratus, cernitur, per hebdomadas hebdomadarum perfectus, id est septenario multiplicatus, et Trinitatis pariter contemplari potest mysterium, addita videlicet unitate propter unam quæ est in tribus personis unitatem. Cantorum quatuor erant principes, quatuor choris præfecti, ob totidem mundi climata, ad quæ psalmorum voces perventuræ erant. Unusquisque autem chorus, ex duobus et septuaginta cantoribus constabat : ut quidam retulerunt se apud Hebræos legisse, juxta proportionem ac numerum linguarum quæ in Babylonicæ turris ædificatione confusæ, seu potius divisæ fuerunt. Futurum enim erat, ut omnis lingua hujusmodi psalmos decantaret. Et alii quidem cantorum tuba, tympano, organo, cymbalis, lyra, aut cythara, dulce ac suaviter canebant : David vero regium psalterii instrumentum tenebat. Tubæ, syringæ ac fistulæ inflantur, lyra et cythara intenduntur, cymbala et tympana pulsantur, et alia quæcunque sonum potius habent quam vocem : psalterium vero, quod etiam alicubi cinyram et cytharam et lyram appellant, ad id genus instrumentorum pertinet, quæ intenduntur. Est tamen instrumentum hoc rectum, et superne causas habet unde emittat voces : ea nimirum ratione, ut addiscamus et nos, recti consistere, supernaque ac cœlestia meditari, atque ut hoc pacto efficiamur spirituale psalterium, consentiente intra nos in unum anima et corpore : ipsoque sancto Spiritu, veluti peritissimo quodam artifice, pulsante nos ac percutiente : decem vero clavi in ipsius psalterii brachio circumvoluti intendebant chordas, easque remittebant ad ipsius modulantis arbitrium ac concentum. Et dextera quidem manus plectrum tenebat, sinistra vero desuper contrectans et circumferens clavos, gravem, aut acutam, seu etiam mistam vocem reddebat. Decem præterea chordas, vocibus sibi invicem contrariis habebat, ex quo docemur, oportere nos, ex decem sibi mutuo adversantibus chordis, ex quinque corporis sensibus harmoniacum et concinnum cantum in hac vita Deo præludere.

Psalmorum ordo ille amplius non est, qui a principio fuit, quando fuere conscripti : nec tamen casu, aut fortuito hujusmodi ordo datus est, sed potius ex dispensatione divina, quæ consequentium temporum nullam habuit rationem. Nam quemadmodum in artibus, tam factivis quam rationalibus, alia est instrumentorum et canonum inventio et ordo, atque alius etiam eorum usus, juxta ipsa tempora nimirum aut varias rerum rationes (alius enim fortassis medicus primum

A Οἱ μὲν οὖν εἶπον Ἔσδραν, οἱ δὲ Ἐζεκίαν συναγαγεῖν τοὺς ψαλμοὺς, εἰς ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα συναριθμουμένους. Ὁμοῦ γὰρ ὁ παρ' Ἑβραίοις ἐνθεωρεῖται τιμώμενος ἀριθμὸς τῆς Πεντηκοστῆς, δι' ἑβδομάδος ἑβδομάδων συμπεραινόμενος, ὁμοῦ δὲ καὶ τὸ τῆς Τριάδος συνεπιθεωρεῖται μυστήριον, τῆς μονάδος ἐκεῖ προστιθεμένης, διὰ τὴν μίαν ἐν τρισὶν προσώποις Θεότητα. Τέσσαρες δὲ οἱ ἀρχῳδοὶ, τεσσάρων ἡγούμενοι χορῶν, διὰ τὰ τοῦ κόσμου τέσσαρα κλίματα, ὧν ἄχρι διαδραμεῖν ἔμελλον οἱ ψαλμοί. Ἐξ δύο δὲ καὶ ἑβδομήκοντα χορὸς ἕκαστος, ὡς ἔφασάν τινες, ἀπὸ τοῦ Ἑβραϊκοῦ ἀναλεξάμενοι, κατὰ ἀναλογίαν τῶν συγχυθεισῶν, ἢ μᾶλλον διακριθεισῶν ἐν τῇ πυργοποιΐᾳ γλωσσῶν, διὰ τὸ μέλλειν πᾶσαν γλῶσσαν, ᾄδειν τοὺς τοιούτους ψαλμούς. Καὶ

B οἱ μὲν ἄλλοι σάλπιγγι καὶ τυμπάνῳ καὶ ὀργάνῳ καὶ κυμβάλοις, ἢ λύρᾳ καὶ κιθάρᾳ μελῳδοῦντες ἦσαν· Δαβὶδ δὲ τὸ βασιλικὸν κατεῖχεν ὄργανον, τὸ ψαλτήριον. Σάλπιγγες μὲν οὖν καὶ σύριγγες, ἐμπνευστά· λύρα δὲ καὶ κιθάρα, ἐντατά· κύμβαλα δὲ καὶ τύμπανα, κρουστὰ, καὶ ὅσα μᾶλλον ἦχους, ἢ φθόγγους ἔχουσι. Ψαλτήριον δὲ, ὃ καὶ ἀλλαχοῦ καλοῦσι κινύραν, καὶ κιθάραν καὶ λύραν, τῶν ἐντατῶν μὲν ἦν. Πλὴν, ὄρθιον, καὶ ἄνωθεν εἶχε τῶν φθόγγων τὰς ἀφορμὰς, ἵνα καὶ ἡμεῖς εὐθεῖς ὦμεν, καὶ τὰ ἄνω μελετῶμεν, καὶ γινώμεθα ψαλτήριον, συμφωνούντων ἐν ἡμῖν ψυχῆς καὶ σώματος, καὶ πλήττοντος ἡμᾶς οἷα τεχνίτου τινὸς τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Δέκα γὰρ κόλαβοι παρὰ τὸν πῆχυν τοῦ ψαλτῆρος

C στρεφόμενοι, ἔτεινόν τε καὶ ἐχάλων τὰς χορδὰς, πρὸς τὸ τοῦ μεταχειριζομένου βούλημα καὶ τὸν ῥυθμόν. Καὶ ἡ μὲν δεξιὰ χεὶρ κατεῖχε τὸ πλῆκτρον· ἡ δ' ἀριστερὰ, τῶν κολάβων ἄνωθεν ἐπαφωμένη καὶ περιστρέφουσα, βαρὺν, ἢ ὀξὺν, ἢ κεκραμένον φθόγγον εἰργάζετο. Δέκα δὲ χορδὰς ἀντιφθόγγους ἀλλήλως εἶχε, διδάσκων, ὅτι δεῖ καὶ ἡμᾶς ἐξ ἀντιφθόγγων χορδῶν δέκα, τῶν μὲν τῆς ψυχῆς πέντε δυνάμεων, πέντε δὲ τῶν τοῦ σώματος αἰσθήσεων, ἐναρμόνιον μέλος ἀνακρούεσθαι τῷ Θεῷ.

D Ἡ δὲ τῶν ψαλμῶν τάξις, οὔθ' ὡς κατ' ἀρχὰς ἐποιήθησαν, οὔτε μὴν ὡς ἔτυχεν, ἀλλὰ μᾶλλον οἰκονομικὴ, μηδὲν τῆς χρονικῆς ἐπιστρεφομένη ἀκολουθίας· καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῶν ἄλλων πρακτικῶν τεχνῶν ἢ λογικῶν, ἑτέρα μὲν, ἢ τῶν ὀργάνων, ἢ τῶν κανόνων εὕρεσις καὶ τάξις· ἑτέρα δὲ, ἡ χρῆσις παρὰ τοὺς καιροὺς, ἢ τὰ πράγματα· καὶ ὁ μὲν τέμνει τυχὸν πρῶτον, ὁ δὲ φαρμακεύει, ὃ δὲ χρίει, καὶ ὁ μὲν φοβεῖ πρότερον, ὁ δὲ παρακαλεῖ, καὶ οὐδὲν τῷ τεχνίτῃ μέλει τῆς ἐκείνων τάξεως· ἀλλὰ

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

πρῶτον (5) αὐτὸ δοκεῖ τὸ κατὰ χρείαν ἢ δύναμιν, ὃ τάξιν ἄτακτον λέγομεν, πρὸς τὸ οἰκεῖον συμφέρον· οὕτω καὶ τῷ ἡμετέρῳ τεχνίτῃ, τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, μηδὲν τῆς ἱστορίας μελῆσαν, τῆς ὠφελείας τῶν ἐντυγχανόντων ἐμέλησεν, καὶ ὅπως τὸ τῆς ἡμετέρας ἄγαλμα ψυχῆς γλυφῇ κατὰ τρόπον, καὶ πρὸς κάλλος ἀποξεσθῇ, καὶ τέλος μορφωθῇ πρὸς Θεόν. Διὰ τοῦτο πρῶτα μὲν ἐν τῷ πρώτῳ ψαλμῷ τῆς ἀσεβείας ἅμα καὶ ἁμαρτίας ἀπορρήγνυσιν· ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ, τίνος ἐσμὲν κλῆρος, καὶ τίνι προσκολληθῆναι δέον ἀποδεικνύει· ἐν δὲ τῷ τρίτῳ, τὴν κατὰ τῶν Θεῷ προσκολληθέντων ἐπιβουλήν τε καὶ προσβολὴν προλέγει τοῦ ἀντιπάλου, καὶ καθεξῆς τὰς θεραπείας τῶν ἐν ἡμῖν παθῶν, ἢ προσβολῶν ὑποτίθησιν.

A incidit, alius pharmacum præstat et ungit : alius similiter hic primum perterret, ille consolatur : quippe cum artifici ordo curæ non sit, sed illud primum ab eo judicetur, quod vi ac virtute sua novit esse præcipuum, et vulneri cui applicatur conferre : quam rem, ordinem absque ordine solemus appellare), sic et summo huic nostro artifici sancto scilicet Spiritui, curæ fuit, non quod ad historiam, sed quod ad legentium utilitatem pertineret, atque ut hæc animæ nostræ imago, ut ita dicam, aut statua, ad mores sculperetur, ad pulchritudinem expoliretur, ac tandem formaretur in Deum. Ob hanc causam propheta, in primo quidem psalmo, ab impietate primum nos separat et a peccatis : in secundo autem subdemonstrat cujus hæreditas simus, cuique adhærere et adjungi nos oporteat : in tertio, prædicit insidias et congressus inimici, adversus eos qui Deo conjuncti sunt : deinde sanationes et curas passionum, quæ in nobis insunt, et calamitatum, subjicit.

Ἔστι δὲ καὶ λόγος ἕτερος, ὅτι ποτὲ τῶν Ἰουδαίων καταφρονησάντων τοῦ Θεοῦ, καὶ τῶν πατρίων ἐθῶν λαβόντων λήθην, καὶ πολὺ μάλιστα τῶν Γραφῶν παρερρύησαν αἱ βίβλοι, καὶ διεφθάρησαν. Ὕστερον δὲ περὶ τὴν συναγωγὴν αὐτῶν σπουδάσας, εἴτε Ἔσδρας, εἴτε Ἐζεκίας, καὶ οὐκ ἀθρόως, ἀλλὰ καθ' ἕνα τούτους ἀναλεγόμενος, πρὸς τὸν χρόνον τῆς εὑρέσεως ἑκάστου, καὶ τὴν φαινομένην τάξιν ἐπέθηκεν· οὐ καθ' οὓς ἐλέχθησαν χρόνους, ἀλλὰ καθ' οὓς εὑρέθησαν. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλως εἰπεῖν, ὅτι μὴ παρὰ τοὺς χρόνους, ἀλλὰ παρὰ τὰς ἡμέρας μᾶλλον, ἐν αἷς τὸ πρῶτον ἐποιήθησαν οἱ ψαλμοὶ, τὸ μετὰ τοῦτο συνετάγησαν. Γένοιτο δ' ἂν οὕτω φανερώτερον τὸ λεγόμενον· πρῶτον Θεοῦ σύλληψις, εἶτα γέννησις, εἶτα κλῆσις καὶ περιτομὴ καὶ προσαγωγὴ πρὸς τὸν ναὸν, καὶ ὑπάντησις, μετὰ τριάκοντα χρόνους ἡ βάπτισις, ἡ φανέρωσις, ἡ διδασκαλία, τὰ θαύματα, τὰ παθήματα, καὶ πάντων ἔσχατον ἡ ἀνάστασις· ἀλλ' ἡμῖν γε τοὐναντίον ἐπὶ τῶν ἑορτῶν ἔχει τὰ διαστήματα, πρῶτον σύλληψις, εἶτ' εὐθὺς ἀνάστασις. Ὁρᾷς ὅση τῶν μὲν ἑορτῶν ἡ ἀπόστασις, τῶν δὲ ἡμερῶν ἡ συνάφεια; πάλιν ἀνάληψις, μεταμόρφωσις, εἶθ' ἡ γέννησις, εἶτα πάντων ἔσχατον ἡ φανέρωσις. Ὁρᾷς ὅση τῶν πραγμάτων ἡ ἐναντίωσις; καὶ ἡ μὲν τῶν ἐν μησὶν ἡμερῶν διεσώθη τάξις, ἡ δὲ τῶν πραγμάτων αὐτῶν διεκόπη μάλιστα, καὶ γέγονε τάξις ἐν ἀταξίᾳ τις.

B Est et alia præterea hujus ordinis ratio. Judæis enim Deum olim negligentibus, omnes patrii mores prorsus pene oblivioni dati sunt, unde quam plurimi sacræ Scripturæ libri, eorum ignavia perierunt. Cumque Esdras seu Ezechias, quisquis eorum fuerit, utilitatis publicæ certe studiosus, hujusmodi psalmos, non tamen una omnes, sed singulares ac dispersos reperisset, collectos postea et in unum compositos, eo ordine quo reperti sunt, ita in publicum edidit, habita temporis ratione, non quo confecti sunt, sed quo inventi. Illud etiam dici potest quod psalmi non juxta tempora, sed juxta dies, quibus primum compositi sunt, ita postea in unum ordinati fuere. Quod dicimus manifestius fiet ex his quæ subjiciam. Christi conC ceptio tempore primum fuit; postmodum nativitas, deinde impositio nominis et circumcisio : post hæc adductio in templum et hypantesis [hoc est *obviatio*, quam Latini purificationem Virginis appellant] ; demum post triginta annos baptismus et manifestatio Domini : deinde doctrina, miracula, passiones, et postremo resurrectio. Verum apud nos festivitates istæ alio ordine atque alio intervallo celebrantur. Primo enim conceptionem, ac deinde statim resurrectionem celebramus. (6) Vides quanta sit temporis festivitatum distantia et dierum conjunctio. Rursus assumptio, transfiguratio, nativitas, et deinde postrema omnium apparitio ac manifestatio celebratur. Vides quanta sit rerum diversitas Ordo quippe dierum in mensibus servatus est, rerum autem valde disjunctus : et factus est ordo quidam, quasi sine ordine.

Ἀλλὰ καιρὸς διδάξαι λοιπὸν, καὶ τίς ἡ ἐν πολλοῖς τῶν ψαλμῶν ἀσάφεια, καὶ πόσαι μεταβολαὶ, καὶ παρὰ τίνων τῆς Ἑβραΐδος διαλέκτου πρὸς τὴν Ἑλληνίδα γεγόνασιν. Αἰτία τῆς ἀσαφείας τῆς παλαιᾶς Γραφῆς, τό τε συμβολικὸν τῶν ὅσα Χριστὸν καὶ τὰ κατὰ Χριστὸν, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, τὰ τῆς νέας χάριτος προετύπουν, καὶ τὰ ἰδιώματα τῆς Ἑβραΐδος διαλέκτου πρὸς τὴν Ἑλληνίδα. Διαφόροις γὰρ κέχρηται τὸ προφητικὸν ἔθος εἰ καὶ οὐ ἐν πᾶσι· συν-

D Sed tempus est ut jam deinceps doceamus, quænam sit obscuritatis ratio, quæ in multis psalmis reperitur, et quot translationes sint, ex Hebraica lingua in Græcam, et a quibus factæ. Quod igitur tam multa in veteri Scriptura obscura inveniantur, in causa sunt figuræ, quæcunque Christum, illiusque actiones, et novam gratiam præsignabant (omnia quippe hæc quæ ad gentium vocationem pertinere videbantur, prophetæ de industria obscure

Variæ lectiones.

(5) Scribendum fortasse αὐτῷ.
(6) Græce per interrogationem efferuntur, ut et paulo post : *Vides quanta*, etc.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Ἐμίσησας πάντας τοὺς ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν. Τοῦτο διὰ τὰ ἔθνη τὰ ἄπιστα, νόμον Θεοῦ μὴ δεξάμενα. Νοεῖται δὲ καὶ ἄλλως· παράνομος μὲν, πᾶς ὁ μεμαθηκὼς τὸν νόμον, παραβαίνων δέ· ἄνομος δὲ, ὁ μὴ μαθεῖν ἀνασχόμενος. Πολλάκις δὲ τὸν παράνομον καλοῦμεν καὶ ἄνομον, ὡς μὴ νόμῳ χρώμενον. Εἰπὼν δὲ καθόλου περὶ τῶν ἁπλῶς ἁμαρτωλῶν, ἐκτίθεται καὶ κατὰ μέρος ἃ ἐδόκουν αὐτῷ κεφαλαιωδέστερα τότε τῶν ἁμαρτημάτων.

Vers. 7. *Odisti omnes qui operantur iniquitatem.* Hoc propter infideles gentes dictum est, quæ legem Dei non receperunt : [et quos juxta Græci nominis veriorem significatum, ut diximus, exleges potius dicere possumus, quam iniquos. Differt autem transgressor legis ab exlege], quia alter, legem quidem novit, sed non servat : alter vero is dicitur qui nullas omnino recipit leges ; quanquam sæpenumero alterum loco alterius ponitur (27'). particulatim nunc tradit quæ sibi visa sunt præ-

Verum cum in universum dixerit de peccatoribus, cipua peccatorum capita.

Ἀπολεῖς πάντας τοὺς λαλοῦντας τὸ ψεῦδος. Τοῦτο προηγουμένως μὲν διὰ τοὺς δοξάζοντας ἕτερον παρὰ τὸν ὄντα Θεὸν, καὶ τοὺς αἱρετικούς· ἑπομένως δὲ, καὶ διὰ τοὺς ὅπως δήποτε ψευδομένους, ὡς τοῦ διαβόλου διακόνους, πατὴρ γὰρ τοῦ ψεύδους ὁ Σατανᾶς, εἴτε ἐξ Ἰουδαίων εἰσὶν, εἴτε ἐξ ἐθνῶν. Διὰ δὲ τοῦ εἰπεῖν, *Ἀπολεῖς*, παρέστησε βαρυτέραν αὐτῶν τὴν κόλασιν. Ἢ καὶ φοβῆσαι τοὺς προχείρους εἰς τὸ ψεῦδος βουλόμενος, ἐπιπολάζοντας καὶ ἀνειμένους, διὰ τὸ ῥᾷστον· ἢ καὶ ὅτι μὴ μόνον ἑαυτὸν (27) ἠχρείωσαν, ἀλλὰ καὶ πολλοῖς ἀπολείας πρόξενοι γίνονται.

D *Perdes eo qui loquuntur mendacium.* Hoc principaliter propter eos dictum est, qui non verum Deum colebant ; et propter hæreticos : consequenter propter omnes alios mendaces, ac dæmonis ministros, qui pater dicitur mendacii, seu ex Judæis sint, seu ex gentibus. Quod vero ait, *Perdes*, gravissima eorum tormenta denotavit. Vel fortassis id a Propheta dictum est, ut eos qui facilitate quadam proni ac labiles sunt ad mendacia, hoc pacto deterreret, qui non tantum seipsos lædunt, sed multis etiam perditionis causa exsistunt.

[61] Psal. XXXIII, 2. [62] Psal. CXLIV, 18. [63] Psal. LXXXIV, 10.

Variæ lectiones.

(27) Col. ἑαυτόν, *seipsum* ; sed melius, opinor, ἑαυτούς, ut legit Latinus interpres.
(27') Quinimo et Latinus interpres utramque dictionem passim pro *iniquo* exponit.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

est, quando umbra legis finem accepit, atque hoc ex subsequentibus comprobari ; ex persona enim futuræ fidelium Ecclesiæ Propheta psalmum hunc composuit : quanquam et ipsius etiam beati David negotiis ac rebus congruat ; hanc igitur Ecclesiam, cam esse intelliges, quam Propheta dicit hæreditatem consequi : ea nimirum ratione, quia per baptismi regenerationem adoptata est, et adoptionis privilegia consecuta. Hæreditas vero quæ ei debetur, illa est quam *nec oculus vidit, [nec auris audivit* [56]] etc. De hac etiam Ecclesia tanquam de sponsa Paulus dicebat : *Aptavi virginem castam Christo constituere* [57] ; et Joannes, *Qui habet sponsam, sponsus est* [58] ; et beatus David alibi : *Astitit Regina a dextris tuis* [59]. In præsenti vero tempore dixit, *Quæ hæreditatem consequitur*, et non Quæ consecuta est, aut Quæ consequetur : quia Ecclesia semper hæres est, ill usque hæreditas finem ullum habitura nunquam est.

A νικαῦτα γὰρ τέλος ἔλαβεν ἡ σκιὰ τοῦ νόμου· καὶ πιστοῦνται τὸν λέγον ἀπὸ τοῦ ἐπαγομένου· προσώπῳ γὰρ τῆς Ἐκκλησίας τῶν ὕστερον πιστῶν ποιεῖται τὸν ψαλμὸν ὁ Προφήτης, εἰ καὶ τοῖς κατ' ἐκεῖνον οὐδὲν ἧττον ἁρμόζει πράγμασι. Κληρονομοῦσαν δὲ ταύτην ὠνόμασεν, ὡς διὰ τῆς παλιγγενεσίας τοῦ βαπτίσματος υἱοθετηθεῖσαν· κλῆρος δὲ αὐτῆς, *ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε*, καὶ τὰ ἑξῆς. Περὶ ταύτης, ὡς νύμφης, καὶ Παῦλος ἔλεγεν· *Ἡρμοσάμην παρθένον ἁγνὴν παραστῆσαι Χριστῷ* · καὶ Ἰωάννης· *Ὁ ἔχων τὴν νύμφην, νυμφίος ἐστί* · καὶ αὐτὸς οὗτος ὁ Δαβίδ· *Πάρεστι ἡ βασίλισσα ἐκ δεξιῶν σου*. Κληρονομοῦσαν δὲ, καὶ οὐ κληρονομήσασαν, ἢ κληρονομῆσαι μέλλουσαν εἴρηκεν, διὰ τὸ ἀεὶ κληρονομεῖν, καὶ μηδέποτε λήγειν.

Vers. 2. *Verba mea auribus percipe, Domine; intellige clamorem meum, intende voci orationis meæ.* Eumdem sensum aliis atque aliis verbis repetit idem æquivalentibus, quemadmodum mos est iis qui ex corde supplicant. Vel per *verba*, preces intellige, tanquam sermones. *Clamorem* vero ideo addidit, ut cum tono atque intensione spiritus preces se fudisse ostenderet : et *vocem* eo ratione, ut clare atque aperte se locutum fuisse significaret : cum alioquin clamor ignotam soleat vocem efficere. Alia autem verba quæ his commista sunt, in propria sua significatione sunt posita. *Auribus* enim *percipe*, inquit, non simpliciter : sed *intellige*, atque ipso intellectu percipe quid sibi volunt preces meæ: nec fortuito eas tibi fuisse oblatas puta, seu labiis seu ipso tibi corde offerantur. Est autem mos sacræ Scripturæ, ut humanas sæpenumero operationes Deo ascribat ; quemadmodum hoc in loco fieri videmus.

B *Τὰ ῥήματά μου ἐνώτισαι, Κύριε, σύνες τῆς κραυγῆς μου, πρόσχες τῇ φωνῇ τῆς δεήσεως μου.* Ἢ τὸ αὐτὸ δηλοῖ δι' ἄλλων καὶ ἄλλων λέξεων ἰσοδυναμουσῶν, ὡς ἔθος τοῖς ἀπὸ καρδίας ἱκετεύουσιν· ἢ *ῥήματα* μέν φησι τὴν δέησιν, ὡς λόγους· *κραυγὴν* δὲ, ὡς μετὰ τόνου πνεύματος προσφερομένην· *φωνὴν* δὲ, ὡς εὔσημον· κυρίως γὰρ ἄσημός ἐστιν ἡ κραυγή. Καὶ τὰ ὑποκείμενα δὲ οἰκείως ἀπεδόθησαν. *Ἐνώτισαι* γὰρ, καὶ μὴ ἁπλῶς, ἀλλὰ γνῶθι τί βούλονται· καὶ ἔτι, μὴ ἐν παρέργῳ θήσεις τὴν δέησιν, εἴτε διὰ χειλέων, εἴτε ἀλαλήτως προφέρεται. Ἴδιωμα δὲ καὶ τῆς Γραφῆς, καὶ τὸ καλεῖν τὰς θείας ἐνεργείας ἀπὸ τῶν ἀνθρωπίνων, ὡς τὸ περὶ τούτων διδάσκει σύνταγμα.

Rex meus et Deus meus. Te enim solum, inquit, habeo in Regem, veluti qui mei solius providentiam et procurationem habes : te solum pari modo ut Deum colo, tanquam verum omnium Creatorem. Idola enim omnia abjeci.

C *Ὁ βασιλεύς μου καὶ ὁ Θεός μου.* Σὲ γὰρ καὶ μόνον βασιλέα ἔχομεν, ὡς προνοητήν· Θεὸν δὲ, ὡς πλάστην, τὰ εἴδωλα (26) *ῥίψας*.

Vers. 4, 5. *Quoniam ad te orabo, Domine.* Exaudi me, inquit, quoniam deinceps ad te solum, et non ad alium Deum ut antea preces meas effundam.

Ὅτι πρὸς σὲ προσεύξομαι, Κύριε. Εἰσάκουστόν μου, διότι τοῦ λοιποῦ πρὸς σὲ, καὶ οὐ πρὸς ἕτερον Θεὸν, ὡς πάλαι, προσεύξομαι.

Mane exaudies vocem meam, mane astabo tibi et videbis me. Illo inquam mane, quo Sol justitiæ Christus hominibus orietur. Ego etenim tunc ex Judæis, atque ex gentibus congregabor, et invocabo te, ac laudando, appropinquationis conversationem exhibebo. Tunc igitur tibi me appropinquantem, atque assistentem videbis. *Oculi* enim *Domini*, inquit, *super justos* [60]. Quædam vero exemplaria habent, *Et videbor*, hoc est, Manifestus fiam. Quod si juxta historiam psalmum exponamus de beato David, mane pro matutino tempore accipiendum

D *Τὸ πρωΐ εἰσακούσῃ τῆς φωνῆς μου, τὸ πρωΐ παραστήσομαί σοι, καὶ ἐπόψει με.* Τότε δηλονότι, ὅταν Χριστὸς, ὁ τῆς δικαιοσύνης Ἥλιος, ἀνατείλῃ· τηνικαῦτα γὰρ ἐξ ἐθνῶν καὶ Ἰουδαίων συστήσομαι, καὶ ἐπικαλέσομαί σε, καὶ δι' ἐγγύτητος ἐναρέτου παραστήσομαι πολιτείας, καὶ οὕτω πλησιάζουσαν ὄψῃ με. Ὀφθαλμοὶ γὰρ, φησὶ, *Κυρίου, ἐπὶ δικαίους*. Τινὰ δὲ τῶν ἀντιγράφων τὸ *ἐπόψομαι* φέρουσιν, ἀντὶ τοῦ ἐμφανισθήσομαι. Πρὸς μέντοι τὴν ὑπόθεσιν τοῦ Δαβὶδ, ὑπολητέον τὸ πρωΐ δηλοῦν τὸν ὀρθρινὸν χρόνον. Πρὸ ἔργου γάρ, φησὶ, παντὸς, ἔσται

[56] I Cor. II, 9. [57] II Cor. XI, 2. [58] Joan. III, 29. [59] Psal. XLIV, 10. [60] Psal. XXXIII, 16.

Variæ lectiones.

(26) Legendum fortasse *ῥίψασα*, ex persona Ecclesiæ, ut paulo post ex persona ejusdem Ecclesiæ habet πλησιάζουσαν.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

μοι τὸ παραχαλεῖν σε, καὶ τὰ ἑξῆς, ὃ καὶ ἡμεῖς ποιοῦμεν, εὐθὺς τῆς κοίτης ἐξανιστάμενοι· καὶ οὐχ ὅτι κατ' ἄλλον οὐ χρὴ προσεύχεσθαι καιρόν· *Εὐλογήσω* γὰρ, φησὶ, *τὸν Κύριον, ἐν παντὶ καιρῷ.*

A est, ac si diceret : Gratius mihi ac jucundius rebus omnibus fuerit matutino tempore ad te, Deus, orationem ac preces meas proferre : quod et nos facere consuevimus statim ubi e lecto consurrexi-mus ; nec tamen hoc dico, quasi alio tempore orandum non sit : *Benedicam*, inquit, *Dominum in omni tempore* [61].

Ὅτι οὐχὶ Θεὸς θέλων ἀνομίαν σὺ εἶ. Τὰ γὰρ εἴδωλα τὰς ἀνομίας ἀγαπῶσιν. Ἀνομίαν δὲ καλεῖ πᾶσαν ἁμαρτίαν.

Quoniam non Deus volens iniquitatem tu es. Longe enim abes ab idolorum perversitate, quæ iniquitates diligunt. Per *iniquitatem* vero omne peccati genus intelligit [quod extra æquitatis sit normam : seu, ut significantius Græca dictio ἀνομία exprimit, quod omni careat legis ratione. Ἄνομος quippe, unde ἀνομία, quem Latinus interpres assidue *iniquum* appellat, *exlegem* potius, quam *iniquum* significat ; sed vocabuli inopia ἀνομίαν *iniquitatem* appellamus.]

Οὐ παροικήσει σοι πονηρευόμενος. Οὐ μόνον δέ εἰσιν ἐμπαθεῖς οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν, ὡς αἱ περὶ τούτων βίβλοι διδάσκουσιν· ἀλλὰ καὶ τοὺς τῶν ὁμοίων ζηλωτὰς παθῶν ὡς οἰκείους περιέπουσι, καὶ τοὺς ἑαυτῶν βεβήλους ναοὺς αὐτοῖς ὑπανοίγουσι. Σοῦ δὲ τῆς ἐγγύτητος καὶ οἰκειώσεως, τοῦτο γὰρ τὴν παροικίαν ἐπὶ τοῦ παρόντος ὑπολειπτέον, οὐ τεύξεται πονηρός. Ἐγγὺς γὰρ, φησὶ, *Κύριος τοῖς συντετριμμένοις τὴν καρδίαν, καὶ τοῖς φοβουμένοις αὐτόν.* Διὰ τοῦ πονηροῦ δὲ παντοῖον ἁμαρτωλὸν ἠνίξατο.

B Vers. 6. *Neque habitabit juxta te malignus.* Gentium dii, non tantum ipsi scèleribus ac vitiis repleti sunt, quemadmodum ex profanis eorum libris docemur : sed homines quosque, similium vitiorum amatores, veluti suos ac proprios fovent, suaque illis profana aperiunt fana. Tuam vero, o Deus, familiaritatem, aut tui appropinquationem (ita enim intelligere debemus quod ait : *Neque habitabit juxta te malignus*) homo nullus unquam consequetur. *Prope est enim Dominus iis qui contrito sunt corde* [62]. Item : *Verumtamen prope timentes eum salutare ipsius* [63]. Malignum enim dicens Propheta, omnifarium peccatorem subsignavit.

Οὐδὲ διαμενοῦσι παράνομοι κατέναντι τῶν ὀφθαλμῶν σου. Τοῦτο διὰ τοὺς Ἰουδαίους προφητευθῆναι λέγουσιν, οἱ μέχρι μὲν τὸν νόμον ἐφύλαττον, ἐπισκοπῆς ἠξιοῦντο θείας· παραβάται δὲ τούτου γενόμενοι, δικαίως ἐξώσθησαν.

Nec permanebunt transgressores legis ante oculos tuos. His verbis contineri dicunt prophetiam de Judæis, qui donec legem servaverunt protectione et custodia Dei digni esse visi sunt : verum ubi illius transgredi cœperunt mandata, juste ac merito ab eo expulsi sunt.

C

Ἐμίσησας πάντας τοὺς ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν. Τοῦτο διὰ τὰ ἔθνη τὰ ἄπιστα, νόμον Θεοῦ μὴ δεξάμενα. Νοεῖται δὲ καὶ ἄλλως· παράνομος μὲν, πᾶς ὁ μεμαθηκὼς τὸν νόμον, παραβαίνων δέ· ἄνομος δὲ, ὁ μὴ μαθεῖν ἀναισχόμενος. Πολλάκις δὲ τὸν παράνομον καλοῦμεν καὶ ἄνομον, ὡς μὴ νόμῳ χρώμενον. Εἰπὼν δὲ καθόλου περὶ τῶν ἁπλῶς ἁμαρτωλῶν, ἐκτίθεται καὶ κατὰ μέρος ἃ ἐδόκουν αὐτῷ κεφαλαιωδέστερα τότε τῶν ἁμαρτημάτων.

Vers. 7. *Odisti omnes qui operantur iniquitatem.* Hoc propter infideles gentes dictum est, quæ legem Dei non receperunt : [et quos juxta Græci nominis veriorem significatum, ut diximus, exleges potius dicere possumus, quam iniquos. Differt autem transgressor legis ab exlege], quia alter, legem quidem novit, sed non servat : alter vero is dicitur qui nullas omnino recipit leges ; quanquam sæpenumero alterum loco alterius ponitur (27'). Verum cum in universum dixerit de peccatoribus, particulatim nunc tradit quæ sibi visa sunt præcipua peccatorum capita.

Ἀπολεῖς πάντας τοὺς λαλοῦντας τὸ ψεῦδος. Τοῦτο προηγουμένως μὲν διὰ τοὺς δοξάζοντας ἕτερον παρὰ τὸν ὄντα Θεὸν, καὶ τοὺς αἱρετικούς· ἑπομένως δὲ, καὶ διὰ τοὺς ὅπως δήποτε ψευδομένους, ὡς τοῦ διαβόλου διακόνους, πατὴρ γὰρ τοῦ ψεύδους ὁ Σατανᾶς, εἴτε ἐξ Ἰουδαίων εἰσὶν, εἴτε ἐξ ἐθνῶν. Διὰ δὲ τοῦ εἰπεῖν, Ἀπολεῖς, παρέστησε βαρυτέραν αὐτῶν τὴν κόλασιν. Ἢ καὶ φοβῆσαι τοὺς προχείρους εἰς τὸ ψεῦδος βουλόμενος, ἐπιπολάζοντας καὶ ἀνειμένους, διὰ τὸ ῥᾷστον· ἢ καὶ ὅτι μὴ μόνον ἑαυτὸν (27) ἠχρείωσαν, ἀλλὰ καὶ πολλοῖς ἀπολείας πρόξενοι γίνονται.

D *Perdes eo qui loquuntur mendacium.* Hoc principaliter propter eos dictum est, qui non verum Deum colebant ; et propter hæreticos : consequenter propter omnes alios mendaces, ac dæmonis ministros, qui pater dicitur mendacii, seu ex Judæis sint, seu ex gentibus. Quod vero ait, *Perdes*, gravissima eorum tormenta denotavit. Vel fortassis id a Propheta dictum est, ut eos qui facilitate quadam proni ac labiles sunt ad mendacia, hoc pacto deterreret, qui non tantum seipsos lædunt, sed multis etiam perditionis causa exsistunt.

[61] Psal. XXXIII, 2. [62] Psal. CXLIV, 18. [63] Psal. LXXXIV, 10.

Variæ lectiones.

(27) Coll. ἑαυτόν, *seipsum* ; sed melius, opinor, ἑαυτούς, ut legit Latinus interpres.
(27') Quinimo et Latinus interpres utramque dictionem passim pro *iniquo* exponit.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

VERS. 8. *Virum sanguinum et dolosum abominabitur Dominus.* Vide quomodo interfectori dolosum conjunxit. Nam qui decipit, et in pericula aliquem conjicit, occidere etiam videtur.

Ego autem in multitudine misericordiæ tuæ introibo in domum tuam. Ego, inquit, Ecclesia ob summam misericordiam tuam ab erroribus liberata, in domum tuam, quam olim imprudenter destruebam, ingrediar. Vel aliter : *Introibo in domum tuam*, digna nimirum effecta hujusmodi fiducia apud te, non ob meas virtutes, sed ob tuam tantum misericordiam. Aliqui per domum Dei conversationem ac vitam intelligunt virtute præditam. Requiescit enim Deus atque habitat in iis qui virtutes sectantur, quemadmodum in Evangelio ait : *Ego et Pater ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus* [26].

Adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo. Ingressa, inquit, multa cum reverentia adorabo in timore. Templum vero aut terrenum hoc intellige, aut cœleste in quo adoratura est. Gentes quippe deorum suorum delubris intemperanter abutebantur, atque inhoneste. Cum autem hactenus Ecclesia vitiorum genera, quæ ad propositum a se sumptum pertinebant, narraverit per capita, eaque Deo esse ostenderit abominabilia, nunc ad seipsam revertitur, ac pollicetur vere se atque ingenue, et non pigre divino cultui inservituram : nec tamen id dicit veluti quæ per seipsam justificata sit, sed tanquam misericordiam consecuta : quamvis inclamando adversus peccatores, et seipsam in templum Dei inducendo, videatur quodammodo aliud (28) significare.

VERS. 9. *Domine deduc me in justitia tua.* Deduc me, Domine, per manum Filii tui : qui, ut ait Apostolus, justitia est, et sanctificatio, et redemptio [27] : vel in lege tua quæ est humana justitia.

Propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam. Propter visibiles inimicos meos, qui in semitis meis scandala seminant, et laqueos tendunt, explana, quæso, Domine, viam meam ad te : ita enim Symmachus reddidit. Vel, *Dirige me*, ne declinem ad dextram aut sinistram propter inimicos meos, qui latenter in insidiis me observant. Congruere etiam possunt hæc verba ipsi beato David.

VERS. 10. *Quoniam non est in ore eorum veritas, cor eorum vanum est.* Et mentiuntur assidue ut fallaces : et inutilia semper ac vana cogitant ut maligni.

VERS. 11. *Sepulcrum patens est guttur eorum.* Propter mortua illorum dogmata hoc dicit, et ob putidas hæreticorum blasphemias, et inhonesta intemperantiæ verba. Vel juxta historiam, ob turpes contumelias, et ob jurgia, quæ in David dicta fuere ab inimicis. [Quorum guttur, non tectæ atque opertæ sepulturæ comparavit, sed apertæ ac patenti, tetrumque odorem emittenti.] Nam si opertum esset sepulcrum, immunditias omnes et gravem illum spiritum celaret.

A *Ἀνδρα αἱμάτων καὶ δόλιον βδελύσσεται Κύριος.* Ὅρα πῶς τῷ φονεῖ τὸν δολερὸν προσέταξεν· ἀπατῶν γὰρ, καὶ ῥίπτων εἰς κίνδυνον, φονεύειν δοκεῖ.

Ἐγὼ δὲ ἐν τῷ πλήθει τοῦ ἐλέου σου εἰσελεύσομαι εἰς τὸν οἶκόν σου. Ἐγὼ δὲ διὰ τὸ πολύ σου ἔλεος ἀπαλλαγεῖσα τῆς πλάνης, εἰσελεύσομαι εἰς τὸν οἰκόν σου, ὃν πρὶν ἀφρόνως κατέσκαπτον. Ἢ καὶ ἄλλως· *Εἰσελεύσομαι εἰς τὸν οἶκόν σου*, τῆς παῤῥησίας ταύτης ἀξιωθεῖσα, οὐ διὰ τὴν οἰκείαν ἀρετὴν, ἀλλὰ διὰ τὸ σὸν μόνον ἔλεος. Τινὲς δὲ λέγουσιν οἶκον Θεοῦ καὶ τὴν ἐνάρετον εἶναι πολιτείαν. Ἐπαναπαύεται γὰρ καὶ ἐνοικεῖ Θεὸς τοῖς μετιοῦσιν αὐτὴν, ὡς καὶ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις εἶπεν ὁ Σωτὴρ ἐλεύσεσθαι μετὰ τοῦ Πατρὸς, καὶ μονὴν ποιήσασθαι παρὰ τοῖς ἀξίοις.

B *Προσκυνήσω πρὸς ναὸν τὸν ἅγιόν σου ἐν φόβῳ σου.* Εἰσελθοῦσα δὲ μετὰ πάσης εὐλαβείας, ἐν φόβῳ προσκυνήσω, εἴτε τὸν ἐπίγειόν σου ναὸν, εἴτε τὸν οὐράνιον· τὰ γὰρ ἔθνη ἀκολάστως τοῖς ναοῖς τῶν θεῶν αὐτῶν ἐνασχημονοῦσι. Πρὸς μέντοι τὴν ἰδίαν ὑπόθεσιν ὁ Προφήτης τὰ εἴδη τῆς κακίας κεφαλαιωδέστερον ἐπελθὼν, καὶ δείξας βδελυκτὰ Θεῷ, πρὸς ἑαυτὸν ἐπάνεισι, καὶ λατρεύειν ἐπαγγέλλεται γνησίως καὶ προθύμως, οὐχ ὡς δεδικαιωμένος, ἀλλὰ ὡς ἠλεημένος. Εἰ καὶ ἐν οἷς καταβοᾷ τῶν ἁμαρτωλῶν, καὶ ἑαυτὸν εἰσάγει τῷ θείῳ ναῷ, τοῦτο νοεῖσθαι δίδωσι.

C *Κύριε, ὁδήγησόν με ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου.* Χειραγώγησόν με, διὰ τοῦ Υἱοῦ σου, ὃς ἐστι δικαιοσύνη, καὶ ἁγιασμὸς, καὶ ἀπολύτρωσις, κατὰ τὸν Ἀπόστολον. Καὶ ἐν τῷ σῷ νόμῳ· ἔστι γὰρ ἡ ἀνθρωπίνη δικαιοσύνη.

Ἕνεκα τῶν ἐχθρῶν μου, κατεύθυνον ἐνώπιόν σου τὴν ὁδόν μου. Διὰ τοὺς ὁρατοὺς καὶ ἀοράτους ἐχθρούς μου, τοὺς κατασπείροντας ἐν τῇ τρίβῳ μου σκάνδαλα καὶ πάγας, ἐξομάλησον τὴν ὁδόν μου πρὸς σέ· οὕτω γὰρ ὁ Σύμμαχος τὸ *Κατεύθυνον* ἡρμήνευσεν. Ἢ ὥστε μὴ ἐκκλίνειν ἐπὶ δεξιὰ ἢ ἐπ' ἀριστερὰ διὰ τοὺς ἐνεδρεύοντας ἐπιβούλους. Ἁρμόζει δὲ ταῦτα καὶ τῷ Δαβίδ.

D *Ὅτι οὐκ ἔστιν ἐν τῷ στόματι αὐτῶν ἀλήθεια, καὶ ἡ καρδία αὐτῶν ματαία.* Ψεύδονται γὰρ, ὡς ἀπατεῶνες, καὶ ἀνόνητα μελετῶσιν, ὡς πονηροί.

Τάφος ἀνεῳγμένος, ὁ λάρυγξ αὐτῶν. Τοῦτο, διὰ τὰ νεκρὰ δόγματα καὶ τὰς δυσώδεις βλασφημίας τῶν αἱρετικῶν, ἢ καὶ τὰ μυδῶντα τῆς ἀκολασίας ῥήματα, ἢ καὶ τὰς κατὰ τοῦ Δαβὶδ αἰσχρὰς ὕβρεις. Οὐ γὰρ κεκαλυμμένος ἐστὶν· οὕτω γὰρ (29) αὐτὴν δυσοσμίαν συνέκρυβε.

[26] Joan. XIV, 23. [27] I Cor. I, 30.

Variæ lectiones.

(28) Græce τοῦτο, *hoc.*

(29) Addendum puto ἄν.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Ταῖς γλώσσαις αὐτῶν ἐδολιοῦσαν. Εἴ τις μὲν δόλιος, οὗτος καὶ ψεύστης· οὐκ εἴ τις δὲ ψεύστης, οὗτος καὶ δόλιος. Ἡ γὰρ τοῦ δολίου κακουργία, χαλεπωτέρα. Λέγει τοίνυν ὅτι Ἐπιβούλως κατ' ἐμοῦ συνεμελέτων, καὶ συνεσκέπτοντο. A

Κρῖνον αὐτούς, ὁ Θεός. Τοιαῦτα ἐργαζομένους κατάκρινε, ὁ μισῶν πάντας τοιούτους ὡς (30) προεδήλωσεν.

Ἀποπεσάτωσαν ἀπὸ τῶν διαβουλίων αὐτῶν. Ἀστοχήτωσαν τῶν βουλευμάτων.

Κατὰ τὸ πλῆθος τῶν ἀσεβειῶν αὐτῶν ἔξωσον αὐτούς. Διὰ τὴν ἀσέβειαν αὐτῶν *Ἔξωσον αὐτούς*· οὐ γὰρ τιμῶσί σε· καὶ μὴ δι' ἐμὲ, εἰ καὶ σὸς κλῆρος ἐγώ. Ἢ καὶ ἄλλως· ὅσον εἰσὶν ἀσεβεῖς, τοσοῦτον πόρρω τῆς σῆς εὐμενείας ἀπελαθήτωσαν. Ἀσεβὴς δὲ, οὐ μόνον ὁ ἄθεος, ἀλλὰ καὶ ὁ μὴ προσηκόντως τὸν Θεὸν σεβόμενος. B

Ὅτι παρεπίκραναν σε, Κύριε. Οὐ μέλει μοι γὰρ τοσοῦτον ὑπὲρ ὧν εἰς ἐμὲ ποιοῦσιν, ἀλλὰ ὑπὲρ τῶν σῶν ἀλγῶ· παρεπίκραναν γάρ σε, διὰ τὰ προρρηθέντα τούτων ἐπιτηδεύματα. Ἄλλως τε· Καὶ ἐμοὶ πολεμοῦντες, τὰς σὰς ἐντολὰς φυλάττοντι, σὲ τὸν ἐμὸν Δεσπότην παραπικραίνουσι.

Καὶ εὐφρανθήτωσαν πάντες οἱ ἐλπίζοντες ἐπὶ σέ. Τῶν σῶν γὰρ ἐχθρῶν ἀνιωμένων, οἱ εὐσεβεῖς ἀντιθέτως χαίρουσιν, ὅτι σοὶ μόνῳ θαῤῥοῦντες, περιγίνονται τῶν τοσούτων καὶ τηλικούτων. C

Εἰς αἰῶνα ἀγαλλιάσονται. Ἀντὶ τοῦ διηνεκῶς, ἐγγὺς ἀεὶ τὴν σὴν παράκλησιν ἔχοντες.

Καὶ κατασκηνώσεις ἐν αὐτοῖς. Ἐπαναπαυόμενοι τῇ ὡραιότητι τῶν ψυχῶν αὐτῶν. *Ἐνοικήσω γὰρ, φησὶν, ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐμπεριπατήσω, καὶ ἔσομαι αὐτῶν Θεὸς, καὶ αὐτοί ἔσονταί μοι λαός.*

Καὶ καυχήσονται ἐν σοὶ, οἱ ἀγαπῶντες τὸ ὄνομά σου. Διότι μόνοι συνῆκαν τὸν ἀληθινὸν Θεὸν, καὶ εἰς τοῦτον μόνον τὰς ἐλπίδας ἐνέθεντο. Καὶ ἄλλως δὲ οἱ Χριστιανοὶ τοσοῦτον ἀγαπῶσι τὴν θείαν τοῦ Χριστοῦ κλῆσιν, ὡς ἀπὸ μόνης ταύτης θέλειν γνωρίζεσθαι, καὶ ἐν μόνῳ Χριστῷ καυχῶνται, κατὰ τὸν Ἀπόστολον· *Ἐμοὶ γὰρ, φησὶ, μὴ γένοιτο καυχᾶσθαι, εἰ μὴ ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ*, τουτέστιν ἐν τῷ σταυρωθέντι Χριστῷ. D

Ὅτι σὺ εὐλογήσεις δίκαιον, Κύριε. Οὐ μόνον κατὰ τὸν παρόντα βίον ἀνακηρύττων αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸν μέλλοντα, ὅταν ἐρεῖς· *Δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου.* Σὺ οὖν εὐλογήσεις αὐτὸν, καὶ

Linguis suis dolose agebant. Dolosi omnes mendaces sunt, non quicunque mendax etiam dolosus. Doli etenim vitium perversus est. Ait igitur, quod insidias et dolos una adversus eam contexebant.

Judica illos, Deus. Tu, inquit, qui hujusmodi homines, ac talia operantes odisti, ut supra ostendisti, eos etiam condemna.

Decidant a cogitationibus suis. Hoc est frustrentur propriis consiliis.

Secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos. Propter illorum impietatem eos, inquit, *Expelle*, quia te non venerantur. Neque enim propter me id expostulo : tametsi alioquin, sors atque hæreditas tua ego sum. Vel aliter : Quanto illi impii magis sunt, tanto a tua benevolentia longius abjiciantur. Impius vero non ille tantum est qui Deum non colit, sed et is qui non ut congruit eum veneratur.

Quoniam exacerbaverunt te, Domine. Non adeo mihi curæ sunt quæ adversum me operantur, quantum doleo ob ea quæ contra te agunt. Exacerbarunt enim te in studiis, atque in conversationibus suis, quas superius commemoravimus. Vel aliter : Quia exacerbaverunt te Dominum meum, dum mihi mandata tua observanti molesti sunt.

Vers. 12. *Et lætentur omnes qui sperant in te* Quoties inimici Dei mœroro ac tristitia afficiuntur, fideles ac pii quicunque sunt ex adverso gaudent : quod solo freti Deo, tantos ac tales superent inimicos.

In sæculum exsultabunt. Hoc est semper et perpetuo, cum prope atque assidue consolationem tuam habituri sint.

Et habitabis in eis. Requiescens nimirum in pulchritudine atque elegantia animarum eorum : *Inhabitabo enim alibi*, inquit, *in eis, et inambulabo, et ero illorum Deus, et ipsi erunt mihi populus* [66].

Vers. 13. *Et gloriabuntur in te, qui diligunt nomen tuum.* Quia scilicet ipsi soli Deum verum intellexerunt, atque in hoc solo spem suam collocarunt. Et aliter Christiani viri divinum Christi nomen adeo diligunt, ut ex illo tantum velint cognosci. In solo etenim Christo juxta Apostolum gloriantur, dicentem : *Mihi autem absit ut glorier, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi* [67] ; hoc est nisi in Christo ipso crucifixo.

Quoniam tu benedices justo, Domine. Non tantum in præsenti sæculo tu eis benedices, laudes eorum omnibus notas faciens, sed et in futuro : quando vocabis eos, dicens : *Venite, benedicti Patris mei* [68].

[66] Levit. xxvi, 12 ; I Cor. vi, 16. [67] Galat. vi, 14. [68] Matth. xxv, 34.

Variæ lectiones

(30) *Isc.* προεδήλωσας.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Tu itaque benedices eis tametsi maligni contra, eis maledicant. Hujusmodi autem verbis eos consolatur qui propter virtutem blasphemiis ac maledictionibus impeti solent.

A οἱ πονηροὶ τοῦτον κακίζουσι. Παρηγορεῖ δὲ ἐν τούτῳ τοὺς διὰ τὴν ἀρετὴν βλασφημουμένους.

Ut scuto bonæ voluntatis coronasti nos. Tu, Domine, inquit, muniisti nos valde, et circumdedisti cruce tua, quæ scutum est bonæ voluntatis : hoc est scutum tibi gratum ac placitum. Animadvertendum autem est esse hunc quemdam loquendi modum apud sacram Scripturam, quo *filium potentiæ* dicere solet pro potentem ; et, *virum sanguinum* pro sanguinarium ; *hominem* etiam *pacis* hoc est pacificum : ita et hic, *scutum bonæ voluntatis* pro scutum placitum et bene gratum. Ordo etiam fiat hoc modo : Muniisti nos, Domine, potentia tua quasi scuto quodam probato ac forti. Corona enim circularis formæ est ; et munitiones etiam per circulum atque in circuitu fieri solent.

Ὡς ὅπλῳ εὐδοκίας ἐστεφάνωσας ἡμᾶς. Λίαν ἐκύκλωσας καὶ περιετείχισας ἡμᾶς τῷ σταυρῷ, τῷ ὅπλῳ τῆς εὐδοκίας, ἤτοι τῆς ἀῤῥήτου οἰκονομίας σου. Ἢ καὶ *ὅπλον εὐδοκίας*, τὸ εὐδόκιμον ὅπλον ὑποληπτέον. Συνήθης γὰρ τῇ Παλαιᾷ καὶ οὗτος ὁ σχηματισμός· *υἱὸν* γὰρ καλεῖ *δυνάμεως* τὸν δυνατὸν, καὶ *ἄνδρα αἱμάτων*, τὸν φονικὸν, καὶ *ἄνθρωπον εἰρήνης*, τὸν εἰρηνικόν. Καὶ συντακτέον οὕτως· Περιετείχισας ἡμᾶς τῇ δυνάμει σου, καθάπερ ἐν ὅπλῳ εὐδοκίμῳ καὶ στερρεῷ. Στεφάνη γὰρ, ὁ κύκλος· κυκλοτερὴς δὲ, καὶ ὁ τειχισμός.

In finem in hymnis pro octava psalmus ipsi David.

PSALMUS VI.

Quid significet *In finem* dictum est : præsenti vero psalmo laudat ac magnificat Deum Propheta : rogatque et preces fundit pro octava, hoc est pro futuro sæculo. Præsens enim sæculum revolutum ac completum, et quasi hebdomadæ commensuratum, septenario signatur numero, et septimum dicitur; futurum vero sæculum octavum appellatur, veluti quod septimum sequitur. In persona autem non sua tantum Propheta, sed et omnium nostrum fundit preces ad Deum, qui in futuro illo sæculo omnes judicaturus est. Hunc autem psalmum composuit beatus David postquam in angustias atque in afflictiones decidit, quæ ei ob peccata ejus obvenerant.

B *Εἰς τὸ τέλος ἐν ὕμνοις, ὑπὲρ τῆς ὀγδόης, Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.*

ΨΑΛΜΟΣ Ϛ'.

Τί μὲν δηλοῖ τὸ *Εἰς τὸ τέλος*, προείρηται. Ὑμνῶν δὲ καὶ μεγαλύνων τὸν Θεὸν ὁ προφήτης, ὑπὲρ τῆς ὀγδόης παρακαλεῖ, τουτέστιν, ὑπὲρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. Ἑβδομος γὰρ ὁ παρὼν, ὅστις ἑβδομάδι μετρούμενος, καὶ ἀνακυκλούμενος, καὶ συμπληρούμενος· ὄγδοος δὲ ἐκεῖνος, ὡς μετὰ τὸν ἕβδομον τοῦτον. Οὐ προσώπῳ δὲ μόνον ἰδίῳ, ἀλλὰ καὶ πάντων ἡμῶν προσάγει τῷ κρῖναι τηνικαῦτα μέλλοντι Κυρίῳ τὴν δέησιν. Ἐξέθετο δὲ τὸν ψαλμὸν, πειρασμοῖς περισχεθεὶς, ἐπενεχθεῖσιν αὐτῷ διά τινα πλημμελήματα.

Vers. 2. *Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.* Sed quomodo legimus apud beatum Job : *Beatus homo quem redarguit Dominus in terra* [49] ; et quomodo ipse etiam David alibi dixit : *Beatus homo quem tu corripueris, Domine* [50] ? Verum hoc in loco Propheta non reprehendi renuit aut castigari a Deo, sed quod poscit id tantum est, ne cum indignatione redarguatur aut cum ira. Nam cum intolerabilem esse noverit iram Dei, timet ne ab ea prorsus perdatur : modice tamen corripi optat, ut probatior effectus, futuri judicii pœnas melius effugiat. Consequenter etiam post redargutionem, correptionem subjunxit : et quanquam Deus a furore et ira et ab omni prorsus passione liber sit, prophetæ tamen sæpenumero hujusmodi affectionem ei tribuerunt, persuadere studentes lectoribus : quod omnium hominum Deus curam habet ; quod omnia videt et audit ; quod lætatur, et tristatur, et judicat, furit, et irascitur ; et quæcunque alia hujusmodi eum facere dicunt, ut saltem hoc pacto timore correpti homines desisterent a vitiis. Et aliter : Ab humanis operationibus prophetæ divina declarant : et quia qui loquuntur et qui audiunt homines sunt,

C *Κύριε, μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με, μηδὲ τῇ ὀργῇ σου παιδεύσῃς με.* Καὶ μὴν ἐν τῇ βίβλῳ τοῦ Ἰὼβ γέγραπται· *Μακάριος ἄνθρωπος ὃν ἤλεγξε Κύριος ἐπὶ τῆς ὀργῆς*· καὶ αὐτὸς δέ φησιν ἐν ἄλλοις· *Μακάριος ἄνθρωπος ὃν ἂν παιδεύσῃς, Κύριε.* Οὐ φεύγει γοῦν τὸν ἔλεγχον, οὐδὲ τὴν παιδείαν ἁπλῶς· ἀλλὰ τὸν μετὰ θυμοῦ, καὶ τὸν μετ' ὀργῆς, ἵνα μὴ τῷ ἀνυποίστῳ διαφθαρείη· ἀλλὰ τῷ μετρίῳ βελτίων γενόμενος, ἐκφύγῃ τὰς ἐν τῇ μελλούσῃ κρίσει κολάσεις. Ἀκολούθως δὲ τῷ ἐλέγχῳ τὴν παίδευσιν ὡς ἑπομένην ἐπέταξε. Τὸ Θεῖον δὲ, καὶ θυμοῦ, καὶ παντὸς πάθους ἐλεύθερον. Οἱ προφῆται δὲ τὰς τοιαύτας θέσεις προσῆψαν αὐτῷ, βουλόμενοι πεῖσαι τοῖς ἀνθρώποις, ὅτι προνοεῖται τοῦ παντὸς ὁ Θεὸς, καὶ ὁρᾷ, καὶ ἀκούει, καὶ ἥδεται, καὶ λυπεῖται, καὶ D κρίνει, καὶ θυμοῦται, καὶ ὀργίζεται, καὶ ὅσα τοιαῦτα, ἵν' οὕτω φοβηθέντες, τῆς κακίας ἀπόσχωνται. Ἄλλως τε δὲ ἀπὸ τῶν ἀνθρωπίνων ἐνεργειῶν ἐμφαίνουσι τὰς θείας, ὅτι καὶ οἱ λέγοντες καὶ οἱ ἀκούοντες, ἄνθρωποι· καὶ ἡ ἀπόκρισις, ἀνθρωπίνη. Καὶ ἄλλως οὐκ ἐγχειρεῖ διαλέγεσθαι τοὺς ἐν σώματι, εἰ μὴ σωματικῶς· καὶ γὰρ καὶ Βαρβάροις διαλεγόμενοι, τῇ τούτων χρώμεθα διαλέκτῳ· καὶ παιδίῳ προσλαλοῦντες, ὑποψελλίζομεν· καὶ εἰ μυριάκις ὦμεν

[49] Job v, 17. [50] Psal. xciii, 12.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

σοφοὶ, πρὸς τὴν ἐκείνων καταβαίνομεν ταπεινότητα. Καὶ ταῦτά σοι καθολική τις ἔστω πρὸς ταῦτα διδασκαλία. Τὸ γοῦν, *Μὴ τῷ θυμῷ σου παιδεύσῃς με, μηδὲ τῇ ὀργῇ σου*, ἀντὶ τοῦ, Μὴ ἀξίως καταδικάσῃς με, μὴ ἀξίαν ἀπαιτήσῃς με δίκην.

A humana lingua exprimunt quod loquuntur. Neque enim possibile est ut alio modo loquantur, qui in corpore sunt quam corporaliter. Nam et quoties Barbaros alloquimur, illorum lingua utimur : et cum pueris aliquid dicere volumus, eorum more balbutimus ; et quamquam valde sapientes simus, ad illorum tamen humilitatem condescendimus. Hæc igitur tibi sit norma quædam universalis. Quod igitur ait : *Ne in furore tuo arguas me*, idem sibi vult, quod Nolis me juxta mea merita condemnare, neque debitas a me pœnas exigere.

Ἐλέησόν με, Κύριε, ὅτι ἀσθενὴς εἰμί. Εἰ μὴ γὰρ ἠσθένησεν ὁ νοῦς, οὐκ ἂν τὰ πάθη τούτου περιεγένοντο. Ἢ καὶ ὅτι ἀσθενής εἰμι, πρὸς τὸν ἀόρατον ἐχθρὸν, τὸν φανερῶς καὶ κρύβδην ἐπιβουλεύοντα. Ἢ καὶ ὅτι συντριβεὶς, ἐξησθένησα. Ὑπολόγισαι οὖν τὴν ἐμὴν ἀσθένειαν, καὶ μὴ καταδικάσῃς με τέλεον, ὡς ἑκουσίως νενικημένον· τῆς δὲ τοῦ Ἐλέησόν με φωνῆς, πάντες πάντοτε δεόμεθα· προῶν γάρ φησιν· Ἐὰν ἀνομίας παρατηρήσῃς, Κύριε, τίς ὑποστήσεται; καὶ, Ὅτι οὐ δικαιωθήσεται ἐνώπιόν σου πᾶς ζῶν. Καὶ πάλιν ἕτερος εἴρηκε· Τίς καυχήσεται ἁγνὴν ἔχειν τὴν καρδίαν; ἢ τίς παρρησιάσεται καθαρὸς εἶναι ἀπὸ ῥύπου; Πάντες μὲν οὖν ἐλέους δεόμεθα· οὐ πάντες δὲ ἐλεούμεθα· ὁ γὰρ θεῖος ἔλεος τὸν ἄξιον ἐπιζητεῖ. Καὶ ἀσθενεῖ δὲ πάντες καθ' ἑαυτοὺς ἐσμέν. Ἐὰν γὰρ μὴ Κύριος οἰκοδομήσῃ οἶκον, εἰς μάτην ἐκοπίασαν οἱ οἰκοδομοῦντες. Ἐὰν μὴ Κύριος φυλάξῃ πόλιν, εἰς μάτην ἠγρύπνησεν ὁ φυλάσσων.

B

Vers. 3. *Miserere mei, Domine, quoniam infirmus sum.* Si intellectus, inquit, meus debilis non fuisset, passiones certe illum non superassent, vel quia infirmus sum adversus invisibilem inimicum, qui et palam et clam insidias disponit : vel quia assiduis afflictionibus debilitatus sum. Considera igitur et tu, Deus, debilitatem meam, et noli me penitus condemnare : quasi sponte mea superatus sim. Hac autem voce, *Miserere mei*, omnes nos perpetuo indigemus. Nam et alibi ait : *Si iniquitates observaveris, Domine, Domine, quis sustinebit*[71] ? Item alibi : *Non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens*[71*]. Et rursus propheta alius : *Quis gloriabitur*, inquit, *mundum cor habere, aut quis confidet mundus esse a sordibus*[72] ? Omnes itaque indigemus divina misericordia : tametsi non omnes illam consequamur, cum Deus quærat tantum dignos se. Omnes etiam nos infirmi sumus : quia *Nisi Dominus ædificaverit domum, in vanum laborant qui ædificant eam*[73]. Et : *Nisi Dominus custodierit civitatem, frustra vigilat qui custodit eam*[74].

Ἴασαί με, Κύριε, ὅτι ἐταράχθη τὰ ὀστᾶ μου. Τὸ ἀπὸ τῶν πειρασμῶν ἄλγος, καὶ αὐτῶν καθήκετο τῶν ἀναισθήτων ὀστέων μου, καὶ ἐκλόνησεν αὐτά. Διὰ τοῦτο δὲ παρέστησεν τὴν ὑπερβολὴν τοῦ πάθους. Ἢ καὶ ὀστᾶ νοητέον, τὰς τοῦ νοῦ δυνάμεις, αἷς οὗτος ἐπερείδεται.

C

Sana me, Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea. Dolor qui summus mihi inest ab assiduis afflictionibus, ad usque ossa ipsa sensu carentia pervenit, atque ea concussit. His autem verbis passionis suæ vehementiam demonstravit. Vel per ossa intelligere possumus vires ac potentias, quibus mens ipsa sustinetur.

Καὶ ἡ ψυχή μου ἐταράχθη σφόδρα. Μὴ φέρουσα τὴν βίαν ἀλγεινῶν. Πρόσφορον δὲ τὸ ῥητὸν, καὶ ὅταν τις οἰστρηθῇ πρὸς θυμὸν ἄλογον, ἢ πρὸς ἐπιθυμίαν αἰσχράν. Τότε γὰρ πνεύσας πολὺς ὁ διάβολος, ἐτάραξε καὶ τὸ σῶμα, καὶ τὴν ψυχὴν, ὡς ἄνεμος θαλάσσας, ἐμπεσών· κυκῶνται γὰρ ἄμφω, καὶ κυμαίνονται, καὶ οὐ φυλάττουσι τὴν ἑαυτῶν τάξιν, καὶ κατάστασιν.

Vers. 4. *Et anima mea turbata est valde.* Non sustinens scilicet dolorum vim. Commodissime autem dicitur hic versiculus, quoties quis ad iram aliquam irrationabilem, aut pravas concupiscentias fuerit stimulatus. Tunc enim diabolus immodice spirans animam solet et corpus perturbare, non secus ac validus ventus in mare irruens. Miscentur enim una ambo atque æstuant, nec proprium aliquem locum, aut ordinem servant.

Καὶ σὺ, Κύριε, ἕως πότε. Τοῦτο, οὐκ ἐγκαλοῦντός ἐστιν, ἀλλ' ὀδύναις κατατεινομένου. Μακρά μοι, φησὶ, γέγονεν ἡ ἀπὸ σοῦ παρόρασις, οὕτως ἔχοντι. Τοῖς μὲν οὖν πειραζομένοις ἐξ ἁμαρτίας, οὐκ εὐθὺς ἐπικουρεῖ κατ' οἰκονομίαν. Καιρῷ γὰρ, φησὶ, δεκτῷ ἐπήκουσά σου· τοῖς δὲ ἐξ ἐπηρείας τοῦ πονηροῦ, καὶ μάλα· Ἔτι γὰρ, φησὶ, λαλοῦντός σου, ἐρῶ· Ἰδοὺ πάρειμι.

D

Et tu, Domine, usquequo. Verba hæc non accusantis sunt, sed hominis in doloribus constituti. Diu, inquit, a te ego neglectus sum, cum tamen auxilio tuo indigerem. Deus enim iis qui propter propria peccata tentationes sustinent, non solet statim auxiliari : atque hoc magna cum dispensatione agit. *Tempore* enim *accepto*, inquit, *exaudivi te.* Iis vero qui ob dæmonis calumnias id patiuntur, statim adest : *Adhuc* enim, inquit, *loquente te dicam, Ecce adsum.*

Ἐπίστρεψον, Κύριε, ῥῦσαι τὴν ψυχήν μου.

Vers. 5. *Convertere, Domine, eripe animam meam,*

[71] Psal. CXXIX, 3. [71*] Psal. CXLII, 2. [72] Ibid. [73] Psal. CXXXI, 1. [74] Ibid.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Convertere ad me, inquit, tametsi hactenus ob peccata mea aversus fueris a me : et eripe me ex afflictionibus.

Σὺ στράφηθι πρός με, εἰ καὶ ἀπεστράφῃς δι' ἃ ἥμαρτον · καὶ ἐξελοῦ με τῶν θλίψεων.

Salvum me fac propter misericordiam tuam. Non ob virtutes meas, inquit, id peto ; nullas enim habeo quibus id merear.

Σῶσόν με ἕνεκεν τοῦ ἐλέου σου. Οὐ διὰ τὰς ἐμὰς ἀρετάς · οὐκ ἔχω γάρ.

Vers. 6. *Quoniam non est in morte qui memor sit tui.* Per mortem, peccatum intelligit mortis ministrum ; ab initio enim peccatum introduxit mortem ; ait igitur, quod qui peccatum facit, non est tunc Dei memor. Est enim velut ebrius aut obcæcatus, qui peccat. Vel mortem appellat tempus mortis, quia ubi quis mortuus fuerit, ablatum ei est, ut possit amplius Dei reminisci, aut Deum rogare. Inutiles enim tunc essent omnes preces.

Ὅτι οὐκ ἔστιν ἐν τῷ θανάτῳ ὁ μνημονεύων σου. Θάνατον καλεῖ τὴν ἁμαρτίαν, ὡς θανάτου πρόξενον · καταρχὰς γὰρ ἡ ἁμαρτία, τὸν θάνατον ἐπεισήγαγεν. Φησὶ γοῦν, ὡς ὁ τὴν ἁμαρτίαν πράττων, οὐ μνημονεύει τηνικαῦτα Θεοῦ, μεθύων αὐτῇ, καὶ πεπωρωμένος. Ἢ θάνατον λέγει τὸν ἀπὸ τῆς τελευτῆς καιρόν · μεθ' ὃ γὰρ τελευτήσει τις, ἀφαιρεῖται τὸ μνημονεύειν, ἤτοι παρακαλεῖν τὸν Θεόν · ἀνόνητα γάρ.

In inferno autem quis confitebitur tibi? Ante mortem pœnitere quem potest? post mortem vero retributionis tantummodo tempus est (31).

Ἐν δὲ τῷ ᾅδῃ, τίς ἐξομολογήσεταί σοι; Πρὸ τοῦ θανάτου γὰρ ἡ μετάνοια γίνεται · τὸ ἐντεῦθεν δὲ, καιρὸς μόνον ἀνταποδόσεως.

Vers. 7. *Laboravi in gemitu meo, lavabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo.* Non simpliciter laboravi, inquit, sed cum gemitibus ; quæ res intensionem denotat laboris. Nec simpliciter etiam dixit : Effundam lacrymas, sed *Lavabo lectum meum :* neque id semel tantum faciam, inquit, aut secundo, sed *Per singulas noctes.* Et quia in die variæ me cogitationes distrahunt, faciam quietis tempus confessionis esse, nemine scilicet me tunc perturbante ; commodissimum enim est ad pœnitentiam id tempus. Quod vero ait : *Lacrymis meis stratum meum rigabo,* expositive dictum est ad præcedentia, et ad clariorem sensum illorum verborum : *Lavabo per singulas noctes lectum meum.* Audiamus vero nos homunculi tanti regis pœnitentiam, eamque imitemur. Protulit autem hæc verba beatus David, ad excitandam in se misericordiam Dei, utque ad eam Deum magis flecteret : ne aliquando fortassis grandis calamitatum cumulus vires suas prosterneret, atque eum inutilem redderet.

Ἐκοπίασα ἐν τῷ στεναγμῷ μου, λούσω καθ' ἑκάστην νύκτα τὴν κλίνην μου, ἐν δάκρυσί μου τὴν στρωμνήν μου βρέξω. Οὐχ ἁπλῶς ἔκαμον, ἀλλὰ καὶ ἐκοπίασα, στενάζων · τοῦτο γὰρ ἐπίτασις · καὶ οὐχ ἁπλῶς δακρύσω, ἀλλὰ καὶ λούσω τὴν κλίνην μου, καὶ οὐχ ἅπαξ ἢ δίς, ἀλλὰ καθ' ἑκάστην νύκτα. Ἐπεὶ γὰρ ἐν ἡμέραις περισπῶσιν αἱ φροντίδες, τὸν τῆς ἀναπαύσεως καιρὸν, ἐξομολογήσεως καιρὸν ἐγὼ ποιήσομαι, μηδενὸς ἐνοχλοῦντος · εὔθετος γὰρ ὁ καιρὸς οὗτος εἰς μετάνοιαν. Τοῦ δὲ *Λούσω,* καὶ τῶν ἑξῆς, τὸ, *Ἐν δάκρυσί μου,* καὶ τὰ ἑξῆς, ἑφερμηνευτικά ἐστιν, ὡς σαφέστερα. Ἀκούσωμεν οἱ ἰδιῶται βασιλέως μετάνοιαν, καὶ ζηλώσωμεν. Προβάλλεται δὲ ταῦτα εἰς ἀφορμὴν ἐλέους, ἵνα καὶ μᾶλλον κάμψῃ τὸν εὔσπλαγχνον, μή ποτε τὸ τῆς ταλαιπωρίας ὑπερβάλλον καταβάλλῃ τὴν ἐν αὐτῷ δύναμιν, καὶ ἄχρηστον ἀπεργάσηται.

Vers. 8. *Turbatus est a furore oculus meus.* Oculus animæ scilicet, hoc est mens mea. Considerans enim ego, inquit, furorem adversus peccatores, in die judicii, vehementer perturbatus sum. Congrue vero mentem ipsam oculum appellavit, veluti qui itineribus omnibus dux est. Nam et mens videt et audit. Aliqui etiam dicunt oculum corporis beati David perturbatum fuisse, cum iratus esset adversus inimicos. Proprium enim ac peculiare est iis qui irascuntur, ut oculi eis turbentur.

Ἐταράχθη ἀπὸ θυμοῦ ὁ ὀφθαλμός μου. Ὁ τῆς ψυχῆς δηλαδὴ, τουτέστιν ὁ νοῦς · ἐννοῶν γὰρ τὸν θυμόν σου, τὸν ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως κατὰ τῶν ἁμαρτωλῶν, λίαν τεθορύβηται. Προσφυῶς δὲ τὸν νοῦν ὀφθαλμὸν ἐκάλεσεν, ὡς ὁδηγοῦντα τὸν ἄνθρωπον. Νοῦς γὰρ ὁρᾷ, καὶ νοῦς ἀκούει. Τινὲς δὲ καὶ τὸν τοῦ σώματος ὀφθαλμὸν αὐτοῦ φασὶ τεταράχθαι, θυμουμένου κατὰ τῶν ἐχθρῶν · ἴδιον γὰρ τοῦτο τῶν ὀργιζομένων.

Inveteratus sum inter omnes inimicos meos. Veterascentium vestimentorum instar neglectus sum ac vilipensus ab inimicis meis : qui tamen ante commissa a me delicta, timebant me. Vel *Inveteratus sum,* hoc est debilior effectus. Senes enim debiliores viribus effici solent.

Ἐπαλαιώθην ἐν πᾶσι τοῖς ἐχθροῖς μου. Δίκην τῶν πεπαλαιωμένων ἱματίων ἠτιμώθην, καὶ κατεφρονήθην ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν, τῶν φοβουμένων με πρὸ τῆς ἁμαρτίας. Ἢ *ἐπαλαιώθην,* ἀντὶ τοῦ Ἠσθένησα · οἱ γηραιοὶ γὰρ, ἀσθενεῖς.

Vers. 9. *Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem.* Sentiens jam ac cognoscens divinum

Ἀπόστητε ἀπ' ἐμοῦ, πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν. Αἰσθόμενος ἤδη τῆς παρὰ Θεοῦ συμ-

Variæ lectiones.

(31) Græca verba sic : *Ante mortem enim fit pœnitentia.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

μαχίας, ἀναθαρρεῖ, καὶ τοὺς ἐχθροὺς ἐντεῦθεν φοβεῖ, καὶ φεύγειν ἐγκελεύεται, εἴτε ὁρατοὶ εἶεν, εἴτε ἀόρατοι.

A sibi præsto esse auxilium, fiduciam ostendit: et inimicos perterrens, seu visibiles seu invisibiles illi sint, aufugere eos jubet.

Ὅτι εἰσήκουσεν τὴν φωνὴν τοῦ κλαυθμοῦ μου, ἤκουσε Κύριος τῆς δεήσεώς μου, Κύριος τὴν προσευχήν μου προσεδέξατο. Ταῦτα τίθησιν αἴτια τοῦ οἰκείου θάρσους, καὶ τῆς ἐκείνων φυγῆς. Ἡ γοῦν τὰ τρία ταῦτα σημαίνουσιν ὡς ἐν ἄλλοις εἰρήκαμεν. Ἡ ἐπειδὴ, κλαίει τις καὶ ἐπὶ πενίᾳ, καὶ τοιούτοις τισὶ, διὰ τῆς δεήσεως διέστειλε τοῦ κλαυθμοῦ τὴν ὁμωνυμίαν, ὃς ἐπὶ δεήσει βοηθείας γέγονεν. Ἡ δὲ προσευχὴ πάλιν ἑτέθη, δηλοῦσα τὴν ἐπίτασιν τῆς δεήσεως.

Vers. 10. *Quoniam exaudivit Dominus vocem fletus mei, exaudivit Dominus deprecationem meam, Dominus orationem meam suscepit.* Hæc omnia causam esse dicit fiduciæ suæ timorisque pariter ac fugæ inimicorum. Tria vero hæc in præsenti versiculo dicta, eumdem habet sensum, ut alibi etiam diximus. Vel aliter, quia ob paupertatem, aut alias ejusmodi miserias, sæpenumero multi deflere solent, supplicationis vocabulo, æquivocationem fletus distinxit, qui ad coadjuvandam supplicationem interfuit, et ad hæc, orationis etiam nomen adjunxit, ut majorem precum suarum intensionem denotaret.

Αἰσχυνθείησαν καὶ ταραχθείησαν πάντες οἱ ἐχθροί μου. Τὸ γνωρισθὲν αὐτῷ παρακαλεῖ ταχὺ πέρας λαβεῖν· καὶ πῶς γὰρ οὐκ αἰσχυνθήσονται, ματαίας ἰδόντες τὰς ἑαυτῶν ἐλπίδας, ὡς εὐχείρωτος ἔσται τούτοις, γυμνωθεὶς τῆς ἄνωθεν εὐμενείας, καὶ αἰσχυνθέντες, πῶς οὐ φοβηθήσονται;

B Vers. 11. *Erubescant et conturbentur omnes inimici mei.* Rogat ut quæ sibi fuerunt significata quam celerrimum finem consequantur. Erubescant autem ejus inimici, cernentes conceptas a se spes inanes fuisse (32). Speraverant enim posse se de facili in propria potestate habere beatum David, veluti divina privatum benevolentia: quod si erubuerint et pudore confusi fuerint, quomodo non etiam timebunt?

Ἀποστραφείησαν καὶ καταισχυνθείησαν σφόδρα διὰ τάχους. Οὕτως δὲ ἔχοντες, εἰς τὰ ὀπίσω χωρήσουσιν· τὸ δὲ *Καταισχυνθείησαν*, τῆς αἰσχύνης ἐστὶν ἐπίτασις. Τὸ μέντοι *σφόδρα διὰ τάχους*, τοῖς εὐκτικοῖς τούτοις πᾶσι συντακτέον, τοῦ εὐχομένου ζητοῦντος τάχιον αὐτοὺς παθεῖν τὰ τοιαῦτα. Τινὲς δέ φασιν, εὔξασθαι μᾶλλον, ἀλλὰ μὴ κατεύξασθαι νῦν τὸν λέγοντα, δεόμενον ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν αἰσχυνθῆναι, πονηρὰ βουλευομένους, καὶ φοβηθῆναι τὸν συμμαχοῦντα τούτῳ Θεὸν, καὶ ἀποστραφῆναι τὴν μοχθηρίαν, καὶ οὕτω βελτιωθῆναι.

Convertantur et confundantur valde velociter. Illi sic sentientes retro abeant. Et (quod ait) *Confundantur*, augmentum atque intensionem significat pudoris. Dictio autem, *Valde velociter*, omnibus his verbis adjungenda est. Optat namque atque imprecatur illos quam citissime hæc omnia pati. Quidam verba hæc dicunt precum potius similitudinem habere, quam imprecationis, et precari Prophetam pro inimicis, ut eos pudeat pravorum consiliorum, ut timeant Deum qui ipsi Prophetæ adjutor est, ut a propria pravitate discedant, atque hoc pacto meliores fiant.

Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ ὃν ᾖσε τῷ Κυρίῳ ὑπὲρ τῶν λόγων Χουσὶ υἱοῦ Ἰεμενεῖ.

Psalmus ipsi David quem cecinit Domino pro verbis Chusi filii Jemeni.

ΨΑΛΜΟΣ Ζ'.

PSALMUS VII.

Δοκεῖ πως ἐναντίως ἔχειν ἡ ἐπιγραφὴ πρὸς τὴν ἐν ταῖς Βασιλείαις ἱστορίαν, ἔνθα τὰ κατὰ τὸν Δαβὶδ ἀναγέγραπται. Καὶ γὰρ, ἐκεῖ ὁ Χουσὶ, υἱὸς Ἀραχὶ, ἀλλὰ οὐκ Ἰεμενεὶ, ἱστόρηται. Συμβιβάζονται δὲ ταῦτα τρόπον ὃν ἐροῦμεν, ἢ ὅτι διώνυμος ἦν ὁ πατὴρ αὐτοῦ, ἢ ἐπείπερ ὁ Χουσὶ τυγχάνων ἀρχι... τοῦ Δαβὶδ, ἐσχημάτισατο τὴν πρὸς τὸν Ἀβεσαλὼμ αὐτομολίαν, καὶ τὰς τοῦ στρατηγικωτάτου Ἀχιτόφελ διέλυσε γνώμας, καὶ τῷ πατραλοίᾳ μὲν, ἀναβολὰς ἐποίησεν· τῷ φεύγοντι δὲ Δαβὶδ, καιρὸν ἔδωκεν εἰς τὸ φυγεῖν πορρωτέρω, καὶ συλλέξαι δυνάμεις, ὡς ἐν τῇ βίβλῳ τῶν Βασιλειῶν εὑρήσομεν πλατύτερον. Ἀπὸ τῆς ἀνδραγαθίας τετύχηκε τῆς προσηγορίας ταύτης· Χουσὶ γὰρ, *υἱὸς δεξιᾶς* ἑρμηνεύεται. Καὶ γὰρ ἔθος τῇ Γραφῇ πολλάκις ἀπὸ τῶν ἐπιτηδευμάτων, ἢ ἀπὸ τῶν πατρῶν τοὺς υἱοὺς ὀνομάζειν· οἷον, *υἱὸν εἰρήνης*, καὶ *τέκνα σοφίας*, καὶ *υἱὸν ἀπω-*

Præsens inscriptio videtur fere pugnantia continere iis, quæ in historia Regum habentur, ubi gesta beati David suo ordine conscripta sunt. Illic enim Chusi non Jemeni filium fuisse legimus, sed Arachi. Verumtamen recte conveniunt hæc, ut dicemus: vel quia duplex fuerit nomen patri Chusi, vel quia [ipse postmodum hujus cognominationem sortitus sit, ut Jemeni filius diceretur. Hic etenim Chusi, Arachi filius, et socius beati David, memor veteris amicitiæ, cum Absalon filius beati David, adversus patrem insurrexisset], finxit se deficere ab rege et ad Absalonem transfugere, eo consilio, ut Achitophel ducis Absalon consilia dissolveret: quemadmodum et perfecit. Morando quippe et cunctando Absalonem contra Achitophelis consilium ita detinuit, ut occasionem et tempus præstiterit beato David, et longius fugiendi, et majores

Variæ lectiones.

(32) Græce per interrogationem: *Quomodo autem non erubescent?* etc.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

copias colligendi : ut in libris Regum latius scriptum reperitur. Ab hujusmodi igitur strenuo opere, appellationem hanc Chusi consecutus est, ut Jemeni filius diceretur. Si quidem Jemeni *dextera* interpretatur (33). Mos vero est Scripturæ sacræ, ab exercitiis aliquibus seu studiis, tanquam a parentibus filios denominare, veluti *filium pacis*, *filium sapientiæ*, et *filium perditionis;* ita etiam et *filius dexteræ* ille dicitur, qui dexter et commodus amico fuerit adjutor. Illud etiam animadvertendum est, quod inscriptio dicit pro *verbis Chusi :* et tamen in toto psalmo, Propheta nullam Chusi memoriam facit; unde alia oritur dubitatio : quomodo scilicet pertineat ad psalmum inscriptio. Nos tamen quod cognovimus non celabimus. Cum pœniteret Prophetam, quod spem aliquam posuisset in prudentia et consiliis Chusi, qui ei suaserat decepturum se Absalonem, et dissipaturum consilia Achitophel, hujusmodi psalmum composuit et cecinit Deo, non pro beneficiis quæ consecutus fuerat a prudentia et consilio Chusi : sed quia ipse amissa illa spe, quæ præcipue in Deum habenda erat, magis fretus sit in verbis Chusi, a se ad Absalonem missi. Est igitur hic psalmus propitiatorius, placatque et benevolum reddit Deum ob commissum errorem illumque in auxilium suum advocat.

A Λείας. Οὕτως οὖν καὶ υἱὸς δεξιᾶς, ὁ δεξιός τε καὶ ἐπιτηδειότατος. Ἀλλ' ἡ μὲν ἐπιγραφὴ, ὑπὲρ τῶν λόγων φησὶ Χουσί · παρ' ὅλον δὲ τὸν Ψαλμὸν, οὐκ ἐμνημόνευσεν ὁ Δαβὶδ τοῦ Χουσὶ, καὶ δοκεῖ πάλιν ἄπορον. Ἀλλ' ἡμῖν δὲ τὸ διεγνωσμένον οὐκ ἀποκρυπτέον · μεταγνοὺς γὰρ ὁ προφήτης ἐφ' οἷς ἤλπισεν ἐπὶ τῇ συνέσει Χουσὶ, ὑποθεμένου αὐτοῦ τὰ περὶ τῆς ἀπάτης Ἀβεσαλὼμ, καὶ τὰ περὶ τοῦ διασκεδάσαι τὴν βουλὴν Ἀχιτόφελ, τὸν ψαλμὸν τοῦτον ᾄδει τῷ Θεῷ, οὐχ ὑπὲρ ὧν ἔτυχε παρὰ τῆς τοῦ Χουσὶ συνέσεως, ἀλλ' ὑπὲρ ὧν τῆς πρὸς Θεὸν ἐλπίδος ἀφέμενος, τεθάρρηκε τοῖς λόγοις, οἷς εἴρηκεν ὁ Χουσὶ πρὸς Ἀβεσαλὼμ, ἀποσταλεὶς παρὰ αὐτοῦ. Ἔστι οὖν ἱλαστήριος ἡ ᾠδὴ, τὸν Θεὸν ἐξευμενίζουσα, καὶ παρακαλοῦσα εἰς βοήθειαν.

Verse 2. *Domine Deus meus, in te speravi, salvum me fac ex omnibus persequentibus me, et libera me.* Licet, inquit, ob prudentiam Chusi adjutus sim, et paululum respiraverim, tempusque acceperim ad congregandum exercitum, nunc tamen in illo amplius non confido : et cum propediem pugnæ dies mihi instet, a te uno pendeo, in quem unum omnes spes meas collocavi. Alia enim omnia, amicos nimirum, socios, ac milites, secundo in loco reputo. Scriptum est enim : *Maledictus homo qui spem ponit in homine* [75]. Item : *Beatus homo qui sperat in te* [76]; et quemadmodum alium colere quam Deum non debemus, sic etiam in alios sperare nos non decet quam in Deo. Ille autem salvari dicitur qui in bello sine vulnere conservatur, et eripi is qui ab invasione atque impetu inimicorum liberatur. *Ex omnibus autem persequentibus me*, dixit, propter eos qui parricidam filium sequebantur, et ejus mortem appetebant. Vel aliter : Ille salvari dicitur qui infirmus est; eripi vero seu liberari ille qui est captivus. Salva me igitur ut infirmum : et libera me quasi captivum; timeo enim ne ab inimicis comprehendar. Vel, salva me ab inimicis præsentis vitæ : et libera me ab invisibilibus inimicis, qui post mortem meam animæ meæ maculas omnes perscrutaturi sunt, si quo pacto fortasse eam potuerint comprehendere : duplexque erit juxta hunc sensum petitio, pro præsenti scilicet vita, et pro futura.

B Κύριε ὁ Θεός μου, ἐπὶ σοὶ ἤλπισα · σῶσόν με ἐκ πάντων τῶν διωκόντων με, καὶ ῥύσαι με. Εἰ καὶ παρὰ τῆς τοῦ Χουσὶ, φησὶν, ὠφέλημαι συνέσεως, ἀναπνεύσας μικρὸν, καὶ λαβὼν καιρὸν εἰς παράταξιν · ἀλλὰ νῦν οὐκ ἐπ' ἐκείνῳ θαρρῶν, ἀνταγωνίζεσθαι μέλλω · μόνης δὲ τῆς σῆς ἐλπίδος ἐκκρέμαμαι, δεύτερα τ' ἄλλα πάντα λογιζόμενος, καὶ φίλους, καὶ συμμάχους, καὶ στρατιώτας. Γέγραπται γάρ · Ἐπικατάρατος ἄνθρωπος, ὁ ἐλπίζων ἐπ' ἄνθρωπον. Καὶ ὥσπερ οὐ χρὴ ἄλλο τι σέβειν παρὰ Θεὸν, οὕτως οὐδὲ ἐπ' ἄλλον ἐλπίζειν, ἢ ἐπὶ τὸν Θεόν. Καὶ σώζεται μέν τις διατηρούμενος ἐν πολέμοις ἄτρωτος · ῥύεται δὲ πάντῃ, τῶν ἐπιτιθεμένων ἀπαλλαττόμενος. Πάντων δὲ τῶν διωκόντων εἶπε, διὰ τοὺς τῷ πατραλοίᾳ συναποστήσαντας, φονῶντας κατ' C αὐτοῦ καὶ διψῶντας τὸν τούτου θάνατον. Ἢ καὶ σώζεται μὲν, ὁ ἀσθενῶν · ῥύεται δὲ ὁ ἐν αἰχμαλωσίᾳ. Σῶσόν με οὖν, ὡς ἀσθενῆ · ῥύσαι με, ὡς αἰχμάλωτον, ἐλπίζω γὰρ, ὅσον οὔπω, σαγηνευθῆναι τοῖς ἐχθροῖς. Ἢ καὶ, Σῶσόν με, φησὶν, ἀπὸ τῶν ἐνταῦθα καταδιωκόντων μὲ πολεμίων · ῥύσαι με δὲ καὶ ἀπὸ τῶν μετὰ θάνατον εὐθὺς ἐξερευνώντων τὰ στίγματα τῆς ψυχῆς ἀοράτων ἐχθρῶν, ἐπὶ τῷ κατασχεῖν, ὡς εἶναι τὴν δέησιν διπλῆν, ὑπὲρ τῆς παρούσης, καὶ τῆς μελλούσης ζωῆς.

Verse 3. *Nequando rapiat ut leo animam meam.* Absalonem filium leoni comparat, ob summam illius temeritatem, ferociam, atque impudentes ausus. Vel fortassis de dæmone sermo est, qui leoni convenienter comparatur; quia sicuti leoni os ac fauces male olent, ita etiam os dæmonis eructans blasphemias male olet. Figura etiam vi-

D Μήποτε ἁρπάσῃ ὡς λέων τὴν ψυχήν μου. Τὸν Ἀβεσαλὼμ ὀνομάζει λέοντα, διὰ τὴν ἀγριότητα καὶ θρασύτητα, καὶ ἀναίσχυντον ὁρμήν. Ἢ καὶ τὸν διάβολον αἰνίττεται · δυσῶδες γὰρ τὸ στόμα τοῦ λεόντος · δυσῶδες δὲ καὶ τὸ τοῦ διαβόλου, βλασφημίας ἐξερευγόμενον. Καὶ γὰρ ὁ Κύριος κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους ἔλεγε · Νῦν ὁ ἄρχων τοῦ κό-

[75] Jerem. XVII, 5. [76] Psal. LXXXIII, 13.

Variæ lectiones.

(33) Græce : *Siquidem Chusi* filius dexteræ *interpretatur.*

Digitized by Google Распознавание текста ABKAFR

σμου τούτου ἔρχεται, καὶ ἐν ἐμοὶ ἔξει οὐδέν. Ἐπὶ μέντοι τοῦ Ἀβεσαλὼμ, ὑπολητέον τὴν ζωὴν, ἀφαιρουμένην ὑπὸ τοῦ ἀναιροῦντος· αἰτία γὰρ ἡ ψυχὴ ζωῆς· καὶ πολλάκις τὰ αἰτιατὰ καλοῦμεν τοῖς τῶν αἰτίων ὀνόμασιν, ὥσπερ εἰρήνη μὲν ὁ Κύριος, καὶ δικαιοσύνη, καὶ τὰ τοιαῦτα· ἁμαρτία δὲ καὶ ἀπώλεια, ὁ διάβολος. Αἴτιος γὰρ ὁ μὲν, ἐκείνων· ὁ δὲ, τούτων καθέστηκε. Καταχρηστικωτέρα δὲ τῆς ἁρπαγῆς ἡ λέξις, ἐντεῦθεν δηλούσης ἀφαίρεσιν. Ἁρμώσει δὲ καὶ παντὶ τῷ ἐν περιστάσεσιν ὁ παρὼν ψαλμὸς, εἰ διώκοντας μὲν νοήσει (34) τοὺς δαίμονας· λέοντα δὲ, τὸν ἄρχοντα τούτων, ὃς ἁρπάζει τὴν ψυχὴν εἰς ἁμαρτίαν, καὶ εἰς ἀπόγνωσιν, ἐλθοῦσα (35) τοῦ σώματος.

A dentur hæc verba esse eorum, quæ a Domino Passionis tempore dicta sunt : *Nunc princeps hujus mundi ejicietur foras, et in me non habebit quidquam* [77]. Quod si intelligimus psalmum de Absalone, animam, expone, id est vitam, quæ ab interfectore quodammodo auferri videretur. Est etenim anima vitæ causa : et sæpenumero causata ipsa causarum nominibus appellamus : quemadmodum et Dominus pax dicitur et justitia, et alia hujusmodi, quia pacis et justitiæ auctor est. Hac etiam ratione dæmon peccatum et perditio appellatur, veluti illorum causa. Improprie autem posita est dictio *Rapiat*, pro interimat. Congruit etiam hic psalmus omnibus his qui in tentationibus et periculis animæ constituti sunt, si per persequentes, dæmonum copias intellexeris, et per leonem ipsum dæmonum principem Satanam, qui animas ad peccata aut ad desperationem rapere solet, vel quæ eas rapit uti exiverint e corpore.

Μὴ ὄντος λυτρουμένου, μηδὲ σώζοντος. Οἰκεῖα καὶ ταῦτα· τὸ μὲν σώζοντος, πρὸς τὸ, *Σῶσον*· τὸ δὲ λυτρουμένου, πρὸς τὸ, *Ῥύσαι*· σοῦ γὰρ μὴ ἐπισμύνοντος, οὐδεὶς ἔσται σώζων, ἢ ῥυόμενος.

Cum non sit qui redimat, neque qui salvum faciat. Congrue hæc et suo ordine correspondent prædictis verbis, *Salva me* et *libera me*. Te, inquit, non adjuvante, nullus est qui salvet, aut qui redimat.

διψᾷν, καὶ τοῖς ἀδιαβλήτοις τοῦ σώματος ὑποκεῖσθαι πάθεσιν. Ἐστεφάνωσας δὲ αὐτὸν, τουτέστιν ἐκόσμησας· δόξῃ μὲν, τῇ θεότητι· τιμῇ δὲ τῇ παρὰ τῶν ἀγγέλων· πολλαχοῦ γὰρ ἐδορυφόρουν αὐτῷ. Ἢ καὶ ἀμφότερα παρὰ τῶν ἀνθρώπων· Θεόν τε γὰρ οἱ πιστεύοντες ἔλεγον, καὶ πανευλαβῶς ἐτίμων. Πάντα δὲ ὑπέταξας, ὡς νέῳ Ἀδὰμ, τὸ κατ' εἰκόνα φυλάξαντι. Κατὰ δὲ τὸν τῆς ἀναγωγῆς λόγον, πρόβατα μὲν, οἱ ἐξ ἐθνῶν πεπιστευκότες, οὓς ἐπὶ τὰ ὄρη καὶ τοὺς βουνοὺς πεπλανημένους εὑρὼν, εἰς τὴν ἑαυτοῦ συνήγαγε μάνδραν· βόες δὲ, οἱ Ἰουδαῖοι, τὸν βαρὺν ἕλκοντες τοῦ νόμου ζυγόν· κτήνη δὲ τοῦ πεδίου, οἱ μήτε τοῦ Μωσέως νόμον δεξάμενοι, μήτε τὸν τῆς χάριτος, ἀλλ' εἰδωλολατροῦντες, ἐν τῇ παδιάδι καὶ χθαμαλότητι τῶν ἡδονῶν τοῦ βίου βαδίζοντες, τῷ μὴ δύνασθαι ἀναθέειν εἰς ὕψος θεωρίας. Πετεινὰ μὲν οὐρανοῦ, οἱ ἄγγελοι· ἰχθύες δὲ θαλάσσης, οἱ δαίμονες, τοῖς κύμασιν ἐνσκιρτῶντες τοῦ βίου, καὶ ἀποζῶντες τῇ... (44) τῶν πονηρῶν ἡμῶν πράξεων· πάντες γὰρ ὕστερον ὑποταγήσονται τῷ Χριστῷ, ὅτι αὐτῷ πᾶν γόνυ κάμψει, ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων. Οὐκ ἄκαιρον δὲ καὶ γλαφυράν τινα παραθεῖναι ἐξήγησιν· ὅτι τὸ Ἠλάττωσας, οὐ παρὰ τοὺς ἀγγέλους λέγεται, ἀλλὰ πρὸς τὴν δόξαν τοῦ Πατρός. Οὕτω γὰρ ἀναγνωστέον· Ἠλάττωσας αὐτὸν βραχύ τι, τοῦ σοῦ δηλαδὴ ἀξιώματος, διὰ τὴν τῆς σαρκὸς φύσιν· εἶτα τὸ ἐξῆς, παρ' ἀγγέλους δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφάνωσας αὐτὸν, ἤγουν ἐπὶ πλεῖον. Οὐδεὶς γὰρ ἀγγέλων ἢ τὸ θεῖον ἔλαβεν ὄνομα, ἢ δορυφορίας τοιαύτης τετύχηκε. . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

Κύριε ὁ Κύριος ἡμῶν, ὡς θαυμαστόν τὸ ὄνομά σου ἐν πάσῃ τῇ γῇ! Ἐπεὶ γὰρ ὁ ψαλμὸς οὗτος τὸ κατὰ Χριστὸν προλέγει μυστήριον, ὁ δὲ Χριστὸς ἐξ οὐρανοῦ καταβέβηκε, καὶ αὖθις πρὸς αὐτὸν ἀναβέβηκεν ὥσπερ ἐν κύκλῳ (45) σχήματι πρὸς τὴν Πατρικὴν δόξαν ἀποκαταστὰς, διὰ ταῦτα καὶ ὁ ψαλμὸς κυκλικῶς

tris est mihi ne commovear [89]. Quod vero ait: *Minuisti eum modicum quid ab angelis*, ea ratione dictum est, quia et famem patiebatur Christus, et sitim, et reliquis omnibus corporis passionibus, atque affectibus subjacebat, qui reprehensibiles non sunt. *Coronasti* autem *eum*, hoc est ornasti, *gloria* quidem, divinitatis: *honore* autem, quem angeli ei præstabant. Sæpe enim ministrabant ei. Vel etiam quia utrumque ab hominibus ei præstabatur, quia credentes in eum, Deum appellabant, et religiosissime venerabantur. Omnia præterea subjecit Deus sub pedibus ejus, veluti novo Adam, qui imaginem et similitudinem Dei vere servavit: Juxta anagogem, oves ii dicendi sunt qui ex gentibus crediderunt: quos in collibus, et montibus errantes Christus invenit, et ad suum ovile congregavit. Boves vero, Judæi sunt, grave veteris legis jugum trahentes. Et pecora campi ii, qui nec Moysi nec gratiæ legem susceperunt, sed idola colentes in campestri humilitate, ac terrena dejectione voluptatum præsentis vitæ ideo ambulant, quia contemplationis sublimitatem suscipere nequeunt, sed juxta eam quam diximus Græci nominis etymologiam, quasi pecora proni in terram, inspiciunt. Volucres etiam cœli pro angelis accipi possunt: et pisces maris pro dæmonibus: qui inter fluctus præsentis vitæ subsiliunt, atque in amara pravarum actionum vivunt salsugine. Omnes enim Christo tandem subjicientur, quoniam illi omne genu flectetur, cœlestium, terrestrium et infernorum. Possumus etiam non ingratam quorumdam expositionem recensere: quod scilicet illa verba: *Minuisti eum modicum quid*, non ad angelos referenda sint, sed ad gloriam Dei Patris, atque hoc pacto legendum, Minuisti eum, o Pater, modicum quid a tua nimirum dignitate propter carnis naturam; et quæ sequuntur per se legantur. Sed quoniam quod Latine legimus *ab angelis*, in Græco legitur παρ' ἀγγέλους, quæ verba ultra sensum jam redditum, idem etiam significant, quod supra angelos: intellige quod gloria et honore eum Deus supra angelos coronavit: hoc est plusquam angelorum aliquem. Nullus quippe angelorum, aut hujusmodi Dei nomen consecutus est, aut tale sortitus ministerium. Verumtamen dicant nobis Judæi, quando infantes et lactentes pueri laudem hanc dixerint, de qua nunc loquitur Propheta, et quemnam inimicum hujusmodi laus destruxerit: quo etiam dixit beatus David: *Videbo cœlos opera digitorum tuorum*, cum jam Moyses de his docuisset: *In principio* enim, inquit, *fecit Deus cœlum et terram.*

VERS. 10. *Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra.* Quoniam hic psalmus Christi prædicit mysterium, qui e cœlo descendit, et rursus in cœlum ad Paternam gloriam ascendit, et circulari quodam motu illinc unde venerat reversus est, merito etiam hic Psalmus qui de

[89] Psal. xv, 8.

Variæ lectiones.

(44) Supple ἀλυπρότητι, ut legisse videtur Latinus interpres.

(45) *Isc.* ἐγκυκλίῳ, ut legisse videtur etiam Saulus, vel scribe κύκλου.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Christo pertractat, circuli instar ibi finem accipit unde initium sumpsit : incipiens quidem et desinens pari admiratione plenus est, dicens : *Domine Dominus noster*, etc.

In finem pro occultis filii Psalmus ipsi David.

PSALMUS IX.

Quid significet *in finem*, in præcedentibus dictum est : et aliter mors per crucem congrue dici potest esse finis vitæ Filii : vitæ, inquam, humanæ, cujus mortem Propheta, occulta Filii appellavit : quemadmodum ipsa etiam Hebraica lectio apertius explicat dicens : *Pro morte Filii :* et alibi mysterium esse legimus absconditum a sæculo, ipsis etiam angelis ignotum. Et Paulus absconditum fuisse dixit principibus hujus sæculi. *Nam si cognovissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent* [90]. Pertinet igitur hic psalmus ad mortem Domini, per quem inimici potentia omnis destructa est. Longior vero est, ita disponente sancti Spiritus sapientia, quæ nec breves esse omnes psalmos voluit, neque omnes in longum extendit, sed opus quoddam varium reddidit, longitudine pigritiam excitans, et brevitate laborem mitigans. Verba autem facit Propheta vel tanquam beneficiis affectus, vel etiam tanquam ex eorum persona, qui beneficiis affecti fuissent, liberati ab inimici tyrannide. Sciendum autem est, quædam in sacris Litteris accipi debere secundum historiam, ut ea : *In principio creavit Deus cælum et terram ;* quædam secundum sensum anagogicum solum, ut illud : *Fons aquæ tuus tibi sit uni.* Nisi enim horum sensum exquiras, summæ inhumanitatis esset, nemini ne aquam quidem communicare. Perspicuum est igitur eo loci de uxore legitima sermonem haberi, quippe quæ natura suavis sit, et pura simul, alienæ commistionis expers : quædam denique secundum historiam simul et anagogicum sensum, ut ea quæ de æneo serpente, quem erexit Moyses, traduntur. Nam et revera contigerunt, et ad Christum quamdam per figuram referuntur. Sic in Psalmis pleraque variis istis modis, non uno solum, capienda sunt.

Vers. 2. *Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo.* Confessionis nomen duo significat, peccatorum revelationem, item et gratiarum actionem, ut hic : Agam, inquit, tibi gratias pro acceptis beneficiis et pro iis quæ accipiam, nec simpliciter, sed ex toto corde meo.

Narrabo omnia mirabilia tua. Beneficia appellat *Mirabilia*, veluti tropæa quædam de inimico admiranda.

Vers. 3. *Lætabor et exsultabo in te.* Lætabor, inquit, tanquam is qui experimentum accepi auxilii et potentiæ tuæ. *Memor* enim, alibi inquit, *fui Dei et lætatus sum* [91]. Solus quippe Deus hominibus

[90] I Cor. II, 8. [91] Psal. LXXVI, 4.

ὅθεν ἤρξατο, εἰς τοῦτο κατέληξε · καὶ ἀρχόμενος γὰρ καὶ λήγων, οὐκ ἀπέστη τοῦ θαύματος.

Εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ τῶν κρυφίων τοῦ υἱοῦ ψαλμός.

ΨΑΛΜΟΣ Θ'.

Τί μὲν δηλοῖ *εἰς τὸ τέλος*, ἐν τοῖς προλαβοῦσιν εἴρηται · καὶ ἄλλως δὲ τέλος τῆς κατὰ τὴν ἀνθρώπησιν τοῦ Υἱοῦ πολιτείας ὁ διὰ σταυροῦ θάνατος · ἐπεὶ καὶ κρύφια ἐνταῦθα τὸν τοῦ Υἱοῦ ὀνομάζει *θάνατον*, ὡς τὸ Ἑβραϊκὸν ἀναπτύσσει. Μυστήριον γὰρ ἀπ' αἰῶνος κεκρυμμένον τοῦτο, καὶ ἀγγέλοις ἄγνωστον. Λέγει γὰρ ὁ Παῦλος, ὅτι ἀποκεκρυμμένον ἦν τοῖς ἄρχουσι τοῦ αἰῶνος τούτου · *Εἰ γὰρ ἔγνωσαν, οὐκ ἂν τὸν Κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν.* Εἰς τὸν Δεσποτικὸν οὖν θάνατον ὁ παρὼν τείνει ψαλμὸς, δι' οὗ πᾶσα κατελύθη τοῦ ἐχθροῦ ἡ δύναμις. Μακρὸς δὲ οὗτος ὁ ψαλμός · καὶ τοῦτο τῆς σοφίας τοῦ Πνεύματος. Οὔτε γὰρ πάντας βραχεῖς ἐποίησεν, οὔτε πάντας ἐξέτεινε · ἀλλ' ἐποίκιλε τὴν βίβλον, τῷ μήκει μὲν τὴν ῥαθυμίαν διεγείρων, τῇ δὲ βραχύτητι διαναπαύων τὸν κάματον. Ποιεῖται δὲ τὸν λόγον ὁ Προφήτης, ὡς καὶ αὐτὸς ἐντεῦθεν εὐεργετούμενος, ἢ καὶ προσώπῳ τῶν εὐεργετουμένων, καὶ τῆς τοῦ ἐχθροῦ τυραννίδος ἀπαλλαττομένων. Τοῦτο δὲ χρὴ καθόλου γινώσκειν, ὡς τῆς θείας Γραφῆς τὰ μὲν καθ' ἱστορίαν μόνην ἑρμηνεύεται, καθάπερ τό· *Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν* · τὰ δὲ κατὰ ἀναγωγὴν μόνον, ὡς τό· *Ἡ πηγή σου τοῦ ὕδατος, σοί ἐστω μόνῳ.* Εἰ γὰρ μὴ ζητήσεις ἐνταῦθα τὸ νόημα, πολλῆς ἀπανθρωπίας τὸ κελεύειν, μηδὲ ὕδατός τινι κοινωνεῖν. Δῆλον οὖν ὅτι περὶ τῆς ἐννόμου γυναικὸς ὁ λόγος ἐστὶν, ὡς ἡδείας μὲν, διὰ τὴν φύσιν, καθαρᾶς δὲ, διὰ τὸ ἀνεπίμικτον · τὰ δὲ, καὶ καθ' ἱστορίαν, καὶ κατὰ ἀναγωγὴν, ὡς τὰ περὶ τοῦ χαλκοῦ ὄφεως ὃν ὕψωσεν Μωϋσῆς. Ἐγένετο γὰρ, καὶ εἰς τύπον τοῦ Χριστοῦ λαμβάνεται. Διὰ τοῦτο κἀν τοῖς ψαλμοῖς πολλὰ τῶν ῥητῶν, τοιαῦτα, καὶ οὐ πάντα καθ' ἓν μόνον εἶδος ἑρμηνεύεται.

Ἐξομολογήσομαί σοι, Κύριε, ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου. Διπλῆν ἡ ἐξομολόγησις ἔχει σημασίαν, ἀνακάλυψίν τε τῶν ἡμαρτημένων, καὶ εὐχαριστίαν εὐεργεσίας. Εὐχαριστῶ σοι, φησὶν, οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ἐξ ὅλης καρδίας ὑπὲρ ὧν πέπονθα, καὶ ἔτι πείσομαι.

Διηγήσομαι πάντα τὰ θαυμάσιά σου. — *Θαυμάσια* λέγει τὰς εὐεργεσίας, τὰ κατὰ τοῦ ἐχθροῦ τρόπαια.

Εὐφρανθήσομαι καὶ ἀγαλλιάσομαι ἐν σοί. Ἀτε πεῖραν λαβὼν τῆς σῆς ἀντιλήψεως καὶ δυνάμεως. *Ἐμνήσθην γὰρ τοῦ Θεοῦ, καὶ εὐφράνθην,* ὅτι μόνος οὗτός ἐστι παράκλησις, ὡς καὶ μόνος σώζειν δυνά-

Digitized by Google Распознавание текста ABKFR

μενος· ἐπίτασις δὲ τῆς εὐφροσύνης ἡ ἀγαλλίασις ὡς καὶ τὴν καρδίαν ὑπὸ τῆς ἄγαν ἄλλεσθαι παρᾶς. A verum est solamen : quemadmodum et solus ipse est qui homines salvat. Exsultatio vero major quædam est lætitiæ intensio : quæ præ nimio gaudio subsilire valde atque elevari cor facit.

Ψαλῶ τῷ ὀνόματί σου, Ὕψιστε. Ἔθος ἦν τοῖς ἐρωτικῶς περί τινα διακειμένοις ᾄσματα ποιεῖν εἰς αὐτὸν, καὶ ψυχαγωγεῖν ἐντεῦθεν τὸν πόθον. Ἀπὸ μεταφορᾶς οὖν τοῦ τοιούτου διὰ τὸ *Ψαλῶ*, τὸν ἐπιτεταμένον εἰς Θεὸν ἔρωτα παρέστησεν· ἐμφαίνει δὲ καὶ ῥυθμὸν ἐναρμόνιον τὸ, *Ψαλῶ*. ἌΙσομαι τοίνυν, οὐ τῇ φύσει σου· καὶ γὰρ ἀνεννόητος· ἀλλὰ τῷ ὀνόματί σου, πλέκων αὐτῷ κατάλληλον ἔπαινον.

Psallam nomini tuo, Altissime. Mos erat iis qui amatorie in aliquem affecti essent, carmina et cantus in eum componere, atque hoc pacto animi desiderium lenire : hujusmodi metaphora propheta usus, intensionem amoris sui in Deum declaravit, dicens : *Psallam nomini tuo :* quæ dictio musicum ac concinnum cantum denotat. Canam igitur, inquit, non naturæ tuæ, quando quidem illa percipi non potest, sed nomini tuo, decentes illi nectens ac complicans laudes.

Ἐν τῷ ἀποστραφῆναι τὸν ἐχθρόν μου εἰς τὰ ὀπίσω, ἀσθενήσουσι, καὶ ἀπολοῦνται ἀπὸ προσώπου σου. Ἄρχεται καταλέγειν τὰ εἴδη τῆς εὐεργεσίας, ὑπὲρ ὧν ἡ ἐξομολόγησις· ἐτόλμησε γὰρ ὁ τύραννος; ποτε καὶ κατὰ τοῦ Σωτῆρος, καὶ ὡς ἀνθρώπῳ ψιλῷ προσέβαλεν· ἐπεὶ δὲ τὸ, *Ὕπαγε ὀπίσω μου, Σατανᾶ*, ἤκουσεν, ᾔσθετο δυνάμεως ἀμάχου, καὶ μετ' αἰσχύνης; ὑπεχώρησεν· ἀποστραφέντος δὲ καὶ τραπέντος αὐτοῦ, αἱ ὑπ' αὐτὸν δυνάμεις ἠσθένησαν, καὶ ἀπώλοντο, οἷόν τινα ψυχὴν ἀφῃρημέναι τὴν τυραννίδα. Τοῦ Ἰησοῦ γὰρ ἀναμαρτήτου μέχρι θανάτου μείναντος, καὶ τὸν διάβολον καθελόντος; ἐντεῦθεν, καὶ ἀμφιέσαντος ἡμᾶς ὅπλα σωτηρίας, τὸ θεῖον βάπτισμα, καὶ τὴν μελέτην καὶ φυλακὴν τῶν θείων λογίων, κατὰ τὴν ἑαυτοῦ πολιτείαν ἀπολιπόντος; ἡμῖν ὁδὸν εἰς οὐρανοὺς ἀνάγουσαν, κατηργήθησαν παντάπασιν οἱ δαίμονες, καὶ οὐδεμίαν ἔχουσι δύναμιν καθ' ἡμῶν, εἰ μὴ διὰ ῥᾳθυμίας ἡμεῖς; ἑκόντες αὐτοὺς ἐπισπασόμεθα, τῶν ἐντολῶν ἀμελήσαντες. Ἀπὸ *προσώπου* δὲ, τουτέστιν, ἀπὸ φόβου σου. Φοβερὸν γὰρ ἐν πολέμοις, τῶν ἀριστέων τὸ πρόσωπον. B C

Versus 4. *Cum conversus fuerit inimicus meus retrorsum, infirmabuntur et peribunt a facie tua.* Commumerare incipit beneficiorum genera, pro quibus Deo gratias agit. Ausus est aliquando tyrannus dæmon ipsum etiam Salvatorem, veluti nudum hominem invadere : sed simul ac dici audivit : *Vade post me, Satana*[93], et inexpugnabilem illius sensit potentiam, magna statim cum ignominia retrocessit : quo converso ac profligato, omnes pariter potestates quæ sub ipso erant, debilitatæ sunt, et perierunt, amissa illa nimirum tyrannide, veluti quadam eorum anima. Cum enim vixerit Jesus sine peccato, unde et dæmonem destruxit, et nos pariter induit armis salutis: cum etiam sacrum baptisma, ac divinorum mandatorum meditationem et custodiam, propriamque vitam ac conversationem, pro via nobis reliquerit, et semita, quæ ad cœlum ducit, consequenter et cæteri dæmones illinc adeo deleti sunt, ut nullam in nos amplius habeant potestatem, nisi nos ignavia nostra fortassis ita volentes, neglectis divinis mandatis, ad nosmetipsos eos iterum traxerimus. Quod vero ait : *A facie tua*, idem est, quod, A timore tuo. Strenuorum enim ac potentum virorum facies, horribilis inimicis videri solet ac timenda.

Ὅτι ἐποίησας τὴν κρίσιν μου, καὶ τὴν δίκην μου. Ἐκρινάς με γὰρ, τὸν εἰς σὲ πεπιστευκότα, καταδυναστευόμενον ὑπὸ τοῦ διαβόλου πρότερον, καὶ πικρῶς τυραννούμενον ἐξ ἀγνοίας· καὶ ἰδὼν ὅτι φθονερῶς ὁ πονηρὸς τὸ σὸν πλάσμα κατεδουλώσατο, ἐδικαίωσάς με, τῶν ἐκείνου χειρῶν ὑπεξαγαγών, καὶ τῆς πλάνης ἐλευθερώσας· δίκην γὰρ τὴν δικαιοσύνην ἐκάλεσεν ἐνταῦθα. D

Ἐκάθισας ἐπὶ θρόνου ὁ κρίνων δικαιοσύνην. Τοῦτο διὰ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψιν τοῦ Σωτῆρος. Πληρώσας γὰρ τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν, εἰς τὸν θρόνον ἀποκατέστη, τὸν δικαστικὸν, ἤτοι τὴν ἐξουσίαν τῆς θεότητος, ὃν μὴ λιπὼν, ἀῤῥήτως πρὸς ἡμᾶς ἐπεδήμησεν. Ἀναληφθεὶς γὰρ, καὶ καθίσας ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρὸς, ὡς λαβὼν πᾶσαν ἐξουσίαν ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς, ἐβοήθησεν τῷ ἰδίῳ πλάσματι, ὑπὲρ οὗ καὶ τὴν ἄχραντον ἔθηκε ψυχήν. Θεοπρεπῶς δὲ ταῦτα νοητέον· καθιδρύσαι γὰρ εἰς τὸν θρόνον, ἐπὶ τοῦ Λόγου καὶ Θεοῦ ὑπολειφθείη ἂν ἡ δικαστικὴ ἐξουσία,

Sedisti super thronum qui judicas justitiam. Propter Salvatoris Ascensionem hoc dictum est. impleta enim carnis dispensatione ad judiciale thronum suum rediit, id est, ad potestatem Divinitatis. Quem thronum tamen non reliquerat, quando arcanis atque ineffabilibus modis ad nos descendit. Assumptus enim est in cœlum, et sedet ad dexteram Patris, veluti qui potestatem omnem acceperit in cœlo et in terra, et propriæ creaturæ opem tulerit pro qua immaculatam illam animam posuerat. Hæc autem non humane, sed digne Deo

[93] Matth. IV, 10.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

intelligenda sunt. Sedere enim in throno, aut super thronum, in Deo, et in Verbo Dei, accipimus pro judiciali potestate: quam etsi antea habebat, ob carnis tamen dispensationem celebat, ut tota impleretur. Tu fuisti, inquit, in judiciali potestate, et judicantis personam sumpsisti, qui solus justus es judex, quique nulla ignorantia aut affectu impediris, quominus semper in æquitate perseveres.

A ἦν καὶ πρώην ἔχων, ὅμως ἀπέκρυπτε διὰ τὴν οἰκονομίαν, ἵνα πᾶσα πληρωθῇ. Γέγονας οὖν ἐν ἐξουσίᾳ δικαστικῇ, καὶ σχῆμα δικάζοντος ἀνέλαβες, ὁ μόνος δίκαιος κριτὴς, καὶ ὑπὸ μηδεμιᾶς ἀγνοίας ἢ διαθέσεως ἐμποδιζόμενος εἰς εὐθύτητα.

Vers. 6. *Increpasti gentes, et periit impius.* Objurgasti, inquit, gentes, improperasti eis errorem eorum, et fugit ab eis Satanas, veritatem non sustinens. Apostoli aliquando acerbe gentiles reprehendebant, veluti Paulus qui insensatos Galatas appellabat: quod illi sentientes, ab idolorum cultu recedebant. Destructo autem idolorum cultu, simul etiam abibat eorum præsul dæmon: adeo vel sola poterat sanctorum increpatio.

Ἐπετίμησας ἔθνεσι, καὶ ἀπώλετο ἀσεβής. Ὠνείδισας, φησὶ, τοῖς ἔθνεσι τὴν πλάνην, καὶ ἔφυγεν ἀπ' αὐτῶν ὁ Σατανᾶς, οὐκ ἐνεγκὼν τὴν ἀλήθειαν. Οἱ γὰρ ἀπόστολοι καὶ πικρότερον ἔστιν οὗ καθήπτοντο τῶν ἐθνῶν, ὡς ὁ Παῦλος· Ὦ ἀνόητοι Γαλάται, φησὶν αἰσθανόμενοι γὰρ, ἀπηλλάττοντο τῆς εἰδωλομανίας· ταύτης δὲ ἀπολωλυίας, καὶ ὁ προστάτης αὐτῆς συνηφανίζετο διάβολος. Τοσοῦτον ἡ ἐπιτίμησις μόνον ἰσχύσατο.

Nomen ejus delesti in sæculum et in sæculum sæculi. Cum honorem debitum sibi dæmones rapuissent, homines in eorum servitutem redacti nomina eis dederunt: quemadmodum Hesiodus in nugaci illo opere *De nativitate deorum* tradit. Atque (ut cætera alia omittam) exempli gratia tantum dicam, Jovis, Martis, Apollinis, Mercurii, Dianæ, Veneris, et copiosæ illius deorum multitudinis nomina, simul ac fidei verbum disseminatum est, statim evanuisse, non solum in hoc præsenti sæculo, sed etiam in futuro, quod sæculum sæculi esse intelligendum est, et quod proprie sæculum dicitur, quia [juxta Græcæ dictionis vim] αἰὼν sempiternitatem denotat. Est autem mos sacræ Scripturæ per hujusmodi loquendi modum, honoratiora semper significare: ut cum ait Sancta sanctorum, Cantica canticorum, Sabbata sabbatorum, et alia hujusmodi. Vel aliter dicere potes: quod ea verba *in sæculum sæculi* intensionem significant: pro eo quod est, in perpetuum. In oblivionem enim penitus data sunt dæmonum illorum festa, ac celebritates: eorumque nomina deleta quodammodo sunt, et exstincta.

B Τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐξήλειψας εἰς τὸν αἰῶνα καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. Τὴν τοῦ Θεοῦ τιμὴν ἁρπάσασι τοῖς δαίμοσι καὶ ὀνόματα ἐπέθηκαν οἱ καταδουλωθέντες αὐτοῖς, ὡς ἡ φλύαρος Ἡσιόδου Θεογονία παρίστησιν· καὶ ἵνα τἆλλα παρῶ, τέως γοῦν Δία, καὶ Ἄρεα, καὶ Ἀπόλλωνα, καὶ Ἑρμῆν, καὶ Ἄρτεμιν, καὶ Ἀφροδίτην, καὶ τοιοῦτον ἐσμὸν, ἅπερ ὀνόματα μετὰ τὸ κατασπαρῆναι τὸν τῆς οἰκονομίας λόγον, ἐξηλείφθησαν, οὐ μόνον δι' ὅλου τοῦ παρόντος αἰῶνος, ἀλλὰ καὶ πολλῷ μάλιστα τοῦ μέλλοντος. Τοῦτον γὰρ αἰῶνα αἰῶνος οἰητέον, ὃς κυρίως αἰὼν διὰ τὸ εἶναι ἀεί. Σύνηθες δὲ τῇ Γραφῇ τὰ τιμιώτερα δηλοῦν, διὰ τοῦ τοιοῦδε σχήματος· οἷον, Ἅγια ἁγίων, Ἄσματα ἀσμάτων, Σάββατα σαββάτων, καὶ τὰ τοιαῦτα. Ἢ τὸ *εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος*, ἐπίτασις, C ἀντὶ τοῦ, μέχρι παντός· ἠγνοήθησαν γὰρ τοῦ λοιποῦ παντάπασιν αἱ δαιμονιώδεις τελεταὶ, σβεσθέντων αὐτοῖς καὶ τῶν ὀνομάτων.

Vers. 7. *Inimici defecerunt frameæ usque in finem et civitates destruxisti.* Frameæ, hoc est gladii, seu arma inimici, intelligendæ sunt, ignominiosæ illæ passiones atque affectus, quibus humana anima non secus ac gladio percussa, et penitus ad virtutem mortua jacebat olim in corpore quasi in sepulcro. Destructa autem gentium impietate, et ædificata pietate, destructæ sunt civitates. Vel civitates ipsos homines intellige, in quibus antea habitabant et quiescebant dæmones. Quanquam extraneum etiam non fuerit per civitates, obscœna idolorum delubra intelligere.

Τοῦ ἐχθροῦ ἐξέλιπον αἱ ῥομφαῖαι εἰς τέλος, καὶ πόλεις καθεῖλες. Ῥομφαίας αὐτοῦ νοητέον τὰ πάθη τῆς ἀτιμίας, δι' ὧν ἡ ψυχὴ πληττομένη, νεκρὰ πρὸς ἀρετὴν ἐντέθαπτο τῷ σώματι, ὥσπερ σήματι. Καθῃροῦντο δ' αἱ πόλεις, καταλυομένης τῆς ἀσεβείας αὐτῶν, καὶ τῆς εὐσεβείας ἀντῳκοδομημένης. Ἢ καὶ πόλεις ὑποληπτέον τοὺς ἀνθρώπους, οἷς οἱ δαίμονες ἐνεπαύοντο (46). Οὐκ ἄκαιρον καὶ πόλεις εἰπεῖν καὶ τοὺς ἐναγεῖς ναοὺς τῶν εἰδώλων.

Periit memoria ejus cum sonitu. Neuno enim D amplius ei sacrificium offerre novit, aut omnino eum invocare. Quod vero ait, *cum sonitu*, idem est, quod cum clamore. Clamantia enim dæmonia a Domino fugiebant. Vel *cum sonitu*, id est cum jactantia illa, ac superbia: aut cum clamoribus illis et cantibus sacrificiorum. Singulari autem sermone in dæmonem invehitur, impium eum atque inimicum appellans, ipsum hoc pacto aliorum

Ἀπώλετο τὸ μνημόσυνον αὐτῶν μετ' ἤχου. Οὐδεὶς γὰρ αὐτῷ θυσίαν προσφέρειν οἶδε, ἢ ὅλως ἐπικαλεῖσθαι. Τὸ δὲ, *μετ' ἤχου*, ἀντὶ, μετὰ βοῆς· βοῶντα γὰρ ἔφευγον τὰ δαιμόνια. Ἢ καὶ *μετ' ἤχου*, ἀντὶ, Ὤλετο μετὰ τῆς ἀλαζονείας ἐκείνης, ἢ καὶ τῆς κραυγῆς τῶν ἐπιθωμίων ἀσμάτων. Ἐνικῶς δὲ καθάπτεται τοῦ δαίμονος, ἀσεβῆ τοῦτον καὶ ἐχθρὸν ὀνομάζων, τὸν προστάτην τῶν ἐναντίων δυνάμεων μᾶλλον ὑβρίζων, ὡς καὶ τοῖς ἄλλοις αἴτιον ἀποστα-

Variæ lectiones.

(46) *Forte* ἐπανεπαύοντο.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

σίας γινόμενον· δι' αὐτοῦ δέ, καὶ τούτων οὐχ ἧττον κατατρέχει.

Καὶ ὁ Κύριος εἰς τὸν αἰῶνα μένει. Ὁ Κύριος τοῖς ἔθνεσιν εἶναι πιστευόμενος ἄχρι συντελείας· τὸ ἀμετάθετον γὰρ τῆς εὐσεβείας τῶν δεξαμένων αὐτὴν ὁ λόγος διδάσκει.

Ἡτοίμασεν ἐν κρίσει τὸν θρόνον αὐτοῦ. Περὶ τῆς κατὰ τὸν παρόντα βίον ὑπὲρ ἡμῶν ἀναλήψεως τοῦ Σωτῆρος μικρὸν ἄνωθεν εἰπών, νῦν καὶ τὴν μέλλουσαν αἰνίττεται, τὴν καθόλου καὶ τελευταίαν καὶ φοβερὰν αὐτοῦ ἐπέλευσιν, ὅταν ἑκάστῳ ἀποδίδωσι κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. Τὸ δὲ *Ἡτοίμασεν*, ἀνθρωπίνως εἴρηται.

Καὶ αὐτὸς κρινεῖ τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ· κρινεῖ λαοὺς ἐν εὐθύτητι. Οἰκουμένην μὲν λέγει τοὺς πιστοὺς, παρ' οἷς οἰκεῖν πιστεύεται διὰ τῶν ἁπανταχοῦ ναῶν· λαοὺς δὲ, τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους, παρ' οἷς λόγχαι δασεῖαι τῶν παθῶν, οἷς οἷα θῆρες οἱ δαίμονες ἐμφωλεύουσιν· ἄλλως γὰρ ἐκείνους, καὶ ἄλλως τούτους κρινεῖ, δυνατῶς δυνατοὺς ἐτάζων, καὶ πρὸς τὴν πίστιν, καὶ τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν. Ἢ καὶ τὸ *λαοὺς* ἐπάγων, τὸ τῆς οἰκουμένης ἐσαφήνισεν νόημα, ἀπὸ τοῦ περιέχοντος τοὺς περιεχομένους ὑποδηλώσας. Τῇ κρίσει δὲ, τὴν δικαιοσύνην καὶ τὴν εὐθύτητα κηρύττει, τὸ τοῦ κρίνοντος ἀπαρέγκλιτον.

Καὶ ἐγένετο Κύριος καταφυγὴ τῷ πένητι. Πένης γὰρ εἰς εὐσέβειαν καὶ ἀρετὴν ὁ ἐξ ἐθνῶν λαὸς, ᾧ πεπιστευκότι καταφυγὴ γέγονεν ὁ Θεός· ὁ γὰρ ἐν χρήμασι πλοῦτος, ἄπιστος καὶ ἀβέβαιος. Ἢ καὶ τοῦτο βούλεται δηλοῦν, ὡς οὐκ ἔστι παρὰ τῷ Θεῷ προσωποληψία· καὶ τὸν πτωχὸν γὰρ καταφεύγοντα δέχεται, καὶ οὐκ ἀποστρέφεται.

Βοηθὸς ἐν εὐκαιρίαις, ἐν θλίψεσι. Καταφεύγοντι βοηθεῖ, καὶ ἐν εὐκαιρίαις, τουτέστιν ἐν εὐημερίαις, καὶ ἐν θλίψεσι· καθ' ἑαυτὸ γὰρ ἕκαστον ἀπολύτως ἀναγνωστέον. Οὐ μόνον γὰρ οἱ ἐν συμφοραῖς, ἀλλὰ καὶ οἱ ἐν εὐπραγίαις, βοηθοῦ μάλιστα χρῄζουσιν, ἵνα βεβαίαν τὴν εὐδαιμονίαν φυλάξωσι, καὶ μὴ ἐμπέσωσιν εἰς ῥᾳθυμίαν, τὴν μητέρα τῶν συμφορῶν. Τινὲς δὲ τὸ, *ἐν εὐκαιρίαις*, ἐπικαίρως εἰρήκασιν, ἑρμηνεύοντες, ὅτι ἐγένετο Κύριος βοηθὸς ἐν θλίψεσιν ἐπικαίρως, ἤγουν εἰς καιρὸν δεόμενον βοηθείας.

Καὶ ἐλπισάτωσαν ἐπὶ σοὶ οἱ γινώσκοντες τὸ ὄνομά σου, ὅτι οὐκ ἐγκατέλιπες τοὺς ἐκζητοῦντάς σε, Κύριε. Καὶ λοιπὸν ἐλπιοῦσιν ἐπὶ σοὶ, ὡς μόνῳ δυναμένῳ σώζειν, οἱ γινώσκοντες τὸ ὄνομά σου, τουτέστιν σὲ, κατὰ περίφρασιν, ἤγουν οἱ πιστεύοντες εἰς σέ. Τινὲς γὰρ ἀπὸ τοῦ Ἑβραϊκοῦ τὸ *Ἐλπισά-*

dæmonum præsidem magis objurgans, veluti qui rebellionis causa illis exstitit, tametsi per eum cæteros nihilominus etiam carpat.

Vers. 8. *Et Dominus in sæculum permanet.* Dominum vero, inquit, fideles ex gentibus usque ad consummationem permansurum credunt. Iis enim verbis, semel receptæ fidei stabilitas, atque ipsius Ecclesiæ incommutabilitas denotatur.

Paravit in judicio thronum suum. Cum paulo superius de Salvatoris dixerit assumptione, quæ in præsenti vita facta est, nunc de futura tradit : de ultimo nimirum et terribili ejus adventu, quando unicuique juxta propria opera retribuet. Quod vero ait *Paravit*, humanum in morem condescendens locutus est.

Vers. 9. *Et ipse judicabit orbem terræ in justitia, judicabit populos in rectitudine.* Per *orbem terræ* [seu potius ut in Græco habetur, per *habitabilem*], fideles intelligit, apud quos habitare Deus creditur in omnibus Ecclesiis. Populos vero cæteros homines appellat, apud quos densæ sunt affectuum ac passionum silvæ, in quorum latebris dæmones, ferarum instar commorantur. Aliter enim illos Dominus, atque aliter istos judicabit, potentes nimirum potenter exquirens, juxta illorum fidem, atque infidelitatem. Vel dum *populos* dicit, magis declarat quod dixerat orbem terræ, ponens quod continet pro eo quo contentum est. Judicio autem justitiam et rectitudinem complicans, judicantis integritatem prædicat.

Vers. 10. *Et factus est Dominus refugium pauperi.* Pauper olim erat populus gentilis, virtute nimirum et religione : cui post acceptam fidem Dominus factus est refugium : divitiæ enim quæ in pecuniis consistunt, quia incertæ atque instabiles sunt, divitiæ veræ censeri non debent. Vel hoc nobis forte voluit propheta significare quod apud Deum nulla est acceptio personarum, quodque pauperem æque ac divitem ad se fugientem suscipit.

Adjutor in prosperitatibus, in tribulatione. Confugientes ad se Deus adjuvat, sive in prosperitatibus, hoc est felicitatis tempore, confugiant, sive in tribulatione. Unumquodque enim per se absolute legendum est. Neque enim ii solum auxilio indigent qui in calamitatibus sunt, sed illi etiam qui in prosperitatibus, ut felicitatem suam conservent, et ne in ignaviam, calamitatum matrem, decidant. Aliqui etiam legunt *In opportunitatibus*, [cum Græca dictio εὐκαιρία non prosperitatem tantum, sed opportunitatem etiam significet], intelligentes quod Dominus opportune in tribulationibus nos adjuvit. Hoc est illo tempore quo ejus auxilio vere indigebamus.

Vers. 11. *Et sperent in te qui noverunt nomen tuum, quia non dereliquisti exquirentes te, Domine.* Deinceps, inquit : *Sperabunt in te*, veluti in eo qui solus potest salvare; illi, inquam, sperabunt, qui nomen tuum, hoc est teipsum noverunt. Ac si dicat : Ii qui credunt in te. Quidam etiam pro

Digitized by Google Распознавание текста АВК/АЕВ

verbis illis *Sperent in te*, ex Hebræo interpretati sunt : *Sperabunt in te*, futuro usi tempore pro modo imperativo. Sed Propheta fortassis imperativo usus est præceptoris ac docentis more ea fieri jubens, quæ probe ac firmiter novit. Præterea etiam recte dixit, *Qui noverunt nomen tuum*. Naturam enim Dei nullus novit. Et demum causam apposuit spei suæ dicens : *Quoniam non dereliquisti exquirentes te, Domine*. Nec dixit Quærentes, sed *Exquirentes*, ut investigationem quamdam ex tota anima faciendam esse denotaret.

A τωσαν, ἀντὶ τοῦ ἐλπιοῦσι μεθηρμηνεύκασιν. Ἢ καὶ προστακτικὸς ὁ λόγος, οἷα διδασκαλικὸς, περὶ ὧν βεβαίως οἶδεν ἐντελλόμενος. Καὶ ἄλλως δὲ καλῶς εἶπε τὸ *ὄνομά σου* · τὴν γὰρ αὐτοῦ φύσιν οὐδεὶς ἐγνώρισεν. Προσέθηκεν δὲ καὶ τὴν αἰτίαν τῆς ἐλπίδος, ἐπαγαγὼν, ὅτι *Οὐκ ἐγκατέλιπες τοὺς ἐκζητοῦντάς σε, Κύριε*. Ὅρα δὲ πῶς οὐκ εἶπε Ζητοῦντας, ἀλλ' *Ἐκζητοῦντας*, τὴν ἐξ ὅλης ψυχῆς ζήτησιν διὰ τῆς προθέσεως παραστήσας.

Vers. 12. *Psallite Domino qui habitat in Sion*. Talis itaque cum sit Dominus ut superius demonstravimus, *Psallite*, hoc, est, Canite ei. *Habitanti* vero *in Sion* dixit, non quia Deus loco concludatur, sed ut quamdam Dei benevolentiam erga illum B locum demonstraret. Habitare etiam dicitur Deus in fidelibus, non quod ab illis complectatur, sed veluti benevolentia ac familiaritate quadam illis conjunctus. Exhortatur igitur Propheta ad canendas Dei laudes vel Hebræos, qui tunc erant, vel fideles qui nunc sunt ex gentibus, quorum erat futurus Deus. *Qui habitat in Sion*, hoc est, Qui responsa atque oracula dat in Sion, ubi viros se dignos alloquitur. Vel Sion Ecclesiam de gentibus congregatam intellige, quam postea Dominus habitavit.

Ψάλλετε τῷ Κυρίῳ τῷ κατοικοῦντι ἐν Σιών. Τοιούτῳ δὲ, φησὶν, ὄντι τῷ Κυρίῳ, οἷον ἄνω μικρὸν ἐδήλωσα, ψάλλετε. *Κατοικοῦντι* δὲ εἶπεν, οὐχ ὅτι περικλείεται τόπῳ Θεὸς, ἀλλὰ διὰ τοῦ εἰπεῖν οὕτως, τὴν πρὸς τὸν τόπον ἐνέφηνεν οἰκειότητα · ἐνοικεῖ γὰρ καὶ τοῖς πιστοῖς, οὐχ ὡς περιεχόμενος, ἀλλ' ὡς οἰκείως πρὸς αὐτοὺς διακείμενος · ἤγουν τοὺς τηνικαῦτα Ἑβραίους ψάλλειν προτρέπεται, ἢ καὶ τοὺς ἐξ ἐθνῶν · αὐτὸς γὰρ ἔσται τούτων Θεὸς, ὁ ἐν Σιὼν χρηματίζων, καὶ τοῖς ἀξίοις διαλεγόμενος. Ἢ καὶ Σιὼν τὴν ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίαν ὑποληπτέον ἣν ὕστερον ᾠκειώσατο.

Annuntiate inter gentes studia ejus. Hæc ad apostolos dicta sunt, qui circumeuntes universas gentes docuerunt. Quod vero LXX hic *studia* seu *exercitia* dixerunt, Symmachus *artes* exposuit, et Aquila *immutationes*. Exercitia igitur, et studia ejus annuntiate, hoc est ipsius gesta, vel ejus artes, C hoc est admirandam ejus sapientiam, vel ejus immutationes : quæ nimirum aliorum loco successerunt. Nam qui de longe erant, facti sunt prope : et qui in tenebris erroris, venerunt ad lumen veritatis : qui in oblivione erant, habiti sunt in memoria : et qui antea abjecti fuerant, tandem assumpti sunt : Deusque homo, et homo Deus factus est.

Ἀναγγείλατε ἐν τοῖς ἔθνεσι τὰ ἐπιτηδεύματα αὐτοῦ. Τοῦτο πρὸς τοὺς ἀποστόλους, οἱ πορευθέντες, ἐμαθήτευσαν πάντα τὰ ἔθνη. Ἀντὶ δὲ τοῦ *τὰ ἐπιτηδεύματα*, ὁ μὲν Σύμμαχος *μηχανὰς* εἰρηκεν · ὁ δὲ Ἀκύλας, *ἀλλαγάς*. Ὡς μὲν οὖν πράξεις, ἐπιτηδεύματα · ὡς δὲ σοφαὶ, μηχαναί · ὡς δὲ ἀντ' ἄλλων, ἐναλλαγαί · οὔτε γὰρ πόρρω, γεγόνασιν ἐγγύς · καὶ οἱ ἐν τῷ σκότει τῆς πλάνης, ἐν τῷ φωτὶ τῆς ἀληθείας · καὶ οἱ ἐν λήθῃ, ἐν μνήμῃ · καὶ οἱ ἀπερριμμένοι, προσειλημμένοι · καὶ ὁ Θεὸς, ἄνθρωπος · καὶ ὁ ἄνθρωπος, Θεός.

Vers. 13. *Quoniam qui exquirit sanguinem, eorum recordatus est*. Hæc Deus ita dispensans ordinavit, postquam eorum meminit. Antea enim non meminerat ob eorum infidelitatem. Meminit autem non ferens amplius eorum sanguinem effundi in sacrificia [sacrificabant quippe proprios filios, et filias dæmoniis] : quinimo de effundentium manibus sanguinem illum exquisivit, quem ipsi non imposuerant. Vel ultionem indicat mutuarum cædium, D quas jussu dæmonum faciebant, ut manifestum fiat, quod omnis homicida luet pœnas ; ut etiam in Genesi legimus : *Sanguinem enim vestrum*, inquit, *exquiram* [1].

Ὅτι ὁ ἐκζητῶν τὰ αἵματα, αὐτῶν ἐμνήσθη. Ταῦτα δὲ ᾠκονόμησεν, ἐπειδὴ ἐμνήσθη αὐτῶν, ἐπιλελησμένων πρὶν διὰ τὴν ἀπιστίαν, ὁ μὴ παρορῶν τὰς εἰς θυσίαν ἐκχεόμενα αἵματα, ζητῶν ταῦτα ἐκ τῶν χειρῶν τῶν ἐκχεόντων, ἃ οὐκ ἐνέβαλον. Αἵματι καὶ τὴν ἐκδίκησιν διδάσκει τῶν ἀλληλοφονιῶν, ἃς ὑπὸ τῶν δαιμόνων κελευόμενοι διεπράττοντο, ὡς εἶναι δῆλον, ὅτι πᾶς φονεὺς δίκας εἰσπραχθήσεται. Φησὶ γὰρ ἐν τῇ βίβλῳ τῆς Γενέσεως · *Τὸ αἷμα ὑμῶν ἐκζητήσω*.

Non est oblitus clamorem pauperum. Humana etenim natura sub invisibilium dæmonum tyrannide detenta, clamare quodammodo videbatur ad Creatorem, ob causam tantæ calamitatis et miseriæ. Vel illud fortassis significant hæc verba, quod prophetæ olim, divinæ Incarnationis prospicientes mysterium, clamabant, incarnandum Deum in hu-

Οὐκ ἐπελάθετο τῆς κραυγῆς τῶν πενήτων. Τυραννουμένη γὰρ ἡ φύσις τῶν ἀνθρώπων ὑπὸ τῶν ἀοράτων ἐχθρῶν, ἐβόκει βοᾷν πρὸς τὸν πλάστην. γενομένης αὐτῇ κραυγῆς τῆς τοσαύτης ταλαιπωρίας. Ἢ καὶ τοῦτο βούλεται λέγειν · ὡς οἱ προφῆται πάλιν τὸ τῆς θείας ἐνανθρωπήσεως κατάδοντες μυστήριον, ἔκραζον, καλοῦντες τὸν σαρκωθησόμενον εἰς ἀντίλη-

[1] Gen. IX, 6.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ψιν ὧν καὶ ἄλλως πενήτων ὄντων διὰ τὴν λιτότητα τῆς κραυγῆς οὐκ ἐπελάθετο.

A jusmodi incarnationis auxilium advocantes. Qui prophetæ pauperes convenientissime dicuntur, propter eam quam colebant frugalitatis virtutem : atque ideo clamoris eorum oblitus non est.

Ἐλέησόν με, Κύριε, ἴδε τὴν ταπείνωσίν μου ἐκ τῶν ἐχθρῶν μου. Καὶ τοῦτο προσώπῳ Χριστιανοῦ παντός· Ἴδε, φησὶ, τὴν ἐκ τῶν δυσσεβῶν, ἤτοι τῶν ἀοράτων καὶ ὁρατῶν ἐχθρῶν, γεγενημένην μοι ταπείνωσιν. Ἐσπούδαζον γὰρ ἐξᾶραι ἅπαν τὸ τῶν Χριστιανῶν γένος.

VERS. 14. *Miserere mei, Domine, vide humilitatem meam ab inimicis meis.* Hæc verba ex cujusque Christiani persona dicta sunt : Vide, inquit, depressionem et dejectionem a visibilibus mihi atque ab invisibilibus inimicis inflictam. Studebant enim universum Christianorum genus prorsus tollere.

Ὁ ὑψῶν με ἐκ τῶν πυλῶν τοῦ θανάτου. Πύλας τοῦ θανάτου τὰς πολυτρόπους λέγει τιμωρίας τῶν μαρτύρων, ὧν ἀνώτεροι καὶ ἐνδοξότεροι ἐγίνοντο παρὰ τοῦ Σωτῆρος· διὰ γὰρ τῶν αἰκιῶν εἰσάγεταί τις εἰς θάνατον. Δύναται δὲ καὶ περὶ τοῦ Δαβὶδ ταῦτα νοεῖσθαι, πολλάκις μὲν ὑπὸ πολεμίων ταπεινωθέντος, ῥυσθέντος δὲ παραδόξως ἐκ θανάτου, καὶ ἐπισημοτέρου γεγονότος, διὰ τὴν παρὰ Θεοῦ ῥοπήν.

VERS. 15. *Qui exaltas me de portis mortis.* Portas mortis varia martyrum supplicia appellavit. Quas portas qui superabant, clariores atque illustriores a Salvatore effici videbantur. Per supplicia enim introducitur quis ad mortem. Possunt etiam hæc intelligi de beato David, qui sæpenumero ab inimicis depressus, mirandum in modum a morte liberatus est, ita ut per opem quæ ei præstabatur a Deo, præclarior etiam evaderet.

Ὅπως ἂν ἐξαγγείλω πάσας τὰς αἰνέσεις σου ἐν ταῖς πύλαις τῆς θυγατρὸς Σιών. Τοῦτο αἰτία, εἴτε τοῦ ῥυσθῆναι τοῦ θανάτου, εἴτε τοῦ ζητεῖν ἐλεηθῆναι· Ἵνα, φησὶν, *ἐξαγγέλλω πάσας τὰς αἰνέσεις σου*, τὴν τῆς δημιουργίας, τὴν τῆς προνοίας, τὴν τῆς σοφίας, τὴν τῆς δικαιοσύνης, τὴν τῆς ἐνανθρωπήσεως, ὑπὲρ ἑκάστης γε τούτων ἄξιος τυγχάνεις αἰνεῖσθαι. Σιὼν μὲν οὖν ἐνταῦθα, τὴν ἐν οὐρανοῖς Ἐκκλησίαν τῶν ἁγίων ὀνομάζει· πύλας δὲ αὐτῆς, τὰς κατὰ τόπον Ἐκκλησίας, δι' ὧν τις ἐπὶ ταύτην βαδίζων ἄνεισι. Ταῖς γὰρ Ἐκκλησίαις ἐπιδημοῦντες οἱ διὰ Χριστὸν πάσχοντες, ἀνήγγειλον τὰ θεῖα τεράστια, στηρίζοντες τοὺς πιστούς. Καὶ ὁ Δαβὶδ δὲ, διὰ τῆς βίβλου τῶν Ψαλμῶν, κατὰ πᾶσαν Ἐκκλησίαν ἐξαγγέλλει τὰς αἰνέσεις τοῦ Θεοῦ. Θυγατέρα δὲ τὴν ἄνω Σιὼν ἐκάλεσεν, ὡς ἠγαπημένην καὶ συστᾶσαν ὑπὸ Θεοῦ.

B

C

VERS. 16. *Exsultabimus in salutari tuo.* Per salutare Incarnationem Domini intelligit, atque ejus mortem, quæ salutis humanæ causa exstitit. Unde et beatus Symeon postea cecinit : *Quia viderunt oculi mei salutare tuum* [94].

Ἀγαλλιασόμεθα ἐπὶ τῷ σωτηρίῳ σου. Σωτήριον καλεῖ τὴν ἐνανθρώπησιν, καὶ τὸν τοῦ Σωτῆρος θάνατον, ὡς αἰτία σωτηρίας τῶν ἀνθρώπων γεγενημένα· καθὰ καὶ Συμεὼν ὕστερον· *Εἶδον*, ἔφη, *οἱ ὀφθαλμοί μου τὸ σωτήριόν σου.*

Ἐνεπάγησαν ἔθνη ἐν διαφθορᾷ ᾗ ἐποίησαν. Ἔθνη τοὺς Ἰουδαίους ἐνταῦθα νοητέον, ὡς τοῖς ἀνόμοις ἔθνεσι κατὰ τὴν κακίαν καὶ τὸν φθόνον ὁμοιωθέντας· διαφθορὰν δὲ, ἁπλῶς τὸν θάνατον· σπουδάσαντες γὰρ θανατῶσαι τὸν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς, αὐτοὶ πανολεθρίᾳ διεφθάρησαν ἀπὸ τῶν Ῥωμαίων, καὶ θάνατον ἐκείνῳ κατασκευάσαντες, θανάτῳ συνεσχέθησαν ἄρδην. Ἢ καὶ περὶ τῶν πολεμούντων τοῖς Χριστιανοῖς ὁ λόγος· ἐπειγόμενοι γὰρ ἀφανίσαι τούτους, αὐτοὶ μᾶλλον ἠφανίσθησαν. Οὐκ ἄκαιρον δὲ τοῦτο καὶ περὶ τῶν δαιμόνων ὑπολαβεῖν, οἱ σκεψάμενοι διὰ θανάτου τὴν τοῦ Χριστοῦ δύναμιν ἐπισχεῖν, αὐτοὶ διὰ τοῦ τοιούτου θανάτου τὴν ἑαυτῶν δύναμιν ἐπεσχέθησαν.

D

Ἐν παγίδι ταύτῃ ᾗ ἔκρυψαν, συνελήφθη ὁ

In laqueo isto quem absconderunt comprehensus

[94] Luc. II, 30.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

est pes eorum. Alia similitudine eamdem rursus repetit sententiam, quamdam quodammodo pompam agens aut triumphum de inimicorum destructione. Per laqueum vero insidiarum cogitationes intelligit. In occulto etenim loco tendi solent insidiæ, quemadmodum et laquei : tametsi clam struentes insidias, mortem postmodum in lucem educant.

πούς αὐτῶν. Τὸ αὐτὸ πάλιν εἶπε, δι' ἑτέρας εἰκόνος ἐμπομπεύων τῇ καταστροφῇ τῶν ἐχθρῶν. Παγίδα δὲ λέγει τὴν μελέτην, τὴν ἐπιβουλήν· πᾶσα γὰρ παγὶς, ἐν κρυφῇ, καθάπερ καὶ αὕτη· λαθραίως γὰρ ἐπιβουλεύοντες, εἰς φῶς ἐξῆγον τὸν φόνον.

Vers. 17. *Cognoscetur Dominus judicia faciens.* Judicia hoc in loco ultiones appellat. Retribuit enim Dominus condigna unicuique pro meritis.

Γινώσκεται Κύριος κρίματα ποιῶν. Κρίματα καλεῖ τὰς ἐκδικήσεις· ἀποδίδωσι γὰρ ἑκάστῳ πρὸς ἀξίαν.

In operibus manuum suarum comprehensus est peccator. Hoc etiam superioribus est simile. Ponitur enim causa quare cognoscatur Dominus judicia facere : quia scilicet ex hoc potissimum justus videri potest, dum facit, ut qui aliis insidias parant, ipsi maxime in eas incidant : et quod doli in suos potissimum auctores convertantur. Peccatorem etiam hic intellige, uno ex tribus modis jam prædictis, cum vocem *gentes* interpretaremur, vel generaliter accipe pro quocunque doloso.

Ἐν τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν αὐτοῦ, συνελήφθη ὁ ἁμαρτωλός. Καὶ τοῦτο τοῖς προλαβοῦσιν ὅμοιον· τέθειται γὰρ αἰτία τοῦ γινώσκεσθαι κρίματα ποιοῦντα τὸν Κύριον· οὐχ ἥκιστα δὲ ἀπὸ τούτων φαίνεται δίκαιος κριτὴς, οἷς παρασκευάζει τοὺς ἐνεδρεύοντας ἄλλοις, τῇ σφῶν ἐνέδρᾳ περιπίπτειν, ἐκ περιτροπῆς. Τὸν δὲ ἁμαρτωλὸν ἑλκύσεις ἐπὶ τοὺς τρεῖς τρόπους τῆς ἀποδοθείσης ἐξηγήσεως τῶν ἐθνῶν· ἢ καὶ ἁπλῶς ἁμαρτωλὸν λέγει πάντα δόλιον.

Diapsalma. De hoc dictum est.

Διάψαλμα. Περὶ τούτου εἴρηται.

Vers. 18. *Convertantur peccatores in infernum.* Per peccatores hoc in loco infideles intelligit, et per infernum supplicia. Convertantur itaque a præsenti nimirum vita, et illuc sub terram deferantur, ubi dicuntur esse pœnarum loca. Vel aliter, il qui de terra nati sunt in eadem versentur, nihil aliud valentes cogitare quam terrena. Et quosnam intelligat per peccatores, ex his quæ sequuntur declarat dicens :

Ἀποστραφήτωσαν οἱ ἁμαρτωλοὶ εἰς τὸν ᾅδην. Ἁμαρτωλοὺς ἐνταῦθα τοὺς ἀπίστους ὀνομάζει· ᾅδην δὲ, τὴν κόλασιν. *Ἀποστραφήτωσαν* δὲ, ἀντὶ τοῦ, ἀπὸ τῆς παρούσης ζωῆς καταχθήτωσαν· ὑπὸ γῆν γὰρ λέγονται τὰ κολαστήρια εἶναι. Ἢ καὶ οἱ ἐκ γῆς γεγονότες, εἰς αὐτὴν στραφήτωσαν, μηδὲν ὑπὲρ τὰ γήϊνα νοῆσαι δυνάμενοι. Γίνας δὲ λέγει ἁμαρτωλοὺς, διὰ τῶν ἑξῆς ἐδήλωσεν, ἐπενεγκών·

Omnes gentes quæ obliviscuntur Deum. Obliviscuntur, voluntaria scilicet oblivione.

Πάντα τὰ ἔθνη τὰ ἐπιλανθανόμενα τοῦ Θεοῦ. Δι' ἑκούσιον ἄγνοιαν.

Vers. 19. *Quoniam non in finem oblivioni erit pauper.* Hæc, inquit, hujusmodi gentibus evenient : quia fidelis vir in oblivionem omnino non erit. Pauperem vero eum dicit, qui temporalibus quidem divitiis est pauper, sed virtutum opibus sit dives. Vel pauperem dicit populum ex gentibus, veluti qui animæ dignitatem amiserat, pietatisque virtutum peculio inops erat.

Ὅτι οὐκ εἰς τέλος ἐπιλησθήσεται ὁ πτωχός. Τοῦτο δὲ, φησὶ, πείσονται τὰ τοιαῦτα ἔθνη, ὅτι οὐ μέχρι παντὸς ἐπιλησθήσεται ὁ πιστός. Ὁ πτωχὸς μὲν, τὸν ἀπὸ χρημάτων πλοῦτον· πλούσιος δὲ, τὸν ἐξ ἀρετῶν. Ἢ καὶ πτωχὸν λέγει τὸν ἐξ ἐθνῶν λαὸν, ὡς ἀπολωλεκότα τὸ τῆς ψυχῆς ἀξίωμα, καὶ πτωχεύσαντα τὴν περιουσίαν τῆς εὐσεβείας καὶ ἀρετῆς.

Exspectatio pauperum non peribit in finem. Pauperes hic gentiles dicit, quorum exspectatio usque in finem inanis non erit. Exspectatio vero gentium Christus est. De quo alibi scriptum est : *Ipse erit exspectatio gentium* [95]. Et ad quas alibi per alium prophetam clamat dicens : *Exspectate me in tempore resurrectionis meæ.*

Ἡ ὑπομονὴ τῶν πενήτων οὐκ ἀπολεῖται εἰς τέλος. Πένητας ἐντεῦθεν τοὺς ἐξ ἐθνῶν φησιν, ὧν ἡ προσδοκία οὐ μάτην ἔσται μέχρι τέλους. Προσδοκία τῶν ἐθνῶν, ὁ Χριστός· *Καὶ αὐτὸς, φησὶν, ἔσται προσδοκία ἐθνῶν,* πρὸς οὓς καὶ δι' ἑτέρου προφήτου βοᾷ· *Ὑπόμεινόν με εἰς καιρὸν ἀναστάσεώς μου.*

Vers. 20. *Exsurge, Domine; non prævaleat homo.* Alius interpres reddidit, *Non temere agat homo.* Hoc autem dicit propheta ob mutuas inter sese hominum insurrectiones atque insolentias. Veris quippe ac sanis carentes præceptoribus, atque ideo terram se ac limum esse ignorantes, supra propriam naturam sese extollentes temere multa agebant : et omnia audentes, inter deos etiam se

Ἀνάστηθι, Κύριε, μὴ κραταιούσθω ἄνθρωπος Ἄλλος, *Μὴ θρασυνέσθω,* εἰρηκεν· τοῦτο δὲ λέγει, διὰ τὰς κατ' ἀλλήλων ἐπαναστάσεις τῶν ἐθνῶν. Οἱ γὰρ ἄνθρωποι, παρὰ τὸ μὴ ἔχειν ἀληθεῖς διδασκάλους, ἀγνοήσαντες ὅτι γῆ εἰσιν, ὑπὲρ τὴν ἑαυτῶν ἐθρασύνοντο φύσιν· καὶ πάντα τολμῶντες, ἔτι καὶ εἰς θεοὺς ἑαυτοὺς ἐνέγραφον. Ἐπέξελθε οὖν, φησὶ, καὶ κατάστειλον τὸ τοιοῦτον φρύαγμα. Ἔστι δὲ καὶ

[95] Gen. xlix, 10.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

γλαφυρώτερον εἰπεῖν· πρὸς μὲν τὸ κατ' εἰκόνα, θεός ἐστιν ἄνθρωπος· πρὸς δὲ τὰ γεώδη πάθη, ἄνθρωπος. Τούτων οὖν ἐπικρατούντων ἐν ἀνθρώποις, ἀναστῆναι τοῦ θανάτου παρακαλεῖ τὸν Χριστὸν, διδάξαντα διὰ τῶν ἀποστόλων, μὴ κατεπαίρεσθαι τὰ πάθη τῆς ψυχῆς, μηδὲ τὸν χοῦν τοῦ νοός. Καὶ ἄλλως δέ· μετὰ τὴν ἀνάστασιν τοῦ κηρύγματος ἁπλωθέντος εἰς τὴν οἰκουμένην, αἱ κατ' ἀλλήλων ἐπαναστάσεις τῶν πόλεων ἐπαύθησαν

A ascribebant. Exi itaque tu, Deus, inquit, et tantam corum elevationem compesce. Illud etiam dici potest quod ea ratione, qua ad imaginem et similitudinem Dei homo factus est, Deus dicitur : ea vero qua terrenis affectibus ac passionibus detinetur, homo merito appellatur. Cum itaque hæ passiones in hominibus prævalerent, hortatur Deum Propheta ut exsurgat a morte, et ut per sanctos apostolos doceat quomodo passiones supra animam se extollere non debent, neque pulvis supra intellectum. Vel aliter post resurrectionem Domini divulgato Evangelio in universum orbem, mutuæ illæ gentium insurrectiones atque insolentiæ quieverunt.

Κριθήτωσαν ἔθνη ἐνώπιόν σου. Ἀντὶ τοῦ, Τῆς σῆς ἐπισκοπῆς ἀξιωθήτωσαν. Ὁ κρίνων γὰρ ὁρᾷ τὸν κρινόμενον. Κρίσιν δὲ τὴν κατὰ τοῦ διαβόλου νόησον, περὶ ἧς καὶ διὰ Ἡσαΐου φησὶν ὁ Θεός· *Ἰδοὺ ὁ παῖς μου ὃν ᾑρέτισα, ὁ ἐκλεκτός μου, εἰς ὃν εὐδόκησεν ἡ ψυχή μου· θήσω τὸ Πνεῦμά μου ἐπ' αὐτῷ, καὶ κρίσιν τοῖς ἔθνεσιν ἐξοίσει.*

Judicentur gentes in conspectu tuo. Hoc est protectione et custodia tua dignæ efficiantur. Nam qui judicat ad eum qui judicatur aspicere solet. Judicium vero illud intellige quod contra dæmonem faciendum erat : de quo per Isaiam dicit Deus : *Ecce puer meus quem elegi, electus meus in quo complacuit anima mea, ponam Spiritum meum super eum et judicium afferet gentibus* [96].

Κατάστησον, Κύριε, νομοθέτην ἐπ' αὐτούς. Ἐνταῦθα τὸν Χριστὸν αἰνίττεται, κατὰ τό· *Ἐγὼ κατεστάθην βασιλεὺς ὑπ' αὐτοῦ· νέον γὰρ ἔδωκεν νόμον, τὸν τοῦ Εὐαγγελίου.*

VERS. 21. *Constitue, Domine, legislatorem super eos.* Per legislatorem hic Christum intelligit, juxta illud : *Ego autem constitutus sum Rex ab eo*, qui legislator novam eis legem tulit : sanctum scilicet Evangelium.

Γνώτωσαν ἔθνη ὅτι ἄνθρωποί εἰσιν. Ὀψέ ποτε μαθέτωσαν, ὡς ἄνθρωποι ζῆν, καὶ ὡς μὴ θηρία.

Cognoscant gentes quod homines sunt. Sero saltem aliquando addiscant vivere ut homines, et non ut feræ. [Vel aliter : Doceantur, inquit, quod corruptibiles sunt, quodque longe sunt a diis : quæ propria eos gloriatio ac superbia de seipsis suadet cogitare.]

Ἵνα τί, Κύριε, ἀφέστηκας μακρόθεν ; Ἐντεῦθεν εἰς τοὺς περὶ προνοίας εἰσβάλλει λόγους, τῶν πονηρῶν μὲν εὐημερούντων, δυσπραγούντων δὲ τῶν ἀγαθῶν· καὶ προσώπῳ τῶν θλιβομένων ποιεῖται τὴν δικαιολογίαν. Διατί, φησὶν, ἀφῆκας τοὺς ἀνθρώπους ὡς ἔτυχε φέρεσθαι ; ἐκ μεταφορᾶς τῶν πόρρωθεν ἱσταμένων, καὶ ἀμελούντων.

C PSAL. X JUXTA HEBRÆOS. VERS. 1. *Utquid, Domine, recessisti longe ?* Incipit tractare de divina Providentia : ac veluti pravorum hominum res bene ac feliciter succederent, contra autem, justi ac boni viri infeliciter degerent, ex persona justorum in afflictionibus exsistentium sermonem facit : et rationem quodammodo exquirit a Deo, dicens : Quare permittis homines temere ac casu ferri quo sors jubet, nec ullam eorum curam habes ? quod ex metaphora illorum sumptum est, qui procul abierunt, et relictorum nullam curam habent.

Ὑπερορᾷς ἐν εὐκαιρίαις ἐν θλίψεσιν ; Ὑπερορᾷν ἐστι, τὸ προσποιεῖσθαι μὴ ὁρᾷν, ἀλλὰ τοὺς ὀφθαλμοὺς αἴρειν ὑπὲρ τὸ ὁρώμενον. Ἵνα τί τοίνυν, φησὶ, παρὼν, ἀφεστάναι δοκεῖς διὰ τὴν μακροθυμίαν, καὶ βλέπων ἅπαντα, προσποιῇ μὴ βλέπειν, διὰ τὸ μὴ ἐπαμύνειν τοῖς πράγμασι, καὶ ταῦτα ἐν καιροῖς δεομένοις τῆς σῆς ἐπισκοπῆς, ἧγουν ἐν θλίψεσι τῶν κακῶς πασχόντων ; Ταῦτα δὲ λέγει παρακαλῶν, οὐκ ἐγκαλῶν. Εἰδ' ἂν ὁ Θεὸς πρὸς ταῦτα τὸ γεγραμμένον· *Αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν διιστῶσι μεταξὺ ἐμοῦ καὶ ὑμῶν.*

Despicis in prosperitatibus in tribulatione ? Despicere est dissimulare, non videre, ac quasi deorsum aspicere, et non ad rem illam, quæ ante oculos posita est. Quid igitur, inquit, tu qui omnibus præsens es tanta tua longanimitate ac patientia abesse videris, et cum omnia videas, simulas non videre, ut rebus nostris auxilium non feras, atque hoc eo potissimum tempore, quando protectione tua potissimum indigemus, nunc scilicet cum in tribulationibus constituti sumus? Hæc autem non accusans aut culpans Deum Propheta, sed rogans dicit et exhortans. Nam alioquin respondere ei Deus potuisset, id quod alibi scriptum est : *Peccata vestra dividunt inter me et vos.*

Ἐν τῷ ὑπερηφανεύεσθαι τὸν ἀσεβῆ, ἐμπυρίζεται ὁ πτωχός. Τοῦ ἀσεβοῦς, φησὶν, ἐπαιρομένου, διὰ τὸ εὐδοκεῖσθαι πρὸς ἅπαντα, βλέπων πᾶσι προσκόπτων εὐσεβὴς, πυρπολεῖται τῷ ζήλῳ τῆς εὐδοκιμήσεως, οἷόν τινα καπνὸν τὸν στεναγμὸν διὰ

VERS. 2. *Dum superbit impius, incenditur pauper.* Quando, inquit, aliquis extollitur, quando bene illi cuncta succedunt, tunc si quis fidelium est, qui frequentibus urgeatur calamitatibus, is zelo quodam atque æmulatione opinionis ac boni nominis

[96] Isa. XLII, 10.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

pene accenditur, atque ex proprio ore gemitus quosdam fumi instar emittit, deplorans, quod cum ipse ejusmodi sit, obscurus tamen est, atque ignotus (47). Vel aliter etiam intellige, quod extollente se impio dæmone adversus humanum genus, ille qui virtutibus est pauper, nimia accenditur passione.

A τοῦ στόματος ἀναπέμπων, ὅτι τοιοῦτος ὢν, εὐρεῖ. Ἢ καὶ τοῦ δαίμονος ἐπαιρομένου κατὰ τοῦ ἀνθρωπίνου γένους, ὁ πτωχὸς τὴν ἀρετὴν φλέγεται πρὸς τὰ πάθη.

Coadjuvantur in consiliis quæ cogitant. Hoc de impiis etiam dictum est. Coadjuvantur, inquit, in his quæ consulunt. Coadjutorium vero hoc prosperitatem intellige. Vel coadjuvantur a suis similibus. Observandum est autem quod propheta sæpenumero tam de pravis, quam de probis hominibus loquens, singulari aliquando, et aliquando plurali utitur sermone : quia numero quidem multi sunt, sed virtute aut vitio unum. Vel aliter : Quia Græca dictio συλλαμβάνονται non tantum significat *coadjuvantur*, sed etiam *comprehenduntur*, dicere possumus, Prophetam hic loqui de illis fidelibus, qui in propriis cogitationibus comprehenduntur, quas de impiis, et de illorum prosperitate cogitant; ac si diceret, quod ob propriam infirmitatem labuntur, non valentes percipere aut considerare judicia Dei.

Συλλαμβάνονται ἐν διαβουλίοις, οἷς διαλογίζονται. Καὶ τοῦτο περὶ τῶν ἀσεβῶν, ὅτι τρόπον τινὰ συνεργοῦντας εἰς ἃ βουλεύσονται. Συνεργίαν δὲ νομιστέον τὴν εὐόδωσιν. Ἢ καὶ συνεργοῦνται παρὰ τῶν ὁμοίων. Παρατηρητέον δὲ πολλάκις, ὅτι ἐπὶ τῶν ἀγαθῶν, καὶ ἐπὶ τῶν πονηρῶν, τοῦτο μὲν πληθυντικῶς, τοῦτο δὲ ἑνικῶς ἐκφέρει τὸν λόγον· οἱ τε γὰρ ἀγαθοὶ τῷ ἀριθμῷ μὲν πολλοί εἰσι, τῇ δὲ ἀγαθότητι, εἷς· καὶ οἱ πονηροὶ δὲ, τῷ μὲν ἀριθμῷ, πολλοὶ, τῇ δὲ πονηρίᾳ, εἷς. Ἢ καὶ περὶ τῶν εὐσεβῶν ὁ λόγος, ὅτι ἐν οἷς B διαλογίζονται περὶ τῶν ἀσεβῶν τῆς εὐημερίας, συλλαμβάνονται· τουτέστι, περιπίπτουσιν ἐν μικροψυχίαις, οὐ καταστοχαζόμενοι τῶν κριμάτων τοῦ Θεοῦ.

VERS. 3. *Quoniam laudatur peccator in desideriis animæ suæ, et injustus benedicitur.* Observandum est quod dictio, *quoniam*, seu *quia*, apud Hebræos non semper causam reddit, sed aliquando adverbium est confirmandi : aliquando etiam abundat juxta idiomatis usum. Adeo, inquit Propheta, inter eos vitium prævaluit, ut et peccatores de delictis laudentur, quæ carni ac propriæ libidini obtemperantes committunt, et ii pariter qui injuria quempiam afficiunt, a sui similibus majorem inde sceleris gloriam consequantur.

Ὅτι ἐπαινεῖται ὁ ἁμαρτωλὸς ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, καὶ ὁ ἀδικῶν εὐλογεῖται. Καὶ τοῦτο παρατηρητέον, ὡς τὸ *ὅτι* παρὰ τοῖς Ἑβραίοις, οὐκ ἀεὶ αἰτιολογικὸν παραλαμβάνεται· ἀλλ' ἔστιν ὅτε καὶ βεβαιωτικὸν καὶ παρέλκον τίθεται κατά τινα συνήθειαν. Οὕτως οὖν, φησὶν, ἐκράτησεν ἡ κακία, ὡς τοὺς ἁμαρτάνοντας ἐπαινεῖσθαι μᾶλλον ἐν τοῖς πλημμελήμασιν ὧν ἐπιθυμοῦσιν, ὡς ἐμπαθεῖς, καὶ τοὺς ἀδικοῦντας εὐφημεῖσθαι C παρὰ τῶν ὁμοίων, ἐν οἷς ἀνοσίως πράττουσι.

VERS. 4. *Irritavit Dominum peccator.* Ad ultionem Deum commovit, suis eum urgens atque incitans delictis.

Παρώξυνε τὸν Κύριον ὁ ἁμαρτωλός. Εἰς ἐκδίκησιν ἠρέθισε, παρ' ἑαυτοῦ ὀξύνας καὶ ταχύνας αὐτὸν, δι' ὧν ἐργάζεται.

Secundum multitudinem iræ suæ non exquiret. Non exiget, inquit, Deus pœnas iræ suæ condignas, juxta illud : *Si iniquitates observaveris, Domine, Domine, quis sustinebit*[97] ? Iram enim Dei, justam pœnam et condignum supplicium appellat. Misericors, inquit, Deus est : summas ac meritas pœnas non infliget. Alii [legunt]: Irritavit Dominum peccator secundum multitudinem iræ suæ, hoc est condigne, et prout exigebat divina ira, quæ ab ipso peccatore propriis sceleribus instigata fuerat D et accensa, et quod sequitur, *non exquiret*, legendum dicunt per interrogationem, vel etiam absolute, et tunc sit sensus, quod Deus per pœnitentiam illum non exquiret, qui ita eum irritavit.

Κατὰ τὸ πλῆθος τῆς ὀργῆς αὐτοῦ οὐκ ἐκζητήσει. Οὐκ ἀξίως τῆς ὀργῆς αὐτοῦ ἀπαιτήσει δίκας ὁ Θεός. *Ἐὰν γὰρ ἀνομίας παρατηρήσῃς, τίς ὑποστήσεται;* Ὀργὴ δὲ Θεοῦ, ἡ δικαία τιμωρία. Ἐλεήμων, φησὶν, ὢν, οὐκ ἐπάγει κόλασιν ἄκρατον. Ἔστι δὲ καὶ ἑτέρως κατά τινας, ὅτι Παρώξυνε τὸν Κύριον ὁ ἁμαρτωλὸς κατὰ τὸ πλῆθος τῆς ὀργῆς αὐτοῦ, τουτέστιν ἀξίως τῆς παρ' αὐτοῦ δήπου τοῦ ἁμαρτωλοῦ ἀναπτομένης τῷ Θεῷ ὀργῆς· ἀναπτομένης δὲ, διὰ τῶν πονηρῶν πράξεων, εἶτα τὸ, *οὐκ ἐκζητήσει*, κατ' ἐρώτησιν ἀναγνωστέον· ἢ καὶ αὖθις κατὰ ἀπόφασιν (48), οἷον· Οὕτω παροξύνας τὸν Θεὸν, οὐκ ἐκζητήσει αὐτὸν διὰ μετανοίας.

VERS. 5. *Non est Deus in conspectu ejus.* Putat peccator quod eum Deus peccata committentem non videat. Vel aliter : Deus qui ubique præsens est, a peccatoris oculis non percipitur.

Οὐκ ἔστιν ὁ Θεὸς ἐνώπιον αὐτοῦ. Ὦ; οἴεται, οὐ βλέπει αὐτὸν οὕτω πράττοντα ὁ Θεός· ἢ οὐ λαμβάνεται πρὸ ὀφθαλμῶν αὐτοῦ, ὡς παρών.

Inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore. Cum

Βεβηλοῦνται αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ ἐν παντὶ καιρῷ.

[97] Psal. CXXIX, 3.

Variæ lectiones.

(47-48) Græca ita sonant : *quod talis cum sit* (impiusvi delicet) *prospcret.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Μὴ δοκοῦντες ῥλέπεσθαι, μαιραὶ γίνονται αἱ πράξεις τοῦ ἁμαρτωλοῦ καὶ μεμολυσμέναι.

Ἀνταιρεῖται τὰ κρίματά σου ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ. Ἀφαιροῦνται αἱ κρίσεις σου ἀπὸ τοῦ νοὸς αὐτοῦ· νοῦς γὰρ ὁρᾷ· τουτέστιν ἐκβάλλονται, μὴ ἐνθυμουμένου ταύτας, μηδὲ λογιζομένου, ὅτι κριτὴς εἶ δίκαιος, καὶ ἰσχυρὸς, καὶ μακρόθυμος. Παρέλκουσα δὲ ἡ *ἀντὶ* πρόθεσις, καὶ καταχρηστικώτερον, ὥσπερ ἐπὶ τῆς ἀνταποδόσεως ἡρμηνεύκαμεν· ἦρκει γὰρ εἰπεῖν, Ἀναιρεῖται. Ἢ καὶ ἄλλως· Ἀναίρεσις μὲν τῆς ἁμαρτίας, αἱ τοῦ Θεοῦ κρίσεις, ἃς ὁ ἁμαρτάνων ἐνθυμούμενος παύεται· ἀνταναίρεσις δὲ τούτων αὖθις, ἡ λήθη αὐτῶν.

Πάντων τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ κατακυριεύσει. Πάντας ἀμυνεῖται τοὺς ἀνθισταμένους αὐτῷ, διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ μακροθυμίαν παραχωρούμενος πολλάκις νικᾶν καὶ ἐν τοῖς πολέμοις.

Εἶπεν γὰρ ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ· Οὐ μὴ σαλευθῶ. Παράμονον ἐνόμισε τὴν εὐημερίαν· σαλευθῆναι δὲ, τὸ μετατραπῆναι τῆς δυνάμεως.

Ἀπὸ γενεᾶς εἰς γενεὰν ἄνευ κακοῦ. Λείπει τὸ *ἔσομαι*, ἢ *διαβήσομαι*· ἐνενόησε γὰρ ὅτι ἀνέπαφος ἔσται κακώσεως, ἀπὸ γενεᾶς εἰς γενεὰν, τουτέστι, πᾶρ' ὅλην ζωὴν· γενεὰν γὰρ ἐνταῦθα τὴν ζωὴν οἰητέον, τουτέστιν, ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ ἄχρι τῆς μετ' αὐτόν.

Οὗ ἀρᾶς τὸ στόμα αὐτοῦ γέμει, καὶ πικρίας, καὶ δόλου. Οὗ τινος *αὐτοῦ τὸ στόμα*· σύνηθες δὲ καὶ τοῦτο τὸ σχῆμα τῇ τῶν Ἑβραίων διαλέκτῳ, καὶ πολλαχοῦ κείμενον, λέγω δὴ τὸ συζευγνύειν τὰ ἄρθρα ταῖς ἀντωνυμίαις, ὡς τό· *Μακάριος οὗ ὁ Θεὸς Ἰακὼβ βοηθὸς αὐτοῦ*· καὶ τό· *Μακάριος ἀνὴρ, ᾧ ἐστιν ἀντίληψις αὐτῷ παρὰ σοῦ.* Πεπλησμένον δέ ἐστιν ἀρᾶς, καταρωμένου πᾶσι· καὶ πικρίας, ὀργίλως φθεγγομένου· καὶ δόλου, μὴ χρωμένου τοῖς λόγοις κατὰ τὴν καρδίαν, ἀλλ' ἕτερα μὲν λέγοντος, ἕτερα δὲ κρύπτοντος.

Ὑπὸ τὴν γλῶσσαν αὐτοῦ πόνος καὶ πόνος. Ἐκεῖνα φθέγγεται, ἃ κόπον καὶ πόνον τοῖς ἐπιβουλευομένοις παρέχουσιν. Ἢ καὶ ἐν τῇ διδασκαλίᾳ αὐτοῦ κάματος καὶ ὀδύνη, ὧν μεθέξουσιν οἱ αὐτῷ πειθόμενοι, μὴ εὑρίσκοντες τὴν ἄνεσιν. Ἢ καὶ κάμῃ καὶ ὀδυνηθήσεται ἡ γλῶσσα αὐτοῦ, τὰ κατὰ τῶν πολεμων φθεγγομένη. Διὰ δὲ τῆς γλωσσαλγίας ταύτης τὴν συνέχειαν τῶν λόγων ἐδήλωσεν.

Ἐγκάθηται ἐν ἐνέδρᾳ μετα πλουσίων. Ἐνεδρά ἐστι τόπος κρύφιος, ᾧ τις ἐγκαταδυόμενος, ἀφανῶς ἐπιτίθεται τοῖς παριοῦσι. Καταλέγει δὲ ὁ λόγος τὰς πολυειδεῖς κακίας τῶν πονηρῶν, ἃς ποιεῖν εἰώθασι, τοὺς δόλους, τὰς ἐπιβουλὰς, τὰς ἁρπαγὰς, τοὺς φό-

peccator sua videri non putat delicta, perversiores semper atque inquinatiores fiunt ejus mores.

Auferuntur judicia tua a facie ejus. Judicia, inquit, tua ab ejus intellectu auferuntur. Ipse siquidem intellectus oculos etiam suos habet. Verum hujusmodi delinquens tantæ cæcitatis est, ut judicia, quæ a te proferuntur, non videat, non consideret, non animadvertat, te justum, fortem et longanimem judicem esse. Redundat autem præpositio ἀντὶ, et abusive usurpatur, ut in voce ἀνταποδόσεως interpretati sumus. Sat enim erat dicere ἀναιρεῖται. Vel alia ratione : Peccati quidem oblitteratio sunt Dei judicia, quippe quæ recogitans is qui peccat, a peccato desistit. Divinorum vicissim oblitteratio judiciorum est eorum oblivio.

Omnium inimicorum suorum dominabitur. Ulciscetur omnes qui adversus eum insurrexerunt, Deo, longanimitate sua, permittente illum sæpius in bello inimicos suos superare.

Vers. 6. *Dixit enim in corde suo : Non movebor.* Putat felicitatem suam diu esse permansuram. Moveri enim hic, intellige pro mutari, a priori nimirum potentia atque a propriis viribus.

A generatione in generationem sine malo. Subintellige verbum *ero*, vel *pertransibo :* cogitavit enim peccator ille et credidit, se a generatione in generationem, hoc est per totam vitam, futurum absque afflictione aliqua. Generationem enim hic posuit pro vita : quasi dicat, ab ejus vita ad eam quæ erit post ejus mortem.

Vers. 7. *Cujus maledictione os ejus plenum, et amaritudine et dolo.* Verba illa *Os ejus*, more Hebraici idiomatis posita sunt, quemadmodum multis in locis reperitur. Solent enim Hebræi pronomina articulis conjungere; cujusmodi et illud est : *Beatus cujus Deus Jacob adjutor ejus*[98]. Item illud : *Beatus vir cui est auxilium ei abs te*[99]. Est autem maledictione plenum os, cum omnibus maledicat : et amaritudine, cum iracunde ad omnes loquatur. Dolo etiam plenum dicitur, cum non ex corde sermonem proferat, sed alia dicat, et alia in secreto animi habeat.

Sub lingua ejus labor et dolor. Ea, inquit, loquitur, quæ laborem et dolorem iis pariunt, quibus insidias tendit : vel quia in ejus doctrina labor est et dolor, quorum erunt participes qui ei obtemperant, dum nullam in ejus doctrina requiem invenient; vel in labore et dolore erat lingua ejus, laboris nimirum et doloris verba adversus eos proferens quos impugnabat. Hujusmodi autem loquendi modo loquacitatem illius ac maledicentiam indicavit.

Vers. 8. *Sedet in insidiis cum divitibus.* Per insidias occultum insidiarum locum intelligit, unde insidiatores latenter solent impetum facere. Connumerat autem Propheta hic, multiplicia pravorum hominum vitia, dolos videlicet, insidias, rapinas,

[98] Psal. CXLV, 5. [99] Psal. LXXXIII, 6.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

cædes, atque alia hujusmodi. Abscondet enim, inquit, se in insidiis, simul cum iis, qui vitiis ditiores sunt; hoc est qui præclariores et celebriores sunt in delictis: quos veluti eadem secum sentientes socios sibi habebit. Deinde insidias declarans, insidiarum etiam causam addit:

In occultis ut interficiat innocentem. Ut morti, inquit, sine causa eum tradat, qui nulla eum affecit injuria. Hanc enim particulam τοῦ, quæ causam significat, adhibere veteres consueverunt.

Vers. 9. *Oculi ejus in pauperem respiciunt.* Assiduam ac perpetuam hujus insidiatoris attentionem narrat: qui cum pertranseuntem aliquem viderit summa animi sollicitudine considerat, quomodo eum comprehendat.

Insidiatur in abscondito quasi leo in spelunca sua. Tandem repetit sententiam, vario quodammodo, propalans, et in publicum traducens eorum scelera actu ac malitia undecunque plena: ferasque quodammodo illos fieri demonstrat. Nam quemadmodum leo, ex propria caverna aut latebra infirmioribus animalibus insidiatur, quæ nihil tale timentia secura pertranseunt: ita etiam iste fecit occultis usus latebrarum insidiis.

Insidiatur ut rapiat pauperem, ut rapiat pauperem dum attrahit eum. Cum leoni eum ob insidias, et cædium cupiditatem comparaverit, perstat adhuc in comparatione, docens congruere ei leonis opera. Irruit, inquit, ut leo, ut prædam rapiat, ut ad latebras trahat. Neque enim insidiatur ut feram aliquam perniciosam aut inimicam capiat, sed ut pauperem, pauperem inquam, et bonis et viribus humanis. Et dum attrahere eum dicit, magis declarat rapinæ modum. Repetitione vero illa, *ut rapiat*, summam hujus hominis impietatem denotat. Vel ideo fortassis sermonem ingeminavit, ut exaggeratione quadam Deum magis excitaret ad vindictam.

Vers. 10. *In laqueo suo humiliabit eum.* Hoc est, dolo et calliditate sua ei dominabitur: vel occisum in terram projiciet. Humilis enim est qui humi prostratus jacet.

Inclinabitur, et cadet cum dominatus fuerit pauperum. Ubi potens iste pauperum dominatus fuerit, tunc et ipse humiliatus inclinabitur, et peribit. Nam qui cadunt prius inclinantur. Hæc autem omnia fient, ut et immedicabile ejus vitium pateat, et Dei pariter longanimitas, et pauperum oppressorum patientia, et eorumdem demum vindicta.

Vers. 11. *Dixit enim in corde suo: Oblitus est Deus, avertit faciem suam ne videat in finem.* Is cui permissum esse diximus animæ suæ concupiscentias explere in valde absurdas decidit opiniones: dum intra seipsum reputat quod Deus propriæ providentiæ oblitus sit, qua mundum gubernat, quod-

A νους, καὶ τὰ τοιαῦτα. Ἐγκατακρύπτεται, φησὶ, τῇ ἐνέδρᾳ μετὰ τῶν πλουσίων, τὴν κακίαν τῶν ἐπιφανεστέρων αὐτῷ· τούτους γὰρ ὡς ὁμοίους ἔχοντας προσεταιρίζεται· εἶτα σαφηνίζων τὴν ἐνέδραν, ἅμα δὲ καὶ τὴν αἰτίαν αὐτῆς προστιθεὶς, ἐπήγαγεν·

Ἐν ἀποκρύφοις τοῦ ἀποκτεῖναι ἀθῶον. Ὥστε θανατῶσαι ἄνθρωπον ἀναίτιον, μηδὲν ἀδικήσαντα. Τὸ τοῦ γὰρ αἰτιολογικὸν πολλάκις παραλαμβάνει τῶν παλαιῶν ἡ διάλεκτος.

Οἱ ὀφθαλμοί αὐτοῦ εἰς τὸν πένητα ἀποβλέπουσι. Τὴν ἔμμονον αὐτοῦ κατασκοπὴν ἐνταῦθα διηγεῖται, βλέποντος ἀτενῶς, πότε παριόντα τοῦτον εὐκαίρως συλλήψεται.

B

Ἐνεδρεύει ἐν ἀποκρύφῳ ὡς λέων ἐν τῇ μάνδρᾳ αὐτοῦ. Τὸ αὐτὸ καὶ νῦν δηλοῖ, τὴν πανουργίαν ἐκείνου ποικίλην ἐκπομπεύων, καὶ θηρίον αὐτὸν ἄντικρυς γεγενημένον δείκνυσιν. Ὥσπερ ὁ λέων τῷ οἰκείῳ φωλεῷ ἐγκρυπτόμενος· τοῦτο γὰρ ἡ μάνδρα βούλεται· τοῖς ἀσθενεστέροις ζώοις ἐπιβουλεύει, παρερχομένοις ἀπονήρως· οὕτω καὶ οὗτος ποιεῖ, τῷ ἀποκρύφῳ τόπῳ φωλεῷ χρώμενος.

Ἐνεδρεύει τοῦ ἁρπάσαι πτωχὸν, ἁρπάσαι πτωχὸν ἐν τῷ ἑλκῦσαι αὐτόν. Λέοντι γὰρ αὐτὸν ἀπεικάσας, κατά τε τὴν ἐπιβουλὴν, καὶ τὴν ἀπήνειαν, καὶ τὸ φονικὸν, ἐπέμεινε τῇ τροπῇ, προσαρμόζων αὐτῷ τὰ ἔργα τοῦ λέοντος. Ἁρπάζει γὰρ, ἐπιπεσὼν αἰφνίδιον ὁ λέων, καὶ ἑλκύει πρὸς τὴν C ἑαυτοῦ μάνδραν. Ἐνεδρεύει (49) δὲ, φησὶν, οὐχ ἵνα ἐπίβουλον, ἢ πολέμιον, ἢ θηρίον ἕλῃ, ἀλλὰ πτωχὸν, τὴν ἐν χρήμασι περιουσίαν, καὶ καταπεπονημένον τὴν ἀνθρωπίνην ἰσχύν. Ἐξηγεῖται δὲ καὶ τὴν ἁρπαγὴν, ὅτι ἑλκυσμός ἐστι. Διὰ δὲ τῆς ἐπαναλήψεως τοῦ ὀνόματος ἁρπαγῆς, ἐμφαίνει σχετλιασμόν. Ἢ καὶ διὰ τῆς συνεχείας τῶν παθητικῶν ῥημάτων, διεγείρει τὸν Θεὸν εἰς ἄμυναν.

Ἐν τῇ παγίδι αὐτοῦ ταπεινώσει αὐτόν. Ἐν τῷ ἰδίῳ δόλῳ κυριεύσει αὐτοῦ· ἢ καὶ εἰς γῆν ῥίψεκτείνας· ταπεινὸς γὰρ, ὁ πρόσγειος.

Κύψει καὶ πεσεῖται ἐν τῷ αὐτὸν κατακυριεῦσαι τῶν πενήτων. Ὅτε κατακυριεύσει τῶν πενήτων D ὁ δυνάστης, τότε καὶ αὐτὸς κλιθήσεται ταπεινούμενος καὶ ἀπολεῖται. Οἱ γὰρ πίπτοντες πρῶτον κύπτουσι. Τοῦτο δὲ γίνεται, ἵνα καὶ τὸ ἀνίατον σὺτοῦ φανῇ, καὶ τὸ μακρόθυμον τοῦ Θεοῦ, καὶ ἡ τῶν πεπονθότων ὑπομονὴ, καὶ ἡ ἐκδίκησις τῶν ἀδικουμένων.

Εἶπε γὰρ ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ· Ἐπιλέλησται ὁ Θεὸς, ἀπέστρεψεν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, τοῦ μὴ βλέπειν εἰς τέλος. Παραχωρούμενος γὰρ πληροῦν τὰς ἐπιθυμίας τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, πρὸς ἀτόπους ὑπολήψεις ἐκπίπτει, λογιζόμενος ἐν ἑαυτῷ ἐπιλελῆσθαι τὸν Θεὸν τῆς τοῦ κόσμου προνοίας, ἀποστρέψαντα

Variæ lectiones.

(49) Græce sic: *Non enim insidiatur, ut insidiatorem aliquem capiat, vel inimicum, vel feram.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τὴν ἐπισκοπὴν αὐτοῦ· ὥστε μὴ βλέπειν ὅλως τὰ γινόμενα· τὸ γὰρ *εἰς τέλος*, πῇ μὲν, τὸ ἄχρι παντὸς, πῇ δὲ, τὸ ὅλως ἐμφαίνει· ταὐτὸν δὲ καὶ ἄμφω δύναται, τοῖς λεπτώτερον ἐπισκεπτομένοις. Χρὴ δὲ γινώσκειν, ὅτι τὰ προῤῥηθέντα νοοῦνται καὶ εἰς τὸν Ἰουδαϊκὸν δῆμον καὶ τὸν Χριστὸν, προσαρμοζόμενα κατὰ μέρος. Καὶ οὗτος γὰρ ἐνῆδρευε μετὰ τῶν ἀρχόντων τοῦ λαοῦ τὸν ἀθῷον ἀπὸ ἁμαρτίας, τὸν δι' ἡμᾶς πτωχεύσαντα, καὶ ἀεὶ παρετήρει, καὶ πάντα ἐποίει, καὶ τέλος ὅτε αὐτὸν ἀπέκτεινε, καὶ τοὺς ἀποστόλους ἐδίωξε, τότε καὶ αὐτὸς ἄρδην ὑπὸ Ῥωμαίων ἐξωλοθρεύθη. A que custodiam, et protectionem suam ita averterit, ut prorsus non videat quæ fiant. Quod vero ait *in finem*, alibi pro *usquequaque* accipitur; alibi vero pro *omnino*. Utrumque tamen ad idem tendit recte consideranti: verum prædicta omnia intelligi possunt de populo Judæorum, et de Christo. Quippe cum populus simul cum principibus innocentem Christum, et peccato omni prorsus carentem, et pauperem propter nos effectum, insidiose observarint ut caperent, omniaque alia fecerint, quæ superius dicta sunt: et tandem postquam eum occiderunt, apostolos etiam persecuti sint: ipsique postremo a Romanis funditus fuerint deleti.

Ἀνάστηθι, Κύριε ὁ Θεός μου, ὑψωθήτω ἡ χείρ σου. Κινήθητι, φησὶν, εἰς ἐκδίκησιν· τὸ δὲ, *Ὑψωθήτω ἡ χείρ σου*, κατὰ μεταφοράν. Εἰώθασι γὰρ οἱ κολάζοντές τινας ἐπαίρειν τὴν χεῖρα, καταφέρουσαν τὴν μάστιγα. Ἢ καὶ ὑψηλὴ, φησὶν, οὖσα, καὶ ὑπερφερὴς ἡ δύναμίς σου, νῦν μάλιστα τὸ αὐτὸ δειχθήτω· χεῖρα γὰρ Θεοῦ ταύτην ὑποληπτέον. B

Vers. 12. *Exsurge, Domine Deus meus, exaltetur manus tua.* Commovearis, inquit, ad vindictam. Quod vero ait: *Exaltetur manus tua*, per metaphoram dictum est. Solent enim qui aliquem castigant, manum erigere, ut plagas ac verbera inferant. Vel aliter: Cum potentia tua excelsa semper sit, et sublimis, nunc præcipue quæso, inquit, ita omnibus appareat. Per manum enim Dei, ejus potentiam intelligere debemus.

Μὴ ἐπιλάθῃ τῶν πενήτων σου εἰς τέλος. Τὸ *εἰς τέλος*, ἀντὶ τοῦ, μέχρι παντός.

Ἕνεκεν τίνος παρώργισεν ὁ ἀσεβὴς τὸν Θεόν; Σῴδρα δεινοπαθήσας ἐπὶ τοῖς τοιούτοις τῶν πονηρῶν τολμήμασιν, εἰς ἐρώτησιν χρηματίζει τὸν λόγον· εἶτα λύει τὴν ἀπορίαν, ἐπαγαγών·

Ne obliviscaris pauperum tuorum in finem. In finem, hoc est, in perpetuum.

Vers. 13. *Propter quid irritavit impius Deum?* Ægre ferens Propheta tam grandes pravorum hominum ausus, per modum interrogationis sermonem format: et deinceps dubitationem respondendo solvit, dicens:

Εἶπε γὰρ ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ· Οὐκ ἐκζητήσει. Τοῦτο, φησὶ, τῆς ἀνοσιουργίας ἐστὶν αἴτιον· οἴεται γὰρ, ὡς οὐκ ἐξετάσει Θεὸς τὰ δρώμενα. C

Dixit enim in corde suo, Non exquiret. Est, inquit, tantorum scelerum causa, quod existimant Deum flagitia eorum non disquirere.

Βλέπεις, ὅτι σὺ πόνον καὶ θυμὸν κατανοεῖς, τοῦ παραδοῦναι αὐτὸν εἰς χεῖράς σου. Τὸ *Βλέπεις*, ἀναγνωστέον καθ' ἑαυτὸ, στίζοντας τελείαν, ἵνα ᾖ τὸ νόημα τοιοῦτον· ὡς εἰ καὶ τοῦτο μυριάκις ὁ πονηρὸς οἴεται, διὰ τὴν σὴν μακροθυμίαν εἰς ἀπόνοιαν ἐκτραχηλιζόμενος, ἀλλὰ σὺ βλέπεις πάντα, διήκων ἀπανταχῆ, διότι σὺ ὁρᾷς ἀκριβῶς τόν τε πόνον τῶν ἀδικουμένων, καὶ τὸν θυμὸν τῶν ἀδικούντων. Κατανόησις γὰρ, ἡ λεπτομερὴς διάγνωσις. Ἀκριβῶς δὲ ὁρᾷς, ἵνα παραδῷς αὐτὸν ὕστερον εἰς τὰς τιμωρίας σου· τοῦτο γὰρ αἱ χεῖρες ἐνταῦθα νοοῦνται· *φοβερὸν δὲ ἐμπεσεῖν εἰς χεῖρας Θεοῦ ζῶντος.* D

Vers. 14. *Vides, quoniam tu laborem, et furorem consideras, ut tradas eum in manus tuas.* Quod ait, *Vides*, per se legendum est, ac statim postea sistendum, ut sit sensus: Licet millies pravus ita existimet, ob tuam nimirum patientiam ita in arrogantiam lapsus: tu tamen, o Deus, vides omnia, quocunque penetrans, et in omnes partes perveniens. Ideoque tu summa diligentia hominum omnium injuria affectorum laborem perspicis, iramque et furorem eorum qui injuriam inferunt. Considerare autem, est subtiliter discernere. Magno, inquit, cum examine tu perspicis ut in futurum illos pœnis tradas. Ita enim hoc in loco manus significant juxta illud apostoli: *Horribile ac valde timendum est incidere in manus Dei viventis*[1].

Σοὶ ἐγκαταλέλειπται ὁ πτωχός. Πάντων ἀποστραφέντων, αὐτῷ σοι μόνῳ ἀπέμεινεν εἰς ἀντίληψιν.

Tibi relictus est pauper. Omnes a paupere aversi sunt, unde tuo tantum auxilio relictus est.

Ὀρφανῷ σὺ ἦσθα βοηθός. Ὡς Πλάστης αὐτοῦ καὶ Δεσπότης. Ταῦτα νοοῦνται μὲν καὶ περὶ τῶν ἁπλῶς πενήτων καὶ ὀρφανῶν· οὐχ ἧκιστα δὲ καὶ περὶ τοῦ ἐξ ἐθνῶν λαοῦ, πένητος μὲν ὄντος, διὰ τὰς προειρημένας αἰτίας, ὀρφανοῦ δὲ, διὰ τὸ μὴ γνωρίζειν τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα καὶ Ποιητὴν Θεόν.

Orphano tu eris adjutor. Tanquam ejus Creator, et Dominus. Hæc tamen non tantum de pauperibus et orphanis intelliguntur, sed de gentium populo qui dictam ob causam pauper erat; et orphanus, quia patrem ac factorem suum non noverat.

Σύντριψον τὸν βραχίονα τοῦ ἁμαρτωλοῦ καὶ πονηροῦ. Βραχίονα τὴν δύναμιν λέγει· καὶ γὰρ ἐν

Vers. 15. *Contere brachium peccatoris et maligni.* Per brachium potentiam ac vires intelligit.

[1] Hebr. x, 31.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

In brachio etenim robur hominis consistit. Peccator autem ille est, qui concupiscentiæ dominanti inservit [malignus vero is qui proposito ac voluntate propria pravus est et scelestus : pro peccatore etiam et maligno ipsum potes dæmonem intelligere.]

Quæretur peccatum illius et non invenietur. Quia si Deus peccatum illius exquisierit, et longanimis erga eum non fuerit, statim peribit judicatus morte dignus. Intelligi etiam possunt hæc verba de Christo, ita ut prænuntient ea quæ Pilatus erat dicturus, quando ait : *Nullam causam invenio in homine* [a] ; item et quod ipse Christus dixit : *Nunc princeps hujus mundi ejicietur foras, et in me non inveniet quidquam* [b]. Neque enim Pilatus peccatum aliquod invenit propter quod occidi Jesus deberet, neque ipse etiam dæmon, tempore quo immaculata illa Christi anima ab ejus corpore separata est, vel tantillum potuit invenire peccatum, tametsi in hoc multum incubuerit.

Vers. 16. *Dominus Rex est in sæculum, et in sæculum sæculi.* Verba hæc ad eos dicta sunt, qui scandalizantur, quod pravi homines non statim puniantur. Regnum, inquit, et judicium Dei, non est ad tempus, sed perpetuum. Unde licet nullas nunc dent pœnas, aliquando tamen eas dabunt. Vel Christi regnum prænuntiat, quod olim quidem semper habuit ut Deus, sed post resurrectionem etiam denuo accepit ut homo : *Data est enim mihi*, inquit, *omnis potestas in cœlo et in terra* [c]; ita ut non in præsenti tantum sæculo, sed in futuro etiam regnaturus sit.

Peribitis gentes ex terra illius. Per gentes eos intelligit hoc in loco qui evangelicam legem non susceperunt. Gentes siquidem sine lege sunt. Per terram autem illius, totum orbem intelligit [cum dictum sit : *Domini est terra et plenitudo ejus* [d]; a qua hos exterminandos esse prædicit] fide nimirum divulgata. Vel per terram Domini, regnum ejus intelligit, a quo omnes decident, qui male vixerint.

Vers. 17. *Desiderium pauperum exaudisti, Domine, præparationem cordis eorum audivit auris tua.* Desiderium, inquit, pauperum, et præparationem cordis eorum, clamantia quodammodo ad te, et injustorum destructionem optantia, tu exaudisti. Erant enim hi pauperes præparati et recti corde ac nullo vitio impediti. Vel fortassis eo pertinent hæc verba, ut prophetarum indicent desiderium, qui Incarnationem Domini optabant, et prompti erant ad susceptionem fidei : ii nimirum qui postea eam susceperunt.

Vers. 18. *Ut judices pupillo et humili.* Exaudisti, inquit, et attendisti ut judex fieres orphano et humili, et vindictam eorum faceres.

Ut non apponat ultra magnificare se homo super terram. Ut omnis homo oppressorum cernens vindictam, audaciam ac temeritatem deponat, nec glorietur quis amplius aut extollatur super infe-

A τούτῳ ἡ τοῦ ἀνθρώπου δύναμις· ἁμαρτωλὸς δὲ, ὁ ταῖς τυραννούσαις ἐπιθυμίαις δεδουλωμένος καὶ πονηρός.

Ζητηθήσεται ἡ ἁμαρτία αὐτοῦ, καὶ οὐ μὴ εὑρεθῇ. Εἰ ἐξετάσῃς γὰρ τὴν ἁμαρτίαν αὐτοῦ, καὶ μὴ μακροθυμήσῃς, αὐτίκα ἀπολεῖται αὐτὸς, ἄξιος θανάτου κριθείς. Λαμβάνεται δὲ καὶ εἰς Χριστὸν ὁ λόγος, προαγορεύων, ὅπερ ὕστερον ὁ Πιλάτος εἴρηκε, *ὡς Οὐδεμίαν αἰτίαν εὑρίσκω ἐν αὐτῷ.* Καὶ αὖθις, ὅπερ ὁ Χριστὸς εἶπεν, ὅτι *Νῦν ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου ἔρχεται, καὶ ἐν ἐμοὶ εὑρήσει οὐδέν·* οὔτε γὰρ ὁ Πιλάτος εὗρεν ἁμαρτίαν, δι' ἣν ἔμελλε θανεῖν ὁ Χριστὸς, οὔτε ὁ διάβολος ἐν τῷ χωρισμῷ τῆς ἀχράντου αὐτοῦ ψυχῆς τὴν οἱανοῦν ἴσχυσεν εὑρεῖν ἁμαρτίαν, πολλὰ καμών.

Κύριος βασιλεὺς εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. Τοῦτο πρὸς τοὺς σκανδαλιζομένους, ἐπὶ τὸ μὴ διδόναι δίκην εὐθὺς τὸν πονηρόν. Οὐκ ἔστι γὰρ, φησὶ, πρόσκαιρος ἡ βασιλεία καὶ ἡ κρίσις τοῦ Θεοῦ· ἀλλὰ κἂν μὴ νῦν δώσει δίκην, δώσει ποτέ. Ἢ καὶ τὴν τοῦ Χριστοῦ προανεφώνει βασιλείαν, ἣν ὡς Θεὸς ἔχων, ἔλαβε καὶ ὡς ἄνθρωπος μετὰ τὴν ἀνάστασιν. *Ἐδόθη μοι γάρ,* φησὶν, *ἐξουσία ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς,* ὥστε βασιλεύειν οὐκ ἐν τῷ παρόντι μόνον αἰῶνι, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι.

Ἀπολεῖσθε, ἔθνη, ἐκ τῆς γῆς αὐτοῦ. Ἔθνη νῦν ὀνομάζει τοὺς μὴ δεξαμένους τὸν εὐαγγελικὸν νόμον· τὰ γὰρ ἔθνη, ἄνομα. *Τοῦ Κυρίου* δὲ ἡ γῆ, εὐσεβείας ἐξαπλουμένης. Ἢ καὶ γῆν Κυρίου καλεῖ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ, ἧς ἀποπεσοῦνται οἱ ἀνόμως ζήσαντες.

Τὴν ἐπιθυμίαν τῶν πενήτων εἰσήκουσας, Κύριε· τῇ ἑτοιμασίᾳ τῆς καρδίας αὐτοῦ προσέσχες τὸ οὖς σου. Τρόπον τινὰ κεκραγότων ἄμφω πρὸς σέ· ἐπεθύμουν μὲν γὰρ καταστραφῆναι τοὺς ἀδίκους· ἦσαν δὲ εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ, μηδεμιᾶς κακίας ἐμποδιζούσης. Ἢ καὶ ὅτι ἐπεθύμουν τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ Σωτῆρος οἱ προφῆται· ἕτοιμοι δὲ ἦσαν εἰς ὑποδοχὴν τῆς πίστεως οἱ ταύτην ὑποδεξάμενοι.

Κρῖναι ὀρφανῷ καὶ ταπεινῷ. Εἰσήκουσας, φησὶ, καὶ προσέσχες, ὥστε κριτὴς γενέσθαι ὀρφανῷ καὶ ταπεινῷ, καὶ ἐκδικῆσαι αὐτόν.

Ἵνα μὴ προσθῇ ἔτι τοῦ μεγαλαυχεῖν ἄνθρωπος ἐπὶ τῆς γῆς. Ἵνα πᾶς ἄνθρωπος, βλέπων τὴν ἐκδίκησιν τῶν ἀδικουμένων, μὴ τολμήσῃ ἔτι μεγαλαυχεῖν, τουτέστιν ἐπαίρεσθαι καὶ ἀλαζονεύεσθαι

[a] Joan. XIX, 6. [b] Joan. XII, 31. [c] Matth. XXVIII, 18. [d] Psal. XXIII, 1.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

κατὰ τῶν ὑποδεεστέρων. Τὸ δὲ, *ἐπὶ τῆς γῆς*, τὸ καθόλου καὶ περιεκτικὸν τῶν ἀνθρώπων ὑποσημαίνει.

A riores se: quod vero ait *super terram*, idem significat quod inter homines.

Εἰς τὸ τέλος ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

ΨΑΛΜΟΣ Ι'.

In finem Psalmus ipsi David.

PSALMUS X.

Τοῦτον ᾖσε τὸν ψαλμὸν διωκόμενος ὑπὸ Σαούλ. *Εἰς τέλος* δὲ, ἅτε πρόῤῥησιν ἔχων τῆς γεγενημένης τῷ Δαβὶδ ἐκδικήσεως,

Psalmum hunc cecinit beatus David cum persequeretur eum Saul: et *in finem* inscribitur, quia continet prophetiam vindictæ quam Deus ejus gratia in Saulem illaturus erat.

Ἐπὶ τῷ *Κυρίῳ πέποιθα· πῶς ἐρεῖτε τῇ ψυχῇ μου, Μεταναστεύου ἐπὶ τὰ ὄρη, ὡς στρουθίον;* Ἐπεὶ πρὸς τὴν ἔρημον φυγόντι συνεβούλευον οἱ εὐνοϊκώτεροι μεταναστῆναι μᾶλλον ἐπὶ τὰ ὄρη, διὰ τὴν ἐντεῦθεν ἀσφάλειαν, αἰτιᾶται τούτους, ὡς οὐκ ἄμεμπτα παραινοῦντας· Ἐπὶ τῷ *Κυρίῳ* γὰρ, φησὶ, *πέποιθα*, πᾶσαν ἄλλην βοήθειαν παραδραμών. Καὶ διατί λέγετε τῇ ψυχῇ μου, τουτέστιν ἐμοί· Μετάβαινε στρουθίου δίκην ἐπὶ τὰ ὄρη, καὶ καθάπερ ἐπτερωμένον ἄγαν πτηνὸν ἐνδιάτριβε τούτοις; Παρατηρητέον δὲ, ὅτι πολλάκις ἀπὸ τῆς ψυχῆς ἑαυτὸν ὀνομάζει κατὰ περίφρασιν, ὡς ἐν τῷ, *Πολλοὶ λέγουσι τῇ ψυχῇ μου*, προειρήκαμεν.

B Vers. 2. *In Domino confido: quomodo dicitis animæ meæ, Transmigra in montes sicut passer?* Cum fugeret beatus David in desertum, suadebant ei benevoli ipsius ut ad montes potius pertransiret, tutiorem illic eum futurum esse asseverantes. Hujusmodi igitur amicos tanquam non recte suadentes, accusat præsenti Psalmo. *Ego*, inquit, *confido in Domino*, et omne aliud auxilium respui. Quare igitur dicitis animæ meæ, hoc est mihi ipsi, ut passeris instar pertranseam ad montes? et veluti timida avis illic permaneam? Illud observandum est quod Propheta sæpenumero circumloquendo per animam suam seipsum intelligit, ut in tertio etiam Psalmo diximus, ibi: *Multi dicunt animæ meæ.*

Ὅτι ἰδοὺ οἱ ἁμαρτωλοὶ ἔτειναν τόξον, ἡτοίμασαν βέλη εἰς φαρέτραν. Διὰ τῆς ἐντάσεως τοῦ τόξου, καὶ τῆς ἑτοιμασίας τῶν ἐν τῇ φαρέτρᾳ βελῶν, τὴν ὅλην τοῦ πολέμου παρασκευὴν ἐδήλωσεν. Ἢ καὶ ὅτι τόξοις ἐπὶ τοὺς φεύγοντας ἐχρῶντο. Ταυτὶ δὲ τὰ ῥητὰ τίθησιν αἰτίαν τῆς πεποιθήσεως. Τεθάῤῥηκα γὰρ, φησὶν, ὅτι πολεμοῦσί μοι οἱ ἁμαρτωλοί. Καὶ γὰρ ἁμαρτάνουσι, καταδιώκοντες τὸν ἀναίτιον, καὶ ἀμειβόμενοι θανάτῳ τὸν γενόμενον αὐτοῖς σωτηρίαν, αἴτιον, ἐν τῷ ἀνελεῖν τε Γολιὰθ, καὶ τῷ καταδιῶξαι τὸ ἀποπνίγον τὸν Σαοὺλ δαιμόνιον.

Vers. 3. *Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, paraverunt sagittas suas in pharetra.* Per intentum arcum, et per sagittas præparatas quæ erant in pharetra, totum belli apparatum significavit. Vel quia his telis contra fugientes utebantur. Hæc autem verba fiduciæ ipsius David causam ostendunt. C Hac enim, inquit, de causa ego confido, quia peccatores sunt qui pugnant adversum me. Peccant etenim dum temere me insequuntur, et morte me afficere volunt, qui ei salutis causa fui, quando occidi Goliath, et quando a Saule suffocantem ejeci dæmonem.

Τοῦ κατατοξεῦσαι ἐν σκοτομήνῃ τοὺς εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ. Παρεσκευάσθησαν δὲ, ὥστε θανατῶσαι ἡμᾶς, τοὺς ἀπονήρους, καὶ μηδὲν ἐν καρδίᾳ σκολιὸν ἔχοντας. Κατατοξεῦσαι δὲ, λαθραίως ἐξ ἐπιβουλῆς· τοῦτο γὰρ ἡ σκοτομήνη νῦν σημαίνει. Καὶ γὰρ οἱ ἐν ἀσελήνῳ νυκτὶ βαλλόμενοι, τοὺς βάλλοντας οὐχ ὁρῶσιν. Ἢ καὶ ὡς ἐν σκοτομήνῃ, κατ' ἔλλειψιν τοῦ ἐπιῤῥήματος. Τῷ φθόνῳ γὰρ σκοτισθέντες, οὐχ ὁρῶσι τίνα τοξεύειν ἐπείγουσι· τὸν εὐεργέτην γὰρ καὶ φίλον αὐτῶν.

Ut sagittent in obscuro rectos corde. Præparati sunt, ut nos insontes perdant, qui in corde nihil non rectum gerimus. Ut sagittent vero ex insidiis, quod Græca dictione, σκοτομήνη significantius exprimitur [quæ noctem significat quando luna obscurata est, et quam Latine unico vocabulo dicere possumus obscurilunium]. Nam si quis eo tempore percussus fuerit, inimicum videre non poterit. Vel aliter, subintellige hic adverbium *quasi*, ut sit D sensus, quod inimici summa invidia, quasi obscurilunio quodam obtenebrati, non cognoscunt, nec vident, quisnam is sit quem sagittare contendunt, quodque adversus amicum et benefactorem dirigunt tela.

Ὅτι ἃ σὺ κατηρτίσω αὐτοὶ καθεῖλον. Καὶ τοῦτο τῆς πεποιθήσεως αἰτία. Τεθάῤῥηκα γὰρ ἔτι, ὅτι ὃν σὺ ἔχρισας εἰς βασιλέα, καθεῖλον οἱ ἀμφὶ τὸν Σαούλ. *Κατηρτίσω* γὰρ, λέγει, τὸ (50) *ποιήσω· καθελεῖν* δὲ, τὸ *καταβαλεῖν*, ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἀνατρεπομένων οἰκοδομημάτων. Τοῦτο δὲ τολμήσαντες, ἔχουσί σε πολέμιον, ὃν οὐχ ὑποστήσονται. Ἢ καὶ ὅτι οὓς ἔθου νόμους, ἀνατρέπουσιν· ἐνετείλω γὰρ μηδένα ἀδικεῖν, μηδένα ἀποκτείνειν ἀθῷον

Vers. 4. *Quoniam quæ perfecisti destruxerunt.* Hæc est etiam alia fiduciæ causa. Confido, inquit, ea etiam de causa, quoniam illi eum destruxerunt quem tu in Regem unxisti. *Perficere* vero hic posuit pro *facere*, et *destruere* pro *dejicere*: quod metaphorice tractum est ab ædificiis, quæ evertuntur. Cumque talia audeant, te inimicum habent; quem tamen non sustinebunt, quia leges eas everterunt quas tu posuisti. Mandasti enim neminem injuria esse afficiendum: mandasti etiam innocentes occidi non debere [quæ præcepta ab eis prorsus negliguntur].

Variæ lectiones

(50) *τρ.* ἐποιήσω.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Justus autem quid fecit ? Quid fecit, inquit, justus, ut hujusmodi persecutionem sustinere deberet ? quod de seipso Propheta dicit, veluti qui injuria eos minime affecerit, qui sibi adeo fuerant inimici. Vel de superna Dei custodia et protectione loqui intendit, dicens : Deus qui proprie ac vere justus dicitur, qui omnem semper odit injustitiam, qui solus recte judicat, quid fecit ? post tanta nimirum scelera quæ ab illis patrata sunt ? numquid fortassis despiciet aut non videbit ? Minime. A

Τί δὲ ἔπταισεν ὁ δίκαιος, ἵνα οὕτως διώκηται ; Περὶ ἑαυτοῦ δὲ τοῦτό φησιν, ὡς οὐκ ἀδικήσαντος τοὺς ἀδικοῦντας. Ἢ περὶ τῆς ἄνωθεν ἐπισκοπῆς βούλεται διδάσκειν· ὁ δὲ Θεὸς, ὁ κυρίως δίκαιος, ὁ μισῶν τὴν ἀδικίαν, ὁ μόνος κρίνων ὀρθῶς, τούτων οὕτω γινομένων, τί ἐποίησεν ; ἆρα παρεῖδεν ; Οὐ μὲν οὖν.

Vers. 5. *Dominus in templo sancto suo, Dominus in cœlo sedes ejus.* Est, inquit, Dominus in templo Jerusalem ; est etiam Dominus sedens in cœlo. Quasi dicat : Ubique adest Deus, et omnes prospicit qui injuria afficiuntur : quod ex sequentibus magis etiam declarat dicens:

Κύριος ἐν ναῷ ἁγίῳ αὐτοῦ, Κύριος ἐν οὐρανῷ ὁ θρόνος αὐτοῦ. Ἐν τῷ κατὰ τὴν Ἱερουσαλὴμ ναῷ ἐστι, καὶ τῷ οὐρανῷ κάθηται, τουτέστιν, ἀπανταχοῦ πάρεστι, καὶ τοὺς ἀδικουμένους ὁρᾷ. Τοῦτο γὰρ διὰ τῶν ἑξῆς ἐπήνεγκεν·

Oculi ejus in pauperem prospiciunt, palpebræ ejus exquirunt filios hominum. Non dixit *Aspiciunt*, sed *Prospiciunt*, protectionem illam nimirum significans, quam ex alto habet. Oculi autem Dei intelligendi sunt, exquisita illa scientia et cognitio rerum omnium quæ fiunt : palpebræ vero hujus, ejus cognitionis velamen. Palpebræ siquidem tegmina oculorum sunt. Per palpebras igitur significare voluit, quod si quando videtur Deus non aspicere, sed in absconditis animi ac mentis morari, tunc tamen nihilo minus videt : vel quod omnia prospicit, veluti qui non oculis tantum, sed ipsis etiam palpebris intueatur, et ex omni parte omnia cognoscat. Exquirere etiam idem est quod cognoscere. Filios autem hominum pro hominibus simpliciter posuit. Pauper vero dupliciter dicitur, patrimonii scilicet possessione, et virtutum. Verum illud manifestum est quod pecuniis pauperem, qui virtute dives sit, respiciat Dominus : quodque contra, virtutibus pauperem abominatur, quamquam pecuniis sit dives. Primum igitur pauperem Dominus respicit, qui rebus iis abundat, quibus secundus indiget : a secundo autem avertitur, qui iis caret, quibus abundat primus. B C

Οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ εἰς τὸν πένητα ἐπιβλέπουσι· τὰ βλέφαρα αὐτοῦ ἐξετάζει τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. Οὐκ εἶπε Βλέπουσιν, ἀλλ' *ἐπιβλέπουσι*, τὴν ἐξ ὕψους δηλῶν ἐπισκοπήν. Ὀφθαλμοὶ δὲ Θεοῦ, ἡ ἀκριβὴς γνῶσις τῶν γινομένων· βλέφαρα δὲ, ἡ ἐποχὴ τῆς τοιαύτης γνώσεως· τὰ βλέφαρα γὰρ, καλύπτραι τῶν ὀφθαλμῶν. Διὰ μέντοι τῶν βλεφάρων παρέστησεν, ὡς καὶ ὅτε δοκεῖ μὴ ὁρᾷν, οἷον ἐν τοῖς ἀποκρύφοις τῆς ψυχῆς, οὐκ ἔλαττον ὁρᾷ. Ἢ καὶ τὸ παντέφορον αὐτοῦ δείκνυσιν ἐντεῦθεν, οὐ μόνον ὀφθαλμοῖς, ἀλλὰ καὶ βλεφάροις ὁρῶντος, καὶ πανταχόθεν πάντα γινώσκοντος. Ἐξετάζειν δὲ, τὸ διαγινώσκειν. Υἱοὺς δὲ ἀνθρώπων, πάντας τοὺς ἀνθρώπους. Ἁπλῶς διττὸς καὶ ὁ πένης, κατά τε τὴν ἐν χρήμασι περιουσίαν, καὶ τὴν ἐν ἀρεταῖς. Σαφὲς δὲ οὕτως· Τὸν μὲν οὖν κατὰ τὴν ἐν χρήμασι περιουσίαν πένητα ἐπιβλέπει, πλουτοῦντα τὴν ἀρετήν· τὸν δὲ κατὰ τὴν ἐν ἀρεταῖς ἀποστρέφεται, πλουτοῦντα ἐν χρήμασι. Τὸν μὲν οὖν πρῶτον ὁρᾷ, πλουτοῦντα οἷς ὁ δεύτερος πένεται· τὸν δὲ δεύτερον ἀποστρέφεται, πενόμενον οἷς ὁ πρῶτος πλουτεῖ, κατ' ἐναλλαγήν.

Vers. 6. *Dominus exquirit justum et impium.* Per hoc declaratur quid significent illa verba, *filios hominum* ; justos nimirum et injustos, quos impios etiam appellat, quia Deum negligunt, dum illius præcepta observare contemnunt.

Κύριος ἐξετάζει τὸν δίκαιον, καὶ τὸν ἀσεβῆ· Τοῦτο διακριτικὸν τῆς τῶν ἀνθρώπων σημασίας, ὅτι καὶ τοὺς δικαίους λέγει, καὶ τοὺς ἀδίκους, ἀσεβοῦντας ἐν τῷ ἀτιμάζειν Θεὸν, διὰ τῆς τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ καταφρονήσεως.

Qui autem diligit injustitiam, odit animam suam. Hæc est autem causa quare confidat Propheta. Documentum præterea continent hæc verba, quod injustus quisque vitæ propriæ mortem operatur, animæ suæ inimicus effectus. Pravis etenim ac scelestis actionibus suis, Deum semper magis irritat ac provocat adversus animam suam. D

Ὁ δὲ ἀγαπῶν τὴν ἀδικίαν, μισεῖ τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν. Καὶ τοῦτο θάρσους αἴτιον, καὶ διδασκαλικὸν, ὡς ἄδικος τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς τὸν θάνατον κατεργάζηται, ἐχθρὸς τῆς οἰκείας ψυχῆς γινόμενος. Διὰ γὰρ τῶν ἀνοσίων πράξεων παροξύνει κατ' αὐτῆς τὸν Θεόν.

Vers. 7. *Pluet super peccatores laqueos.* Adducet, inquit, Dominus supplicia super peccatores, quibus detenti a pristino impetu compescentur. Hac autem pluviæ metaphora, summam supplicio rum abundantiam ac perpetuitatem denotavit.

Ἐπιβρέξει ἐπὶ ἁμαρτωλοὺς παγίδας. Ἐπιβρέξει, τουτέστιν ἄνωθεν ἐπάξει, τοῖς ἁμαρτωλοῖς παγίδας, ἤτοι τιμωρίας, δι' ὧν θηρευόμενοι, τῆς ὁρμῆς ἐφέξονται. Τῇ μέντοι βροχῇ τὴν δαψίλειαν καὶ συνέχειαν τῶν τιμωριῶν ἠνίξατο.

Ignis et sulphur et spiritus procellæ pars calicis ejus. Ignis quidem efficacissimus est ; sulphur vero pinguis et crassa illius esca. Hoc enim fomitis genere, ignis valde nutritur. Spiritus etiam seu

Πῦρ καὶ θεῖον καὶ πνεῦμα καταιγίδος ἡ μερὶς τοῦ ποτηρίου αὐτοῦ. Δραστήριον μὲν τὸ πῦρ· λιπαρὰ δὲ τροφὴ πυρὸς, τὸ θεῖον· εἶδος γὰρ τοῦτο λίαν θρεπτικὸν πυρός· ἀναῤῥιπιστικὸν δὲ τῆς φλογὸς,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τὸ πνεῦμα. Τοῦτο δὲ τὸ εἶδος τῆς τιμωρίας, πάλαι Σόδομα κατέστρεψε. Βούλεται δὲ λέγειν, ὡς τὸ μέρος τοῦ ποτηρίου, τουτέστι τῆς ἐκ Θεοῦ τιμωρίας, πῦρ καὶ θεῖον καὶ πνεῦμα συστρέφον ἐστίν. Εἰ δὲ τὸ μέρος οὕτως ἀνύποιστον, τί ἂν τις εἴποι περὶ τῶν ἄλλων τῆς τιμωρίας μερῶν, τουτέστιν εἰδῶν; Πολλαχοῦ δὲ τῆς Γραφῆς ποτήριον καὶ κόνδυ τὴν τιμωρίαν ὀνομαζομένην εὑρίσκομεν, ὡς καὶ ἐν Ἡσαΐᾳ· *Ἔξεγείρου Ἰερουσαλήμ, ἐξεγείρου, ἡ πιοῦσα τὸ ποτήριον τῆς πτώσεως, τὸ κόνδυ τοῦ θυμοῦ*, καὶ τὰ ἑξῆς.

Ὅτι δίκαιος Κύριος, καὶ δικαιοσύνας ἠγάπησεν, εὐθύτητας εἶδεν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ. Ὥσπερ ἅγιος ἐν ἁγίοις ἐπαναπαύεται, οὕτω καὶ δίκαιος ὤν, δικαιοσύνας ἀγαπᾷ· οὕτω δ' ἔχων, ἀμυνεῖται πάντας τοὺς ἀδίκους· καὶ διὰ τοῦτο θαρρητέον αὐτῷ· τοῦτο γὰρ συμπέρασμα τῆς ἐν ἀρχῇ τοῦ ψαλμοῦ προτεθείσης πεποιθήσεως. Τὸ δὲ, *Εὐθύτητας εἶδε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ*, ταυτὸν δύναται τὸ, *Δικαιοσύνας ἠγάπησεν*· ὃν γάρ τις ἀγαπᾷ, τοῦτον καὶ ὁρᾷ· καθάπερ οὖν καὶ ὃν μισεῖ, ἀποστρέφεται. Πρόσωπον δὲ νοοῦμεν τὴν ἐποπτικὴν δύναμιν τοῦ Θεοῦ. Ἀλλ' οὕτω μὲν τὴν κατὰ τὸν Δαβὶδ συμβαίνουσαν ἱστορίαν ὁ ψαλμὸς ἡρμήνευται. Ἁρμόζει δὲ καὶ παντὶ ἀδικουμένῳ, καὶ πολεμουμένῳ, εἴτε ὑπὸ ὁρατῶν ἐχθρῶν, εἴτε ὑπὸ ἀοράτων. Ἡνίκα καὶ τὸ, *Πῶς ἐρεῖτε τῇ ψυχῇ μου*, ῥηθεὶη ἂν πρός τε τοὺς λογισμοὺς τοὺς ὑποτιθεμένους μεταβαίνειν εἰς ἐννοίας ἀκανθώδεις, καὶ κρημνώδεις, καὶ ἀβάτους ὀρθοδόξοις, καὶ σφαλερὰς· οἷον, ὅτι φέρεται τὰ πάντα κατὰ τὸ αὐτόματον, καὶ οὐκ ἔστι Θεὸς ἐκδικήσεων. (51) Ναὶ μὴν καὶ πρὸς τοὺς δαίμονας, προτρεπομένους ἐπὶ τὰ τοιαῦτα τῶν ἐννοημάτων χωρεῖν. Ἁμαρτωλοὺς δὲ, νοητέον καὶ τοὺς ἀδίκους ἄνδρας (52), καὶ τοὺς πονηρούς. Τόξον δὲ καὶ βέλη, εἴτε τὰ ἐν ἀναιρετικοῖς ὀργάνοις, εἴτε καὶ τὰ τῶν ἀτόπων προσβολῶν· καὶ τὰ ἑξῆς δὲ τοῦ ψαλμοῦ, κατὰ ἀναλογίαν.

A ventus pari modo flammam excitat. Hoc autem supplicii genere Sodomam olim eversam fuisse legimus. Sensus itaque est, quod pars calicis, hoc est pars supplicii a Deo infligendi, ignis est et sulphur et spiritus, hoc est ventus, convertens. Quod si vel sola hujus calicis pars adeo intolerabilis est, quid dicendum est de reliquis suppliciorum partibus, hoc est, de aliis suppliciorum generibus? Sæpenumero enim apud Scripturam poculum et calicem pro pœna positum invenire licet, ut illud Isaiæ : *Exsurge quæ bibis poculum ruinæ, et calicem furoris*[a], et quæ sequuntur.

B Vers. 8. *Quoniam justus Dominus et justitias dilexit, æquitatem vidit vultus ejus.* Quemadmodum Deus sanctus est et requiescit in sanctis, ita etiam justus est et justitias diligit : unde injustos omnes, et eos qui injuria aliquem afficiunt, punire solet. Qua de causa beatus David sibi magis confidendum esse dicit. Hæc etenim ratio est et conclusio quare fiduciam habeat, de qua in principio Psalmi dictum est. Quod vero ait : *Æquitatem vidit vultus ejus*, seu (ut in Græco verius habetur) *rectitudines* : idem significat, quod, *Justitia dilexit*. Nam quem quis amat, eumdem etiam libenter intuetur : quemadmodum contra, ab illo quem quis odit statim avertitur. Per vultum vero seu faciem Domini, intelligimus potentiam videndi quæ est in Deo. Et hæc quidem interpretatio dicta est prout congruit historiæ beati David. Convenit etiam hic C Psalmus cuilibet oppresso atque oppugnato a visibilibus seu etiam invisibilibus inimicis. Et tunc ea verba : *Quomodo dicitis animæ meæ?* dicta esse intelligantur adversus cogitationes quæ suadent transcundum esse ad spinosa quodammodo et præcipitantia consilia, quæ fidelibus inaccessibilia sunt et non tuta : cujusmodi illa sunt, quod fortuna omnia ac casu regantur, quod non sit Deus qui scelera ulciscatur, et quæcunque alia hujusmodi. Quinimo et adversus dæmones, dicta esse intelligi possunt, qui conantur in hujusmodi nos sententias atque hæreses inducere ; per peccatores enim intelligi possunt tam injusti homines quam pravi dæmones. Et per arcum et sagittas vel hæreticorum instrumenta intellige, vel cogitationum absurdarum impetus : et quæ sequuntur in Psalmo juxta hujusmodi analogiam intellige.

Εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ τῆς ὀγδόης ψαλμὸς τῷ Δαβίδ. D

ΨΑΛΜΟΣ ΙΑ'.

Τοιαύτην καὶ οὗτος ἔσχεν ἐπιγραφὴν, οἵαν καὶ ὁ ἕκτος, καὶ ἱκανῶς ἐν ἐκείνῳ διηρμήνευται. Καὶ γὰρ οὗτος περὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ Χριστοῦ προφητεύει, καὶ τῆς ἐκδικήσεως τῶν ἀδικουμένων πιστῶν. Καὶ ἄλλως γάρ· τέλος τῆς ἐν κόσμῳ ζωῆς διὰ θανάτου δεξάμενος, ἀνέστη κατὰ τὴν ὀγδόην ἡμέραν, τὴν Κυριακήν· ἥτις ὡς μὲν ἀρχὴ τῶν ἡμερῶν, πρώτη λέγεται· διὰ δὲ τὸ πάλιν ἐπιέναι μετὰ τὴν ἑβδόμην, ἥτις ἐστὶ τὸ Σάββατον, ὀνομάζεται καὶ

In finem pro octava Psalmus ipsi David.

PSALMUS XI.

Hic Psalmus eamdem habet inscriptionem cum sexto, ubi eam abunde sumus interpretati : et prophetiam pariter continet tam de Christi resurrectione quam de fidelium oppressorum vindicta. Et aliter : Christi humanitas, finem præsentis vitæ suscepit per mortem : et octava, hoc est Dominica die resurrexit : quæ dies, et prima dicitur, tanquam dierum omnium principium : et octava, quia rursus post septimam diem, hoc est post

[a] Isa. LI, 17.

Variæ lectiones.

(51) *γρ.* καί.
(52) Hujus loci sensus est : *Injusti et pravi homines.*

Digitized by Google Распознавание текста ABKFR

Sabbatum, redit. *Pro octava* etiam, et non De octava inscriptum est. Neque enim docet Psalmus, quid sit octava, sed rogat diem illum cito adventare, ut homines nimirum, qui sub sæva dæmonum opprimuntur tyrannide, atque idolis serviunt, tanto citius servitutis jugo liberentur : et dæmones commissorum in Deum criminum pœnas luant majores.

A ὀγδόη. Οὐκ ἐπιγέγραπται δὲ, Περὶ τῆς ὀγδόης, ἀλλ' *Ὑπὲρ τῆς ὀγδόης* · οὐ γὰρ διδάσκει, τί ἐστιν ἡ ὀγδόη, ἀλλὰ παρακαλεῖ, θᾶττον ἐλθεῖν τὴν ἡμέραν ἐκείνην, ἕνεκεν τῆς ἐκδικήσεως τῶν τυραννουμένων ὑπὸ τοῦ διαβόλου, καὶ δεδουλωμένων τῇ εἰδωλολατρείᾳ.

Vers. 2. *Salvum me fac, Domine, quoniam defecit sanctus.* Justus is dicitur qui humanis in negotiis, ab eo quod honestum est, non declinat : sanctus vero [cum apud Græcos duplici dicatur nomine, ὅσιος nimirum ut hic, et ἅγιος (utraque enim dictio sanctum significat) consequenter et in duplici sumi potest significatione]; ille autem proprie ὅσιος dicitur, qui pietatem et religionem colit, quæ ad Deum B pertinet, ἅγιος vero ille qui per semitam virtutum, divinitatis efficitur particeps. Hæc autem virtutum nomina, scalæ quodammodo comparari possunt, per quam qui gradiuntur, perveniunt ad Deum. Alibi etiam diximus quod apud Scripturam, justus sæpenumero is dicitur, qui non solum justitia, sed omni virtutum genere ornatus est : sed de hujusmodi justo nunc non est sermo. Rogat igitur Propheta salvari se a malignis hominibus qui prævaluerant, cum sancti homines qui olim fuerant erga Deum, partim morte, partim etiam tyrannorum persecutionibus prorsus defecissent : tametsi fortassis aliqui adhuc essent, qui humana hac justitia atque (ut ita dicam) ex parte justi esse viderentur. Sermonem autem suum Propheta ex eorum habet persona, qui Evangelium erant suscepturi. Tunc enim maxime sancti defecerant, quando Christus in carne ad nos advenit.

Σῶσόν με, Κύριε, ὅτι ἐκλέλιπεν ὅσιος. Δίκαιος μέν ἐστιν, ὁ τὰ πρὸς ἀνθρώπους ἁρμόττης τοῦ καλοῦ · ὅσιος δὲ, ὁ τὰ πρὸς Θεὸν εὐσεβής · ἅγιος δὲ, ὁ διὰ τοῦ τέλους τῶν ἀρετῶν θεώσεως μετασχών. Καὶ ἐοίκασι ταῦτα κλίμακι, πρὸς τὸν Θεὸν ἀναγούσῃ τοὺς βαδίζοντας δι' αὐτῶν. Εἴρηται δὲ, ὅτι δίκαιον μὲν λέγουσιν αἱ Γραφαὶ ἔστιν ὅτε καὶ τὸν τέλειον τὴν ἀρετὴν · ἀλλ' οὐ περὶ ἐκείνου νῦν ὁ λόγος ἡμῖν. Ὡς οὖν δικαίων μὲν τὴν ἀνθρωπίνην καὶ μερικὴν δικαιοσύνην ὄντων τινῶν, τῶν δὲ ὁσίων ἐκλελοιπότων · τῶν μὲν, τῷ θανεῖν · τῶν δὲ (53), τῷ ἐλαύνεσθαι παρὰ τῶν ἀνοσίων · εὔχεται σωθῆναι ἀπὸ τῶν ἐπικρατούντων πονηρῶν ἀνθρώπων. Προσώπῳ δὲ τῶν μελλόντων ὑποδέξασθαι τὸ κήρυγμα τοῦ Εὐαγγελίου, ποιεῖται τὴν ἔντευξιν ὁ προφήτης. Τηνικαῦτα γὰρ οἱ ὅσιοι ἐξέλιπον μάλιστα, ὅτε καὶ διὰ σαρκὸς ἡμῖν ὁ Κύριος ἐπεδήμησεν.

Quoniam diminutæ sunt veritates a filiis hominum. Sancti quidem penitus defeceruut, veritates vero paucæ admodum relictæ sunt : secundus enim casus hic pro tertio sumitur. Quandoquidem in rebus majoris momenti, mentiri solent, qui in parvis fuerant veraces.

C *Ὅτι ὠλιγώθησαν αἱ ἀλήθειαι ἀπὸ τῶν υἱῶν τῶν ἀνθρώπων.* Οἱ μὲν ὅσιοι, παντάπασιν ἐπιλελοίπασιν · ἀλήθειαι δὲ, ὀλίγαι τινὲς ὑπελείφθησαν ἐν ἀνθρώποις. Γενικὴ γὰρ, ἀντὶ δοτικῆς ἐνταῦθα · περὶ γὰρ τὰ καίρια μὲν ἐψεύδοντο · ἐν δὲ τοῖς ἐλαχίστοις πράγμασιν, ἠλήθευον.

Vers. 3. *Vana locutus est unusquisque ad proximum suum. Vana,* hoc est deceptoria. Nec alienos tantum decipiebant, sed familiares etiam et domesticos. Proximum enim non loco, sed familiaritate, atque amicitia, aut alio conjunctionis vinculo, propinquum vocat.

Μάταια ἐλάλησεν ἕκαστος πρὸς τὸν πλησίον αὐτοῦ. Τουτέστιν ἀπατηλά · οὐ μόνον γὰρ ἠπάτων τοὺς ἀλλοτρίους, ἀλλὰ καὶ τοὺς οἰκείους αὐτοῖς. Πλησίον γὰρ καλεῖ τὸν ἔγγιον, οὐ τόπῳ, ἀλλ' οἰκειότητι.

Labia dolosa in corde, et corde locutus est mala. Per dolosa labia, dolosum ipsum intelligit (veluti a parte totum), qui in duplicitate cordis et mentis suæ, mala ac noxia locutus est, aliam intra animum sententiam servans, et aliam verbis exprimens.

Χείλη δόλια ἐν καρδίᾳ, καὶ ἐν καρδίᾳ ἐλάλησε κακά. Χείλη δόλια λέγει τὸν δόλιον, ὡς ἀπὸ μέρους τὸ πᾶν · ὁ γὰρ δόλιος ἐν διπλῇ καὶ καρδίᾳ καὶ D γνώμῃ ἐλάλησεν κακὰ καὶ βλαβερά · ἔσω μὲν ἀλλοίαν γνώμην ἔχων · ἔξωθεν δὲ ἀλλοίαν δεικνύς.

Vers. 4. *Disperdet Dominus universa labia dolosa, et linguam magniloquam.* Apud Scripturam sacram sæpenumero optativum modum formari reperimus in futurum indicativi, veluti nunc. Optat enim Propheta ut dolosi penitus perdantur, et ii pariter qui adversus infirmiores quosque gloriari ac jactare se solent, et de seipsis magna prædicare.

Ἐξολοθρεύσει Κύριος πάντα τὰ χείλη τὰ δόλια, γλῶσσαν μεγαλορρήμονα. Πολλάκις ἡ Γραφὴ τὸ εὐκτικὸν εἰς μέλλοντα χρόνον σχηματίζει, καθάπερ ἐπὶ τοῦ παρόντος. Εὔχεται γὰρ προῤῥίζους ἀφανισθῆναι τοὺς δόλους, ἔτι δὲ καὶ τοὺς ἀλαζονευομένους κατὰ τῶν ἀσθενεστέρων, καὶ μεγάλα περὶ ἑαυτῶν κομπάζοντας. Ἢ καὶ προφητεύει τὴν τούτων παν-

Variæ lectiones.

(53) *γρ.* τῷ.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ωλεθρίαν · διδάσκων δὲ τίνας λέγει μεγαλορρήμονας, ἐπήγαγεν·

A Vel eorum futuram exterminationem prædicit : et docens quinam ii sint, qui suam magnificant linguam subjicit :

Τοὺς εἰπόντας · Τὴν γλῶσσαν ἡμῶν μεγαλυνοῦμεν. Τοὺς σκεψαμένους ἐν αὐτοῖς, ὅτι Μεγαλυνοῦμεν, ἤτοι μεγάλα καὶ ἀλαζονικὰ φθέγγεσθαι παρασκευάσομεν τὴν γλῶσσαν ἡμῶν.

VERS. 5. *Qui dixerunt : Linguam nostram magnificabimus.* Eos, inquit, qui intra se cogitarunt dicentes : *Magnificabimus linguam nostram*, hoc est, Magna et jactabunda quædam præparabimus, quæ nostra loquatur lingua.

Τὰ χείλη ἡμῶν παρ' ἡμῖν ἐστι, τίς ἡμῶν Κύριός ἐστιν ; Εἰπόντας ἔτι, ὡς Ἡμεῖς ἐξουσιάζομεν τῶν χειλέων ἡμῶν, καὶ λοιπὸν τίνα δεδοίκαμεν μὴ τοιαῦτα λέγειν ; Καὶ τίς ἡμῶν κωλυτὴς τῶν τοιούτων λόγων ;

Labia nostra apud nos sunt, quis noster Dominus est ? Qui et illud dixerunt : Nos labiorum nostrorum potestatem habemus, et quemnam deinceps timebimus : ut ista non dicamus ? et quis erit qui sermones nostros compescat ?

Ἕνεκεν τῆς ταλαιπωρίας τῶν πτωχῶν καὶ τοῦ στεναγμοῦ τῶν πενήτων, νῦν ἀναστήσομαι, λέγει Κύριος. Τὸ *νῦν*, ἀντὶ τοῦ *τότε* ληπτέον, κατὰ τὸν πρέποντα καιρὸν, ἵν' ᾖ τοιοῦτον, ὡς Τηνικαῦτα, φησὶν ὁ Χριστὸς, ἀναστήσομαι τοῦ τάφου, ἕνεκεν τῆς ταλαιπωρίας τῶν δεδεμένων τῇ πλάνῃ δι' ἄγνοιαν, ἥτις ταλαιπωρία γέγονεν αὐτοῖς ἀντὶ τοῦ στεναγμοῦ, καθ' ἣν ἀποδεδώκαμεν ἐξήγησιν, ἑρμηνεύοντες τὸ, *Οὐκ ἐπελάθετο τῆς κραυγῆς τῶν πενήτων.* Ἀκήκοε δὲ τοῦτο Δαβὶδ τοῖς προφητικοῖς ὠσί. Φασὶ δέ τινες πτωχὸν μὲν καλεῖσθαι τὸν ἀπὸ πλούτου πεπτωκότα, κατὰ τό · *Πλούσιοι ἐπτώχευσαν* · πένητα δὲ, τὸν διὰ πόνου τῶν οἰκείων χειρῶν τροφὴν ἀναγκαίαν κομιζόμενον. Τοιοῦτοι δὲ καὶ οἱ πιστεῦσαι μέλλοντες· τάς τε γὰρ οὐσίας περιῃρέθησαν, καὶ αἱ χεῖρες αὐτοῖς διηκόνουν εἰς τὴν χρείαν τοῦ σώματος · λαμβάνεται δὲ πολλάκις καὶ ἀδιαφόρως, ἀντὶ θατέρου θάτερον. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλως εἰπεῖν · Φησὶν ὁ Θεός · Διὰ τὴν ταλαιπωρίαν καὶ τὸν στεναγμὸν τῶν καταπονουμένων, νῦν κινηθήσομαι, τουτέστιν, αὐτίκα, εὐθὺς, ταχέως. Θεοπρεπῶς δὲ νόει τὸ *Κινηθήσομαι*, καὶ τὸ *Ἀμυνῶ*, εἰ καὶ ἀνθρωποπρεπέστερον εἴρηται.

VERS. 6. *Propter miseriam inopum et gemitum pauperum nunc exsurgam, dicit Dominus.* Dictio *nunc* pro *tunc* accipienda est, hoc est, cum opportunum tempus fuerit, ut sit sensus : Tunc, inquit Christus, resurgam e sepultura propter eorum miseriam, qui ignoranter in errorem captivati sunt. Miseria autem illa clamoris loco eis fuit et gemitus : juxta ea quæ superius diximus in Psalmo IX, ibi : *Non est oblitus clamorem pauperum.* Dici vero hæc a Domino audiebat beatus David propheticis auribus suis. Inops, juxta Græci nominis etymologiam, is dicitur, qui a statu suo decidit, quem et nos dicimus quasi *sine opibus*, juxta illud : *Inopes facti sunt divites.* Pauper vero juxta eamdem Græci nominis etymologiam, is dici potest, qui proprio labore necessarium sibi victum parat, cujusmodi fuere omnes qui primi fidem susceperunt erant ; quippe qui bonis omnibus privati, propriis manibus necessaria sibi omnia paraverunt : tametsi sæpenumero promiscue alterum pro altero accipiatur. Possumus et aliter dicere, Deus propter afflictorum gemitus et miseriam, dixit : Nunc movebor, seu ulciscar, hoc est, cito ac statim id faciam. Decenter tamen ac digne Deo intellige verba illa : *Movebor*, et : *Vindicam summam*, tametsi humano quodam more dicta sunt.

Θήσομαι ἐν σωτηρίῳ, παῤῥησιάσομαι ἐν αὐτῷ. Μνημονεύσας τῆς ἀναστάσεως, μνημονεύει καὶ τῆς ταφῆς, ἀναστρέψας τὸν λόγον ἐπὶ τὸν διὰ σταυροῦ θάνατον. Ἔτι γὰρ, φησὶ, καὶ τοῦτο λέγει ὁ Κύριος, ὅτι Τεθήσομαι, τουτέστι, προσπαγήσομαι ἐν τῷ σταυρῷ. Τοῦτον γὰρ ὑποληπτέον σωτήριον. Τῷ ὄρατι γὰρ τοῦ σταυροῦ κατακοντήσας τὸν τύραννον, ἔσωσεν ἡμᾶς, καὶ σῶαν τὴν ἐλευθερίαν τῆς πλάνης ἐχαρίσατο · καὶ ἀσθενοῦντας πρὶν, ἔῤῥωσε κατὰ τῶν δαιμόνων · *παῤῥησιάσομαι* δὲ *ἐν αὐτῷ*, τουτέστιν, ἐν αὐτῷ δημοσιεύσω τὴν ἐπικρυπτομένην ἐν ἐμοὶ δύναμιν · διεῤῥάγη γὰρ τὸ καταπέτασμα, ὁ ἥλιος ἐσκοτίσθη, αἱ πέτραι ἐσχίσθησαν, ἡ γῆ ἐσείσθη, καὶ ὅσα τότε γεγόνασιν ἐξαίσια. Ἢ πάλιν · Θήσομαι αὐτοὺς εἰς σωτηρίαν, ἤγουν σωτηρίας ἀξιώσω, καὶ *παῤῥησιάσομαι* ἐν τῇ τοιαύτῃ σωτηρίᾳ αὐτῶν, ἤγουν φανερώσω, δείξω τὴν ἰσχύν.

Ponam in salutari, libere agam in eo. Cum de resurrectione meminerit, meminit et sepulturæ sermonem faciens de morte quam in cruce sustinuit : ex Christi enim persona hæc etiam dicta sunt. Ponar, inquit, hoc est infigar, in cruce, quam salutare illud esse credimus, de quo nunc loquitur, quippe cum hoc crucis jaculo, Christus tyrannum dæmonem transfixerit : unde et salvavit nos, et libertatem nobis erroribus liberam ac salutarem donavit ; et cum antea infirmi essemus, fortes contra dæmones reddidit. Quod vero ait : *Libere agam in eo*, idem sibi vult ac si diceret, quod in ipsa cruce publicabit ac libere propalabit occultam antea, atque ignotam potentiam suam. Nam et velum templi tunc scissum est, et sol obtenebratus, et terra commota, et petræ discissæ, et admiranda alia contigerunt. Vel aliter : [quia Græcum verbum θήσομαι, ut futurum medium, tam activam quam passivam significationem habet, legere potes alio modo : *Ponam in salutari*, hoc est], Ponam eos in salutem : hoc est faciam eos salute dignos ; in hujusmodi etiam salute libere agam : hoc est libere loquar, et palam omnibus declarabo vires meas.

Τὰ λόγια Κυρίου, λόγια ἁγνά. Εἰπὼν ὅτι τάδε

VERS. 7. *Eloquia Domini eloquia casta.* Cum Do-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

minum narraverit hæc atque illa dixisse, nunc de veritate sermonum ejus testimonium reddit, dicens, quod munda ac pura sunt ab omni mendacio.

Argentum igne examinatum probatum terræ. Adeo munda ac nitida sunt eloquia Dei, ab omni dolo et ab omni deceptione, ut argento conflato, quod viliori omni carere solet materia, puritate ac munditia sua possint comparari. *Probatum* vero *terræ* dixit, pro, in terra. Fabri etenim conflatum argentum fundunt in terram. Vel *Probatum terræ*, hoc est, ex terra. Deinde hanc eloquiorum Dei munditiam adhuc magis extollens, addit :

Purgatum septuplum. Septuplum, hoc est, sæpius. Solent enim Hebræi septies ponere pro pluries. Argentum autem quod sæpius conflatum est, mundius omnino ac purius esse solet. Sunt igitur eloquia Dei vera et nitida, ac similia argento sæpius conflato. Λόγια vero dicit, non diminutivo utens, sed quia oracula eloquia, propter eorum brevitatem, appellare consueverant. Paucis enim litteris maximam cogitationis vim complectebantur.

Vers. 8. *Tu, Domine, custodies nos, et conservabis nos a generatione hac in sæculum.* Tu nos, Domine, custodies ab exterioribus inimicis, et conservabis ab iis qui interius insidias parant. Vel custodies quidem a præsenti generatione, et servabis ab iis qui postea in sæculum futuri sunt, hoc est, semper et perpetuo proteges nos. Nam et fides eorum qui Evangelium susceperunt, ab illa generatione stabilis permansit : et in sæculum adeo manebit invicta, ut neque gentiles, qui aperte eam oppugnant, neque hæretici, qui intra nos clam contra eam insidias disponunt, prævalere possint.

Vers. 9. *In circuitu impii ambulant.* Undique, inquit, nos circumdant, obsidere certantes fidem nostram. Et hoc si de gentilibus intelligas. Quod si loqui Prophetam intelligas de hæreticis, dicatur : *Ambulant in circuitu*, hoc est, non recte, sed obliique : cum sacram omnem Scripturam perverse interpretentur.

Secundum altitudinem tuam magni pependisti filios hominum. Tu, inquit, in cruce exaltatus summam de hominibus curam habere dignatus es : quam ob causam mortem etiam subiisti. Et quod ait *Magni pependisti*, Græce habetur ἐπολυώρησας ; et quemadmodum apud Græcos ὀλιγωρία *vilipensio* dicitur et *neglectio*, ita πολυωρία ejus contrarium. Vel aliter tum ad cœlos usque exaltatus, assumptionis nimirum tuæ tempore, magna in humanam naturam contulisti beneficia, misso ad eam Spiritu Paracleto, qui apostolos illuminavit, atque in Evangelii prædicationem direxit. Potest etiam hic Psalmus juxta historiæ sensum accommodari beato David, illo potissimum tempore quando eum fugientem a facie Saul, quidam sei amicos fingentes, tentaverunt, ut in persecutoris manus eum traderent. Quorum infidelitatem, simulationem, dolos

A καὶ τάδε λέγει Κύριος, διαβεβαιοῦται καὶ περὶ τῆς τῶν Κυρίου λόγων ἀληθείας, ὡς καθαρὰ ψεύδους ἐστίν.

Ἀργύριον πεπυρωμένον, δοκίμιον τῇ γῇ. Οὕτως εἰσὶν ἀμιγεῖς ἀπάτης, ὡς τὸ κεχωνευμένον ἀργύριον ἀκοινώνητόν ἐστιν ὕλης χείρονος. Δοκίμιον δὲ τῇ γῇ, ἀντὶ τοῦ, δοκιμαζόμενον ἐν τῇ γῇ· καὶ γὰρ εἰς γῆν ἔχεον οἱ τεχνῖται τὸ χωνευόμενον. Ἢ καὶ δοκίμιον τῇ γῇ, ἀντὶ τοῦ, δόκιμον ἐκ τῆς γῆς· ἐπιτείνων γὰρ τὴν καθαρότητα τῶν τοῦ Κυρίου λόγων, ἐπήγαγεν·

Κεκαθαρισμένον ἑπταπλασίως. Τὸ ἑπταπλασίως, ἀντὶ τοῦ πολλάκις· τὸ γὰρ ἑπτάκις, ἀντὶ τοῦ B πολλάκις ἡ τῶν Ἑβραίων παραλαμβάνει διάλεκτος. Τὸ δὲ πολλάκις κεχωνευμένον, παντάπασίν ἐστι καθαρόν. Οὕτως οὖν εἰσιν ἀληθεῖς, ὡς ἀργύριον κεχωνευμένον πολλάκις. Λόγια δὲ εἶπεν, οὐ καθ' ὑποκορισμὸν εὐτελείας, ἀλλ' ὅτι τοὺς χρησμοὺς λόγια ἐκάλουν διὰ τὴν βραχυλογίαν αὐτῶν. Ἐν ὀλίγαις γὰρ λέξεσι, μεγάλην δύναμιν ἐννοίας ἐμπεριεῖχον.

Σὺ, Κύριε, φυλάξεις ἡμᾶς, καὶ διατηρήσεις ἡμᾶς ἀπὸ τῆς γενεᾶς ταύτης καὶ εἰς τὸν αἰῶνα. Τὸ μὲν Φυλάξεις, ἀπὸ τῶν ἔξωθεν πολεμούντων· τὸ δὲ Διατηρήσεις, ἀπὸ τῶν ἔσωθεν ἐπιβουλευόντων. Ἢ καὶ τὸ μὲν Φυλάξεις, ἀπὸ τῆς παρούσης γενεᾶς· τὸ δὲ Διατηρήσεις, ἀπὸ τῶν ἐσύστερον, ὅπερ ἐστὶν εἰς τὸν αἰῶνα, δηλονότι, μέχρι παντός. Καὶ μέντοι C ἡ πίστις τῶν δεξαμένων τοῦ Εὐαγγελίου τὸ κήρυγμα, καὶ ἀπὸ τῆς τηνικαῦτα γενεᾶς ἀκαταγώνιστος ἔμεινε, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα μενεῖ, καὶ οὔτε οἱ φανερῶς πολεμήσαντες Ἕλληνες, οὔθ' οἱ ἐν ἡμῖν λαθραίως ἐπιβουλεύοντες αἱρετικοὶ, κατίσχυσαν αὐτῆς, ἢ κατισχύσαι δυνήσονται.

Κύκλῳ οἱ ἀσεβεῖς περιπατοῦσι. Πάντοθεν γὰρ, φησὶν, ἡμᾶς περικυκλοῦσι, πολιορκῆσαι τὴν πίστιν σπεύδοντες. Καὶ τοῦτο μὲν ἐπὶ τῶν Ἑλλήνων· ἐπὶ δὲ τῶν αἱρετικῶν, τὸ Κύκλῳ περιπατοῦσιν, ἀντὶ τοῦ, οὐκ ἐπ' εὐθείας, ἀλλὰ περιεστραμμένης· παρερμηνεύουσι γὰρ τὰς θείας Γραφάς.

Κατὰ τὸ ὕψος σου, ἐπολυώρησας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. Ὑψωθεὶς, φησὶν, ἐπὶ σταυροῦ, D πολλῆς φροντίδος τοὺς ἀνθρώπους ἠξίωσας, ὅτι δι' αὐτοὺς πέπονθας. Πολυωρία γὰρ, ἡ πολλὴ φροντὶς, ὥσπερ καὶ ἡ ὀλιγωρία, τοὐναντίον. Ἢ καὶ ὑψωθεὶς ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἀναλήψεως, εὐηργέτησας τοὺς ἀνθρώπους, ἐξαποστείλας τὸν Παράκλητον, φωτίζοντα καὶ ὁδηγοῦντα τοὺς ἀνθρώπους εἰς τὸ κήρυγμα. Δύναται δὲ καὶ ἱστορικῶς οὗτος ὁ ψαλμὸς ἁρμόσαι τῷ Δαβίδ· φεύγοντα γὰρ τοῦτον ἀπὸ προσώπου Σαοὺλ, τινὲς ὑποκρινόμενοι φιλανθρωπίαν, ἐπεχείρησαν προδοῦναι τῷ διώκοντι. Ὧν διασύρει τὴν ἀπιστίαν, καὶ τὴν κρίσιν, καὶ τὸν δόλον, καὶ τὴν πανουργίαν, καὶ μόνον ἐπικαλεῖται Σωτῆρα τὸν Θεὸν, εἷς τῶν φίλων προσθεμένων τοῖς ἐχθροῖς αὐτοῦ, καὶ προλέγει τούτων τὴν ἀπώλειαν. Ἀλλὰ καὶ τὴν μεγαλορρημοσύνην τῶν ἀμφὶ τὸν Σαοὺλ ἀποσβεσθῆναι

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

προαγορεύει· ἐπιγέγραπται δὲ, *Ὑπὲρ τῆς ὀγδόης, διὰ τὸ Νῦν ἀναστήσομαι*, καὶ τὰ ἐφεξῆς, τῇ ἀναστάσει μᾶλλον τοῦ Σωτῆρος ἁρμόζοντα. Εἰ γὰρ καὶ ταῦτα πρὸς τὸν Δαβὶδ ἑλκύσομεν, ὥσπερ ἀκηκοότος τοῦ Θεοῦ καὶ ὑπισχνουμένου κινηθῆναι κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἐπιβουλῆς εἰς ἐκδίκησιν αὐτοῦ, καὶ θεῖναι τοὺς πτωχοὺς καὶ πένητας εἰς σωτηρίαν, καὶ παῤῥησιάσασθαι, τουτέστι φανῆναι ἰσχυρὸς καὶ δίκαιος διὰ τῆς σωτηρίας αὐτῶν· ἐναντιωθήσομαι τῇ ἐπιγραφῇ τῆς ὀγδόης. Ἰστέον δὲ, ὅτι τὸ σωτήριον οὐδετέρως, ἡ σωτηρία.

C *Τοῖς ἁγίοις τοῖς ἐν τῇ γῇ αὐτοῦ ἐθαυμάστωσεν ὁ Κύριος.* Εὐελπὶς εἰμι, φησὶν, εἰδὼς, ὅτι τοῖς ἁγίοις, τοῖς ἐν τῇ γῇ αὐτοῦ θαυμαστὰ καὶ παράδοξα ἐποίησεν ὁ Κύριος. Ἅγιος δὲ, ὁ τὸν Θεὸν εἰλικρινῶς ἀγαπῶν, καὶ ἐπ' αὐτῷ πεποιθὼς, οἷος ἦν ὁ ταῦτα λέγων. Εἶεν δ' ἂν οὓς λέγει, πάντες οἱ πρὸ τῆς Χριστοῦ παρουσίας εὐαρεστήσαντες τῷ Θεῷ. Γῆν δὲ αὐτοῦ, ἢ ταύτην εἴποις, *Τοῦ γὰρ Κυρίου ἡ γῆ·* ἢ τὴν ἄνω Ἱερουσαλὴμ, ἐν ᾗ καὶ κάτω ὄντες, ἐπολιτεύοντο, καὶ ἐν ᾗ οἱ λανθάνοντες πολιτεύονται. Ἢ καὶ ἁγίους μὲν ὑπολητπέον τοὺς ἀποστόλους, καὶ τοὺς ἐξ αὐτῶν πιστεύσαντας, πολυειδῶν ῥυσθέντας κινδύνων, καὶ θανάτων, γῆν δὲ τὴν Ἐκκλησίαν, ἐν ᾗ ἀναστρέφονται. Εἶτα τίθησι καὶ τὴν αἰτίαν, δι' ἣν αὐτοῖς θαυμαστὰ ποιεῖ.

Omnes voluntates ejus in eis. Ubi enim fit Dei voluntas, illic Deus semper manet, dirigens et conversans.

D *Πάντα τὰ θελήματα αὐτοῦ ἐν αὐτοῖς.* Ὅπου γὰρ τὰ τοῦ Θεοῦ γίνονται θελήματα, καὶ ὁ Θεὸς πάντως ἐν αὐτοῖς ἐστι, φυλάττων καὶ κατευθύνων.

VERS. 4. *Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea acceleraverunt.* Per infirmitates, labores atque afflictiones eorum intelligit, quæ sic dispensante ac permittente Deo erant multiplicatæ : et quæ postmodum eodem annuente cito pertransierunt ;

Ἐπληθύνθησαν αἱ ἀσθένειαι αὐτῶν· μετὰ ταῦτα ἐτάχυναν. Ἀσθενείας λέγει τοὺς πόνους καὶ τὰς θλίψεις αὐτῶν. Ἐπληθύνθησαν κατ' οἰκονομίαν, εἶτα Θεοῦ νεύσαντος, ταχέως παρῆλθον· *Πολλαὶ* γὰρ, φησὶν, *αἱ θλίψεις τῶν δικαίων, καὶ ἐκ πα-*

[16] Psal. XXIII, 1.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

σῶν αὐτῶν ῥύεται αὐτοὺς ὁ Κύριος. Ἢ καὶ ἄλλως· Ἐπληθύνθησαν πρότερον αἱ ἁμαρτίαι τῶν πεπιστευκότων εἰς Χριστόν· ἀσθενούσης γὰρ τῆς ψυχῆς, ἡ ἁμαρτία γίνεται· εἶτα τοῦ Εὐαγγελίου κηρυχθέντος, ἐτάχυναν εἰς εὐσέβειαν. Τὰ δ' ἐντεῦθεν, οὐχ ὡς ἄνθρωπος, ἀλλ' ὡς Θεὸς ἀποφαίνεται.

A *Multæ* enim, inquit, *tribulationes justorum, et de omnibus his liberavit eos Dominus.* Vel aliter : Infirmitates, id est peccata eorum, scilicet qui in Christum crediderunt, prius multiplicatæ sunt. Nam ubi anima infirma est, peccatum oritur. Prædicato vere postmodum Evangelio, acceleraverunt in religionem ac pietatem. Quæ sequuntur non ut ab homine, sed tanquam a Deo proferenda sunt.

Οὐ μὴ συναγάγω τὰς συναγωγὰς αὐτῶν ἐξ αἱμάτων. Τοῦτο, περὶ τῶν ἀνελόντων αὐτὸν Ἰουδαίων, ὧν τὰ πλήθη συναγαγὼν ἀπὸ σφαγῆς ἀνανεύει, διαφθαρησόμενα ταῖς τῶν Ῥωμαίων χερσίν.

Non congregabo congregationes eorum de sanguinibus. Hoc de Judæis dictum est, qui Dominum occiderunt, et quorum maximam partem Romanorum manibus perdendam, negat se Deus de ea strage congregaturum.

Οὐδ' οὐ μὴ μνησθῶ τῶν ὀνομάτων αὐτῶν διὰ χειλέων μου. Ὠνομάζετο γὰρ ὁ λαὸς ἐκεῖνος, λαὸς Θεοῦ, καὶ περιούσιος, καὶ ἄμπελος, καὶ μερὶς, καὶ B κληρονομία, καὶ σχοίνισμα, καὶ ὅσα τοιαῦτα, Οὐκέτι οὖν Ἰουδαίους καλέσω τοῖς ὀνόμασιν, οἷς καὶ πρότερον· ἀλλὰ τέκνα μωμητὰ, καὶ γενεὰν σκολιὰν, καὶ γεννήματα ἐχιδνῶν, καὶ σπέρματα πονηρὰ, καὶ εἴ τι τοιοῦτον. Ἢ καὶ περὶ τῶν ἐξ ἐθνῶν ἄμφω τὰ ῥητὰ νοήσομεν, ὅτι Οὐ μὴ οἰκειώσομαι τὰς ἐκκλησίας αὐτῶν, ἐξ ἐναίμων θυσιῶν· ἀλλ' ἐξ εἰλικρινοῦς πίστεως, καὶ πνευματικῆς θυσίας· οὐδὲ μνησθήσομαι τῶν ὀνομάτων, οἷς αὐτοὺς ὠνόμαζον πάλαι διὰ τῶν προφητῶν, ἀλλ' ἀντὶ μὲν ἐχθρῶν, καλέσω φίλους, ἀντὶ ἀπίστων, πιστοὺς, καὶ ὅσα τούτων ἀκόλουθα. Χείλη δὲ Θεοῦ νοοῖντ' ἂν οἱ λόγοι· καὶ ταῦτα γὰρ, λόγων ὄργανα. Ἄλλως τε καὶ, ὁ Σωτὴρ ἀνθρωπήσας, ὠνόμαζε καὶ Ἰουδαίους, καὶ τοὺς ἐξ C ἐθνῶν, τοῖς ἐναντίοις τῶν προτέρων ὀνόμασιν, ὡς δεδήλωται.

Nec memor ero nominum eorum per labia mea. Appellabatur autem populus ille, populus Dei et populus peculiaris, et vinea, et pars, et hæreditas, et funiculus Domini, atque alia hujusmodi. Non amplius, inquit, hujusmodi nominibus, ut antea, eos appellabo : quinimo filios reprehensibiles, generationem pravam ac perversam, generationem viperarum, semen malum, aut quid aliud simile. Vel utrumque dictum intelligamus de iis qui ex gentibus crediderunt. Non ædificabo, inquit, Ecclesias eorum ex sanguinolentis sacrificiis, sed ex sincera fide, ex spirituali hostia : neque memor ero nominum, quibus olim per prophetas eos appellabam, sed quos olim inimicos dicebam, amicos vocabo : et quos infideles, fideles, et quæcunque alia his congruentia sunt. Labia autem Dei intelligi possunt ejus verba, cum labia verborum sint instrumenta. Et aliter : Salvator noster Judæos et fideles ex gentibus, contrariis nominibus appellavit, quam antea appellarentur, ut jam declaratum est.

Κύριος μερὶς τῆς κληρονομίας μου, καὶ τοῦ ποτηρίου μου. Οὐ παρὰ γνώμην, φησὶ, τοῦ Πατρὸς ἐγενόμην ἄνθρωπος· καὶ αὐτὸς γὰρ τῇ εὐδοκίᾳ μέτοχός ἐστι τοῦ λαοῦ, τοῦ πιστεύσαντος ἐξ ἐθνῶν· τοῦτο γὰρ καλεῖ κληρονομίαν, ὡς ἐν τῷ δευτέρῳ ψαλμῷ προείρηται· ἔτι δὲ καὶ τοῦ θανάτου· ποτήριον γὰρ παρὰ τῇ Γραφῇ ὁ θάνατος ἑρμηνεύεται· κἀν τοῖς Εὐαγγελίοις γὰρ λέγει· *Τὸ ποτήριον ὃ ἐγὼ πίνω, ὑμεῖς οὐ δύνασθε πιεῖν*· καὶ αὖθις· *Πάτερ ἐμοῦ, εἰ δυνατόν ἐστι, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο.* Εὐδόκησεν ὁ Πατὴρ γὰρ D καὶ ἐπὶ τῇ ἀνακλήσει τῶν ἐθνῶν, καὶ ἐπὶ τῷ θανάτῳ τοῦ υἱοῦ. Ἢ καὶ μερίδα, τὸν πλοῦτον νοήσεις, ἵν' ᾖ τοιοῦτον· Ὁ Θεὸς πλοῦτός ἐστι τῆς ἐξ ἐθνῶν κληρονομίας μου· ἔτι δὲ καὶ τῆς διδασκαλίας μου πλοῦτος καὶ κεφάλαιον· πανταχοῦ γὰρ τοῦ Εὐαγγελίου, περὶ τοῦ Πατρὸς διέξεισιν. Ἀλλὰ πλοῦτος μὲν, ἡ μερὶς, ὡς τό· *Μερὶς μου εἶ ἐν γῇ ζώντων.* Καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν μεριζόντων τὴν οὐσίαν τοῦ πατρὸς, ἡ μερὶς ἑκάστου πλοῦτός ἐστιν. Ὥστε συμβαίνει λέγεσθαι τὸ αὐτὸ καὶ μερίδα, καὶ πλοῦτον, καὶ κλῆρον· τὸ μὲν, ὡς μεριζόμενον· τὸ δὲ ὡς πλουτίζον· τὸ δὲ πάλιν, ὡς καταγόμενον ἀπὸ πα-

VERS. 5. *Dominus pars hæreditatis meæ et calicis mei.* Non sum factus homo, inquit, præter Patris mei sententiam. Ipse enim Pater clementia ac bona voluntate sua, particeps factus est populi, qui ex gentibus credidit. Hunc enim populum hæreditatem appellat, quemadmodum in secundo Psalmo dictum est : quinimo et particeps factus est mortis. Calicem enim et poculum (ut alibi diximus) multis in locis apud Scripturam pro morte positum legimus. Unde in Evangeliis : *Calicem quem ego bibo, vos non potestis bibere* [15]. Et rursum : *Pater mi, si possibile est transeat a me calix iste* [16] ; consensit quippe Pater tam in gentium vocationem quam in Filii mortem. Vel quod ait *Pars hæreditatis meæ*, divitias potes intelligere, ut sit sensus : Deus Pater, thesaurus est et divitiæ, hæreditatis meæ ex gentibus, insuper, et thesaurus doctrinæ meæ : unde in Evangelio Christus ubique Patrem commemorat. Hoc itaque partis seu portionis nomen, pro divitiis sumitur juxta illud : *Portio*, seu pars *mea Dominus in terra viventium* [17]. Unde in filiis paternam dividentibus substantiam, singulæ portiones, ut cuique obveniunt, loco divitiarum sunt. Quocirca

[15] Matth. xx, 22. [16] Matth. xxvi, 39. [17] Psal. cxli, 6.

Digitized by Google Распознавание текста ABKFR

recte convenit, ut eadem res, et portio dicatur, et divitiæ, et hæreditas; ea nimirum ratione, quia et dividitur, et quia divitem reddit, et quia relinquitur a Patre. Calix etiam pro doctrina accipi potest, quæ vino merito comparatur, et quia lætificat, et quia Christus vinea appellatus est.

τρός. Διδασκαλία δὲ, τὸ ποτήριον, ὅτι καὶ οἶνος αὐτη, διὰ τὸ εὐφραίνειν, καὶ ἄμπελος ὁ Χριστός.

Tu es qui restitues hæreditatem meam mihi. Gentes quæ olim a Patre atque a Filio creatæ fuerant, et Dei figmentum dicebantur, discesserant ab eo, et conversæ ad idololatrias, postremo ei per fidem iterum restitutæ sunt: hanc autem restitutionis gratiam Filius, in Patrem tanquam in principium refert. Aptissime vero hic versiculus ad præcedentem interpretationem consequitur. Hac, inquit, de causa tu es particeps hæreditatis meæ et calicis mei, quoniam tu mihi eam restituisti. Et hæreditatem posuit prinsquam calicem, quoniam hæreditas mortis illi causa fuit. Propter ipsam enim mortuus est. Nec tacenda nobis est quædam non inelegans de prædictis speculatio. Hominem ad imaginem et similitudinem Dei factum et plasmatum, atque ideo hæreditatem Creatoris dictum, sub propriam redegerat dæmon tyrannidem, et alienum mancipium sibi usurpaverat: ad quem, Dei Filius et hæres, litteras misit, scribens ei per prophetas, hæreditatem illam repetens, qua fuerat fraudatus. Et quia dæmon continue magis resistebat, et rapinam reddere negabat, hæres accepto Patris sui testamento, ad raptorem descendit. Inter eos autem judex fuit Pater: qui condemnato raptore, Filio hæreditatem restituit. Hujus rei gratia, Filius nunc participem illum tam præclari operis appellavit.

Σὺ εἶ ὁ ἀποκαθιστῶν τὴν κληρονομίαν μου. Τὰ γὰρ ἔθνη πλάσμα τοῦ Υἱοῦ καὶ Θεοῦ τυγχάνοντα, ἀπέστησαν εἰς εἰδωλολατρείαν, εἶτα πάλιν ἀπεκατέστησαν αὐτῷ διὰ τῆς πίστεως. Ἀνατίθησι δὲ τῷ Πατρὶ τὴν χάριν, ὡς αἰτίᾳ. Καὶ ἔστι τοῦτο τὸ ῥητὸν ἑφερμηνευτικὸν τοῦ πρὸ αὐτοῦ. Διὰ τοῦτο γὰρ, φησὶ, κοινωνὸς εἶ τῆς κληρονομίας μου, καὶ τοῦ ποτηρίου μου, διότι σύ μοι ταύτην ἀποκατέστησας. Πρὸ τοῦ ποτηρίου δὲ, τὴν κληρονομίαν τέθεικεν, ὅτι αὐτὴ γέγονεν αἰτία τοῦ θανάτου αὐτοῦ· δι' αὐτὴν γὰρ ἀπέθανεν. Ῥητέον δέ τι καὶ γλαφυρὸν θεώρημα περὶ τῶν προκειμένων· ὅτι τὸν κατ' εἰκόνα Θεοῦ πεπλασμένον ἄνθρωπον, καὶ διὰ τοῦτο κλῆρον τοῦ πλάσαντος ὄντα, δελεάσας ὁ δυσμενὴς, καὶ τυραννήσας, ἐπεσπάσατο, καὶ τὸν ἀλλότριον ἐσφετερίσατο, πέπομφε δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ κληρονόμος γράμματα διὰ προφητῶν, ἀπαιτοῦντα τὸν ἀφαιρεθέντα κλῆρον. Ὡς δὲ μᾶλλον ἀντείχετο, λαβὼν αὐτὸς ὁ κληρονόμος διαθήκας τοῦ Πατρὸς, κάτεισι πρὸς τὸν ἅρπαγα, καὶ δικαστὴς αὐτοῦ γίνεται ὁ Πατήρ. Καὶ καταδικάσας τὸν βιαστὴν, ἀποκαθιστᾷ τῷ Υἱῷ τὴν κληρονομίαν. Οὗ χάριν, καὶ κοινωνὸν αὐτὸν τοῦ κατορθώματος ὁ Υἱὸς ἐκάλεσεν.

VERS. 6. *Funes ceciderunt mihi in optimis meis.* Ii qui terram dividunt, funibus eam metiendo designantes determinant. Et sensus est: Restituta mihi hæreditate mea, funes multi mihi ceciderunt, hoc est, obvenerunt, et sorte quasi mihi contigerunt. Per funes autem credentium multitudinem intelligit. Hoc etiam loquendi modo, denotare videtur quod hæreditas hæc sua, designata esset ac determinata, et quod omnibus notissima esse debebat. Bina enim hæc opera funiculi sunt, ut diximus. Quod vero per optimos, suam hæreditatem significet, in sequentibus magis declarat, dicens:

Σχοινία ἐπέπεσέ μοι ἐν τοῖς κρατίστοις μου. Οἱ κληροδοτοῦντες τὴν γῆν, σχοινίοις ταύτην διαμετροῦντες, περιορίζουσι. Βούλεται γοῦν λέγειν, ὡς Ἀποκατάστασίς μοι τῆς κληρονομίας μου, ἐπέπεσέ μοι, τουτέστιν ἐπέβαλον, καὶ ἔλαχον ἐμοὶ σχοινία πολλὰ, κάντεῦθεν διεμετρήθη τε αὕτη καὶ περιωρίσθη, καὶ ἐγένετο γνώριμος· διὰ γὰρ τῶν σχοινισμάτων, τό τε πλῆθος τῶν πιστευόντων ἠνίξατο, καὶ τὴν γνωριμότητα. Δύο γὰρ ἔργα ταῦτα τοῦ σχοινίσματος, ὡς ἔφημεν. Κρατίστους δὲ λέγει, τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ, καὶ τοῦτο παρέστησεν διὰ τῶν ἑξῆς.

Etenim hæreditas mea optima est mihi. Supra plurali numero optimos dixit propter fideles qui variis sunt in locis, nunc vero singulariter optimam appellavit: quia fidelium omnium, qui in diversis sunt mundi partibus, una est congregatio [una Ecclesia], una opinio ac fides. Optimam vero appellat, quasi præcipuam ac dilectam. Vel [juxta aliam Græcæ dictionis κρατίστη significationem, non optimam tantum, sed] fortissimam ac potentissimam appellat. Cum adversarium ac potentem dæmonem superaverit. Funes etiam intelligi possunt pro vinculis quæ Christo ceciderunt, hoc est obtigerunt: a Judæis nimirum, quando ad Pilatum ductus est. Obtigerunt autem ei, propter optimos, hoc est, propter fideles, pro quibus pati voluit. Olim Judæorum populus hæreditas Dei dicebatur:

Καὶ γὰρ ἡ κληρονομία μου, κρατίστη μοί ἐστιν. Ἄνω μὲν πληθυντικῶς κρατίστους εἶπεν, διὰ τοὺς κατὰ μέρος πιστούς· κάτω δὲ ἑνικῶς, κρατίστη, διὰ τὴν τῶν κατὰ μέρος μίαν συναγωγὴν, καὶ ὁμοδοξίαν. Κρατίστην δὲ λέγει, τὴν ἐξαίρετον, καὶ ἠγαπημένην. Ἢ καὶ τὴν γενναίαν, ὡς καταπαλαίουσαν τὸν ἀντίπαλον. Νοοῦνται δὲ σχοινία, τὰ δεσμὰ, ἃ ἔπεσον τῷ Χριστῷ, παρὰ τῶν Ἰουδαίων ἀγομένῳ πρὸς Πιλάτον. Ἐπέπεσον δὲ αὐτῷ διὰ τοὺς κρατίστους, ἤτοι τοὺς πιστοὺς, ὑπὲρ ὧν ἔπασχε. Πάλαι μὲν οὖν οἱ Ἰουδαῖοι ἦσαν Θεοῦ κληρονομία· *Ἐγενήθη* γὰρ, φησὶ, *μερὶς Κυρίου, λαὸς αὐτοῦ Ἰακώβ, σχοίνισμα κληρονομίας αὐτοῦ Ἰσραήλ.* Ἀποβλήτων δὲ τούτων γενομένων, ἑτέραν ἀντέλαβε κληρονομίαν, τὴν βασιλείαν τῶν ἐξ ἐθνῶν, ἣν κρατίστην εἶπεν, ὡς ὑπὲρ τὴν παλαιοτέραν.

Facta est enim, inquit, *pars Domini populus ejus Jacob, funiculus hæreditatis ejus Israel* [18]. Verum

[18] Deut. XXXII, 9 sec. LXX.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

populo Judæorum abjecto aliam loco illius suscepit hæreditatem : reginam videlicet ex gentibus Ecclesiam, quam et optimam appellat et fortissimam, veluti quæ antiqua illa ac repudiata hæreditate excellentior sit.

Εὐλογήσω τὸν Κύριον, τὸν συνετίσαντά με. Τὰ ἐντεῦθέν φησιν ὡς ἄνθρωπος· λέγει γὰρ ὁ εὐαγγελιστὴς περὶ αὐτοῦ· *Τὸ δὲ παιδίον ηὔξανεν, καὶ ἐκραταιοῦτο πνεύματι, πληρούμενον σοφίας.* Εὐγνωμονεῖ τοίνυν περὶ τὸν δωρησάμενον αὐτῷ θησαυρὸν σοφίας.

Ἔτι δὲ καὶ ἕως νυκτὸς ἐπαίδευσάν με οἱ νεφροί μου. Νεφροὺς νοητέον τὸ ἐπιθυμητικὸν μέρος τῆς ψυχῆς· περὶ τοὺς νεφροὺς γὰρ κεῖται, καθὼς ἐν τοῖς προεξηγημένοις ἔφημεν· νύκτα δὲ, τὸν Δεσποτικὸν θάνατον. Ἄχρι γάρ, φησὶ, θανάτου, ἐπαιδαγώγησε, καὶ ἐρρύθμισέ με ἡ ἐπιθυμία μου, μηδενὸς τῶν γηΐνων ἐρασθεῖσα, μόνων δὲ τῶν θείων ἱμειρομένη. Ἢ καὶ νύκτα οἰητέον τὰ ἀπόκρυφα μυστήρια, ἵν' ᾖ τοιοῦτον, ὅτι Μέχρι καὶ αὐτῶν τῶν ἀγνώστων τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις, ἐπαιδαγώγησέν με ἡ ἐπιθυμία μου.

Προωρώμην τὸν Κύριον ἐνώπιον μου διὰ παντός. Πρὸ παντὸς ἄλλου ἔβλεπον τὸν Θεὸν τοῖς ὀφθαλμοῖς τῆς ψυχῆς μου, ἐνώπιόν μου φαινόμενον.

Ὅτι ἐκ δεξιῶν μού ἐστιν, ἵνα μὴ σαλευθῶ. Ἔβλεπον δὲ αὐτὸν ἐνώπιόν μου, διότι ἐν ταῖς δεξιαῖς μου πράξεσίν ἐστιν, ἐπαναπαυόμενος αὐταῖς· ἐγγίζεται γὰρ ὁ Θεὸς τοῖς ἐγγίζουσιν. Ἐκ δεξιῶν μου δέ ἐστιν, ἵνα βοηθούμενος ὑπ' αὐτοῦ, μὴ παρακινηθῶ τῆς εὐθείας ὁδοῦ πρὸς τὴν ἐναντίαν· *Φυλάσσει γὰρ Κύριος τοὺς ἀγαπῶντας αὐτόν.*

Διὰ τοῦτο εὐφράνθη ἡ καρδία μου, καὶ ἠγαλλιάσατο ἡ γλῶσσά μου. Τῆς καρδίας μου γὰρ πληρωθείσης εὐφροσύνης, ὡς ἀπολαβόντος τὴν κληρονομίαν, καὶ καταγωνισαμένου τὸν ἐχθρὸν, καὶ τοιοῦτον ἔχοντος ἐπίκουρον, παραπλήσιον καὶ ἡ γλῶττα τῆς ἄγαν χαρᾶς, οἷα τὸν ἐπινίκιον ὕμνον ᾄδουσα, καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ μεγαλεῖα διηγουμένη.

Ἔτι δὲ καὶ ἡ σάρξ μου κατασκηνώσει ἐπ' ἐλπίδι. Τοῦτο περὶ τῆς ταφῆς τοῦ Δεσποτικοῦ σώματος· κατοικήσει γὰρ τὸν τάφον ἐπ' ἐλπίδι ταχείας ἀναστάσεως· εἰδὼς γὰρ προειρήκει πολλάκις τοῖς μαθηταῖς, ὅτι Μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐγείρομαι.

Ὅτι οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδην. Τίθησι καὶ τῆς ἐλπίδος τὴν αἰτίαν· Καὶ γὰρ οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδην, ὅπου τῶν τελευτώντων αἱ ψυχαὶ κατέχονται. Τόπος γὰρ ὁ ᾅδης ὑπὸ γῆν ἀποκεκληρωμένος ταῖς τῶν ἀποθανόντων ψυχαῖς. Ποῦ τοίνυν ὁ λῆρος Ἀπολινάριος, ὁ τὴν προσληφθεῖσαν σάρκα δογματίζων ἄψυχον καὶ ἄνουν, ὡς ἀνόητος;

VERS. 7. *Benedicam Dominum qui tribuit mihi intellectum.* Hæc, et quæ sequuntur, ut homo loquitur. De humanitate etiam Christi loquebatur Evangelista, quando consona his verba illa dicebat : *Puer autem crescebat, et spiritu invalescebat, et implebatur sapientia* [*et gratia apud Deum et homines* [19]]. Gratias agit igitur de sapientiæ thesauro sibi a Deo præstito.

Insuper usque ad noctem erudierunt me renes mei. Per renes partem illam animæ intellige, quam concupiscibilem dicimus. Concupiscentia enim in renibus jacet : et per noctem, ipsam Domini mortem. Concupiscentia mea, inquit, nulla nimirum appetens terrena, sed divinis tantum eloquiis, ac piis operationibus intenta, erudivit me, et ad ipsam usque mortem vitam meam direxit. Vel, per mortem, occulta mysteria intellige. Ut sit sensus : Concupiscentia mea erudivit ac pervexit me usque ad occulta ipsa mysteria, et plerisque hominum ignota.

VERS. 8. *Prævidebam Dominum in conspectu meo semper.* Ante omnes alios ego semper videbam Deum : qui mihi in oculis animæ meæ, quasi in conspectu ipso apparebat.

Quoniam a dextris est mihi ne commovear. Videbam autem eum in conspectu meo, quoniam in dextris actionibus meis semper adest, in eis requiescens. Appropinquat enim Deus omnibus iis qui per virtutem ei appropinquant. A dextris vero meis adest ut adjuvet me, ne a recta unquam via commovear ad non rectam. *Custodit* enim *Deus omnes qui eum diligunt* [20].

VERS. 9. *Propter hoc lætatum est cor meum, et exsultavit lingua mea.* Cor meum lætitia impletum est, quia hæreditatem recepi, quia inimicum devici, quia talem mecum adjutorem habui : unde lingua mea potita atque oblectata tanto gaudio, hymnum et laudes victoriæ canit, et magnalia Dei commemorat.

Insuper et caro mea requiescet in spe. Hoc de sepultura Dominici corporis dictum est, quod in sepultura jacebat : in spe tamen celeris resurrectionis. Sciens enim id Dominus prædixerat sæpe discipulis se post triduum resurrecturum.

VERS. 10. *Quoniam non derelinques animam meam in inferno.* Hujus etiam spei causam apponit. Tu enim, inquit, non derelinques animam meam in inferno, ubi cæterorum mortuorum animæ detinentur. Infernus quippe locus est sub terra animabus mortuorum designatus. Ubi igitur sunt Apollinaris nugæ, qui assumptam Christi carnem sine anima, sine intellectu et sine mente esse dicebat ? Sed o quam ipse potius sine mente fuisse convincitur !

[19] Luc. II, 40. [20] Psal. CXLIV, 20.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. A Hoc de corpore Domini similiter dictum est, Tu, inquit, qui ob partas virtutes, oblatus, dedicatus, et sanctificatus sum, non me permittes corruptionem corporis sustinere : quinimo illud tanquam quod omni caruit peccato, in suis partibus indissolutum conservabis, ut anima in incorruptum corpus remeante, cito resurgam. Illud etiam adnotandum est, quod interitus in mortuis disjunctio est ac separatio animæ a corpore : corruptio vero est membrorum atque aliarum partium in terram et in pulverem resolutio.

Οὐδὲ δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν. Τοῦτο περὶ τοῦ Δεσποτικοῦ σώματος. Οὐδὲ γὰρ ἐμὲ, τὸν ἀνακείμενον σοι δι' ἀρετῶν οἰκειώσεως, παραχωρήσεις ὑποστῆναι τὴν κατὰ τὸ σῶμα διαφθοράν· ἀλλ' ὡς ἀναμάρτητον τούτων, συντηρήσεις ἀδιάλυτον ἐν τοῖς οἰκείοις μέρεσιν, ἵνα τῆς ψυχῆς ἐγκατοικισθείσης αὐτῷ, παντελῶς ἀρτίῳ, θᾶττον ἀναστῶ Φθορὰ μὲν οὖν, ἐπὶ τῶν θανόντων, ἡ διάζευξις τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος· διαφθορὰ δὲ, ἡ διάλυσις τῶν τοῦ σώματος μερῶν καὶ μελῶν εἰς χοῦν.

Vers. 11. *Notas mihi fecisti vias vitæ.* Docuisti me, inquit, virtutes quæ ad immortalem vitam hominem dirigunt [per quas et incederem ipse et discipulis meis incedendum esse traderem]. Vel B aliter : Revelasti tu mihi, inquit, vias vitæ, hoc est, resurrectionis meæ atque iteratæ vitæ modos ; per quas vias ducens discipulos ingressus sum.

Ἐγνώρισάς μοι ὁδοὺς ζωῆς. Ἐδειξάς μοι τὰς ἀρετὰς, αἳ ποδηγοῦσι πρὸς τὴν ἀθάνατον ζωήν. Ἢ ἀπεκάλυψάς μοι τοὺς τρόπους τῆς ἐμῆς ἀναστάσεως καὶ παλιγγενεσίας, (54) ἃς αὐτὸς βαδίσας, τεμῶ τοῖς μαθηταῖς.

Adimplebis me lætitia cum vultu tuo. Filius vultus est et facies Patris. *Qui* enim, inquit, *vidit me, vidit et Patrem meum*[21]. Nam et character etiam ejus dicitur et imago[22]. Post resurrectionem, inquit, lætificabis me, me, inquam, assumptum hominem, et assumenti conjunctum divinitati. Ante resurrectionem enim mœstus erat ac tristis, lacrymabaturque, et sollicitudinibus erat plenus, lege nimirum humanæ naturæ. Vel aliter : *Cum vultu tuo*, circumloquendo dixit ; id est, tecum. Ipsum enim Christi corpus Filio unitum erat et Filius Patri : unde communis erat eorum lætitia propter humanam salutem, quam mors per crucem operata est.

Πληρώσεις με εὐφροσύνης μετὰ τοῦ προσώπου σου. Πρόσωπον Πατρὸς Υἱός. *Ὁ ἑωρακὼς* γὰρ, φησὶν, *ἐμὲ, ἑώρακεν τὸν Πατέρα μου* · ἐπεὶ καὶ χαρακτὴρ αὐτοῦ λέγεται καὶ εἰκών. Εὐφρανεῖς οὖν με, φησὶ, τὸν προσληφθέντα ἄνθρωπον, μετὰ τοῦ προσλαβόντος Θεοῦ, μετὰ τὴν ἀνάστασιν · πρὸ ταύτης γὰρ, καὶ ἐλυπεῖτο, καὶ ἐδάκρυε, καὶ ἠγωνία νόμῳ φύσεως. Ἢ καὶ *μετὰ τοῦ προσώπου σου*, ἀντὶ μετὰ σοῦ, περιφραστικῶς · ὁ μὲν γὰρ ἡνωμένος ἦν τῷ Υἱῷ, ὁ δὲ Υἱὸς, τῷ Πατρὶ, καὶ κοινὴν ἔσχον τὴν εὐφροσύνην ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ τῶν ἀνθρώπων, ἣν ὁ διὰ σταυροῦ θάνατος εἰργάσατο.

Delectatio in dextera tua usque in finem. Dextera C Patris, Filius dicitur, quemadmodum et brachium ejus, et potentia et delectatio. Ait igitur quod perpetua exsultatio erit Filio Dei, quia secum eos exsurgere fecit, qui olim ob peccatum deciderant : et quia hæreditatem suam recepit.

Τερπνότης ἐν τῇ δεξιᾷ σου εἰς τέλος. Δεξιὰ τοῦ Πατρὸς, ὁ Υἱὸς, ὥσπερ καὶ βραχίων, καὶ δύναμις. Τέρψις, φησὶ, καὶ ἀγαλλίασις ἔσται τῷ Υἱῷ σου διὰ παντὸς, τοὺς πεπτωκότας συναναστήσαντι, καὶ τὴν αὐτοῦ κληρονομίαν ἀπολαβόντι.

Oratio ipsi David.

PSALMUS XVI.

Προσευχὴ τῷ Δαβίδ.

ΨΑΛΜΟΣ ΙϚ'.

Persecutionem sustinens a Saule beatus David, et multis impetitus injuriis, psalmum hunc conscripsit, quo Deum in auxilium advocat. Qui tamen unicuique viro virtute prædito atque oppresso ab inimicis accommodari potest.

Ὑπὸ τοῦ Σαοὺλ διωκόμενος, καὶ ποικίλως ἐπιβουλευόμενος, ἔγραψε τὸν ψαλμὸν τοῦτον, εἰς ἐπικουρίαν τὸν Θεὸν ἐγκαλούμενος. Ἁρμόζει δὲ καὶ παντὶ ἐναρέτῳ ἐπιβουλευομένῳ.

Vers. 1. *Exaudi, Domine, justitiam meam.* Exaudi, inquit, justitiam meam : hoc est affectum atque amorem meum erga justitiam, qui actionibus atque D operationibus suis, quasi lingua quadam ad te clamat. Nam cum potuerim sæpenumero inimicissimum mihi Saulem occidere, abstinui tamen justitiæ hujus amore ; quia a te constitutus est rex. Quinimo nec verbis illum objurgare ausus sum, cum sit populi caput, et ab illius injuria abstinere

Εἰσάκουσον, Κύριε, δικαιοσύνης μου. Τῆς περὶ τὸ δίκαιον διαθέσεως, ἥτις διὰ τῶν πράξεων ὡς διὰ γλώττης, βοᾷ· διαφόρως γὰρ δυνάμενος ἀνελεῖν τὸν πολεμικώτατόν μοι Σαοὺλ, ἐφεισάμην, ὡς ἐπὶ Θεοῦ βεβασιλευκότα, καὶ οὐδὲν ὑβρίσαι τοῦτον λόγῳ ἐτόλμησα. Κεφαλὴ γάρ ἐστι παντὸς τοῦ λαοῦ· δίκαιον δὲ τούτου διὰ ταῦτα φείδεσθαι κατὰ πάντα. Ἢ δικαιοσύνην ἐνταῦθα λέγει τὴν δικαιολογίαν αὐτοῦ, καθ' ἣν δικαιοῦται, ἣν καὶ προῖών τίθησιν. Οὕτως

[21] Joan. xiv, 9. [22] Hebr. i, 3.

Variæ lectiones.

(54) Ἃς, ἐτελείωσε τὰς ἀρετάς.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

οὖν νοσούντων ἡμῶν, οὐ δέξει κομπάζειν ὁ Προφήτης, ἀλλὰ λόγῳ παρακαλεῖν.

A semper æquum sit. [Scriptum est enim : *Principi populi tui non maledices* [28].] Vel per justitiam hoc in loco justificationem suam et juris sui rationes intelligit, quibus causa sua justificatur, et quas in progressu ponit. Atque hoc pacto a jactantiæ suspicione Prophetam vindicabimus, quoniam magna eum cum ratione sic petere perspecturi simus.

Πρόσχες τῇ δεήσει μου. Δέησιν ὑπολαπτέον, τὸ σχῆμα τῆς παρακλήσεως· ἐλεεινὸν γὰρ, ὡς μεστὸν κατηφείας, καὶ συντριβῆς, καὶ ταπεινώσεως, καὶ μόνον ἀπὸ τῆς ὄψεως δυσωπεῖν δυνάμενον.

Intende deprecationi meæ. Deprecationem accipit pro figura et forma precum suarum, quæ miseranda erat, mœrore nimirum plena ac contritione et humilitate : quæque vel solo intuitu conciliare sibi poterat Deum.

Ἐνώτισαι τὴν προσευχήν μου, οὐκ ἐν χείλεσι δολίοις. Τοῦτο καθ' ὑπερβατὸν ἀναγνωστέον, ἵν' ᾖ, τὴν οὐκ ἐν χείλεσι δολίοις προσευχήν μου. Ἢ καὶ ἐλλειπτικῶς· Ἐνώτισαι τὴν προσευχήν μου, οὐκ ἐν χείλεσι δολίοις γινομένην, ἢ προσαγομένην· καθαρὰ γὰρ ψεύδους τὰ χείλη μου, καὶ οὐ σύνοιδα λαλήσας ποτὲ δόλια τῷ Σαοὺλ, ἀλλ' ὁμολογήσας τὴν εἰς αὐτὸν ἀγάπην, φυλάττων καθαρὰν τὴν ὁμολογίαν, εἰ καὶ αὐτὸς τὰς πρὸς ἐμὲ ψεύδεται συνθήκας. Τρία δὲ προβάλλεται πρὸς ἀντίληψιν, τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ, τὸ σχῆμα τῆς δεήσεως, καὶ τὴν ἐξ ἀδόλων χειλέων προσευχήν, ἵνα καὶ μᾶλλον ἐρεθίσῃ πρὸς ἄμυναν.

Auribus percipe orationem meam, non in labiis dolosis. Hoc per figuram hyperbaton legendum est, ut sit sensus : Suscipe orationem meam, oblatam tibi non dolosis labiis. Munda quippe sunt labia mea ab omni mendacio et dolo. Neque enim mihi conscius sum, quod Sauli dolosa aliquando locutus sim : quinimo amorem et dilectionem meam in eum palam confessus, integram adhuc confessionem conservo : tametsi is pacta mecum inita confregerit et mentitus sit. Tria vero in auxilium suum proponit : justitiam, supplicationis formam et orationem a non dolosis labiis provenientem, ut per hæc tria nimirum in auxilium suum Deum magis commoveret.

B

Ἐκ προσώπου σου τὸ κρῖμα μου ἐξέλθοι. Σὺ δικαστὴς ἡμῖν, ὁ τὰ ἡμέτερα πρὸς ἀκρίβειαν εἰδώς, καὶ μόνος ὀρθοτόμος δικαστής. Ὁ Θεὸς γὰρ, κριτὴς δίκαιος, καὶ ἰσχυρὸς περατῶσαι τὴν οἰκείαν ἀπόφασιν. *Ἐκ προσώπου* δὲ, ἀντὶ τοῦ, ἐκ σοῦ, περιφραστικῶς, ἢ ἐνώπιόν σου. *Τὸ κρῖμα μου* δὲ, τουτέστιν, ἡ περὶ ἐμὲ ἀπόφασις. Ἄδικον γὰρ ἡγοῦμαι δικάζειν ἐμαυτῷ, καὶ κολάζειν τὸν ἀναιρεῖν ἐπαγόμενον (55).

VERS. 2. *De vultu tuo judicium meum prodeat.* Utinam, inquit, tu nobis judex sis, qui nostra omnia exactissime nosti ; et solus justus judex es, et potens, qui ad exitum propriam deducas sententiam. *De vultu tuo*, circumloquendo dixit ; hoc est, a te ipso, vel coram te : *Judicium* autem *meum*, hoc est sententia, quæ de me ferenda est. Hoc, inquam, judicium, opto ut feratur a te : injustum enim reputo, ut in propria mihi causa judex sim, et a me ipso punire illum debeam, qui ad meum festinat interitum.

C

Οἱ ὀφθαλμοί μου ἰδέτωσαν εὐθύτητας. Ἰδοιμι ψήφους ἐφ' ὑμῖν (56) ἐξενηνεγμένας.

Oculi mei videant æquitates. Utinam ego, inquit, suffragia videam et æquas de nobis proferendas a te sententias.

Ἐδοκίμασας τὴν καρδίαν μου· ἐπεσκέψω νυκτός. Οὐ μόνον ἀδίκου πράξεως ἀπεσχόμην, ἀλλὰ καὶ πονηρᾶς ἐνθυμήσεως· ἐρεύνησας γὰρ, ὁ καρδιογνώστης, καὶ οὐχ εὑρές τινα μελέτην κατὰ τοῦ Σαοὺλ, ἐν τῇ καρδίᾳ μου· καὶ ἔδες αὐτὴν οὐκ ἐν τῇ εὐπραγίᾳ μόνον ὀρθῶς ἔχουσαν, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ νυκτὶ τῶν πειρασμῶν καὶ θλίψεων, ἃ σκοτίζουσι τὸν νοῦν, καὶ τῆς εὐθείας ἀποπλανᾶσθαι παρασκευάζουσι. Κατὰ γὰρ τὸν Ἰὼβ εἰπεῖν, *Ἐν τῷ φωτί σου ἐπορευόμην ἐν σκότει, ὅτι λύχνος ἦν τοῖς ποσί μου ὁ νόμος σου, καὶ φῶς τοῖς ἴχνεσί μου.* Ἢ καὶ νύκτα λέγει, καθ' ἣν ἐν τῷ σπηλαίῳ λαβὼν ὑποχείριον, οὐκ ἀνεῖλεν,

Visitasti cor meum et visitasti nocte. Non tantum, inquit, ab injustis ego actionibus abstinui, sed a pravis etiam cogitationibus. Tu enim qui scrutator es cordium investigasti me, nec ullam in corde meo iniquam adversus Saul cogitationem invenisti. Tu mentem meam rectam semper fuisse nosti, nec in secunda id tantum fortuna, sed et in ipsa etiam tentationum atque afflictionum nocte : quæ mentes hominum obtenebrare solet, et occasiones præstare, ut veluti errabundus a recto calle quis deviet. Nam, ut verbis et amutar beati Job . *In lumine tuo ambulabam in tenebris : quoniam lex tua lucerna erat pedibus meis, et lumen semitis meis* [29], vel noctem fortassis illam dicit, qua in potestate sua Saulem habuit in spelunca, et tamen occidere eum noluit.

D

Ἐπύρωσάς με, καὶ οὐχ εὑρέθη ἐν ἐμοὶ ἀδικία. Ἐπύρωσάς με πυρὶ τῶν πειρασμῶν, ὡς οἱ τεχνῖται τῷ πυρὶ τὸν χρυσὸν, ὅπως γνοῖεν, εἰ ἐστι καθαρός·

Igne me examinasti, et non est inventa in me iniquitas. Examinasti me, inquit, igne tentationum, non secus ac cum artifices igne aurum examinant,

[28] Exod. xxii, 28. [29] Job xxvii, 3.

Variæ lectiones.

(55) Ic. ἐπειγόμενον.

(56) γρ. ἐξενηνεγμένας.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ut cognoscant an mundum id sit et purum. Et cum auri instar fusus sim et probatus, nulla tamen in me inventa est injustitia, quam patraverim adversus Saul. Neque enim inter angustias malum aliquod adversus eum, ut pusillanimis, aut consultavi unquam aut decrevi.

A καὶ χωνευθέντος μου τούτοις καὶ βασανισθέντος, οὐχ εὑρέθη ἐν ἐμοὶ ἀδικία κατὰ Σαοὺλ, οὐδὲ μικροψυχήσας ὑπὸ τῆς ἀνάγκης ἐβουλευσάμην τι πονηρόν.

Vers. 4. *Ut non loquatur os meum opera hominum.* Hic versiculus consequentia non caret ad præcedentia, ut aliqui existimarunt, quinimo commodissime eis adjungitur, et causam continet, quare examinatus fuerit et afflictus beatus David. Hac, inquit, de causa tu me tentationibus examinari permisisti, ne si major fuissem quam quod tentari aut affligi possem, extollerer fortassis : neve accusarem Saul, aut illius injustitias superbe deriderem atque exprobrarem. Vel aliter : Tu ideo me examinasti, ut ego conversus ad te, non humana opera, sed tua commemorarem beneficia, et quomodo tu omnia in melius semper dirigis. Solemus enim in afflictionibus tui semper magis meminisse.

Ὅπως ἂν μὴ λαλήσῃ τὸ στόμα μου τὰ ἔργα τῶν ἀνθρώπων. Οὐκ ἔστι τὸ παρὸν ῥητὸν ἀνακόλουθον, ὥς τινες ᾠήθησαν· ἀλλ' αἰτία δοκεῖ τῆς πυρώσεως· διὰ τοῦτο γὰρ παρεχώρησας πυρωθῆναί με πειρασμοῖς, ἵνα μὴ μένων ἀνώτερος αὐτῶν ὑπεραίρωμαι, καὶ διαβάλλω τοὺς ἀμφὶ τὸν Σαοὺλ, θριαμβεύων ἃ πράττουσιν ἄδικα. Ἢ καὶ ἵνα πρὸς σὲ συντόμως ἐπιστρεφόμενος (ἐν θλίψει γὰρ ἐμνήσθημέν σου), τὰ σὰ ἔργα λαλῶ, πῶς ἅπαντα πρὸς τὸ B συμφέρον οἰκονομεῖς.

Propter verba labiorum tuorum ego custodivi vias duras. Per verba labiorum Dei, mandata legis intelligit, quæ per Moysem data sunt. Labiorum autem Dei, improprie dicit, quasi a Deo prolata sint ea mandata. Propter hæc itaque mandata ego, inquit, custodivi, hoc est, ego ambulavi vias duras : virtutum nimirum vias quæ asperæ sunt et laboriosæ, et omni corporis delectatione prorsus carentes. Custodire etiam apud Scripturam sæpissime positum reperimus, pro operari, ut illud : *Custodivi mandata tua* [58], hoc est adimplevi.

Διὰ τοὺς λόγους τῶν χειλέων σου ἐγὼ ἐφύλαξα ὁδοὺς σκληράς. Λόγους χειλέων καλεῖ τὰς ἐντολὰς τοῦ διὰ Μωσέως δοθέντος νόμου· χειλέων δὲ Θεοῦ, καταχρηστικῶς, οἷα παρὰ Θεοῦ ὑφηγηθείσας. Διὰ ταύτας οὖν, φησὶν, ἐγὼ ἐφύλαξα, τουτέστιν ἐβάδισα ὁδοὺς σκληρὰς, τὰς τῶν ἀρετῶν· τραχεῖαι γὰρ αὗται, καὶ ἐπίπονοι, πάσης σωματικῆς ἡδονῆς ἀπεστερημέναι. Φυλάττειν δὲ παρὰ τῇ συνηθείᾳ τῆς Γραφῆς, τὸ ἐνεργεῖν, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, λέγεται, ὡς τό· *Ἐφύλαξα τὰς ἐντολάς σου*, τουτέστι, πράξας ἐπλήρωσα.

Vers. 5. *Perfice gressus meos in semitis tuis, ut non commovcantur gressus mei.* Bis gressuum meminit, et per eos priori loco mentis motus intelligit, secundo vero motus corporis. Ait igitur, Tu, Domine, perfectas ac rectas facito cogitationes meas, in mandatis tuis, quæ gradientes per ea homines ferunt ad te. Nam si hæ mentis cogitationes perfectiores reddantur, cæteræ etiam operationes corporis non titubabunt, quinimo tutiores erunt. Vel perfice gressus meos, hoc est, omnes actiones meas, dum ambulo per vias tuas, quas in mandatis tuis esse statuisti iis qui festinant venire ad te : ne si forte commemorati gressus mei nullam a te perfectionem acceperint, devient aliquando ab honesto, et sequantur quæ deteriora sunt. Tu enim es qui doces hominem scientiam.

Κατάρτισαι τὰ διαβήματά μου ἐν ταῖς τρίβοις σου, ἵνα μὴ σαλευθῶσι τὰ διαβήματά μου. Ἄνω μὲν ὠνόμασε διαβήματα τὰ τοῦ νοῦ κινήματα· κάτω δὲ, τὰ τοῦ σώματος. Οἷον τέλεια καὶ ὀρθὰ ποίησον τὰ νοήματά μου ἐν τοῖς προστάγμασί σου, τοῖς φέρουσιν εἰς σὲ τοὺς δι' αὐτῶν ὁδεύοντας· τούτων γὰρ τελειωθέντων, οὐδὲ αἱ διὰ σώματος πράξεις ἀποσφαλεῖεν ἄν. Ἢ κατάρτισαι τὰ διαβήματά μου, τουτέστιν, ἐνέργειάν μου πᾶσαν ἐν τῷ ὁδεύειν τὰς τρίβους σου, ἃς διὰ τῶν ἐντολῶν ἔτεμες τοῖς σπεύδουσιν ἐλθεῖν ἐπὶ σὲ, ἵνα μὴ παρακινηθῶσι τοῦ προσήκοντος, μὴ πορὰ σοῦ καταρτιζόμεναι· σὺ γὰρ εἶ ὁ διδάσκων ἄνθρωπον γνῶσιν.

Vers. 6. *Ego clamavi quoniam exaudisti me, Deus.* Non frustra, inquit, fundo preces ad te, nam et alias cum ad te orarem exauditus sum.

Ἐγὼ ἐκέκραξα, ὅτι ἐπήκουσάς μου, ὁ Θεός. Οὐ μάτην ποιοῦμαι τὴν παράκλησιν, ὅτι καὶ πάλαι παρακαλέσαντός μου ἤκουσας.

Inclina aurem tuam mihi et exaudi verba mea. Atqui aures in nobis inclinari non possunt : sed cum inclinato capite erga illum quem audituri sumus, condescendimus, videntur etiam aures in nobis inclinari. In superioribus jam diximus quemadmodum Propheta sæpenumero ab humanis operationibus divinas exprimit, imbecillitati ac eras-

Κλῖνον τὸ οὖς σου ἐμοὶ, καὶ εἰσάκουσον τῶν ῥημάτων μου. Καὶ μὴν ἀκλιτόν ἐστιν ἐν ἐμοὶ (57) τὸ οὖς· ἀλλ' ὅτι κλινομένης τῆς κεφαλῆς ἐπὶ τὸν λέγοντα, δοκεῖ τοῦτο κλίνεσθαι. Προσίρηται δὲ, ὅτι ἀπὸ τῶν ἀνθρωπίνων ἐνεργειῶν τὰ θεῖα χαρακτηρίζει, συγκαταβατικώτερον, διὰ τὴν τῶν ἀκροωμένων ἀσθένειαν. Οἱ γὰρ βουλόμενοί τινος ἀκριβέστερον

[58] Psal. cxviii, 166.

Variæ lectiones.

(57) ἐστ. ἡμῖν, ut legisse videtur Latinus interpres.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἀκούειν, ἁδρανῶς ὑπ' ἀσθενείας φθεγγομένου, κλίνουσι αὐτῷ διὰ τῆς κεφαλῆς τὸ οὖς. Κλῖνον ὡς ὑψηλὸς ἐπὶ ταπεινῷ, ὡς ἰατρὸς ἐπὶ νοσοῦντι. Εἴη δ' ἂν ὅρασις μὲν Θεοῦ, ἡ ἁπλῶς γνῶσις τῶν πραγμάτων· οὖς δὲ, ἡ λεπτοτέρα· τὰ γὰρ ὁρατὰ τῶν ἀκουστῶν, παχύτερα, διὰ τὴν ὕλην. Ἄνω δὲ καὶ κάτω τῆς παρακλήσεως τὸ, εἰσάκουσον, καὶ πρόσχες, καὶ ἐνώτισαι, καὶ τὰ τοιαῦτα, εἰς ἔμφασιν τῆς πρὸς τὴν αἴτησιν ὁλοψύχου διαθέσεως.

A situdini auditorum condescendens. Solent itaque ii caput inclinare, qui exilis hominem vocis audire diligentius cupiunt : unde et cum capite aures pariter inclinare videntur. Inclina igitur et tu, Deus, aurem tuam, tanquam excelsus ad humilem, tanquam medicus ad infirmum. Et visus quidem in Deo est simplicior quædam rerum cognitio, auditus vero exactior et perfectior scientia. Nam quæ visibilia sunt, propter materiam quæ visibilibus rebus inest, crassiora sunt, quam quæ audiri queunt. Superius igitur atque inferius supplicans beatus David, hujusmodi verbis usus est, quæ majorem Dei cognitionem ac majorem attentionem desiderent. Exaudi enim, inquit, intende, auribus percipe, et alia hujusmodi, quæ verba etiam sæpius replicavit in majorem nimirum emphasim, ac majorem significationem summæ affectionis suæ, ex tota cupientis anima petitionem a se oblatam impleri.

Θαυμάστωσον τὰ ἐλέη σου, ὁ σώζων τοὺς ἐλπίζοντας ἐπὶ σέ. Θαύματος ἄξια φανῆναι ποίησον. Ἐλέη δὲ λέγει, τὴν ἀντίληψιν. Οἱ γὰρ ἰδόντες αὐτὸν ὑπερασπιζόμενον, ἐθαύμασαν αὐτὴν, ὡς ταχεῖαν, καὶ πανσθενῆ, καὶ ὡς μὴ μόνον δίκαιον, ἀλλὰ καὶ ἁμαρτωλὸν ἀντιλαμβανομένην.

B Vers. 7. *Mirifica misericordias tuas qui salvos facis sperantes in te.* Fac, inquit, ut misericordiæ tuæ admiratione dignæ videantur. Misericordias autem Dei hic divinum auxilium appellat. Omnes enim qui beatum David adjutum a Deo, et servatum a tantis viderunt periculis, admirati sunt tam celere ac validum auxilium : quinimo et illud, quod non tantum justis Deus, sed quod peccatoribus etiam opem præstat.

Ἐκ τῶν ἀνθεστηκότων τῇ δεξιᾷ σου, φύλαξόν με ὡς κόρην ὀφθαλμοῦ. Φύλαξόν με, Κύριε, ἀπὸ τῆς ἐπιβουλῆς τῶν περὶ Σαοὺλ, οἱ ἀνθεστήκασι τῇ χειροτονίᾳ σου. Διὰ γὰρ τῆς χειρὸς, ταύτην ἐδήλωσε. Σὺ μὲν γὰρ ἐχειροτόνησάς με βασιλέα, διὰ τοῦ προφήτου χρίσαντος· οὗτοι δὲ σπουδάζουσιν ἀνελεῖν, οὐ καταδεχόμενοι. Θαυμαστὴ δὲ ὄντως ἡ περὶ τὴν κόρην τοῦ ὀφθαλμοῦ φυλακή· χιτὼν γὰρ ἐπὶ χιτῶνι, καὶ περιβολαὶ ποικίλαι ταύτην περιτοιχίζουσι. Καὶ οἱ μὲν λεπτοὶ καὶ διαφανεῖς, ἵνα μὴ τραχύνωσιν C ὑγρὰν οὖσαν καὶ ἁπαλήν· ἔξωθεν δὲ, παχὺς ὁ τῶν βλεφάρων, δυσὶν ἡμικυκλίοις διῃρημένος, ἵνα καὶ τὸν κονιορτὸν ἀποσοβῇ, καὶ τὴν ἐξ ἀέρος βλάβην, καὶ τὰ περιττὰ ζωῦφια. Τετρύχωται δ' οὗτος, ἵνα τὸν ἐγγὺς ἰδρῶτα καταῤῥέοντα κωλύῃ· δριμὺς γάρ ἐστι καὶ λυπηρός. Ἐπάνω δὲ τούτου, φάραγξ ὀφρύος. Ἐσχημάτισται δὲ καθάπερ τις στερῤῥεὸς δροφος. πεπύκασται δὲ καὶ οὗτος θριξὶν, ἵνα μὴ ὁ φερόμενος ἄνωθεν ἰδρὼς ἐπὶ τὴν σκηνὴν τῆς κόρης ἐμβάλλοι· ἀλλ' ἀνακρουόμενος ἐκεῖθεν, ἐπὶ τοὺς κροτάφους μετοχετεύεται.

Vers. 8. *A resistentibus dexteræ tuæ custodi me, Domine, ut pupillam oculi.* Custodi me, Domine, ab insidiis Saul et complicum ejus, qui electioni per te factæ resistunt. Per manum enim, hanc significavit. Tu enim per prophetam, a quo inunctus sum, me in regem elegisti : isti vero non suscipientes quod fecisti, mihi necem parant. Admiranda est autem quam maxime custodia illa, quam oculus pupillæ præstat. Siquidem tunica super tunicam, et quædam tegumenta eam muniunt : quorum alia tenuia ac transparentia sunt, ne pupillæ quæ suapte natura humida est et mollis, asperitatem inferant, alia vero exterius crassiora, ut palpebrarum tunica, quæ duobus est semicirculis distincta, ut pulveris et aeris læsionem, et parvula quæque animantia, repellat : et pilis etiam quibusdam vallata, ut sudorem prope fluentem prohibeat. Acutus enim sudor est atque admodum molestus. Superius præterea supercilii vallis formata est. Ipsum autem supercilium, veluti tectum quoddam firmum ac validum jacet : quod pilis etiam multis ac condensis ornatum ac munitum est, ne sudor desuper fluens in pupillæ habitaculum irruat. Illinc enim repulsus, in ipsa devolvitur tempora. [Cum tanta igitur præstet oculus pupillæ custodiam, non mirandum si parem sibi a Deo Propheta præstari optat.]

Ἐν σκέπῃ τῶν πτερύγων σου σκεπάσεις με ἀπὸ ἀνθρώπων ἀσεβῶν, τῶν ταλαιπωρησάντων με. Ἑτέραν εἰκόνα φυλακῆς εὑρὼν, ἀξιοῖ νεοττοῦ τρόπον ἐπισκέπτεσθαι, πτέρυγας καλῶν τὰς συνοπτικὰς, καὶ φρουρητὰς, καὶ θαλπτικὰς δυνάμεις τῆς παντοδυνάμου προνοίας, ἐκ μεταφορᾶς τῶν ταῖς ἑαυτῶν πτέρυξι σκεπόντων τοὺς νεοττοὺς πετεινῶν. Τὸ γοῦν *Σκεπάσεις*, ἢ ἀντὶ εὐκτικοῦ νοήσομεν· πολλαχοῦ γὰρ τῆς Γραφῆς τὸ τοιοῦτον εἶδος· ἢ καὶ προφητεύει τὴν παρὰ Θεοῦ βοήθειαν. Πρόσωπον δὲ ἀσεβῶν, αὐτοὺς λέγει τοὺς ἀσεβεῖς. Καταχρηστικῶς δὲ νῦν εἶπεν ἀσεβεῖς τοὺς ἀμφὶ τὸν Σαοὺλ, ὡς δίκην ἀσεβῶν ζῶντας ἐν ἀνομίαις, καὶ διῳκοῦντας ἐλεῖν

D Vers. 9. *In protectione alarum tuarum proteges me a facie impiorum, qui me afflixerunt.* Adinventa alia custodiæ similitudine, pulli in morem rogat Propheta se protegi. Per alas autem divinæ Providentiæ vires intelligit : quibus continere conservareque omnia Deus solet et fovere. Quod ex metaphora avium sumptum est, quæ proprios pullos alis tuentur ac protegunt. Quod vero, ait, *Proteges*, futurum pro optativo positum intellige, ut sæpe apud Scripturam positum reperimus. Vel quia prædicit beatus David, ut Propheta, auxilium quod sibi a Deo præstandum erat. Faciem etiam impiorum pro ipsis impiis intellige. Improprie autem

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Saulem et socios, impios [seu potius, ut sæpe alibi diximus, juxta Græcæ dictionis ἀνόμους veriorem significationem, exleges] appellavit : eo quod gentium more, exleges viverent in peccatis, et quia innocentem occidere studebant ; nec electionem illam verebantur, quam eis Deus significaverat se fecisse de David, dum immodice eum affligerent, et in causa essent ut exsul ac profugus omne calamitatum genus sustineret.

A τοὺς ἀθώους, καὶ ὡς μὴ σεβομένους τὴν ἐηλωθεῖσαν ἐπ' αὐτῷ τοῦ Θεοῦ χειροτονίαν· οἳ καὶ ἐταλαιπώρησαν αὐτὸν, περὶ τὴν φυγὴν πᾶσαν κακοπάθειαν ὑφιστάμενον.

Vers. 10. *Inimici mei animam meam circumdederunt.* Per animam suam seipsum intelligit, totum exprimens a parte. Circumdederunt autem, insidiis nimirum undique depositis.

Οἱ ἐχθροί μου τὴν ψυχήν μου περιέσχον. Ἀπὸ τῆς ψυχῆς ἑαυτὸν ἐνέφηνεν, ὡς ἀπὸ μέρους τὸ πᾶν. *Περιέσχον* δὲ, ἀντὶ τοῦ, περιεκύκλωσαν πάντοθεν καθίζοντες λόχους.

Adipem suum concluserunt. Per adipem cor intelligit et viscera : quoniam circum hæc multa solet inesse pinguedo. Ait igitur, omnem eos a corde atque a visceribus misericordiam intra seipsos clausisse. Misericordia enim a corde atque a visceribus dicitur descendere. Alii adipem exponunt pro bona habitudine ac felicitate, quam illos clausisse dicit Propheta, atque in seipsis continuisse, veluti nunquam amplius recessuram, sed cum eis perpetuo futuram.

Τὸ στέαρ αὐτῶν συνέκλεισαν. Διὰ τοῦ στέατος τὴν καρδίαν καὶ τὰ σπλάγχνα δηλοῖ· περὶ ταῦτα γὰρ πολλὴ πιμελή. Καὶ φησιν ὅτι Ἀπέκλεισάν μοι τὸν ἐκ καρδίας καὶ σπλάγχνων αὐτῶν ἔλεον, ἐξ ὧν οὗτος πρόεισιν. Ἄλλοι δέ φασιν ἑρμηνεύοντες στέαρ B τὴν εὐδοξίαν εἶναι καὶ εὐημερίαν, ἣν ἀπέκλεισαν καὶ οἷον συνεῖχον, ὡς μηκέτι ῥευξομένην, ἀλλὰ δι' ὅλου ἐσομένην αὐτοῖς.

Os eorum locutum est superbiam. Jactabant enim illi cito se comprehensuros beatum David, nec posse illum ab eorum manibus evadere : quasi ex nullo latere exspectandum illi amplius esset auxilium.

Τὸ στόμα αὐτῶν ἐλάλησεν ὑπερηφανίαν. Ἐκόμπαζον γὰρ θᾶττον αὐτὸν συσχεῖν ὡς ἀθήρευτον, μηδαμόθεν ἔχοντα βοήθειαν.

Vers. 11. *Ejicientes me nunc circumdederunt me.* Expulerunt me, inquit, ex omnibus bonis meis : nec satis hoc eis fuit, sed rursus etiam circumdederunt, morti me tradere festinantes.

Ἐκβάλλοντές με νυνὶ περιεκύκλωσάν με. Ἐξώσαντές με τῶν ἐμῶν ἁπάντων, οὐκ ἠρκέσθησαν· ἀλλὰ καὶ νῦν περιεκύκλωσάν με, θανατῶσαι σπουδάζοντες.

Oculos suos statuerunt declinare in terram. Decreverunt, inquit, declinare oculos suos, a te nimirum, qui in cœlis habitas : atque a mandatis tuis, quibus mandasti ne insontem quis lædat; atque hoc ut illos in terram converterent, hoc est ad terrenas concupiscentias. Quod nihil aliud est, quam absque ullâ ratione quidquid libido postulat explere. Vel aliter litteram lege : Oculos suos statuerunt ut declinent in terram ; et tunc expone statuerunt, hoc est stabiliverunt et firmaverunt, observantes nimirum ut illum inclinent et demittant in terram, quem olim morti tradere contendunt. Oratio enim Græca utrumque sensum recipit.

Τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἔθεντο ἐκκλῖναι ἐν τῇ γῇ. Ἔθεντο, ἐσκέψαντο ἐκκλῖναι τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἀπὸ σοῦ, τοῦ ἐν οὐρανοῖς οἰκοῦντος, καὶ τῶν σῶν προσταγμάτων, ἃ κελεύουσι μὴ ἀδικεῖν τὸν ἀναίτιον, εἰς γῆν, τουτέστιν εἰς γεηρὰς ἐπιθυμίας· αἵτινές εἰσιν ἀλόγως ἀποπλῆσαι πᾶν τὸ καθ' ἡδονήν. Καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐστήριξαν, ἐπιτηροῦντες ἐκκλῖναι καὶ καταβαλεῖν με εἰς γῆν, ὑπ' αὐτῶν ἀποσφαττόμενον.

Vers. 12. *Susceperunt me quasi leo paratus ad prædam, et quasi catulus leonis habitans in abditis.* Quantum ad eorum spem attinet, ipsi me ita susceperunt; quasi dicat : Illi sperabant accedere ad me, et suscipere me : hoc est sursum accipere, atque extollere a terra, et discerptum efferre. Differentiam inter leonem et leonis catulum, quidam hujusmodi tradiderunt dicentes : quod leo proprio fretus robore manifeste ac palam rapit, et quod catulus tanta carens confidentia, clam atque occulte se accingit ad prædam, unde abditus considere dicitur. Hoc pacto etiam inimicorum beati David, alii aperto Marte suis freti viribus in eum irruebant, alii autem veluti timidiores sibi ipsis non adeo fidentes, clam insidias struebant ; tametsi nihil impedit quin utrumque idem sibi velit atque idem significet. Solet enim Propheta sæpenumero

Ὑπέλαβόν με ὡσεὶ λέων ἕτοιμος εἰς θήραν, καὶ ὡσεὶ σκύμνος οἰκῶν ἐν ἀποκρύφοις. Ὅσον ἐπὶ ταῖς ἑαυτῶν ἐλπίσιν, ὑπέλαβόν με, τουτέστιν ὑπελθόντες, μετεώρισαν τῆς γῆς ἀνάρπαστον φέροντες. Διαφορὰν δὲ τοῦ λέοντος καὶ τοῦ σκύμνου τοιαύτην τινὲς ἀποδεδώκασιν, ὡς ὁ μὲν ἀλκῇ πεποιθὼς, φανερός ἐστιν ἐπὶ τῷ θηρεύειν· ὁ δὲ σκύμνος, μήπω θαῤῥῶν ἐκ τοῦ προφανοῦς ἁρπάζειν, κάθηται κρυπτόμενος. Καὶ τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ τοίνυν οἱ μὲν ἐθάῤῥουν προφανῶς αὐτὸν ἁρπάσαι· τινὲς δὲ λαθραίως, ἑαυτοῖς οὐ πεθαῤῥηκότες. Οὐδὲν δὲ κωλύει ταὐτὸ καὶ ἄμφω δηλοῦν· εἴωθε γὰρ πολλάκις ἐν τοῖς παθητικοῖς λόγοις ὁ Προφήτης ταυτολογεῖν, ἐν ὑπαλλαγαῖς λέξεων, ἵνα (58) αὐξήσῃ τὸ πάθος, εἰς ἔλεον ἐπισπάσηται

Variæ lectiones.

(58) γρ. αὐξήσας vel valde καὶ ante εἰς.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

in hujusmodi locis affectu plenis, easdem sententias varia oratione repetere, ut aucto affectu ad majorem Deum misericordiam trahat.

Ἀνάστηθι, *Κύριε*. Δοκῶν καθεύδειν διὰ τὴν μα A κροθυμίαν, κινήθητι πολὺς ἄμυναν.

VERS. 13. *Exsurge, Domine.* Quippe cum ob longanimitatem dormire quodammodo videaris. Exsurge igitur et movearis ad vindictam.

Πρόφθασον αὐτούς. Πρὸ τοῦ δοῦναι πέρατι τὰ μεμελετημένα, κατάλαβε αὐτούς.

Præveni eos. Tu, inquit, eos præoccupa priusquam ea quæ meditati sunt effectum aliquem sortiantur.

Καὶ ὑποσκέλισον αὐτούς. Ἐμπόδισον τῷ κατ' ἐμοῦ δρόμῳ· τοῦτο δὲ ἐκ μεταφορᾶς τῶν βουλομένων τισὶν ἐπικόπτειν τὸν δρόμον, οἳ τρεχόντων τοῖς ποσὶν αὐτῶν ὑποτιθέασι τὰ σκέλη κατὰ πάροδον, καὶ οὕτως εὐχερῶς καταβάλλουσι.

Et supplanta eos. Esto illis impedimento dum currunt et festinant adversum me. Quod ex eorum metaphora dictum est, qui dum currentem impedire volunt, tibiam aut pedem transeunti subjiciunt, ut hujusmodi offendiculo eum in terram prosternant.

Ῥῦσαι τὴν ψυχήν μου ἀπὸ ἀσεβοῦς, ῥομφαίᾳ σου, ἀπὸ ἐχθρῶν τῆς χειρός σου. Ἐν τῇ ῥομφαίᾳ σου ῥῦσαι τὴν ψυχήν μου ἀπὸ τοῦ ἀσεβοῦς Σαοὺλ, B καὶ ἀπὸ τῶν ὑπηκόων αὐτοῦ, τῶν ἐχθρανόντων τῇ χειροτονίᾳ σου, τουτέστιν ἐμοί· ἢ, τῶν πολεμούντων τῇ χειρί σου, δηλαδὴ σοί, περιφραστικῶς. Εἰ γὰρ οἱ μὲν ἐμοὶ πολεμοῦσιν, ἐγὼ δέ, σός· οἱ πολεμοῦντες τῷ σῷ, σοὶ ἄρα πολεμοῦσι. Τίνος χάριν ἀσεβῆ τοῦτον λέγει, προειρήκαμεν. Καθ' ἑαυτὰ δὲ τὰ ῥητὰ ἀναγνωστέον, ἀπολύτως. Κατάλληλα δέ, καὶ νὴ, *Ῥῦσαι τὴν ψυχήν μου*, πρὸς τὸ ῥηθὲν ἀνωτέρω· *Οἱ ἐχθροί μου* γάρ, εἶπε, *τὴν ψυχήν μου περιέσχον*. Ἀποροῦσι δέ τινες, πῶς ὁ φεισάμενος Σαοὺλ ἐν τῷ σπηλαίῳ, νῦν ἀναιρεθῆναι τοῦτον εὔχεται ῥομφαίᾳ Θεοῦ· καὶ λέγομεν ὡς αὐτὸς μὲν αὐτόχειρ βασιλέως οὐκ ἠνέσχετο γενέσθαι, καθὼς ἐν προοιμίοις ἐξηγησάμεθα τοῦ ψαλμοῦ· τὸν Θεὸν δὲ παρεκάλει πρὸς ἐκδίκησιν, ταλαιπωρούμενος, καὶ C ἐν πάσῃ κακοπαθείᾳ. Ὥσπερ γὰρ τὸ πρῶτον ἄδικον, οὕτω δίκαιον τὸ δεύτερον. Ἢ καὶ ἐν ῥομφαίᾳ λέγει, οὐκ ἀναιρούσῃ, ἀλλὰ φοβούσῃ τοὺς ἐχθροὺς μόνον. Ἀνθρωποπρεπῶς δὲ εἴρηται· καὶ γὰρ ὁ θέλων ἐξελέσθαι τὸν ὑπὸ πολεμίων κατεχόμενον, ῥομφαίαν σπασάμενος, ὁρμᾷ κατ' αὐτῶν. Καὶ ὅτι οὐκ ἀναιρεθῆναι τοὺς ἀμφὶ τὸν Σαοὺλ, ἀλλὰ δυσπραγῆσαι (59) βούλεται, δηλοῖ τὰ ἑξῆς.

Eripe animam meam ab impio framea tua, ab inimicis manus tuæ. Tua, inquit, framea, hoc est tuo telo, libera animam meam ab impio Saul atque ejus sociis, qui electioni tuæ de me factæ tanquam inimici adversantur. Vel, Eripe me ab iis qui inimici sunt manus ac potentiæ tuæ, hoc est ab inimicis tuis: nam qui me oppugnant, qui a te electus sum, tecum etiam pugnare videntur. Saulem vero cur impium appellet, superius dictum est. Per se vero legenda sunt verba absolute. Illa autem verba: *Libera animam meam*, congrue dicta sunt, ut prioribus verbis respondeant, dum dixit: *Inimici mei animam meam circumdederunt.* Dubitant quidam quomodo beatus David, qui in spelunca inimico Sauli pepercit, nunc precetur occidi eum gladio Dei. Et dicendum, quod ipse quidem regis sui noluit occisor esse, ut circa principium psalmi diximus, et tamen Deum ad vindictam advocat, veluti qui omni erat calamitatum genere afflictus. Neque enim si occidere regem, injustum dicimus, ita etiam injustum dicimus, advocare Deum ad vindictam. Vel aliter: Libera me, inquit, framea tua, non ut occidas, sed ut ea tantum inimicos perterreas et repellas. Hoc etiam humano more dictum est; nam cum quis socium ab inimicis detentum eripere voluerit, evaginato gladio in eos ruit. Quod autem non petat beatus David Saulem et socios interimi, sed disjungi tantum ac dissolvi, manifestum fit ex sequentibus.

Κύριε, ἀπὸ ὀλίγων ἀπὸ γῆς διαμέρισον αὐτοὺς ἐν τῇ ζωῇ αὐτῶν. Ἔτι ζῶντας αὐτοὺς ἀφόρισον ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν ἀνθρώπων, καὶ μὴ ἔστωσαν αὐτοῖς ἐναρίθμιοι· ὃ καὶ ἀλλαχοῦ φησι· *Μετὰ δικαίων μὴ γραφήτωσαν*· ἀφορισθέντες γὰρ, τὴν ἀξίαν ἀποτίσονταί ποτε δίκην. Πολλάκις δὲ ἡ Γραφὴ ὀλίγους καλεῖ τοὺς ἀγαθούς. Οἱ γὰρ πλείους, ἀεὶ κακοί, καὶ ἀεὶ τὰ χείρονα νικᾷ· ὀλίγοι γάρ, φησὶν, οἱ σωζόμενοι, καὶ ὀλίγοι οἱ ἐκλεκτοί. Ὀλίγων δὲ εἰπὼν, ἐπήγαγεν· *ἀπὸ γῆς*, δεικνὺς, ὅτι καὶ οὗτοι ἀπὸ γῆς εἰσι· καὶ ὅμως οὐδὲν ἐμπόδιον τοῦτο γέγονεν αὐτοῖς

VERS. 14. *Domine, a paucis de terra divide eos in vita eorum.* Adhuc viventes eos, inquit, divide ac distingue a probis hominibus, ne cum eis conversentur: quod aliis verbis alibi dicit: *Et cum justis non scribantur*[56]. Nam si disjungantur, condignas aliquando pœnas dabunt. Solet etiam sæpenumero Scriptura per paucos, probos homines significare: quia et pravi homines plures sunt, et pejora numero semper vincunt. Pauci enim sunt, inquit, qui salvantur, et pauci etiam qui electi. Et postquam dixit *a paucis*, addidit *de terra*, denotans

[56] Psal. LXVIII, 29.

Variæ lectiones.

(59) Codex quidem habet δυσπραγῆσαι· at Latinus interpres legisse videtur διαμερισθῆναι vel aliud ejusmodi.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

quod pauci illi qui boni sunt, de terra sunt, quodque hoc eis nihil impedimento fuit ad virtutem. Et constructio sic se habet : *Divide eos a paucis qui sunt de terra.*

εἰς ἀρετήν. Ἡ δὲ σύνταξις, αὕτη· *Διαμέρισον αὐτοὺς ἀπὸ τῶν ὀλίγων, τῶν ἀπὸ γῆς.*

Et de absconditis tuis impletus est venter eorum. Per abscondita quidam aurum atque argentum intelligunt, et alia hujusmodi metalla, quæ occultis terræ lateribus abscondita, fodiuntur ab iis qui illic ea perquirunt : quibus bonis illorum ventrem impletum esse ait, a parte totum significans, hoc est, quibus repleti sunt ; quippe cum eorum cellæ atque hypothecæ, hujusmodi bonis, instar ventris, plenæ ac refertæ sint. Vel eorum ventres impletos esse obsoniis intellige, quibus abunde vescentes exsaturati sunt. Multi etiam dicunt, per abscondita pœnas intelligendas esse, quæ apud Deum veluti in thesauri loco reconditæ sunt, cum et Moyses in Deuteronomio de vario suppliciorum loquens genere, ex persona Dei dixerit : *Nonne hæc congregata sunt apud me, et sigillata in thesauris meis* [57] ? Hæc igitur verba prophetiam continent et prædicunt : inimicorum illorum ventrem, hoc est inimicos ipsos, abditis atque occultis apud Deum suppliciis implendos esse : unde et adversus tantam eorum insatiabilitatem atque ingluviem commodissime ventris nomen apposuit. Futuro etiam tempore pro præsenti usus est, quia propheticis oculis prospiciens, ut præsentia esse indicavit.

Καὶ τῶν κεκρυμμένων σου ἐπλήσθη ἡ γαστὴρ αὐτῶν. Κεκρυμμένα τινὲς ἔφασαν χρυσὸν καὶ ἄργυρον, ἃ τοῖς λαγόσιν ἐγκεκρυμμένα τῆς γῆς, ἀνορύττονται, μεταλευόμενα. Τούτων οὖν ἐπλήσθη ἡ γαστὴρ αὐτῶν, τουτέστιν σῦτοι, ἀπὸ γὰρ μέρους τὸ πᾶν, ἤγουν τὰ ταμεῖα, δίκην γαστέρων ἐμφορούμενα· ἢ καὶ αἱ κοιλίαι αὐτῶν, ὀψωνούντων ὅσα καὶ λάβοιεν. Πολλοὶ δὲ λέγουσι τὰς παρὰ Θεοῦ τεθησαυρισμένας τιμωρίας· ἐπεὶ καὶ Μωϋσῆς ἐν τῷ Δευτερονομίῳ περὶ ποικίλων τιμωριῶν ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ διεξιὼν, ἐπήγαγεν· *Οὐκ ἰδοὺ ταῦτα πάντα συνῆκται παρ' ἐμοὶ, καὶ ἐσφράγισται ἐν τοῖς θησαυροῖς μου ;* Προφητεύει γοῦν, φασὶν, ὅτι τῶν ἀφανῶν τιμωριῶν πλησθήσεται ἡ γαστὴρ αὐτῶν, τουτέστιν αὐτοὶ, ἀπὸ γὰρ μέρους τὸ πᾶν. Πρὸς γὰρ τὴν πλησμονὴν καταλλήλως ἔθηκεν τὴν γαστέρα. Τοῖς μέλλουσι δὲ, ὡς ἐνεστῶσιν ἐχρήσατο, τρόπον τινὰ θεασάμενος αὐτὰ τοῖς προορατικοῖς ὀφθαλμοῖς.

Longe a salute mea verba delictorum meorum. Reatus, inquit, peccatorum meorum procul sunt a salute mea, hoc est, nullo impedimento sunt saluti meæ: *Iniquitatem* enim, inquit alibi Scriptura[71], *nullam fecit;* mors autem est peccantium multa. Vel aliter: Subit Dominus, atque accepit in se totius humanæ naturæ personam, ut cognatæ; et, Quare, inquit, me hominem, hoc est, universam hanc humanam naturam dereliquisti, sinens eam opprimi a morte? et causam infert: Quia nimirum condemnationes meorum scelerum, procul sunt a salute mea. Nam cum his ego pariter elongatus sum a te: quod si apud te essem, servarer sane ab hac morte.

VERS. 3. *Deus meus clamabo die, et non exaudies, et nocte et non ad insipientiam mihi.* Hoc illo die accidit, quando comedit Pascha cum discipulis. Tradunt enim evangelistæ, quod nocte illa oravit. Et verisimile, imo etiam credendum est, die etiam orasse. Nec mireris quod ultimo loco id posuit quod præcessit [ait enim, *Et non exaudies: et nocte;* cum tamen clamorem nocte factum præponere debuisset, et tunc demum inferre: *Et non exaudies*] hujusmodi enim loquendi modi apud prophetas frequenter conspiciuntur: quod ea nimirum ratione factum est, ne ex se ipsis loqui, sed quomodocunque et quæcunque audiunt, ita ea recitare videantur quemadmodum sanctus Spiritus in ipsis illa insonabat. Et in die, inquit, rogabo, ut transeat a me tempus mortis, et non exaudiar. Novi enim te ob humani generis salutem id facere, pro qua ego etiam incarnatus sum. Quidam per diem et noctem tempus ipsum crucis intelligunt. A sexta enim hora usque ad nonam tenebræ factæ sunt, adeo ut tempus illud et dies et nox merito appellari possit; et intelligunt quod rogaverit Patrem ut dimitteret peccata iis qui eum crucifixerant, et quod exauditus non est, cum illi postmodum funditus exterminati sint: et quod exauditus non sit in causa fuit, quia manifeste illos noverat ejus resurrectionem calumniaturos, et proprium auctoros peccatum.

πιστοῦται δὲ τοῦτο ἐνανθρώπησιν, ὅτι τέλειος ὢν ἄνθρωπος, καὶ τῷ φυσικῷ ὑπέκειτο φόβῳ. *Πρόσχες μοι·* εἰώθασι γὰρ οἱ παραχωροῦντές τινα δημίοις, ἀποστρέφειν τὰς ὄψεις ἑαυτῶν. *Ἱνατί ἐγκατέλιπές με;* καὶ μὴν οὐδέποτε διέστη ἀπ' αὐτοῦ, ἅπαξ ἑνωθέντος τῷ Υἱῷ καὶ Θεῷ· ἀλλ' ἐγκαταλελεῖφθαι λέγει, διὰ τὴν δειλίαν. Εἰ γὰρ μὴ σὺ, φησὶν, τὴν παρὰ σοῦ βοήθειαν ἐπέσχες, οὐκ ἂν ἐγὼ τὸν θάνατον ἐδειλίασα. Περὶ ταύτης δὲ τῆς δειλίας καὶ οἱ εὐαγγελισταὶ διεξίασιν, ὅτι καὶ προσηύξατο παρελθεῖν τὸ τοῦ θανάτου ποτήριον. Καὶ αὐτὸ δὲ εἶπε τοῦτο ψαλμοῦ ῥητὸν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ· *Θεέ μου, Θεέ μου, ἱνατί με ἐγκατέλιπες;* Ἤγουν, ἱνατί ἐγκατέλιπες εἰς δειλίαν, εἰδὼς ὅτι τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ, ἀσθενής; ἢ, Διατί μὲ παρεχώρησας τῷ θανάτῳ, γινώσκων, ὅτι οὐδὲν ἥμαρτον ἄξιον θανάτου;

Μακρὰν ἀπὸ τῆς σωτηρίας μου οἱ λόγοι τῶν παραπτωμάτων μου. Αἱ γὰρ εὐθύναι τῶν ἁμαρτιῶν μου, πόρρω εἰσὶ τῆς σωτηρίας μου, τουτέστιν, οὐκ ἐμποδίζουσιν αὐτῇ διὰ τὸ μηδ' ὅλως εἶναι αὐτάς. *Ἀνομίαν* γὰρ, φησὶν, *οὐκ ἐποίησε.* Τῶν ἁμαρτανόντων δὲ ὁ θάνατος ἐπιτίμιον. Ἢ καὶ ἄλλως, τὸ πρόσωπον τῆς ὅλης τῶν ἀνθρώπων φύσεως, ὡς συγγενὴς ἡμῶν, ὑποδύεται, καὶ, Διατί με, φησὶ, τὸν καθόλου ἄνθρωπον κατέλιπες ἀποθνήσκειν; Εἶτα ἐπιφέρει καὶ τὴν αἰτίαν· Ὅτι μεμάκρυνται σωτηρίας αἱ καταδίκαι μου· αἷς ἄρα κἀγὼ συναπομεμάκρυσμαι. Εἰ γὰρ ἤγγιζον, ἐσωζόμην ἂν ἀπὸ τοῦ θανάτου.

Ὁ Θεός μου, κεκράξομαι ἡμέρας, καὶ οὐκ εἰσακούσῃ· καὶ νυκτὸς, καὶ οὐκ εἰς ἄνοιαν ἐμοί. Τοῦτο γέγονε, καθ' ἣν ἡμέραν ἔφαγε τὸ Πάσχα μετὰ τῶν μαθητῶν· ὅτι γὰρ ἐν τῇ νυκτὶ τότε προσηύχετο, δεδηλώκασιν οἱ εὐαγγελισταί· δῆλον δὲ ἐντεῦθεν, ὅτι καὶ πρὸ τῆς ἑσπέρας ηὔξατο. Μὴ ξενίζου δὲ, πῶς τὸ πρῶτον τέθεικεν ὕστερον. Τοιαῦτα γὰρ ἐν πολλοῖς τὰ προφητικά. Ἡ δ' αἰτία, ἵνα μὴ δοκοῖεν οἰκοθεν λαλεῖν, ἀλλὰ ἃ καὶ ἂν ὡς ἀκούσειεν ὑπὸ τοῦ ἐνηχοῦντος Πνεύματος. Ἐν τῇ ἡμέρᾳ, φησὶ, παρακαλέσω παρελθεῖν τὸν τοῦ θανάτου καιρὸν, καὶ οὐκ εἰσακούσῃ μου. Καὶ ἐν τῇ νυκτὶ πάλιν ὁμοίως, πλὴν οὐκ εἰς ἄνοιαν ἐμοὶ τὸ, πῶς εἰσακούσῃ. Νενόηκα γὰρ ὅτι διὰ τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων, ἧς ἕνεκα καὶ σεσάρκωμαι. Τινὲς δὲ ἡμέραν καὶ νύκτα, τὸν καιρὸν τῆς σταυρώσεώς φασιν. Ἀπὸ γὰρ ὥρας ἕκτης ἕως ὥρας ἐνάτης σκότος ἐγένετο, ὡς λέγεσθαι τὴν ἡμέραν ταύτην, ἡμερονύκτιον· ὅτε καὶ ἀφεθῆναι τοῖς ἐσταυρωκόσι τὴν ἁμαρτίαν παρεκάλεσεν μὲν, οὐκ εἰσηκούσθη δὲ, πανωλεθρίᾳ παραδοθέντων. Τοῦτο δὲ αἴτιον, εἰδέναι σαφῶς, ὅτι ἔμελλον συκοφαντῆσαι τὴν ἀνάστασιν αὐτοῦ, καὶ αὐξῆσαι τὴν ἁμαρτίαν.

[69] Matth. xxvi, 39. [70] Matth. xxvii, 46. [71] Isa. liii, 9.

Digitized by Google Распознавание текста ABKFR

Σὺ δὲ ἐν ἁγίῳ κατοικεῖς, ὁ ἔπαινος τοῦ Ἰσραήλ. A Ἅγιον καλεῖ τὸν ἡνωμένον ἑαυτῷ Υἱὸν καὶ Θεόν. Καὶ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ δὲ, φησίν· *Ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί.* Ἔπαινος δὲ τοῦ Ἰσραὴλ, ὁ Πατὴρ, ὅτι Ἰουδαῖοι τὴν θεογνωσίαν μόνον ἐνεκαυχῶντο μὴ ποιοῦντες κρίμα καὶ δικαιοσύνην, μηδ' ἔχοντες ἀρετήν. Διὰ δὲ τοῦ εἰπεῖν, ὅτι Κατοικεῖς ἐν τῷ Υἱῷ, ἔδειξεν, ὅτι θέλει καὶ ὁ Υἱὸς τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων, καὶ οὐκ ἀποσείεται τὸν θάνατον τοῦ προσλήμματος· ἓν γὰρ τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ θέλημα.

VERS. 4. *Tu autem, Domine, in sancto habitas, laus Israel.* Per sanctum, Filii personam intelligit, humanæ conjunctam naturæ. *Ego* enim, inquit, *in Patre et Pater in me est*[78]. Laus igitur populi Israel, Deus Pater est, qui habitat in Filio. Judæi quippe, solos se cognoscere Deum gloriabantur, tametsi nec judicium facerent, nec justitiam, nec virtutum semitas sectarentur. Iis autem verbis quibus Patrem ait habitare in Filio, demonstrat quod Filius et salutem hominum optaverit, et assumpti corporis mortem non recusaverit. Una enim atque eadem est Patri Filioque voluntas.

Ἐπὶ σοὶ ἤλπισαν οἱ πατέρες ἡμῶν· ἤλπισαν, καὶ ἐῤῥύσω αὐτούς· πρὸς σὲ ἐκέκραξαν, καὶ ἐσώθησαν· ἐπὶ σοὶ ἤλπισαν, καὶ οὐ κατῃσχύνθησαν. Ζεύγνυσιν ἑαυτὸν τοῖς ἐπηρεαζομένοις, καὶ φησὶν, B ὡς οἱ κατὰ σάρκα πατέρες ἡμῶν, οἱ πρὸ τῆς ἐμῆς ἐπιδημίας ἐν τῷ βίῳ λάμψαντες, ἐπὶ σοὶ ἤλπισαν, καὶ βοήσαντες, ἐῤῥύσθησαν τῶν κινδύνων. Ἐκείνους οὖν κἀγὼ μιμούμενος, ὡς ὅμοιος αὐτοῖς, ὁμοίως καὶ αὐτὸς ποιοῦμαι τὴν δέησιν. Σύνηθες δὲ τῷ Προφήτῃ τὰς λέξεις πολλάκις ἀναδιπλοῦν, καὶ τριπλοῦν, εἰς ἔμφασιν τοῦ τόνου τῆς καρδίας. Λύτρωσιν δὲ κινδύνου λέγουσιν οἱ σοφοὶ τὰ θεῖα, οὐ μόνον ἐπὶ σώματος, ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ ψυχῆς, ὅταν γενναίως ἐνεγκοῦσα τὰς ὀδύνας, μηδὲν ἐντεῦθεν πάθῃ περὶ τὴν πρόθεσιν. Οὕτω γὰρ οἱ μάρτυρες ἀναιρεθέντες, νενικηκέναι λέγονται διὰ τὸ ἀήττητον τῆς ψυχῆς.

VERS. 5. *In te speraverunt patres nostri, speraverunt et liberasti eos, ad te clamaverunt et salvati sunt, in te speraverunt et non sunt confusi.* Seipsum cum afflictis conjungit, atque ait: Quemadmodum patres nostri secundum carnem, qui ante meum adventum, in hac vita clari fuere speraverunt in te, et clamantes ad te in periculis, ex iis liberati sunt: ita ego illos imitatus, ac veluti illorum similis, similes etiam ad te effundam preces. Est autem prophetarum mos, ut ad majorem emphasim, atque ut intensionem cordium suorum melius declarent, dictiones ac sententias plerumque repetant et inculcent. Per liberationem autem a periculis, ii qui in sacris Scripturis docti ac diu versati sunt, non corporis solum, verum animæ magis liberationem intelligunt: quando scilicet anima dolores omnes ac supplicia generose ferens nihil illinc in suo læditur proposito. Hoc pacto sanctos martyres, tametsi occisi fuerint, vicisse dicimus, et liberatos esse, propter invictam nimirum animæ fortitudinem.

Ἐγὼ δὲ εἰμι σκώληξ, καὶ οὐκ ἄνθρωπος (79). C Τοῦτο εἶπε, ταπεινῶν ἑαυτόν. Καὶ Δαβὶδ γὰρ ὁ προφήτης καὶ βασιλεὺς, κῦνα τεθνηκότα καλεῖ ἑαυτὸν ἐν τῇ βίβλῳ τῶν Βασιλειῶν. Εἰ δ' ὁ ἀναμάρτητος Ἰησοῦς οὕτως ἑαυτὸν φαυλίζει, τί ἂν ἡμεῖς οἱ ἁμαρτωλοὶ καὶ φαῦλοι ποιήσωμεν; Φασὶ δέ τινες, διὰ τὴν ἀσυνδίαστον τοῦτο ῥηθῆναι γέννησιν. Ὡς γὰρ ὁ σκώληξ ἄνωθεν ἐπελθόντος τοῦ ὑετοῦ, τῇ γῇ κυΐσκεται, οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς, ἄνωθεν ὑπελθόντος τοῦ ἁγίου Πνεύματος τῇ Παρθένῳ, γεγέννηται. Σκώληξ μὲν ἂν λέγοιτο διὰ ταῦτα· ἄνθρωπος δὲ πάλιν, διὰ τὴν ὑπερφυῆ γέννησιν καὶ σύλληψιν. Ἢ καὶ ἄλλως, ὅτι δέλεαρ τοῖς δαίμοσιν ἐφόρει τὴν σάρκα, ὑφ' ἣν τὸ τῆς θεότητος ἐκρύπτετο ἄγκιστρον· δέλεαρ γὰρ ἰχθύων ὁ σκώληξ. Ἐγένετο γὰρ δέλεαρ εἰς ἅλωσιν τοῦ νοητοῦ κήτους, τοῦ τῇ θαλάσσῃ τοῦ παρόντος βίου D ἐννηχομένου. Τῷ τῆς θεότητος δὲ ἀγκίστρῳ περιετέθη ἡ ἀνθρωπότης. Ὁ κῆτος τὸ δέλεαρ περιχανὼν, ἀτελὴς μὲν τὸ εἶδος, ἀφανιστικὸς δὲ τῆς ὕλης· οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς, ἀτελὴς μὲν ἦν τὸ φαινόμενον· ἀφανιστικὸς δὲ, τῆς ἀντικειμένης δυνάμεως.

VERS. 7. *Ego autem sum vermis et non homo.* Hoc etiam ex persona Christi dicit, se ipsum humiliantis (79). Hoc pacto beatus etiam David, qui alioquin et propheta erat, et rex, canem se mortuum appellabat, ut in libris Regum legimus. Quod si Dominus Jesus qui sine peccato erat, se ipsum adeo vilipendit, quid faciendum nobis est, qui et peccatores et adeo inutiles sumus? Quidam putant verba hujus versiculi, dicta esse propter humanam Christi generationem, quæ absque ulla viri fuit conjunctione: ut hujusmodi verbis illud nobis indicetur, quod quemadmodum vermis e pluvia nascitur desuper in terram veniente, ita et Christus superno sancti Spiritus in Virginem adventu sit generatus. Ob hanc igitur rationem Christus, vermis dicitur, quod alia insuper ratione dicitur etiam, non homo, propter conceptionem illam nimirum et generationem ejus supernaturalem, quæ humanæ generationis ordinem non servavit. Vel aliter: quia vermes in escam piscibus dari solent, dic ea ratione Christum vermem appellari posse, quia ejus caro, sub qua divinitas veluti occultus quidam hamus latebat, instar vermis facta est esca, in capturam intellectualis illius ceti, qui in mari præsentis vitæ versabatur. Nam cum cetus oscitabundus ad illam escam hiaret, latenti illic hamo divinitatis penetratus est. Vel quia vermis tametsi

[78] Joan. x, 38.

Variæ lectiones.

(79) Græca verba ita sonant: *Hoc dixit, seipsum humilians.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

specie exiguus sit, materia tamen corrodendo delet et ac perdit, ita et Christus licet aspectu ac præsentia exilis videretur, contrarias tamen ac sibi resistentes dæmonum atque aliorum potestates disperdidit.

Opprobrium hominum et neglectio plebis. Hæc verba manifeste prænuntiant ea quæ Passionis tempore Judæi contumeliose adversus Dominum dixerunt, illudentes nimirum et deridentes. Opprobrium autem hominum et neglectionem populi intellige, ut idem significent. Per homines autem hic Romanos milites intellige, et per plebem, populum Judæorum.

A *Ὄνειδος ἀνθρώπων, καὶ ἐξουθένημα λαοῦ.* Τοῦτο προαγορεύει σαφῶς, ἃ εἰς αὐτὸν πεπαρῳνήκασι κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους, ἐμπαίζοντες καὶ χλευάζοντες. Καὶ ταὐτὸν μὲν ἂν εἴη τὸ ὄνειδος ἀνθρώπων, (80) τὸ ἐξουθένημα λαοῦ. Ἡ ὄνειδος μὲν ἀνθρώπων, τῶν ἐκ Ῥώμης στρατιωτῶν· ἐξουθένημα δὲ λαοῦ, τῶν Ἰουδαίων.

VERS. 8, 9. *Omnes videntes me subsannaverunt me; locuti sunt labiis et moverunt caput : Speravit in Domino, eripiat eum, salvum faciat eum, quoniam vult eum.* Hæc apertissime invenies scripta apud Matthæum [73]. Ait enim quod illi qui pertransibant, blasphemabant, moventes capita sua, et alia dicentes, quæ illic sequuntur.

Πάντες οἱ θεωροῦντές με, ἐμυκτήρισάν με, ἐλάλησαν ἐν χείλεσιν, ἐκίνησαν κεφαλήν, Ἤλπισεν ἐπὶ Κύριον, ῥυσάσθω αὐτὸν, σωσάτω αὐτὸν, ὅτι θέλει αὐτόν. Ταῦτα σαφῶς εὑρήσεις παρὰ τῷ Ματθαίῳ κείμενα· φησὶ γάρ· *Οἱ δὲ παραπορευόμενοι ἐβλασφήμουν αὐτὸν, κινοῦντες τὰς κεφαλὰς αὐτῶν, καὶ λέγοντες,* καὶ τὰ ἑξῆς.

VERS. 10. *Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre.* Viri copula virginalia ventris claustra aperit : immissum enim semen naturaliter vulvam aperit, quæ deinceps conclusum illud continet, donec fœtus perficiatur. Ac demum pondere gravata rursum aperitur, et fœtum labi permittit. In Salvatore autem nostro quemadmodum conceptio absque ulla fuit viri copula, ita et progressio fetus supra naturam exstitit ; ipsa scilicet divina vi fœtum extrahente, et virgineis claustris nullatenus apertis.

B *Ὅτι σὺ εἶ ὁ ἐκσπάσας με ἐκ γαστρός.* Ἀνδρὸς μὲν ὁμιλία διαλύει τὰ παρθενικὰ (81) κλεῖθρα τῆς σαρκός· ἀκοντιζόμενον δὲ τὸ σπέρμα, φυσικῶς ἀνοίγει τὴν μήτραν· αὖτη δὲ λοιπὸν μύσασα, συνέχει τοῦτο, μέχρις ἂν εἰς βρέφος τελεσιουργηθῇ· καὶ οὕτω στενοχωρηθεῖσα πάλιν τῷ ὄγκῳ, ἀνοίγεται καὶ παραχωρεῖται τούτῳ διολισθαίνειν. Ἐπὶ δὲ τοῦ Σωτῆρος, ὥσπερ ἄνευ ὁμιλίας ἡ σύλληψις, οὕτω καὶ ἡ πρόοδος τοῦ βρέφους ὑπερφυὴς, τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως ἐλκυσάσης αὐτὸ, τῶν κλείθρων μηδαμῶς ἀνοιγέντων.

Spes mea ab uberibus matris meæ. Tu ab ipso, inquit, lacte fuisti spes mea. Ex illo enim tempore cognovi spes meas omnes in uno collocatas esse: edoctus nimirum a divinitate mihi conjuncta. Scribit enim de Christo Lucas [74] quod puer crescebat, atque invalescebat spiritu, et replebatur sapientia, et gratia Dei erat cum illo.

Ἡ ἐλπίς μου ἀπὸ μαστῶν τῆς μητρός μου. Ἡ ἐλπίς μου ἐξ αὐτῆς θηλῆς. Ἀπὸ τότε γάρ σε ἐγνώριζον, ἐλπίδα μου συνετισθεὶς ὑπὸ τῆς ἑνωθείσης μοι θεότητος. Φησὶ δὲ περὶ τούτου Λουκᾶς· C *Τὸ παιδίον ηὔξανε, καὶ ἐκραταιοῦτο τῷ πνεύματι, πληρούμενον σοφίας, καὶ χάρις Θεοῦ ἦν ἐπ' αὐτό.*

VERS. 11, 12. *In te projectus sum ex utero.* Procuratione tua, inquit, projectus sum ex utero, veluti qui patrem in terra nullum habui.

Ἐπὶ σὲ ἐπερρίφην ἐκ μήτρας. Τῇ οἰ σκέπῃ ἐπερρίφην, οἷα μὴ ἔχων ἐπὶ γῆς πατέρα.

A ventre matris meæ Deus meus es tu. Statim, inquit, te Deum cognovi, edoctus ab ipsa divinitate ut prædictum est. *A ventre* autem dixit, vel quia in carne erat, vel quia egressus de ventre [hæc autem ex Christi persona dicta sunt. Ego, inquit, Deus quidem sum, et filius æternus, sed postquam mihi carnem in utero virginis creatam assumpsi, ex tunc, o pater, tu Deus meus es.

Ἀπὸ γαστρὸς μητρός μου Θεός μου εἶ σύ. Εὐθὺς σὲ Θεὸν ἐπέγνων, συνετισθείς, ὡς προείρηται. Τὸ δ' *ἀπὸ γαστρός*, ἢ ὅτι ἐν τῇ γαστρὶ (82) ὢν, ἢ ὅτι τῆς γαστρὸς ἐξελθών.

Ne discesseris a me, quoniam tribulatio proxima est, quoniam non est, qui adjuvet me. De hoc etiam tradunt evangelistæ, quod *Cœpit tristis ac mœstis esse*, et rursus, quod *discipuli omnes relicto eo fugerunt.*

D *Μὴ ἀποστῇς ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι θλῖψις ἐγγύς, ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ βοηθῶν μοι.* Καὶ περὶ τούτου φασὶν οἱ εὐαγγελισταὶ, ὅτι, *Ἤρξατο λυπεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν.* Καὶ πάλιν· *Τότε οἱ μαθηταὶ πάντες ἀφέντες αὐτὸν, ἔφυγον.*

VERS. 13. *Circumdederunt me vituli multi, tauri pingues obsederunt me.* Per vitulos plebeiam Judæorum multitudinem intelligit, veluti juventutem omni prorsus regula carentem : per tauros vero, pontifices, scribas et seniores populi, propter

Περιεκύκλωσάν με μόσχοι πολλοὶ, ταῦροι πίονες περιέσχον με. Μόσχους καλεῖ τὸ δημῶδες πλῆθος τῶν Ἰουδαίων, διὰ τὸ νεώτερον καὶ ἄτακτον· ταύρους δὲ, τοὺς ἀρχιερεῖς καὶ γραμματεῖς καὶ πρεσβυτέρους τοῦ λαοῦ, διὰ τὸ προβεβηκὸς καὶ ἐξαρχον,

[73] Matth. XXVII, 39. [74] Luc. II, 40.

Variæ lectiones.

(80) *Isc.* τῷ.
(81) *Isc.* γαστρός.
(82) Græce γαστρὶ, *ventre*, pro quo Latinus Interpres legisse videtur σαρκί.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

οὓς καὶ πίονας λέγει, διότι πολλῶν ἀπήλαυσαν δωρεῶν αὐτοῦ. Προείρηκεν γὰρ Μωϋσῆς, ὅτι καὶ *Ἔφαγεν Ἰακὼβ καὶ ἐνεπλήσθη, καὶ ἀπελάκτησεν ὁ ἠγαπημένος, ἐλιπάνθη, ἐπλατύνθη, καὶ ἐγκατέλιπε Θεὸν τὸν ποιήσαντα αὐτόν.*

Ἤνοιξαν ἐπ' ἐμὲ τὸ στόμα αὐτῶν, ὡς λέων ἁρπάζων καὶ ὀρυόμενος. Ὅτε συλλεγέντες ἐβόων· *Ἆρον, ἆρον, σταύρωσον αὐτόν.*

Ὡς ὕδωρ ἐξεχύθη, καὶ διεσκορπίσθη πάντα τὰ ὀστᾶ μου. Ὀστᾶ αὐτοῦ τοὺς ἀποστόλους νοήσομεν, ὡς συνέχοντας καὶ στερρεοῦντας τὸ λοιπὸν τῆς Ἐκκλησίας Χριστοῦ· πάντες γὰρ αὐτὸν ἀφέντες, ἔφυγον τηνικαῦτα. Φησὶ γὰρ Ζαχαρίας· *Πατάξω τὸν ποιμένα, καὶ διασκορπισθήσονται τὰ πρόβατα.* Χύσιν δὲ λέγει, τὴν ἀπ' αὐτοῦ κίνησιν αὐτῶν.

Ἐγενήθη ἡ καρδία μου, ὡσεὶ κηρὸς τηκόμενος, ἐν μέσῳ τῆς κοιλίας μου. Ἐτάκη δίκην κηροῦ, τῷ πυρὶ τῶν θλίψεων ἐκλυθεῖσα, καὶ τέλεον ἀσθενήσασα. Κοιλίαν δὲ λέγει νῦν, τὸ κοῖλον ὅλον τοῦ σώματος.

Ἐξηράνθη ὡς ὄστρακον ἡ ἰσχύς μου. Τῷ δηλωθέντι πυρὶ παγεῖσα, ἐξικμασθείσης τῆς ἐνεργείας αὐτῆς.

Καὶ ἡ γλῶσσά μου κεκόλληται τῷ λάρυγγί μου. Ὅτε κατηγορούντων τῶν ψευδομαρτύρων αὐτοῦ, οὐδὲν ἀπεκρίνατο, ἀλλ' ἵστατο σιωπῶν· ἢ ὅτε ἐδίψησεν ἐπὶ τῷ σταυρῷ.

Καὶ εἰς χοῦν θανάτου κατήγαγές με. Χοῦς θανάτου ἐστὶν ὁ τάφος, οἷα δὴ χωννυμένων τῶν θαπτομένων, εἰ δὲ ἐκών *με*, φησὶ, *κατήγαγες ὑπὲρ* τῶν ἀνθρώπων.

Ὅτι ἐκύκλωσάν με κύνες πολλοί. Ταύρους μὲν ἐκάλεσεν τοὺς Ἰουδαίους, ὡς ὑπὸ τὸν ζυγὸν τοῦ νόμου ὄντας, εἰ καὶ τὸν νόμον παρέβαινον· κύνας δὲ λέγει τοὺς ἐκ Ῥώμης στρατιώτας, ὡς κατὰ νόμον ἀκαθάρτους, καὶ ἀναιδεῖς. Οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς τὴν Χαναναίαν ὠνόμασεν, εἰπών· *Οὐκ ἔστι καλὸν τὸν ἄρτον τῶν τέκνων δοῦναι τοῖς κυναρίοις.*

Συναγωγὴ πονηρευομένων περιέσχον με. Τῶν φθονερῶν Ἰουδαίων.

Ὤρυξαν χεῖράς μου καὶ πόδας μου. Τῇ διατρήσει τῶν ἥλων.

Ἐξηριθμησαν πάντα τὰ ὀστᾶ μου. Γυμνὸν κρεμάσαντες, καὶ σφόδρα διατείναντες, ὡς καὶ φαίνεσθαι καὶ τὰς ἁρμονίας τῶν ὀστέων, καὶ ἀριθμεῖσθαι ταῦτα τοῖς βουλομένοις.

Αὐτοὶ δὲ κατενόησαν. Ἐπολυπραγμόνησαν κρεμάμενον εἰ υἱὸς εἰμὶ Θεοῦ· ἔλεγον γάρ· *Εἰ Υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, κατάβηθι ἀπὸ τοῦ σταυροῦ.*

A ætatem nimirum, et præeminentiam : quos etiam pingues appellat, quia multis Dei donis præ cæteris fruebantur. Ad hanc sententiam facit quod alibi ait Moyses : *Comedit*, inquit, *Jacob et impletus est et recalcitravit dilectus, impinguatus et incrassatus est, et dereliquit Deum factorem suum* [78].

Vers. 14. *Aperuerunt super me os suum sicut leo rapiens et rugiens.* Quando congregati clamabant, *Tolle, tolle, crucifige eum.*

Vers. 15. *Quasi aqua, effusa ac dispersa sunt omnia ossa mea.* Per Christi ossa, apostolos intelligimus, veluti firmantes ac continentes reliqua Ecclesiæ Christi membra. Omnes enim tunc eo relicto aufugerunt, ut per Zachariam prophetam fuerat B etiam prædictum : *Percutiam* inquit, *pastorem et dispergentur oves* [76]. Et per effusionem illorum a se digressum et fugam significat.

Factum est cor meum quasi cera liquescens in medio ventris mei. Liquefactum est cor meum, inquit, instar ceræ. Defecit enim et debilitatum est in afflictionum igne. Per ventrem autem [juxta Græci nominis significationem] totam corporis concavitatem intelligit.

Vers. 16. *Aruit quasi testa fortitudo mea.* In commemorato nimirum igne afflictionum infixa : unde exsiccata est illius efficacia.

Et lingua mea adhæsit faucibus meis. Quando videlicet falsis testibus eum accusantibus, ipse nihil C respondit, sed tacebat ; vel etiam quando in cruce sitivit.

Et in pulverem mortis deduxisti me. Per pulverem mortis, sepulturam intellige : quia qui in sepulcro jacent, terra ac pulvere involvuntur ; ad quod sepulcrum tu volens, inquit, *deduxisti me*, propter hominum salutem.

Vers. 17. *Quoniam circumdederunt me canes multi*, Judæos merito tauros superius appellavit, veluti qui jugo legis premebantur, tametsi ipsi legem transgrederentur ; nunc autem Romanos milites jure etiam canes vocat, veluti immundos secundum legem, et præterea etiam valde impudentes. Qua ratione Dominus in Evangelio ad Cananæam dixit : *Non est bonum sumere panem filiorum et* D *dare canibus.*

Synagoga malignantium obsedit me. Invidorum scilicet Judæorum,

Vers. 18. *Foderunt manus meas et pedes meos.* Clavis nimirum perforantes.

Dinumeraverunt omnia ossa mea. Nudum me crucifigentes, atque in cruce extendentes, ita ut ossium meorum compagines a quocunque numerari possent.

Ipsi vero consideraverunt. Hoc est, curiose, de me tunc suspenso, disquisiverunt, numquid Filius Dei essem. Dicebant enim : *Si filius Dei es, descende de cruce.*

[78] Deut. xxxii, 15. [76] Zach. xiii, 7 ; Marc. xiv, 27. [77] Matth. xv, 26. [78] Matth. xxvii, 40.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Et viderunt me. Hoc est, cognoverunt quisnam essem, cernentes nimirum universam creaturam mecum pati, tametsi duri adhuc permanserint. Scribit enim Matthæus, quod centurio et qui cum eo erant, videntes terræmotum et alia quæ contigerant, timuerunt valde dicentes : *Vere Filius Dei erat iste*[79]. Vel aliter : Curiose egerunt, ne auferrer de cruce a Discipulis meis. Unde viderunt, seu *inspexerunt me*, hoc est, observaverunt cum militum custodia.

Καὶ ἐπεῖδόν με. Καὶ ἐπέγνωσαν, (83) ὅτι εἰμὶ, βλέποντες τὴν κτίσιν συμπάσχουσαν, εἰ καὶ σκληροὶ ἔτι διέμειναν. Φησὶ γὰρ ὁ Ματθαῖος, ὅτι ὁ ἑκατόνταρχος, καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ τηροῦντες τὸν Ἰησοῦν, ἰδόντες τὸν σεισμὸν καὶ τὰ γενόμενα, ἐφοβήθησαν σφόδρα, λέγοντες· Ἀληθῶς Θεοῦ Υἱὸς ἦν οὗτος. Ἢ καὶ ἄλλως· Ἐπολυπραγμόνησαν, μή ποτε κατενεχθῶ ἀπὸ τοῦ σταυροῦ διὰ τῶν μαθητῶν μου, καὶ διὰ τοῦτο ἐπεῖδόν με, τουτέστιν, ἐτήρησάν με φυλακῇ στρατιωτῶν.

Diviserunt sibi vestimenta mea et super vestem meam miserunt sortem. Manifeste hoc Joannes evangelista declarat dicens : *Milites ubi crucifixerunt Jesum, ceperunt vestimenta ejus (et fecerunt quatuor partes, unicuique militi partem) et tunicam. Erat autem tunica inconsutilis, tota desuper contexta. Dixerunt igitur mutuo inter se, Non scindamus eam, sed sortiamur de ea, cujus erit : ut Scriptura impleretur*[80]. Ea nimirum quæ in hoc loco nobis tradita est per Prophetam : cujus verba illic Joannes distincte apposuit. Per vestimenta igitur indumenta illa intelligit, quæ consuta erant, et quæ divisa fuerunt per milites : per vestem vero, tunicam illam inconsutilem, quæ superne erat contexta, et pro qua sortem miserunt.

Διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς, καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον. Ταῦτα σαφῶς ἡρμήνευσεν ὁ εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης· φησὶ γὰρ οὕτως· Οἱ οὖν στρατιῶται, ὅτε ἐσταύρωσαν τὸν Ἰησοῦν, ἔλαβον τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, καὶ ἐποίησαν τέσσαρα μέρη, ἑκάστῳ στρατιώτῃ μέρος, καὶ τὸν χιτῶνα· ἦν δὲ ὁ χιτὼν ἄρραφος, ἐκ τῶν ἄνωθεν ὑφαντὸς δι' ὅλου. Εἶπον οὖν πρὸς ἀλλήλους· Μὴ σχίσωμεν αὐτὸν, ἀλλὰ λάχωμεν περὶ αὐτοῦ, τίνος ἔσται· ἵνα, φησὶν, ἡ Γραφὴ πληρωθῇ, δηλαδὴ τὰ παρόντα ῥήματα, ἃ καὶ παρέθηκεν ἐκεῖ. Ὥστε ἱμάτια μὲν λέγει τὰ ἐῤῥαμμένα, ἃ καὶ διείλοντο ἑαυτοῖς· ἱματισμὸν δὲ, τὸν ἔῤῥαφον χιτῶνα, τὸν ἐκ τῶν ἄνωθεν ὑφαντὸν, ὑπὲρ οὗ ἔβαλον κλῆρον.

Vers. 20. *Tu autem, Domine, ne longe facias auxilium tuum a me, ad defensionem meam conspice.* Iis scilicet omnibus sic se habentibus,

Σὺ δὲ μὴ μακρύνῃς τὴν βοήθειάν σου ἀπ' ἐμοῦ· εἰς τὴν ἀντίληψίν μου πρόσχες. Τούτων δηλαδὴ γινομένων.

Vers. 21, 22. *Libera a framea, Deus, animam meam, et de manu canis unigenitam meam. Salva me ex ore leonis, et a cornibus unicornium humilitatem meam.* Per frameam Romanos milites intelligit, qui frameas, hoc est gladios et arma ferebant : quos etiam canes ea ratione appellat, quam superius diximus. Per leonem vero Judæos, ob summam nimirum eorum sævitiam, et quia mortem ejus sitiebant, et quia insidiis utebantur : quo nomine paulo superius illos etiam appellaverat. Eosdem etiam unicornes vocat, veluti in unam tantum Dei personam credentes. Silvestre autem animal est unicornis, et juxta sui nominis etymologiam, unum tantummodo cornu gestat in fronte. Singulari vero numero [frameam,] leonem et canem dixit, considerato universo eorum genere per quod unusquisque dignoscitur. Per unigenitam autem, animam suam intelligit, quasi unicam ac singularem inter cæteras, quippe quæ sola inter omnes alias peccatum non fecit, et quæ sola Dei Filium secum in eadem habet persona. De sua autem humilitate ipse etiam in Evangeliis dixit : *Discite a me quia mitis sum, et humilis corde*[81]. Quare autem hujusmodi preces fundat jam diximus, et qualem etiam liberationem animæ perquireret.

Ῥῦσαι ἀπὸ ῥομφαίας τὴν ψυχήν μου, καὶ ἐκ χειρὸς κυνὸς τὴν μονογενῆ μου· σῶσόν με ἐκ στόματος λέοντος, καὶ ἀπὸ κεράτων μονοκερώτων τὴν ταπείνωσίν μου. Ῥομφαίαν καλεῖ τοὺς ἐκ τῆς Ῥώμης στρατιώτας, ὡς ξιφηφόρους· τοὺς αὐτοὺς δὲ καὶ κύνας, καθὼς ἀνωτέρω δεδηλώκαμεν· λέοντας δὲ, τοὺς Ἰουδαίους, διὰ τὴν ἀπήνειαν, καὶ τὸ διψᾷν τὸν αὐτοῦ θάνατον, καὶ τὴν ἐνέδραν· οὕτω γὰρ καὶ πρὸ μικροῦ τούτους ὠνόμασεν. Τοὺς αὐτοὺς δὲ λέγει καὶ μονοκέρωτας, ὡς εἰς μίαν ὑπόστασιν Θεοῦ πιστεύοντας. Ζῶον δὲ ἄγριον ὁ μονόκερως, φερωνύμως ἓν φέρον ἐπὶ τοῦ μετώπου κεράτιον. Ἐνικῶς δὲ εἶπε κύνα καὶ λέοντα, διὰ τὸ γένος, δι' οὗ τὸν καθ' ἕκαστον γινώσκομεν· μονογενῆ δὲ λέγει τὴν ἰδίαν ψυχὴν, ὡς μεμονωμένην, διὰ τὸ μόνην τῶν ἄλλων ψυχῶν ἄγευστον ἁμαρτίας εἶναι, καὶ διὰ τὸ μόνον τὸν Υἱὸν ἔχειν ἡνωμένον καθ' ὑπόστασιν. Περὶ δὲ τῆς αὐτοῦ ταπεινώσεως καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς ἱεροῖς Εὐαγγελίοις ἐδίδαξεν, εἰπών· *Μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾷός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ.* Τίνος δὲ ἕνεκεν οὕτως ηὔχετο, προεῖρήκαμεν· ἔτι δὲ καὶ ὁποίαν ἐζήτει λύτρωσιν.

Vers. 23. *Narrabo nomen tuum fratribus meis.* Animadverte quomodo divinus Spiritus quædam ut jam facta commemorat, veluti qui futura ea esse

Διηγήσομαι τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου. Σημείωσαι πῶς τὰ μὲν ἤδη γεγενημένα λέγει τὸ Θεῖον Πνεῦμα προθεωροῦν· τὰ δὲ, ὡς μέλλοντα,

[79] Matth. xxvii, 54. [80] Joan. xix, 23, 24. [81] Matth. v, 4.

Variæ lectiones.

(83) ὅ τι, vel ὅστις.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

νόμῳ προφητείας. Ὄνομα δέ φησι, τὸ τῆς πατρότητος· Θεὸν μὲν γὰρ ὡμολόγουν Ἑβραῖοι· Πατέρα δὲ Υἱοῦ οὐκ ἐγίνωσκον, ὡς ἐν τῷ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγελίῳ εἴρηκεν· *Ἐφανέρωσά σου τὸ ὄνομα τοῖς ἀνθρώποις*· ἀδελφοὺς δὲ καλεῖ τοὺς ἀποστόλους, ὡς πρὸς τὰς γυναῖκας μετὰ τὴν ἀνάστασιν εἰρηκεν· *Πορευθεῖσαι, εἴπατε τοῖς ἀδελφοῖς μου.* A prævidebat : quædam vero tanquam futura atque hoc ex lege prophetiæ. Per nomen autem Dei, nomen Paternitatis intelligit. Deum enim olim semper fatebantur Judæi, sed Patrem Filii non cognoscebant. Hujus autem versiculi prophetiam impletam esse legimus apud Joannem ; apud quem Christum dixisse legimus ad Patrem : *Manifestavi nomen tuum hominibus* [82]. Per fratres autem apostolos intelligit, quemadmodum et alibi post resurrectionem eos appellavit, mulieribus illis dicens : *Ite et nuntiate fratribus meis* [83].

Ἐν μέσῳ Ἐκκλησίας ὑμνήσω σε. Οὐ μόνον γὰρ διὰ τοὺς ἀποστόλους ἐδίδασκεν, ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς συναγωγαῖς τῶν Ἰουδαίων ἐπαρρησιάζετο, διηγούμενος τὰ μεγαλεῖα τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός. Περὶ τούτων οὖν ἡ παροῦσα προφητεία. Τοῦτο δὲ καὶ εἰσέτι ποιεῖ διὰ τοῦ Εὐαγγελίου αὐτοῦ, καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ ἀναγινωσκομένου. B

Οἱ φοβούμενοι τὸν Κύριον, αἰνέσατε αὐτόν. Ὡς ἤδη εἰσακουσθείς, προτρέπεται τοὺς πιστοὺς εἰς εὐχαριστίαν· καὶ πρῶτον, τοὺς ἐξ ἐθνῶν, ὅτι καὶ πρῶτον εἰς τὰ ἔθνη τοὺς ἀποστόλους μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν ἐξαπέστειλε. *Πορευθέντες* γάρ, φησὶ, *μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη*, οὓς καὶ φοβουμένους τὸν Κύριον καλεῖ, προσαγορεύων αὐτοὺς ἀπὸ τῆς ἀρετῆς. Καὶ Πέτρος γὰρ ὄντως ἐν ταῖς Πράξεσιν ὠνόμασεν αὐτούς· *Ἄνδρες Ἰσραηλῖται, καὶ οἱ ἐν ὑμῖν φοβούμενοι τὸν Θεόν.* Ἐπεὶ δὲ ἡ Ἐκκλησία τῶν πιστῶν, οὐκ ἐξ ἐθνῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ Ἰουδαίων συνίστατο, καὶ τούτους εἰς δοξολογίαν κινεῖ· φησὶ γάρ·

In medio Ecclesiæ laudabo te. Neque enim apostolos tantum privatim docuit ; sed in Judæorum etiam synagogis palam ac libere locutus est, narrans nimirum Dei Patris magnalia. Hanc autem prophetiam hodie etiam manifeste adimpleri videmus, dum Christi Evangelium et privatim et publice in Ecclesiis legitur.

Vers. 24. *Qui timetis Dominum, laudate eum.* Veluti jam exauditus a Patre, hortatur cæteros fideles ad gratiarum actionem, et primo fideles ex gentibus, ad quos post resurrectionem suam apostolos primum misit (*Euntes* enim, inquit, *docete omnes gentes* [84]) ; quosque nunc Propheta ob summam eorum virtutem *timentes Dominum* appellavit : quemadmodum alibi etiam appellat Petrus in Actibus apostolorum dicens : *Viri Israelitæ et qui in vobis timent Deum* [85]. Verum quia Ecclesia fidelium non ex gentibus tantum, sed etiam ex Hebræis constituta est, hos pariter ad glorificandum Deum urget dicens :

Ἅπαν τὸ σπέρμα Ἰακὼβ, δοξάσατε αὐτόν. Πάντες οἱ ἐξ Ἰουδαίων πεπιστευκότες· προπάτωρ γὰρ τῶν φυλῶν Ἰακώβ.

Φοβηθήτω δὴ ἀπ' αὐτοῦ ἅπαν τὸ σπέρμα Ἰσραήλ. Ἐνταῦθα καὶ ἄμφω τὰ μέρη λέγει, διότι πᾶς ἐπιγνοὺς Χριστὸν Ἰσραὴλ ἐστι. Ἰσραὴλ γὰρ μεθερμηνεύεται *νοῦς ὁρῶν τὸν Θεόν*. Κελεύει τοίνυν καὶ ὑμνεῖν τὸν Θεὸν, καὶ ἀεὶ φοβεῖσθαι αὐτὸν, ὡς παντοδύναμον. Ἢ καὶ τοῖς ἄλλοις Ἰουδαίοις παραγγέλλει, φοβεῖσθαι αὐτὸν, ὡς ἐπάξοντα τούτοις πανωλεθρίαν, διὰ τὴν λύσσαν, τὴν κατὰ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ. C

Omne semen Jacob glorificate eum. Omnes qui ex Judæis fideles sunt. Omnium enim tribuum progenitor fuit Jacob.

Vers. 25. *Timeat eum omne semen Israel.* Per semen Israel utrumque genus supra commemoratum intelligit [gentiles nimirum et Judæos, qui fideles sunt] ; omnis enim qui Christum cognoscit, vere Israel appellatur, cum Israel interpretetur, *mens videns Deum*. Jubet igitur ut Deum laudemus, utque eum semper veluti omnipotentem timeamus, vel cæteros Judæos jubet ut eum timeant, veluti allaturum eis exterminationem ob furorem ac rabiem quam erga illius Filium demonstrarunt.

Ὅτι οὐκ ἐξουδένωσεν, οὐδὲ προσώχθισε τῇ δεήσει τοῦ πτωχοῦ. Οὐ παρεῖδεν, οὐδὲ φορτικὴν ἠγήσατο τὴν ἐμὴν, φησὶ, δέησιν, τὴν περὶ τοῦ τὸν διάβολον νικῆσαι, καὶ ὑμῖν τὴν νίκην δωρήσασθαι. Πτωχὸν δὲ ὠνόμασεν ἑαυτὸν, διά τε τῇ δεήσει τοῦ πτωχοῦ, καὶ ὅτι ἄλλως· πένης ἦν, ὅσον εἰς χρήματα καὶ περιουσίαν. D

Quoniam non sprevit, neque molestam habuit deprecationem pauperis. Non molestæ illi fuerunt preces quas ei obtuli, et pro dæmonis profligatione et pro vestra victoria. Seipsum etiam pauperem Christus appellat, et propter carnis exiguitatem, et quia pecuniis, et omnibus aliis externis bonis carebat.

Οὐδὲ ἀπέστρεψε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἀπ' ἐμοῦ. Περὶ τοῦ ἰδιώματος τούτου προειρήκαμεν ἐν τῇ ἐξηγήσει τοῦ δωδεκάτου ψαλμοῦ.

Nec avertit faciem suam a me. Hunc loquendi modum declaravimus in psalmo duodecimo.

Ἐν τῷ κεκραγέναι με πρὸς αὐτὸν, εἰσήκουσέ μου. Εὐθὺς ἐν τῷ βοᾶν με πρὸς αὐτὸν, ἐπήκουσε.

Et dum clamarem ad eum exaudivit me. Statim, inquit, clamans ad eum, exauditus sum.

Παρὰ σοῦ ὁ ἔπαινός μου. Ὅτε φωνὴ κατηνέχθη ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, λέγουσα· *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός*

Vers. 26. *A te laus mea.* Tunc scilicet quando vox e cœlo delata est dicet : *Hic est Filius meus*

[82] Joan. xvii, 6. [83] Matth. xxviii, 10. [84] Ibid. 19. [85] Act. ii, 16.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

dilectus in quo complacui [66] ; et alibi : *Et glorificavi et iterum glorificabo* [67].

In Ecclesia magna confitebor tibi. Per confessionem hoc in loco laudationem intelligit. Est autem vere magna fidelium Ecclesia, quæ ad ultimos usque terræ fines pervenit ; vel quia et magnis ac summis viris consistit. Assidue autem Christus in medio Ecclesiæ Patrem laudat, per Evangelium suum ; et superius quidem Judæorum Synagogam Ecclesiam appellavit (nisi illic fortassis per Ecclesiam, singulares fidelium Ecclesias ubique locorum exsistentes intelligas) nunc autem pro ipsa universali Ecclesia loquitur,

Vota mea reddam in conspectu timentium eum. Per vota, promissiones Deo factas intelligit : quod nimirum et narraturus esset nomen Patris, et illud laudaturus,

VERS. 27. *Edent pauperes et saturabuntur* Ii scilicet, qui eousque religione ac pietate pauperes fuerant, vel etiam humanis divitiis. Pauperes enim sunt, veri omnes Christiani, qui tamen spiritualem cibum evangelicæ comedunt doctrinæ, qua vere alitur atque augescit anima.

Et laudabunt Dominum qui exquirunt eum. Quia ob humani generis salutem proprio Filio non pepercit. Exquirit autem Deum ille qui per semitam mandatorum ejus graditur, quibus recta ad illum via perducimur. Vel aliter : Comedent fideles, Salvatoris corpus, cum quo et sanguinem ejus bibent, et saturabuntur, sancto nimirum repleti Spiritu, hymnisque et laudibus in mensa illa Deum extollent : ita ut versiculus superior, non solum prophetiam contineat de Evangelio, sed de mystico etiam mensæ illius sacramento.

Vivent corda eorum in sæculum sæculi. Ait enim Dominus in Evangelio : *Ego sum panis vitæ* [68]. Et rursus : *Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum* [69], custodiens videlicet pariter mandata. Per cor autem, totum hominem intelligit : eo quod illa pars cæteris omnibus partibus in quovis animante, vitæ sit magis particeps. Licet moriantur, inquit, resurgent tamen in vitam æternam.

VERS. 28. *Reminiscentur et convertentur ad Dominum universi fines terræ.* Reminisci dicimus de re olim prænoguita. Ex his igitur verbis illud nobis denotatur, quod cognitio Dei in hominibus naturalis est, tametsi erroris nebula quæ erat in omnibus gentibus, cognitionem illam obtegeret atque occultaret ; verum ubi dissipata est illa nebula, et illucescere cœpit sol justitiæ Christus, reminisci statim cœperunt Creatoris, et adipsum conversi sunt. Vel, *reminiscentur* in passiva significatione intellige, quod memores erunt [ex vi enim Græci verbi uterque potest sensus elici : ita ut sit sententia], quod digni efficientur, quorum Deus reminiscatur, tamen si eousque repulsi ac neglecti fuisse viderentur. Illud etiam considera, quomodo ordinate atque apposite, verbis Propheta usus est ; nam cum primo dixerit *Reminiscentur*, deinde *Convertentur*, intulit, ac demum *Adorabunt.*

A *μου ὁ ἀγαπητός, ἐν ᾧ ηὐδόκησα.* Καὶ αὖθις · *Ἐδόξασα, καὶ πάλιν δοξάσω.*

Ἐν Ἐκκλησίᾳ μεγάλῃ ἐξομολογήσομαί σοι. Ἐξομολόγησιν ἐνταῦθα λέγει τὴν αἴνεσιν · μεγάλη δὲ ἡ τῶν πιστῶν Ἐκκλησία, ὡς μέχρι περάτων γῆς φθάνουσα, ἢ καὶ ὡς ἀπὸ μεγάλων ἀνδρῶν συνισταμένη. Ἀεὶ δὲ διὰ τοῦ Εὐαγγελίου μέσον αὐτῆς ὑμνεῖ τὸν Πατέρα. Ἄνω μὲν οὖν ἁπλῶς ἐκκλησίαν τὴν τῶν Ἰουδαίων συναγωγὴν εἶπεν, ἢ καὶ τὴν ἐν ἑκάστῃ παροικίᾳ μερικὴν τῶν εὐσεβῶν · νῦν δὲ, μεγάλην λέγει, τὴν καθολικὴν τῶν πιστῶν.

B *Τὰς εὐχάς μου τῷ Κυρίῳ ἀποδώσω, ἐνώπιον τῶν φοβουμένων αὐτόν.* Εὐχὰς νῦν τὰς ὑποσχέσεις καλεῖ, δηλονότι τὸ διηγήσασθαι τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τὸ ὑμνῆσαι αὐτόν.

Φάγονται πένητες, καὶ ἐμπλησθήσονται. Οἱ μέχρι τότε πένητες ὅσον εἰς εὐσέβειαν, ἢ καὶ ὅσον εἰς ἀνθρώπινον πλοῦτον. Ἀκτήμονες γὰρ οἱ κατὰ ἀλήθειαν Χριστιανοί. Φάγονται δὲ τὴν πνευματικὴν τροφὴν τῆς εὐαγγελικῆς διδασκαλίας, τὴν αὔξουσαν τὴν ψυχήν.

C *Καὶ αἰνέσουσι Κύριον οἱ ἐκζητοῦντες αὐτόν.* Ὅτι οὐκ ἐφείσατο τοῦ Μονογενοῦς αὐτοῦ διὰ τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων. Ἐκζητεῖ δέ τις τὸν Θεὸν, ὁδεύων τὴν τρίβον τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ, φερουσῶν ἀντικρὺς εἰς αὐτόν. Ἢ καὶ ἄλλως · Φάγονται τὸ σῶμα τοῦ Σωτῆρος, ᾧ καὶ τὸ αἷμα συμπεριλαμβάνεται, καὶ ἐμπλησθήσονται Πνεύματος ἁγίου, καὶ ὕμνοις περὶ τὴν μυστικὴν χρήσονται τράπεζαν, ὡς εἶναι τοῦτο προφητείαν, οὐ μόνον περὶ τοῦ Εὐαγγελίου, ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς μυστικῆς τραπέζης.

Ζήσονται αἱ καρδίαι αὐτῶν εἰς αἰῶνα αἰῶνος. Φησὶν ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις ὁ Κύριος · *Ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς.* Καὶ πάλιν · *Ἐάν τις φάγῃ ἐκ τοῦ ἐμοῦ ἄρτου, ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα* · φυλάττων δηλαδὴ τὰς ἐντολάς. Διὰ δὲ τῆς καρδίας, ὅλον τὸ ζῶον ἐδήλωσεν, ἀπὸ τοῦ καιριωτέρου μέρους · εἰ γὰρ τεθνήξεται κατὰ φύσιν, ἀλλ' αὖθις ἀναστήσεται εἰς ζωὴν αἰώνιον.

D *Μνησθήσονται, καὶ ἐπιστραφήσονται πρὸς Κύριον πάντα τὰ πέρατα τῆς γῆς.* Μνήμη ἐπὶ προεγνωσμένου πράγματος λέγεται. Φαίνεται τοίνυν, ὡς ἡ θεογνωσία τοῖς ἀνθρώποις ἔμφυτός ἐστιν · ἀλλ' ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἡ τῆς πλάνης ἀχλὺς ἐκάλυψεν αὐτήν· τῆς ἀχλύος δὲ σκεδασθείσης τῷ ἡλίῳ τῆς δικαιοσύνης Χριστῷ, ἐμνήσθησαν τοῦ Δημιουργοῦ, καὶ πρὸς αὐτὸν ἀπεστράφησαν. Ἤ, *Μνησθήσονται*, ἀντὶ τοῦ, Μνήμης ἀξιωθήσονται, παρὰ τῷ Θεῷ μέχρι τότε παρεωραμένοι. Ὅρα δὲ ὅπως ἐχρήσατο τῇ τάξει, *Μνησθήσονται*, εἰπὼν, εἶτα *Ἐπιστραφήσονται*, εἶτα *Προσκυνήσουσι.*

[66] Matth. xvii, 5. [67] Joan. xii, 28. [68] Joan. vi, 35, 48. [69] ibid. 52.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Καὶ προσκυνήσουσιν ἐνώπιον αὐτοῦ πᾶσαι αἱ πατριαὶ τῶν ἐθνῶν. Καὶ μὴν οὔτε πάντα τὰ πέρατα τῆς γῆς ἐπίστευσαν, οὔτε αἱ πατριαὶ τῶν ἐθνῶν. Ἀλλ' ἐπεὶ καὶ εἰς πάντα τὰ πέρατα τῆς γῆς, καὶ εἰς πάντα τὰ ἔθνη τὸ Εὐαγγέλιον ἐφθασεν, ἀπὸ τοῦ ὅλου τὸ μέρος δεδήλωκεν, ὡς ἐν ἄλλοις τοὐναντίον, ἀπὸ μέρους τὸ ὅλον. Ἄλλως τε δὲ πατριὰς, τὰς συγγενείας καλεῖ· δῆλον δὲ ὅτι παντὸς ἔθνους συγγενεῖς ἐπίστευσαν εἰς Χριστὸν, καὶ δι' αὐτοῦ προσεκύνησαν τὸν Πατέρα.

Ὅτι τοῦ Κυρίου ἡ βασιλεία, καὶ αὐτὸς δεσπόζει τῶν ἐθνῶν. Οὗτός ἐστι καὶ βασιλεὺς αὐτῶν καὶ Δεσπότης, κατὰ τό· *Καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς*· καὶ διὰ τοῦτο προσκυνήσουσιν αὐτὸν, τῆς διαβολικῆς τυραννίδος ἐλευθερωθέντες.

Ἔφαγον καὶ προσεκύνησαν πάντες οἱ πίονες τῆς γῆς. Πίονας λέγει τοὺς πλουσίους, τοὺς πλουτήσαντας τὴν εὐσέβειαν, οἱ πρότερον πένητες ἦσαν, ὡς προειρήκαμεν.

Ἐνώπιον αὐτοῦ προσπεσοῦνται πάντες οἱ καταβαίνοντες εἰς γῆν. Προσκυνήσουσιν αὐτῷ πάντες οἱ ἀποθνήσκοντες, καὶ εἰς γῆν ἀναλυόμενοι. Μετὰ γὰρ τὴν κοινὴν ἀνάστασιν, αὐτῷ πᾶν γόνυ κάμψει, κατὰ τὸν Ἀπόστολον· καὶ οἱ μὲν, ἑκόντες καὶ πόθῳ· οἱ δὲ, ἄκοντες καὶ φόβῳ.

Καὶ ἡ ψυχή μου αὐτῷ ζῇ. Αὐτός ἐστιν ὁ ταύτην ζωῶν, καὶ μὴ ἐῶν ἀποθνήσκειν ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας· τοῦτο δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ Πατρὸς νοεῖται, καὶ ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ. Καὶ ἄλλως δὲ, Ζῇ τῷ Θεῷ, φησὶν, ἡ ψυχή μου, ὡς ἐνεργὸς οὖσα πρὸς αὐτὸν, ὥσπερ καὶ ἐκ τοῦ ἐναντίου, τέθνηκε τῷ δαίμονι, ὡς ἀκινητοῦσα πρὸς τὰς ὑποβήκας αὐτοῦ.

Τὸ σπέρμα μου δουλεύσει αὐτῷ. Σπέρμα Χριστοῦ, ἤτοι τέκνα, πάντες οἱ διὰ τοῦ Εὐαγγελίου γεννηθέντες αὐτῷ, οὓς καὶ ὑπέταξε τῷ Πατρί.

Ἀναγγελήσεται τῷ Κυρίῳ γενεὰ ἡ ἐρχομένη. Γνωρισθήσεται τῷ Θεῷ ἡ ἐξ ἐθνῶν γενεὰ τῶν πιστῶν, ἡ ἐλευσομένη ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Υἱοῦ.

Καὶ ἀναγγελοῦσι τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ λαῷ τῷ τεχθησομένῳ. Οἱ διὰ πίστεως τεχθέντες, ἀναγγελοῦσι τοῖς τεχθησομένοις, καὶ τὸ καθεξῆς ἀεί. *Δικαιοσύνην* δὲ, ὅτι καθεῖλε τὸν ἀδικοῦντα τοὺς ἀνθρώπους πολέμιον.

Ὅν ἐποίησεν ὁ Κύριος. — *Ὅν ἐποίησεν*, ἤτοι συνεστήσατο λαὸν ἑαυτῷ, πρότερον λαὸν ὄντα, ἀλλ' ἀπωσμένον· ἢ ὃν ἐδημιούργησε. Τὸ δὲ, *ἀναγγελήσεται τῷ Κυρίῳ*, τινὲς ἄλλως ἡρμήνευσαν, ὅτι

Et adorabunt in conspectu ejus universæ familiæ gentium. Atqui nec universi fines terræ crediderunt, neque omnes gentium familiæ; verum quia in omnem terram Evangelium et ad omnes gentes penetravit, a toto partem significat: quemadmodum alibi contra, totum a parte. Et aliter: Per familias [quas juxta Græci nominis vim, parentelas potius dicere possumus], cognationes intelligit. Manifestum vero enim quod de omnibus nationibus plurimi qui inter se cognati erant, Christo crediderunt, et per ipsum, Patrem adoraverunt.

Vers. 29. *Quoniam Domini est regnum et ipse dominabitur gentium.* Ipse enim eorum Rex est et Dominus juxta illud: *Postula a me et dabo tibi gentes hæreditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ* [90]. Et ideo adorabunt eum a dæmonis tyrannide liberati.

Vers. 30. *Manducaverunt et adoraverunt omnes pingues terræ.* Per pingues terræ divites intelligit: divites, inquam, pietate et religione, qui antea pauperes fuerant, ut prædiximus.

In conspectu ejus cadent omnes qui descendunt in terram. Adorabunt eum mortales omnes qui in terram revolvuntur: quia post communem omnium resurrectionem, omne genu ei flectetur secundum Apostolum [91]; alii nimirum sponte sua ac libenti animo, alii vero inviti et cum timore.

Vers. 31. *Et anima mea illi vivit.* Ipse enim est qui eam vivificat, quique a peccato occidi eam non sinit; hoc autem et de Patre intelligi potest et de Filio. Vel aliter: Vivit, inquit, anima mea Deo, veluti quæ actiones suas omnes ad eum dirigit, quemadmodum contra: dæmoni dicitur mortua, quando ad pravas illius suggestiones immobilis permanet.

Et semen meum serviet ipsi. Semen (84), inquit, meum Christus, Patri meo serviet. Per semen, omnes filios intelligas, qui ei per Evangelium generati sunt, et quos ipse [ut inquit Apostolus] Patri suo subjecit.

Vers. 32. *Annuntiabitur Domino generatio ventura.* Cognoscetur a Deo, inquit, generatio fidelium ex gentibus, quæ ventura est in diebus Incarnationis Filii ejus.

Et annuntiabunt justitiam ejus populo qui nascetur. Ii qui per fidem generati sunt, annuntiabunt eam posteris, et hi successive aliis. Justitiam vero ideo appellat, quia humani generis inimicum destruxit, qui injuria illud semper ac damno afficerat.

Quem fecit Dominus. Hoc est, quem sibi populum constituit cum antea Dei populus non diceretur: quinimo repulsus erat et exosus. Vel aliter: *Quem fecit*, hoc est, quem creavit. Et quod dictum

[90] Psal. II, 8. [91] Philipp. II, 10.

Variæ lectiones.

(84) Græcorum verborum sensus est: *Semen Christi, seu Filii, sunt omnes qui per Evangelium*, etc.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

est : *Annuntiabitur Domino generatio ventura*, quidam aliter exposuerunt, dicentes, prophetiam illic contineri de gentilibus illis, qui in Jerusalem quærebant videre Dominum. Scribit enim Joannes accessisse eos ad Philippum, qui erat a Bethsaida Galileæ, et interrogasse eum, dicentes : *Domine, volumus videre Jesum* [91] ; et Philippum deinde id dixisse Andreæ : et utrumque eorum demum id simul retulisse ad Jesum ; et Jesum respondisse, *Quod venerat hora ut glorificaretur Filius hominis* [92]. Ecce quomodo Christo Domino annuntiata est ab apostolis generatio illa gentilium : illi nimirum Græci, qui exeuntes et accedentes ad Jesum, exordium quasi ac principium fuere gentilium omnium, qui in Christum erant crediturі.

A προφητεία τοῦτό ἐστι, περὶ τῶν ἐν Ἱεροσολύμοις ζητησάντων ἰδεῖν τὸν Ἰησοῦν Ἑλλήνων· φησὶ γὰρ ὁ εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης· *Οὗτοι προσῆλθον Φιλίππῳ, ὅτι ἀπὸ Βηθσαϊδὰ τῆς Γαλιλαίας, καὶ ἠρώτων αὐτὸν, λέγοντες· Κύριε, θέλομεν ἰδεῖν τὸν Ἰησοῦν.* Ἔρχεται Φίλιππος, καὶ λέγει τῷ Ἀνδρέᾳ· Ἔρχεται Ἀνδρέας καὶ Φίλιππος, καὶ λέγουσι τῷ Ἰησοῦ· ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπεν· *Ἐλήλυθεν ἡ ὥρα, ἵνα δοξασθῇ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου.* Ἰδοὺ τοίνυν ἀνηγγέλη τῷ Χριστῷ παρὰ τῶν ἀποστόλων, τουτέστιν οἱ Ἕλληνες, οἱ ἐξερχόμενοι πρὸς αὐτὸν, προοίμιον ὄντες πάντων τῶν ἐξ ἐθνῶν ἐληλυθότων.

Psalmus ipsi David.

PSALMUS XXII.

B Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

ΨΑΛΜΟΣ ΚΒ'.

Hunc Psalmum sanctus Spiritus beato David ex persona fidelium qui ex gentibus fuere conscribendum mandavit.

Ἐκ προσώπου τῶν ἐθνῶν τὸν παρόντα ψαλμὸν τὸ θεῖον Πνεῦμα τῷ Δαβὶδ ὑπηγόρευσε.

Vers. 2. *Dominus pascit me et nihil mihi deerit.* Ipse enim Dominus in Evangelio ait : *Ego sum pastor bonus* [93]. Qui cum primos fideles ex gentibus quasi oves, præruptis in locis errabundos invenisset, amovile suum duxit eos ac pavit : pro quo beneficio eorum quisque a Propheta nostro introducitur in gratiarum actionem Deo canere ac dicere : *Dominus pascit me*, atque ideo nullus est mihi timor quod posthac necessarium aliquid aut opportunum deficiat. Sciendum est autem, ea, quæ plane perspecta habeantur, sine articulo efferri consuesse.

Κύριος ποιμαίνει με, καὶ οὐδέν με ὑστερήσει. Αὐτὸς γὰρ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ φησίν· *Ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλός.* Ὡς πρόβατα γὰρ πλανώμενα ἐπὶ τόπου ἀπωλείας τοὺς ἐξ ἐθνῶν εὗρε, καὶ εἰς μάνδρας ἤγαγε, καὶ λοιπὸν ποιμαίνει. Διὸ καὶ ἕκαστος αὐτῶν εὐχαριστῶν, ἀπαγγέλλει τὰς εὐεργεσίας αὐτοῦ, λέγων· *Ὁ Κύριος ποιμαίνει με*, καὶ οὐδέν με λοιπὸν ἐπιλείψει τῶν ἐπιτηδείων. Ἰστέον δὲ, ὅτι τὰ πάνυ ἐγνωσμένα χωρὶς ἄρθρου πολλάκις ἐκφέρονται. C

In loco herbarum ibi me collocavit. Locus herbarum virtus practica ; aqua autem requietis, contemplativa philosophia. Constituit me, inquit, in loco ubi erant optima herbarum pascua. Persistit enim Propheta in pascendi metaphora. Herba autem et aqua de qua inferius dicet, ubertatem gregi præstant : et sensus est, quod uberrimum ei pabulum Dominus ad vescendum dedit. Vel, per locum quidem Ecclesiam, per herbas vero virescentes virtutibus fideles intelligit. Vel, per herbam Christianorum fidem intellige, quæ semper renovatur ac virescit. Gentium enim fides consenuit et aruit ut fœnum. [Vel, per herbarum pascua, virtutes morales, per aquam vero requietis, pacatissimum contemplativæ philosophiæ confugium significat.]

Εἰς τόπον χλόης, ἐκεῖ με κατεσκήνωσεν. Τόπος χλόης, ἡ πρακτικὴ ἀρετή· ὕδωρ δὲ ἀναπαύσεως, ἡ θεωρητικὴ φιλοσοφία. Καὶ ἐκεῖ με, φησὶ, κατεσκήνωσεν, ὅπου τόπος χλόης. Ἐπέμεινε δὲ τῇ τροπῇ τοῦ ποιμαίνειν· χλόη γὰρ καὶ ὕδωρ, εὐθηνία ποιμνίου. Τοῦτο δὲ βούλεται δηλοῦν, ὅτι Ἐν ἀπολαύσει νομῆς με κατέστησε. Καὶ ἄλλως δέ· τόπος μὲν χλόης, ἡ Ἐκκλησία· χλόη δὲ, οἱ πιστοὶ, ἀνθοῦντες κατ' ἀρετήν. Ἢ καὶ χλόην, τὴν τῶν Χριστιανῶν πίστιν νοήσεις, νεάζουσαν ἀεί· ἡ γὰρ τῶν Ἑλλήνων, ὡς χόρτος ἐγήρασε, καὶ ἀπεξηράνθη.

Vers. 3. *Super aquam requietis educavit me.* Hoc propter baptismi lavacrum dictum est, cujus aqua emundati laborem omnem et pondus peccatorum projicimus, ac deinceps requiescimus. Quapropter Dominus dicebat : *Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis et ego requiescere vos faciam* [94]. Vel aliter, per aquam fluenta illa intellige vivificæ Christi doctrinæ, de quibus in primo psalmo dictum est, in expositione illius versiculi : *Quod plantatum est secus decursus aquarum* [95].

D *Ἐπὶ ὕδατος ἀναπαύσεως ἐξέθρεψέ με.* Τοῦτο διὰ τὸ λουτρὸν τοῦ βαπτίσματος· διὰ τοῦ τοιούτου γὰρ ὕδατος ῥυπτόμενοι ῥίπτομεν τὸν πόνον καὶ τὸ βάρος τῆς ἁμαρτίας, καὶ λοιπὸν ἀναπαυόμεθα. Διὸ καὶ ὁ Κύριος ἔλεγε· *Δεῦτε πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς.* Ἢ καὶ ἄλλως· ὕδωρ, τὸ ζωηρὸν νᾶμα τῆς τοῦ Χριστοῦ διδασκαλίας, ὡς προειρήκαμεν εἰς τὸν πρῶτον ψαλμὸν, τὸ, *Παρὰ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων*, ἑρμηνεύοντες.

Animam meam convertit. Ab idolorum errore.

Τὴν ψυχήν μου ἐπέστρεψεν. Ἀπὸ τῆς πλάνης τῶν εἰδώλων.

Deduxit me super semitas justitiæ. Per justitiam hic

Ὡδήγησέ με ἐπὶ τρίβους δικαιοσύνης. Δικαιοσύ-

[91] Joan. XII, 21. [92] Ibid. 23. [93] Joan. II, 14. [94] Matth. XI, 28. [95] Psal. I, 3.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

νην ἐνταῦθα λέγει τὴν καθόλου, τὴν ἐμπεριέχουσαν πάσας τὰς ἀρετάς· τρίβους δὲ ταύτης, τὰς μερικὰς ἀρετὰς, διότι φέρουσιν εἰς αὐτήν. Αὐτὸς γὰρ ἐνανθρωπήσας, ἔτεμε ταύτας, καὶ βαδίσας ὑπέδειξεν, ἔργῳ καὶ λόγῳ καθοδηγήσας ἡμᾶς.

universalem illam justitiam intelligit, quæ omnes complectitur virtutes; per semitas vero alias particulares virtutes, quæ ad illam tendunt. Ipse enim Dominus incarnatus, has nobis vias aperuit, et per eas ingrediens, re ac verbis dux nobis itineris factus est.

Ἕνεκεν τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ. Διὰ τὸ κληθῆναί με Χριστιανόν· ἢ ἵνα μὴ βλασφημῆται τὸ ὄνομα αὐτοῦ διὰ τῶν πράξεων παρὰ τοῖς ἀπίστοις.

Propter nomen suum. Propter hoc quod Christianus vocor: vel, ne nomen suum ob mala nostra opera ab infidelibus blasphemetur.

Ἐὰν γὰρ καὶ πορευθῶ ἐν μέσῳ σκιᾶς θανάτου, οὐ φοβηθήσομαι κακὰ, ὅτι σὺ μετ' ἐμοῦ εἶ. (85) Σκιὰ θανάτου, ὁ παρὼν κόσμος· ὥσπερ γὰρ ὁ θάνατος χωρίζει τὴν ψυχὴν ἀπὸ τοῦ σώματος, οὕτω καὶ ὁ παρὼν κόσμος χωρίζει τὸν φιλόχοσμον ἀπὸ τοῦ Θεοῦ. Εἴ τις δὲ μετὰ Θεοῦ, καὶ ὁ Θεὸς μετ' αὐτοῦ ἐστιν. Ἢ σκιὰ θανάτου, πόνος κινδύνου παντὸς, οἷα καὶ ἐοικὼς θανάτῳ, διὰ τὴν πικρίαν τῆς ἀλγηδόνος· σκιὰ μέντοι, διὰ τὴν ὁμοίωσιν· κακὰ δὲ, οἱ πειρασμοί. Σύνεστι δὲ πᾶσι τοῖς ἀληθῶς Χριστιανοῖς ὁ Κύριος· αὐτοῦ γὰρ ὁ λόγος· *Καὶ ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας, ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος.*

Vers. 4. *Nam et si ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es.* Umbra mortis labor ille est, qui in quocunque reperitur periculo, quique ob doloris acerbitatem, quæ morti persimilis est, umbra mortis esse dicitur. Mala vero, tentationes sunt et calamitates. Esse etiam Dominus dicitur ac conversari cum Christianis, eo modo quo ipse declaravit dicens: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi*[97]. Vel aliter: Umbra mortis est vita præsens; nam quemadmodum mors animam separat a corpore, ita et præsens mundus amatores suos separat a Deo: quod si quis cum Deo est, erit etiam Deus cum eo.

Ἡ ῥάβδος σου καὶ ἡ βακτηρία σου, αὗταί με παρεκάλεσαν. (86) Ῥάβδος μὲν, ἡ κρίσις τοῦ Θεοῦ· βακτηρία δὲ, ἡ πρόνοια αὐτοῦ, αἳ παρακαλοῦσιν εἰς σωτηρίαν. Ἢ Ῥάβδος μὲν, ἡ παιδευτικὴ τῶν σφαλομένων· βακτηρία δὲ, ἡ ὑπερειστικὴ τῶν ὀλιγοψύχων· τουτέστιν, Ἁμαρτάνοντα ἐπαίδευσας, καὶ πεπονηκότα ὑπεστήριξας, καὶ δι' ἀμφοτέρων ὠφέλησας. Ἔστι δὲ καὶ ἡ σύνταξις οὕτως· Αὗταί με παρεκάλεσαν, ἡ ῥάβδος σου καὶ ἡ βακτηρία σου· *Παρεκάλεσαν*, ἀντὶ τοῦ, Ἐνουθέτησαν. Ὁ γὰρ νουθετῶν, παρακαλεῖ καὶ ἕλκει πρὸς τὸ συμφέρον. Τινὲς δὲ ῥάβδον καὶ βακτηρίαν, τὸν σταυρὸν ἐκάλεσαν, ὡς ἐκ δύο τμημάτων συγκείμενον, ὧν τὸ μὲν ὀρθὸν, βακτηρίαν, δι' ἧς ὠρθώθημεν κείμενοι ἐν πλάνῃ· τὸ δὲ πλάγιον, ῥάβδον, δι' ἧς ἔπληξε, καὶ κατήραξε τοὺς δαίμονας. Πλαγίως γὰρ οἱ στερρῶς πλήττοντες, τὴν πληγὴν καταφέρουσι. Προταγῆναι δέ φασι τὴν ῥάβδον, διότι πρῶτον διὰ τοῦ σταυροῦ καθεῖλε τὸν τύραννον, εἶτα διὰ τοῦ αὐτοῦ καὶ ἡμᾶς ἐῤῥύσατο. Ὡς εἶναι τὴν ἁρμηνείαν, ὅτι, Ὁ σταυρός σου μὲ παρεκάλεσεν εἰς εὐσέβειαν.

Virga tua et baculus tuus, ipsa me consolata sunt. Virga est qua erriantes corrigimus, baculus vero, quo pusillanimes innituntur. Sensus est: Tu et peccantes correxisti, laborantesque ac labantes stabilisti, et utroque pacto nobis opem tulisti. [Illud autem animadvertendum est, quod Græca dictio παρεκάλεσαν non tantum significat *consolata sunt*, sed etiam *advocaverunt*: unde Paracletum advocatum et consolatorem interpretamur.] Ordo igitur sic fiat: Ipsa duo hæc, virga nimirum et baculus, advocaverunt me, hoc est, admonuerunt. Nam qui aliquem admonet, advocat eum et trahit ad id quod confert. Quidam vero per virgam et baculum crucem intellexere. Ex duabus enim partibus, crux componitur, quarum rectam, baculum dicunt: a quo erecti sumus, cum in errore jaceremus: transversam vero, virgam esse aiunt, per quam percussit Dominus ac confre, it dæmones. Solent enim qui valide percutiunt ex transverso ictum inferre, ut graviorem plagam infligant. Præponi autem dicunt virgam baculo, quia primo, cruce tyrannum destruxit, et eadem postmodum nos redemit; ita ut sensus sit: Quod crux tua ad pietatem me, et ad religionem advocavit. Et aliter: Virga quidem pro Dei judicio sumi potest, et baculus pro providentia, quorum utrumque non ad salutem advocat.

Ἡτοίμασας ἐνώπιόν μου τράπεζαν, ἐξ ἐναντίας τῶν θλιβόντων με. Οὐ μόνον, ὡς προεῖπον, εὐηργέτησας, ἀλλὰ καὶ τρυφὴν πνευματικὴν ἐχαρίσω· τοῦτο γὰρ νῦν ἡ τράπεζα βούλεται, καὶ ταύτην ἐνώπιον τῶν ἐχθρῶν μου, ὡς ἀνιᾶσθαι βλέποντας. Ἢ Ἐξ ἐναντίας, ἀντὶ τοῦ, Τὸ ἐναντίον ὅπερ οὗτοι βούλονται· καὶ γὰρ αὐτοὶ μᾶλλον ἀεὶ ἀνιῶν με σπεύδουσιν· ἢ τράπεζαν λέγει τὴν ἀπόλαυσιν τῶν μελ-

Vers. 5. *Parasti in conspectu meo mensam adversus eos qui tribulant me.* Non solum, ut prædixi, me beneficiis affecisti, sed et spiritualia etiam oblectamenta donasti, quæ per mensam hic significantur. Hanc autem in conspectu, inquit, inimicorum meorum parasti, ut videntes dolore tabescerent: vel adversus eos, hoc est contra id quod cupiunt. Illi enim mœrore me semper ac tristitia

[97] Matth. xxviii, 20.

Variæ lectiones.

(85) Hæc alio ordine legisse videtur Latinus interpres.

(86) Hæc itidem alio ordine leguntur apud Latinum eumdem interpretem.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

magis afficere student. Vel per mensam, futurorum bonorum fruitionem intelligit, quam præparavit Deus diligentibus se; vel altaris mensam, in qua cœna mystica illa jacet, vel etiam virtutem moralem : et per oleum quod mentem impinguat, contemplationem earum rationum intelligite, quæ in mentibus insunt.

λόντων ἀγαθῶν ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ὀγαπῶσιν αὐτόν. Ἢ καὶ τὴν τοῦ θυσιαστηρίου τράπεζαν, ἐφ' ἧς πρόκειται ὁ δεῖπνος ὁ μυστικός· ἡ τράπεζα μὲν, ἡ πρακτικὴ ἀρετή· ἔλαιον δὲ, λιπαῖνον τὸν νοῦν ὡς κεφαλὴν, ἡ θεωρία τῶν ἐν τοῖς οὖσι λόγων· ποτήριον δὲ, ἡ περὶ Θεοῦ γνῶσις· ἔλεος δὲ αὐτοῦ, ὁ ἐλεήμων Υἱὸς καὶ Θεὸς, ὃς διὰ τῆς ἐνανθρωπήσεως

αὐτοῦ, καταδιώκει ἀεὶ ἕως οὗ καταλάβῃ πάντας τοὺς σωθησομένους· οἶκος δὲ, ἡ βασιλεία αὐτοῦ ἐν ᾗ ἀποκαθίστανται πάντες οἱ ἅγιοι· μακρότης δὲ ἡμερῶν, ἡ αἰώνιος ζωή.

Impinguasti in oleo caput meum. In oleo nimirum spiritualis gratiæ : et per caput mentem seu intellectum intellige, veluti contentum a continente. Gratia enim Spiritus impinguat et hilarem reddit mentem. Fortassis etiam unctionem olei baptismatis prædicit, aut unguentum illud, quo Dominus a muliere unctus est, in quibus omnibus per caput totum hominem significat.

Ἐλίπανας ἐν ἐλαίῳ τὴν κεφαλήν μου. Τῷ τοῦ πνευματικοῦ χαρίσματος· κεφαλὴν δὲ, τὸν νοῦν οἰητέον, ἐκ τοῦ περιέχοντος τὸ περιεχόμενον. Τὸ χάρισμα γὰρ τοῦ Πνεύματος ἱλαρύνει καὶ πιαίνει τὸν νοῦν. Ἢ τὸ χρίσμα τοῦ βαπτιστικοῦ ἐλαίου, ἢ τὸ τοῦ μύρου προαναφωνεῖ, ἐφ' ὃν (87) ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ὅλον τὸν ἄνθρωπον νοήσωμεν.

Et calix tuus inebrians me, quam optimus est! Poculum, inquam, evangelicorum sermonum, quod me ebrium reddit. Excedere enim me facit a priori pertinacia, utpote potens contra inimicos. Vel aliter, poculum incruenti sacrificii intelligit.

Καὶ τὸ ποτήριόν σου μεθύσκον με, ὡσεὶ κράτιστον. Τὸ πόμα τῶν εὐαγγελικῶν λόγων, μεθύσκον μέ ἐστιν. Ἔκστασιν γὰρ ἐμποιεῖ τοῦ προτέρου φρονήματος, ὡς κρατοῦν κατὰ τῶν ἐχθρῶν. Ἢ καὶ ποτήριον, τὸ τῆς ἀναιμάκτου θυσίας.

Vers. 6. *Et misericordia tua persequetur me omnibus diebus vitæ meæ. — Persequetur*, hoc est, sequetur me, ita incedentem nimirum, et fugientem errores. Vel, *persequetur*, hoc est, perquiret me et non discedet.

Καὶ τὸ ἔλεός σου καταδιώξει με πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς μου. — Καταδιώξει ἀντὶ τοῦ, Ἕπεται, οὕτω δηλονότι πορευομένῳ, καὶ τὴν πλάνην φεύγοντι. Ἢ καὶ, *Διώξει*, ἀντὶ τοῦ Ἐκζητήσει με, καὶ οὐκ ἀποστήσεται.

Et ut inhabitarem in domo Domini in longitudine dierum. Persequetur autem me, ut tutus in protectione Dei habitem. Vel per domum Domini Ecclesiam dicit, et congregationem fidelium, in qua habitat Dominus, et iis apparet, qui Deo digni sunt; et sensus est : Ego et divina misericordia dignus censebor, et protegar a Deo, et fidelis permanebo. Vel aliter : Dabitur mihi in longitudine dierum, hoc est per totam vitam, ut inhabitem in

Καὶ τὸ κατοικεῖν με ἐν οἴκῳ Κυρίου εἰς μακρότητα ἡμερῶν. Καταδιώξει δέ με καὶ τὸ κατοικεῖν ἐν τῇ σκέπῃ τοῦ Κυρίου περιφρουρούμενον. Ἢ οἶκον Κυρίου λέγει τὴν Ἐκκλησίαν καὶ συναγωγὴν τῶν πιστῶν, ἐν ᾗ οἰκεῖ ὁ Κύριος, ὀπτανόμενος τοῖς ἀξίοις, τουτέστι, Καὶ ἐλέου ἀξιωθήσομαι, καὶ φρουρηθήσομαι, καὶ πιστὸς μενῶ. Ἢ καὶ ἄλλως· Τὸ κατοικεῖν με ἐν οἴκῳ Κυρίου, ἔσται μοι εἰς μακρότητα ἡμερῶν, ἤγουν, δι' ὅλου τοῦ βίου.

domo Domini. Et aliter : Calix (88) cognitio Dei est, misericordia autem ejus, misericors nimirum Deus Filius, qui per incarnationem suam, semper nos persequitur, donec omnes comprehendat, qui salvandi sunt. Domus etiam Domini est ejus regnum, in quo restituuntur omnes sancti; per longitudinem vero dierum, æternam vitam intellige.

Psalmus ipsi David primæ sabbatorum.

PSALMUS XXIII.

Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ, τῆς μιᾶς Σαββάτων.

ΨΑΛΜΟΣ ΚΓ'.

Hic psalmus inscriptionem habet : *Primæ sabbatorum :* hoc est, illius diei, qua Christus resurrexit; illam enim diem prædicit quam Evangelistæ, *primam sabbatorum* manifeste appellarunt : tametsi in fine de assumptione etiam Christi tractet. [Illud tamen observandum quod in Græca lectione *unam Sabbatorum* legimus, quod Latini interpretes passim, *primam* dixerunt.

Ὁ ψαλμὸς οὗτος, *τῆς μιᾶς Σαββάτων* ἐστὶν, ἤτοι τῆς ἡμέρας καθ' ἣν ὁ Κύριος ἀνέστη, περὶ αὐτῆς προσαγορευθείς, ἣν καὶ οἱ εὐαγγελισταὶ μίαν Σαββάτων σαφῶς ἐκάλεσαν. Διεξέρχεται δὲ καὶ περὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἀναλήψεως ἐν τῷ τέλει.

Vers. 1. *Domini est terra et plenitudo ejus.* Ex quo nimirum de sepultura resurrexit, et discipulis apparuit, dicens : *Data est mihi omnis potestas, in cœlo et in terra* [89], ex illo sane tempore, quo hæc acciderunt, Christi effecta est omnis terra, quæ antea sub dæmonum potestate detinebatur. Et ubique terrarum, pro idolis templa Deo erecta sunt,

Τοῦ Κυρίου ἡ γῆ καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. Ὅτε δηλαδὴ τοῦ μνήματος ἐξανέστη, ἐνεφανίσθη τοῖς μαθηταῖς, καὶ εἶπεν· *Ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ γῆς.* Ἐξ ἐκείνης γὰρ τῆς ἡμέρας, τοῦ Χριστοῦ γέγονεν ἡ γῆ, πρότερον ὑπὸ τῶν δαιμόνων κατακυριευομένη. Πανταχοῦ λοιπὸν τῆς γῆς ἀντὶ τῶν εἰδώλων θεῖοι ναοὶ καθιδρύθησαν, τοῦ κτι-

Variæ lectiones.

(87) *Isc.* ἐφ' ὧν.

(88) Græca hic Latinis respondentia leguntur supra, in fine expositionis versiculi : *Parasti in conspectu tuo mensam.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ρύγματος διαδραμόντος ἄχρι τῶν περάτων τῆς οἰκουμένης, ὡς προλαβόντες εἰρήκαμεν. Πλήρωμα δὲ αὐτῆς, οἱ ταύτην πληροῦντες ἄνθρωποι. Ἀπὸ δὲ τοῦ ὅλου τοὺς πλείους ἐδήλωσεν· οὐ γὰρ πάντες τοῦ Κυρίου γεγόνασι. Τῷ μέντοι τῆς γῆς ὀνόματι, καὶ τὰς νήσους συμπεριέλαβεν, ὅτι γῆ καὶ αὗται.

A predicatione fidei ad usque terræ fines dilatata, ut supra diximus, plenitudo autem terræ homines sunt, qui eam habitant, et implent. A toto autem partem significavit. Neque enim omnes crediderunt Evangelio, neque Christi omnes effecti sunt. Appellatione autem terrarum insulas omnes pariter comprehendit. Nam et ipsæ, terræ partes sunt.

Ἡ οἰκουμένη, καὶ πάντες οἱ κατοικοῦντες ἐν αὐτῇ. Τοῦτο τοῦ προῤῥηθέντος ἑρμηνευτικόν· ὃ γὰρ εἶπεν ἐκεῖ γῆν, τοῦτο ἐνταῦθα οἰκουμένην, καὶ ὃ ἐκεῖ πλήρωμα, τοῦτο ἐνταῦθα κατοικοῦντας· ἐν αὐτῇ. Καὶ ἄλλως δέ· εἰ καὶ μὴ πᾶσα καὶ πάντες τοῦ Κυρίου γεγόνασιν, ἀλλ' οὖν παρὰ τοῖς πιστεύσασι τοῦ Κυρίου ἔδοξαν· ἐπληροφορήθησαν γὰρ ὅτι αὐτὸς τούτων ποιητὴς καὶ Κύριος.

Orbis terrarum, et universi, qui habitant in eo. Hoc ad præcedentis dicti interpretationem consequitur. Nam quod supra terram dixit, hic orbem terrarum appellavit, et quod ibi plenitudinem, hinc habitantes in ea dixit. Et aliter: Licet nec tota terra, nec omnes Domini effecti sint, a fidelibus tamen omnia Domini esse reputantur: qui certiores facti sunt Creatorem illum ac Dominum eorum esse. B

Αὐτὸς ἐπὶ θαλασσῶν ἐθεμελίωσεν αὐτὴν, καὶ ἐπὶ ποταμῶν ἡτοίμασεν αὐτήν. Χ. ἡ δὲ γινώσκειν, ὅτι ὁ μέγας Βασίλειος θεμέλιον εἶναι τῆς γῆς μόνον τὸ Δεσποτικὸν πρόσταγμα λέγων, καὶ μήτε ὕδωρ, μήτε ἕτερον, διὰ τοῦ προκειμένου ῥητοῦ τὴν ἐν ἀρχῇ τῆς κοσμογονίας θέσιν τοῦ ὕδατος δηλοῦσθαί φησιν, ἐπικειμένου τῇ γῇ, καὶ οἷον ἐπεωρημένου, καὶ συνεχομένου, καὶ μὴ ἀπορῥέοντος. Τὸ αὐτὸ καὶ θάλασσαν καὶ ποταμοὺς προσαγορευθῆναι εἰκὸς, διὰ τὸ πλῆθος. Ἐπεὶ καὶ ἄβυσσον ὁ Μωϋσῆς ὠνόμασε τοῦτο, διὰ τὸ βάθος. *Καὶ Πνεῦμα* γὰρ, φησὶ, *Θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπάνω τῆς ἀβύσσου.* Ὁ δὲ Χρυσόστομος Ἰωάννης τὸ παρὸν ῥητὸν εἰς ἐπίδειξιν λαμβάνει μάλιστα τοῦ ὑποκεῖσθαι πάσῃ τῇ γῇ, δίκην θεμελίων, ὕδατα, καὶ οὐδὲν καινόν· αὐτὸς γὰρ ὁ ταύτην ἐν ἀρχῇ θεμελιώσας· *Πάντα* γὰρ, φησὶ, *δι' αὐτοῦ ἐγένετο.* Εἶτα παραπλέκει καὶ τὸ καινὸν τῆς θεμελιώσεως, ὅτι ἐπάνω θαλασσῶν καὶ ποταμῶν ἥδρασεν αὐτήν. Τοῦτο δὲ λέγει πάντως οὐ καθολικῶς, ἦ γὰρ κατώτερον ἦν τὸ ὕδωρ. Ὁ δὲ Μωϋσῆς κατωτέραν ἐδίδαξεν εἶναι τὴν γῆν. Δῆλον οὖν ὅτι μερικῶς τοῦτό φησι· διότι ἐν πολλοῖς κοιλώμασι τῆς γῆς συραγγώδεσιν (89) ὑποτρέχουσι μέρη τινὰ τῆς θαλάσσης, ἃ καὶ θαλάσσας ἐκάλεσεν, τῷ τοῦ ὅλου χρησάμενος ὀνόματι. Καὶ ὁ Μωϋσῆς φησι· *Τὰ συστήματα τῶν ὑδάτων ἐκάλεσεν θαλάσσας*· περὶ γὰρ τῶν ποταμῶν, τί χρὴ καὶ λέγειν, ὅπως ὑποβρύχιοι; τῆς θαλάσσης γὰρ ὅλα τοῖς τοιούτοις ὕδασιν ἐφήδρασται· καὶ ὅμως μένει, τεθεμελιωμένη ἐπ' αὐτῶν, καὶ συνεχομένη τῷ προστάγματι τοῦ ποιήσαντος. *Ἡτοίμασε* δὲ, ἀντὶ τοῦ, ἐκόσμησε.

Vers. 2. *Ipse super maria fundavit eam, et super flumina præparavit eam.* Sciendum est, quod magnus Basilius solum Domini imperium pro fundamento terræ, esse dixit, non aquam, neque aliud quidpiam: per præsentem autem versiculum ostendi tantum, quisnam ab initio creationis mundi aquæ situs fuerit: quod scilicet terræ aqua injaceat, et quasi custodiat et contineat, nec ab ejus defluat superficie. [Juxta quem sensum congruentius fortassis legendum esset, quod Græca littera non denegat: *Ipse in maribus fundavit eam, et in fluminibus præparavit eam.*] Ipsam vero aquam non ab re et mare et flumina a Propheta appellatam fuisse constat, ob aquarum in eis multitudines, cum et abyssum eam Moyses appellaverit, ob ejus profunditatem. *Spiritus* enim Domini, inquit, *ferebatur super abyssum* [99]. Joannes autem Chrysostomus dictum hoc ait, illud potissimum demonstrare, quod aquæ toti terræ subjaceant instar fundamenti; et nihil mirum: ipse enim Deus est, qui hanc ab initio fundavit: *Omnia* enim, inquit, *per ipsum facta sunt* [1]. Admirandam autem fundationis rationem exaggerans Propheta, una hæc complicavit; quod fundavit eam super maria, et quod stabilivit super flumina. Tu vero hoc non in universum intellige. Nam alioquin inferior esset aqua, verum Moyses inferiorem esse terram docuit; unde manifestum est, hoc dictum esse respectu certæ partis aquarum. In multis namque terræ concavitatibus et cavernosis locis subter currunt partes quædam maris, quas maria appellavit. De fluminibus apertissimum est, quod sub terra longo intervallo ferantur, et tandem emergant. Admirandum vero est, quomodo non consideant tanta terræ pondera. Omnes enim montes in hujusmodi aquis stabiliti sunt, et tamen in his fundata permanet terra solo Factoris sui mandato contenta. *Præparavit* autem, hoc est, ornavit.

Τίς ἀναβήσεται εἰς τὸ ὄρος Κυρίου; ἢ τίς στήσεται ἐν τόπῳ ἁγίῳ αὐτοῦ; Τοῦτο περὶ τῶν ἱερέων, οἶμαι, προσηγόρευται, διαγράφων οἵους αὐτοὺς εἶναι χρή. Καὶ ὄρος Κυρίου νοήσεις τὸν καθολικὸν ἕκαστον ναὸν, διὰ τὸ ὑπερανεστηκὸς

Vers. 3. *Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto ejus?* Hoc de sacerdotibus puto prædictum fuisse, ut describeret, quales eos esse oporteret. Per montem vero Domini, commune unicuique templum intelligas, ob sum-

[99] Matth. xxviii, 18. [99] Gen. i, 2. [1] Joan. i, 3.

Variæ lectiones.

(89) Mallem φαραγγώδεσι.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

mam ejus excellentiam et conspicuam omnibus claritatem, sic dictum, et quia adversis undique flatibus inimicorum fidei circumflatur : et per locum sanctum, altare quod in conspectu Dei est. Considera etiam prophetici sermonis diligentiam. Ascendet enim, inquit, ea ratione, quia ante templi ingressum nonnulli inesse gradus solebant. Quidam per montem Domini, sublimitatem earum intelligunt virtutum, quas in Evangelio Dominus observari jussit : et per locum sanctum, cœleste ac promissum nobis regnum. Vel aliter : per montem sanctum, sublimem de Christo theologiam intellige rectorem mane morum et divinæ Incarnationis scientiam.

A καὶ διάδοχον (90), καὶ τὸ περιπνεῖσθαι ταῖς ἀντιπνοίαις τῶν ἐχθρῶν τῆς πίστεως· τόπον δὲ ἅγιον, τὸν ἐνώπιον τοῦ θυσιαστηρίου. Ὅρα δὲ τῆς λέξεως τὴν ἀκρίβειαν· ἀναβήσεται γάρ, εἶπε, διότι πρὸ τῆς εἰσόδου βαθμίδες τινὲς εἰώθασι κατασκευάζεσθαι. Τινὲς δὲ ὄρος Κυρίου λέγουσι τὸ ὕψος τῶν ἀρετῶν, ἃς ὁ Χριστὸς ἐνετείλατο διὰ τοῦ Εὐαγγελίου· τόπον δὲ ἅγιον, τὸν τῆς ἐπηγγελμένης βασιλείας τῶν οὐρανῶν. Ἢ καὶ ἄλλως· ὄρος τὸ ὕψος τῆς περὶ τοῦ Χριστοῦ θεολογίας, καὶ τῶν ὀρθῶν δογμάτων τῆς ἐνανθρωπήσεως αὐτοῦ.

Vers. 4. *Innocens manibus et mundo corde.* Superioris versiculi verba per interrogationem a Propheta formata sunt, ad quorum responsionem præsens subsequitur versiculus : et per manus quidem actiones significat ; per cor vero, cogitationes. Ille, inquit, ascendet, et stabit, cujus et actiones irreprehensibiles, et cogitationes una puræ fuerint, ac mundæ : quasi ascensurum illum neget, aut permansurum, qui hujusmodi non fuerit, tametsi aliter videatur. Considera etiam quomodo utraque hæc pariter conjunxit [opera scilicet, et mentem], alterum enim sine altero non probatur.

Ἀθῶος χερσὶ, καὶ καθαρὸς τῇ καρδίᾳ. Δι' ἐρώτησιν σχηματίσας ὁ Προφήτης τὸ προλαβὸν ῥητὸν, εἶτα νῦν ἀποκρίνεται· καὶ διὰ μὲν τῶν χειρῶν τὰς πράξεις δηλοῖ· διὰ δὲ τῆς καρδίας, τὰς ἐνθυμήσεις, ὅτι ἐκεῖνος ἀναβήσεται καὶ στήσεται, καὶ πράξεις ἀμέμπτος (91) ἔχων, καὶ καθαρὰ ἐνθυμήσεις. Ἀθῶον δὲ ἐνταῦθα, τὸν ἄμεμπτον καὶ ὅτε μὴ τοιοῦτος, οὔτε ἀναβαίνει, οὐδ' ἵσταται, κἂν τοῦτο δοκῇ. Σκόπει δὲ πῶς ἄμφω συνέζευξεν· ἑκάτερον γὰρ ἑκατέρου χωρὶς ἀδόκιμον.

Qui non accepit in vano animam suam. Qui a Deo animam suam propter vanum aliquod non accepit ; hoc est, ut vana pertractet. Vel, qui anima sua, quæ ad bona opera fuit creata, ad prava usus non est.

Ὃς οὐκ ἔλαβεν ἐπὶ ματαίῳ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ. Ὃς οὐκ ἔλαβε παρὰ Θεοῦ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἵνα ματαίου, ἵνα μάταια μεταχειρίζηται· ἢ οὐκ ἐχρήσατο εἰς πονηρὰ τῇ ψυχῇ αὐτοῦ, κτισθείσῃ ἐπ' ἀγαθοῖς.

Nec juravit in dolo proximo suo. Hoc est qui non pejeravit. Nam is qui pejerat dolo agit, vel ut lucretur cum debeat, vel accipiat, quod ei non debetur. Similes etiam sententias habuimus in Psalmo XIII, ubi invenies latius de juramento pertractatum, in illo versiculo : *Qui jurat proximo suo et non spernit* [2].

Καὶ οὐκ ὤμοσεν ἐπὶ δόλῳ τὸν πλησίον αὐτοῦ. Οὐκ ἐπιώρκησεν· ὁ γὰρ ὁρκῶν, δουλεύεται, ἵνα ἢ ἀφεθῇ χρεωστῶν, ἢ λάβῃ μὴ χρεωστούμενος. Τοιαῦτα εἶπεν καὶ ἐν τῷ ιγ' Ψαλμῷ, καὶ ζήτει ἐκεῖ περὶ ὅρκου πλατύτερον, ἔνθα κεῖται τό· *Ὀμνύων τῷ πλησίον αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἀθετῶν.*

Vers. 5. *Hic accipiet benedictionem a Domino.* [Benedictionem, hoc est] gratiam, seu divinum aliquod donum, in præsenti vita præstitum ; hic vir, inquit, qui in actionibus suis probus, et in cogitationibus mundus fuerit, quique ab inanibus rebus seipsum segregaverit, et non pejeraverit adversus proximum suum [*Accipiet benedictionem*, etc.]

Οὗτος λήψεται εὐλογίαν παρὰ Κυρίου. Χάριν, δωρεὰν παρὰ τοῦ Κυρίου, κατὰ τὸν παρόντα βίον, ὁ τὴν πρᾶξιν ἀγαθὸς καὶ ἐνθύμησιν καθαρὸς, καὶ τῶν ματαίων ἀφεστὼς, καὶ μὴ ἐπιορκῶν τῷ πλησίον.

Et misericordiam a Deo salutari suo. In futuro nimirum tempore. Unusquisque enim, etiam qui maxime justus habeatur, misericordia Dei indiget : qui, si compassionem suam non communiscuerit Deus, *non justificabitur in conspectu ejus omnis vivens* [3]. Quænam enim illa sunt opera, quæ cœlorum regno condigna sint ?

Ἐλεημοσύνην παρὰ Θεοῦ σωτῆρος αὐτοῦ. Κατὰ τὸν μέλλοντα· πᾶς γὰρ, καὶ ὁ πάνυ δίκαιος, ἐλέους δεῖται παρὰ Θεοῦ. Εἰ γὰρ μὴ τὴν οἰκείαν παραμίξῃ συμπάθησιν, *οὐ δικαιωθήσεται ἐνώπιον αὐτοῦ πᾶς ζῶν.* Καὶ ἄλλως δέ· Ποῖα ἔργα ἀντάξια τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ;

Vers. 6. *Hæc est generatio quærentium Dominum.* Generatio illa, inquit, quæ sic vixerit [ut docuimus] merito appellari poterit generatio virorum quærentium, hoc est diligentium, Dominum, qui enim diligit, quærit.

Αὕτη ἡ γενεὰ ζητούντων τὸν Κύριον. Αὕτη ἡ γενεὰ οὕτως βιοῦσα, γενεά ἐστιν ἀνδρῶν ζητούντων τὸν Κύριον, ἤτοι ἀγαπώντων· ὁ γὰρ ἀγαπῶν ζητεῖ.

[2] Psal. XIV, 4. [3] Psal. CXLII, 2.

Variæ lectiones.

(90) *Isc.* ἔξοχον.

(91) *gr.* ἀμέμπτους, vel ἀμέμπτως.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Ζητούντων τὸ πρόσωπον τοῦ Θεοῦ Ἰακώβ. Θεὸς τοῦ Ἰακώβ, ὁ Πατὴρ ἐδόκει τοῖς Ἑβραίοις· πρόσωπον δὲ τοῦ Πατρὸς, ὁ Υἱός· *Ὁ ἑωρακὼς γάρ, φησὶν, ἐμὲ, ἑώρακεν τὸν Πατέρα.* Τὸν Ἰακὼβ δὲ συνεχῶς ἐν τοῖς Ψαλμοῖς τίθησιν, ὡς πατέρα τῶν δώδεκα φυλῶν. Ἢ καὶ ἄλλως· ζητούντων ἰδεῖν τὸν Θεὸν, κατὰ τὸν μέλλοντα αἰῶνα, ὅτε *πρόσωπον πρὸς πρόσωπον* ὄψονται αὐτὸν οἱ ἄξιοι, καθὼς φησι Παῦλος.

Διάψαλμα. Περὶ δὲ τούτου εἴρηται ἐν προοιμίοις.

Ἄρατε πύλας, οἱ ἄρχοντες, ὑμῶν. Ἐντεῦθεν προαγορεύει καὶ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψιν τοῦ Σωτῆρος· εἰσάγει γὰρ τοὺς τῷ Χριστῷ διακονοῦντας ἐπὶ τῆς γῆς ἀγγέλους, συνανιόντας αὐτῷ, καὶ προάγοντας, καὶ διακελευομένους τοῖς φυλάττουσι τὴν εἰς οὐρανοὺς εἴσοδον αἴρειν τὰς πύλας. Συντάσσεται δὲ τὸ ῥητὸν οὕτως· Οἱ ἄρχοντες, ἄρατε πύλας ὑμῶν, ἤγουν οἱ ἐξουσιάζοντες τῶν πυλῶν τούτων, ἄρατε ταύτας. *Ὑμῶν* δὲ, ἀντὶ τοῦ, ὧν ἄρχετε. Οὐκ εἶπε δέ· Ἀνοίξατε, ἀλλ', *Ἄρατε* παντελῶς, ἐντεῦθεν τὸ ἀχώρητον τῆς δόξης τοῦ μέλλοντος εἰσελθεῖν ἐμφαίνων· πύλας δὲ τὴν φυλακὴν οἰητέον.

Καὶ ἐπάρθητε, πύλαι αἰώνιοι. Ἡ φυλακὴ, ἡ αἰώνιος, διὰ τὴν ἀϊδιότητα τῶν φυλαττόντων ἀγγέλων. Ἢ αἰώνιοι, διὰ τὸ μηξέποτε ἀνοιγῆναι. Κεκλεισμένων γὰρ αὐτῶν κατῆλθεν εἰς γῆν, λαθὼν πάσας τὰς δυνάμεις.

Καὶ εἰσελεύσεται ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης. Βασιλεὺς τῆς δόξης λέγεται καὶ Κύριος τῆς δόξης, ὡς ὑπερένδοξος, καὶ ὡς χορηγὸς αὐτῆς, καὶ ὡς βασιλεύων καὶ κυριεύων πάντων τῶν ἐνδόξων.

Τίς ἐστιν οὗτος ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης; Ἀκούσαντες οἱ ἄρχοντες τῶν πυλῶν, ἐξηπορήθησαν, οἷα μόνον τὸν Θεὸν εἰδότες βασιλέα τῆς δόξης, ὃν ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν ὄντα τὸν ὑπερουράνιον τόπον τρισεδόκων οἰκεῖν. Ἄλλως τε καὶ ἡ περιβολὴ τῆς σαρκὸς ἐξέπληττε τούτους. Ὅθεν ἐρωτῶσι, καὶ αὖθις ἀκούουσι·

Κύριος κραταιὸς καὶ δυνατὸς, Κύριος δυνατὸς ἐν πολέμοις. Ὁ Κύριός ἐστιν ὃν οἴδατε, ὁ κραταιὸς καὶ δυνατός· εἶτα πάλιν· *Ὁ Κύριος ὁ δυνατὸς ἐν πολέμοις.* Ἡ δὲ ἀναδίπλωσις εἰς ἀναγνώρισιν αὐτοὺς ἄγει· ἅμα δὲ καὶ ἐξυμνεῖ τὴν κατὰ τοῦ τυράννου νίκην, ᾧ πολεμήσας προσβαλόντι καθεῖλε, καὶ τῷ σταυρῷ, καθάπερ δόρατι, κατηκόντισεν.

Ἄρατε πύλας, οἱ ἄρχοντες, ὑμῶν, καὶ ἐπάρθητε, πύλαι αἰώνιοι, καὶ εἰσελεύσεται ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης. Οἱ ἄρχοντες τοῦ δευτέρου οὐρανοῦ τουτέστι τοῦ στερεώματος, ἀκούσαντες τὰ ῥηθέντα παρὰ τῶν ἀγγέλων, καὶ ἰδόντες, καὶ ὑπερευφραθέντες διὰ τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων, παρέδραμον, τὰ αὐτὰ ἐγκελευόμενοι τοῖς ἄρχουσι τῶν πυλῶν τοῦ πρώτου οὐρανοῦ, τοῦ ὑπὲρ τὸ στερέωμα.

Τίς ἐστιν οὗτος ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης;

Quærentium faciem Dei Jacob. Deus Jacob Deus Pater ab Hebræis putabatur, facies autem Patris, Filius: *Qui vidit me,* inquit, *vidit, et Patrem meum* [a]. Patriarchæ autem Jacob frequentius in Psalmis propheta meminit, ut xii tribuum patris. Vel aliter: Quærentium videre Deum in futuro sæculo, quando *facie ad faciem* illi eum videbunt, ut inquit, Paulus [b], qui digni fuerint ut videant.

Diapsalma. De hoc dictum est in operis exordio.

Vers. 7. *Tollite portas, principes, vestras.* Ex hoc loco Propheta, Salvatoris in cœlum assumptionem prædicit, et angelos, qui ei in terra ministrabant, introducit, cum eo simul ascendere præireque, ac jubere aliis angelis, qui cœlorum aditum servabant, ut tollerent portas. Ordo autem verborum sic fiat: Vos principes, tollite portas vestras, hoc est, portas, quibus præestis et quarum estis principes. Nec dixerunt: Aperite, sed *Tollite:* summam nimirum gloriæ incomprehensibilitatem illius significantes, qui cœlum erat ingressurus. Per portas autem ipsam custodiam intelligere debemus.

Et elevamini, portæ æternales. Custodia ipsa æterna est, eo quod angeli custodes æterni sunt. Vel ideo æternales dicit, quia ab æterno nunquam antea apertæ fuerant. Clausis enim januis descenderat Dominus in terram, clam cœlestibus omnibus potestatibus.

Et introibit rex gloriæ. Rex gloriæ Christus dicitur et Dominus gloriæ, veluti qui summam assecutus est gloriam, et qui eam aliis præstat, et qui aliorum omnium qui gloriam assecuti sunt, Rex est et Dominus.

Vers. 8. *Quis est iste rex gloriæ?* Introducit propheta portarum principes ad hæc verba dubitare, veluti, qui solum Deum scirent esse Regem gloriæ, quem in tribus personis, super cœlestia habitare loca arbitrabantur. Vel aliter: carnis ac corporis amictus eos fecit obstupescere, quocirca interrogant, et vicissim audiunt:

Dominus fortis et potens, et Dominus potens in prœliis. Dominus hic est, inquiunt, ille, quem nostis, fortis ac potens; ac rursus: *Dominus potens in prœliis.* Hac autem replicatione ad majorem illos cognitionem adducunt, ac pariter victoriam, quam retulerant Dominus de tyranno, quem in certamine devicerat: et cruce, quasi hasta quadam, jaculatus transfixerat.

Vers. 9. *Tollite portas, principes, vestras, et elevamini portæ æternales, et introibit Rex gloriæ.* Principes portarum secundi cœli, hoc est, firmamenti, auditis iis, quæ a præeuntibus angelis dicta fuerant, summo gaudio ac lætitia affecti, et de humani generis salute exsultantes, statim præcucurrerunt, eadem et ipsi mandantes aliis principibus primi cœli, hoc est supra firmamentum.

Vers. 10. *Quis est iste Rex gloriæ?* Eodem

[a] Joan. xiv, 9. [b] I Cor. xiii, 12.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

modo isti dubitant, atque ideo eadem interrogant, et audiunt :

Dominus potestatum ipse est Rex gloriæ. Dominus, inquit, potens qui aliis potentiam præstat. Vel, qui potestatibus imperat : hic, inquam, ille est, quem annuntiamus esse Regem gloriæ. Scire oportet quod Judæi tam præsentem psalmum, quam proxime superiorem, congruere dicunt illis Judæis, qui captivi fuerunt in Babylone. Et priorem quidem, quasi in eorum reditu, jucunda narrante, hunc autem ob tristia quæ captivi patiebantur consolari eos, ac docere, ne locum illum Babylonis ægre ferrent, cum omnis terra Dei sit, et possit unusquisque, ubicunque gentium fuerit, placere Deo. Verum convincuntur hujusmodi interpretes manifeste decipi, vel ex ipso psalmorum ordine, cum alioquin ille post præsentem potius collocari debuisset, veluti ea annuntians, quæ post captivitatem accidissent : non solum ex ordine, sed ex ipsis dictis. Ostendant enim illi nobis, quæso, ubi misericordia cum eis per totam vitam permansit ut in præsenti habetur psalmo, et quasnam æternales portas haberet Jerusalem, quæ hic nominantur, ne cætera alia omnia commemorem.

Psalmus ipsi David.

PSALMUS XXIV.

Quidam dicunt beatum David conscripsisse hunc psalmum in supplicationis atque orationis speciem ad Deum : eumque omnibus inter calamitates atque angustiam, Deum invocantibus, congruere : ac docere quomodo supplicare debeamus. Nihil tamen vetat, quin dici possit beatus David pro seipso eum præcipue protulisse cum ab inimicis oppugnaretur.

Vers. 2. *Ad te, Domine, levavi animam meum.* Levavi, hoc est elevavi, erexi, a terrenis nimirum eam rebus attollens, in quibus nulla mihi est spes.

Deus meus, in te confido, non confundar in sæculum. Vel præsens dicit sæculum, vel futurum : vel in sæculum non confundar, pro, nunquam.

Vers. 3. *Neque irrideant me inimici mei.* Quicunque illi sint, visibiles vel invisibiles. Irridebunt autem, si superaverint me.

Etenim universi qui te sustinent, non confundentur. Sustinent posuit pro *expectant*, ut plerisque in locis facit ; ita enim interpretatur Aquila. Nam qui te adjutorem susceperit, non confundetur.

Vers. 4. *Confundantur iniqua agentes supervacue.* Alii casu quopiam, aut infortunio iniqua agunt, alii ob naturæ infirmitatem. Quicunque igitur aliis ob causas transgrediuntur, ii supervacue iniqua agere dicendi sunt, hoc est nulla ratione, sed præ summa malitia, quales erant visibiles atque invisibiles inimici, qui adversum beatum David pugnabant. Sine causa enim atque inaniter pugnatur cum eo, qui nullam alteri injuriam infert.

Ὁμοίως ἀποροῦσι κἀκεῖνοι, καὶ τὰ αὐτὰ πυνθάνονται καὶ ἀκούουσι·

Κύριος τῶν δυνάμεων, αὐτός ἐστιν ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης. Ὁ δυνατὸς Κύριος, ὁ χορηγὸς τῶν δυνάμεων· ἢ καὶ δεσπότης τῶν δυνατῶν, αὐτός ἐστιν ὁ καταγγελλόμενος παρ' ἡμῶν βασιλεὺς τῆς δόξης. Χρὴ δὲ γινώσκειν, ὡς οἱ Ἑβραῖοι καὶ τὸν παρόντα ψαλμὸν, καὶ τὸν πρὸ αὐτοῦ, τοῖς ἐν Βαβυλῶνι αἰχμαλώτοις αὐτὸν προσάπτουσιν· ἐκεῖνον μὲν, κατὰ τὴν ἐπάνοδον αὐτῶν, χαρμόσυνα διηγούμενον· τοῦτον δὲ, παραμυθούμενον τὰ ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ λυπηρὰ, καὶ διδάσκοντα, μὴ δυσχεραίνειν τῷ τόπῳ, οἷα πάσης γῆς τοῦ Θεοῦ οὔσης, καὶ δυναμένου παντὸς ἐν παντὶ τόπῳ εὐαρεστεῖν τῷ Θεῷ· ἐλέγχονται δὲ προδήλως καὶ ἀπὸ τῆς τάξεως· ἢ γὰρ ἂν ἐκεῖνος μετὰ τοῦτον ἐτάγη, ὡς τὰ μετὰ τὴν ἐπάνοδον τῶν αἰχμαλώτων εὐαγγελιζόμενος· ναὶ μὴν καὶ ἀπὸ τῶν ῥητῶν· ποῦ γὰρ τὸ ἔλεος τοῦ Θεοῦ παρέμεινεν ἐν αὐτοῖς ἄχρι ζωῆς ὅλης, ὡς ὁ πρὸ τούτου λέγει ψαλμός; ποίας δὲ πύλας αἰωνίους ἔχει τὰ Ἱεροσόλυμα, καθὼς ὁ παρὼν φησιν; ἵνα τ' ἄλλα παρήσωμεν·

Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

ΨΑΛΜΟΣ ΚΔ'.

Τινὲς λέγουσι γράψαι τὸν Δαβὶδ τουτονὶ τὸν ψαλμὸν ἱκέσιον, ἁρμόζοντα πᾶσι τοῖς ἐν ἀνάγκαις ἐπικαλουμένοις, καὶ διδάσκοντα πῶς δεῖ ποιεῖσθαι τὴν δέησιν· οὐδὲν δὲ κωλύει προηγουμένως ὑπὲρ ἑαυτοῦ τοῦτον ἐκφωνῆσαι, πολεμουμένου παρ' ἐχθρῶν, οἷα τὰ ἐκείνου.

Πρὸς σὲ, Κύριε, ἦρα τὴν ψυχήν μου. Ἦρα, ὕψωσα, τῶν γηΐνων ἀποσπάσας αὐτὴν, ἀφ' ὧν οὐκ ἔστι μοι σωτηρία.

Ὁ Θεός μου, ἐπὶ σοὶ πέποιθα, μὴ καταισχυνθείην εἰς τὸν αἰῶνα. Ἢ εἰς τὸν παρόντα, ἢ εἰς τὸν μέλλοντα· ἢ εἰς τὸν αἰῶνα, ἀντὶ τοῦ, μέχρι πολλοῦ, καὶ ἀεί.

Μηδὲ καταγελασάτωσάν με οἱ ἐχθροί μου. Ἢ αἰσθητοὶ, ἢ νοητοί. Καταγελάσουσι μὲν γὰρ, εἰ νικήσουσί με.

Καὶ γὰρ πάντες οἱ ὑπομένοντές σε, οὐ μὴ καταισχυνθῶσιν. Ὑπομένοντες, ἀντὶ τοῦ, ἀναμένοντες· τοῦτο γὰρ ἡ λέξις ἐν πολλοῖς παρὰ τοῦ Δαβὶδ βούλεται σημαίνειν, ὡς καὶ ὁ Ἀκύλας ἡρμήνευσεν· ὁ γάρ σε βοηθὸν ἀπεκδεχόμενος οὐ καταισχυνθήσεται.

Αἰσχυνθήτωσαν οἱ ἀνομοῦντες διακενῆς. Οἱ μὲν, ἐκ περιστάσεως ἀνομοῦσιν· οἱ δὲ, ἐκ φυσικῆς ἀσθενείας· ὅτοι δὲ μὴ διὰ ταύτας ἀνομοῦσι τὰς αἰτίας, οὗτοι διακενῆς ἀνομοῦσι, τουτέστιν ἄνευ λόγου, ὑπὸ τῆς ἄγαν κακίας ἐξαμαρτάνοντες, ὁποῖοι ἦσαν οἱ πολεμοῦντες αὐτῷ, εἴτε ὁρατοὶ, εἴτε ἀόρατοι· μάτην γὰρ ἐπολέμουν τῷ μηδὲν αὐτοὺς ἀδικήσαντι.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Τὰς ὁδούς σου, Κύριε, διαγνώρισόν μοι, καὶ τὰς τρίβους σου δίδαξόν με. Τὸ αὐτὸ δι' ἀμφοτέρων λέγει τῶν ῥητῶν, ὡς εἰωθε ποιεῖν ἐν πολλοῖς, ἐμφαίνων τὴν τάσιν τοῦ πόθου τῆς καρδίας. Ὁδοὶ δὲ καὶ τρίβοι, πάντα τὰ ἀρεστὰ τῷ Θεῷ, δι' ὧν βαδίζει πρὸς Θεὸν ἁπλανῶς ὁ ταῦτα πράττων. Εὔχεται δὲ παρὰ Θεοῦ διδαχθῆναι τὰ τοιαῦτα διὰ τὴν ἀκρίβειαν· οἱ γὰρ ἄξιοι θεόθεν τὰ πρακτέα μανθάνουσι. Τινὲς δὲ ὁδοὺς καὶ τρίβους τὰς οἰκονομίας τῶν πραγμάτων λέγουσιν, αἷς ἡ θεία πρόνοια ἐπιπορεύεται, ζητοῦντος τοῦ Προφήτου μαθεῖν, πῶς διακυβερνῶνται τὰ πάντα, ἵνα τῇ πρακτικῇ καὶ τὴν θεωρητικὴν προσλάβηται. Καὶ ὁδοὺς μὲν, τὰς καθολικωτέρας· τρίβους δὲ, τὰς μερικωτέρας. Ἄλλοι δὲ ὁδοὺς καὶ τρίβους φασὶ τὰς ἐντολὰς, ἃς ἐν βίβλῳ μαθὼν, καὶ ἐν ἔργῳ μαθεῖν ηὔχετο, ἵνα παρὰ Θεοῦ ταύτας πράττειν ἀναγκασθεὶς, καὶ πεῖρᾳ γνοίη ἃ λόγῳ μόνῳ ἐγίνωσκε.

A *Vias tuas, Domine, demonstra mihi, et semitas tuas edoce me.* In his duobus versiculis eamdem ubique dicit sententiam, ut sæpenumero facere solet, cum desiderii atque affectus sui intensionem cupit demonstrare. Viæ autem et semitæ Dei sunt omnia quæcunque ei placent. Per eas enim securus, nec jam amplius vagabundus incedit, qui quæ Deo placita sunt perficit. Rogat Propheta edoceri se a Deo ea diligenter, quia qui id promerentur a Deo omnia addiscunt, quæ agenda sunt. Quidam per vias et semitas, dispensationes atque administrationes rerum esse intelligunt, ad quas divina se extendit providentia, ita ut quærere a Deo Prophetam his verbis intelligamus, quonam modo omnia gubernentur : ut per actiones nimirum contemplatio diligentior consequatur. Et per vias quidem universaliora, per semitas vero magis particularia intelligit mandata : quæ omnia tametsi in libris divinis ante didicisset, optat tamen reipsa, aque operationibus melius addiscere, ut coactus quodammodo a Deo ea operari, experimento deinceps cognoscat, quod sola prius ratione didicerat.

B

Ὁδήγησόν με ἐπὶ τὴν ἀλήθειάν σου. Ἵνα μὴ πλανῶμαι λογισμοῖς ἀνθρωπίνοις, ἕτερα ἀνθ' ἑτέρων αἱρούμενος.

Vers. 5. *Deduc me in veritatem tuam.* Ne humanis cogitationibus seducat, alia pro aliis eligendo.

Καὶ δίδαξόν με, ὅτι σὺ εἶ ὁ Θεὸς ὁ σωτήρ μου. Καὶ μὴν ᾔδει αὐτὸν Θεὸν αὐτοῦ· ἀλλ' ἔργῳ καὶ τοῦτο ζητεῖ μαθεῖν· μαθήσεται δὲ ἐν τῷ ῥυσθῆναι τῶν πολεμίων. Τότε γὰρ ἀναντίῤῥητος ἡ ἀπόδειξις, ὅτι ἐπ' αὐτῷ μόνῳ πεποιθὼς, ἐῤῥύσθη παραδόξως, μηδενὸς ἀνθρώπων βοηθήσαντος.

Et doce me quod tu es Deus salvator meus. Atqui Deum suum eum esse sciebat, et tamen adhuc doceri cupit : tunc autem addiscet, quando ab inimicis fuerit liberatus. Nam tunc sine controversia manifeste demonstrabitur, quod in solius Dei auxilio fretus, liberatus sit, præter omnium opinionem, nullo hominum illi opem ferente.

Καὶ σὲ ὑπέμεινα ὅλην τὴν ἡμέραν. Ἔργῳ, καθὼς εἶπον, δίδαξόν με, ὅτι σὺ εἶ ὁ Θεὸς, ὁ σώζων με, καὶ ὅτι σὲ ὄντως ἐνέμεινα, καὶ προσεδόκησα βοηθὸν, καὶ οὐκ διεψεύσθην. Τὸ δὲ, *ὅλην τὴν ἡμέραν*, ἀντὶ τοῦ, διαπαντὸς, τίθησιν ἐν πολλοῖς ὁ Προφήτης, ὥσπερ καὶ τὸ, *εἰς τὸν αἰῶνα*. Καὶ ἄλλως δὲ, ὅλην τὴν ἡμέραν τὴν ὅλην αὐτῶν ζωὴν λέγουσιν Ἑβραῖοι· τῆς γὰρ νυκτὸς ὑπνοῦντες, οὐ δοκοῦσι ζῆν. Ἀλλ' οὕτως μὲν κατ' ἱστορίαν ἀνηρμήνευται τὸ ῥητόν. Δύναται δὲ καὶ περὶ τοῦ Χριστοῦ νοεῖσθαι κατ' ἀναγωγὴν, οἷα προϊδόντος τοῦ Προφήτου τὴν ἐνανθρώπησιν αὐτοῦ τοῖς πνευματικοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ παρακαλοῦντος μαθεῖν τρανώτερον, ὁποίας ὁδοὺς καὶ τρίβους σαρκωθεὶς ἔλῃται. Ἀλήθεια δὲ τοῦ Χριστοῦ, ἡ διδασκαλία αὐτοῦ, ἣν καὶ αὐτὸς εὔχεται μαθεῖν· φησὶ γὰρ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις· *Ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια* καὶ πάλιν· *Ἐγὼ τὴν ἀλήθειαν λέγω ὑμῖν*. Δίδαξόν με, φησὶν ὁ Προφήτης, ταύτην, εἶτα στικτέον, καὶ ἀπὸ ἄλλης ἀρχῆς τὸ ἐπαγόμενον ἀναγνωστέον, οἷον· Ταῦτά με δίδαξον. Καὶ σὺ εἶ ὁ Θεὸς ὁ Σωτήρ μου, καὶ πεπληροφόρημαι περὶ τούτου. Ἰησοῦς γὰρ ὁ *σωτὴρ* ἑρμηνεύεται, καὶ ὄντως ἔσωσεν αὐτὸν, εἰς ᾅδου κατελθὼν ὁ Σωτὴρ, ἐξάγων ἐκεῖθεν. Σὲ οὖν, φησὶ, καὶ ἀεὶ προσδοκῶ, καὶ οὐκ ἀπελπίζω.

C

Et te sustinui tota die. Re ipsa ac factis, ut dixit, inquit, doce me, quod tu es Deus, qui salvas me, et quod te vere sustinui, ac adjutorem exspectavi, et deceptus non sum. Quod vero ait : *Tota die*, sæpenumero Propheta ponit pro *semper*, quemadmodum et illa verba : *In sæculum*. Vel aliter : Hebræi, *tota die*, ponunt, pro toto vitæ tempore. Noctu enim cum dormimus, vivere non videmur. Hæc autem juxta historiæ sensum dicta sunt. Juxta anagogem, possunt hæc de Christo intelligi, cujus incarnationem ipsis quasi oculis spiritus, prævidens Propheta, et melius tamen intelligere cupiens, rogat verius, ac sincerius sibi vias illas, ac semitas demonstrari, per quas incarnandus Deus erat incessurus. Veritas etiam Christi doctrina ejus est, quam addiscere optat Propheta : *Ego* enim, inquit, *veritas sum*[6] ; et alibi : *Veritatem dico vobis*[7]. Doce igitur me, inquit, veritatem hanc ; post quæ verba, statim sistendum est : et quod deinceps sequitur, quasi aliud principium per se legendum, hoc pacto : Tu, inquit, Deus, hæc doce me : tu enim es Salvator meus, quemadmodum vel tuo edoctus sum nomine ; Jesus quippe diceris quod nomen *Salvator* interpretatur ; et vere Prophetam nostrum Jesus salvavit, quando in infernum descendens, illinc eum duxit. Te igitur, inquit, semper exspecto, et non despero. [Advertendum est tamen, quod juxta hujusmodi sensum non legendum est : *Doce me quod tu es Deus* meus, sed : *Doce me quia tu es Deus* meus. Græca enim dictio ὅτι utramque habet significationem.]

D

[6] Joan. xiv, 6. [7] Joan. xvi, 7.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

VERS. 6. *Reminiscere miserationum tuarum, Domine, et misericordiarum tuarum quæ a sæculo sunt :* Memento, inquit, quod a sæculo, hoc est, semper et natura tua, misericors es, et miserator [et quia in lectione Græca dictio, *misericordiarum*, est in quarto casu, *misericordias* scilicet]; annota indifferentem verbi hujus constructionem apud LXX, tam cum secundo quam cum quarto casu : vel fortassis ea ratione id factum est, quia antiqui licentius casum ponebant pro casu, ut sæpenumero factum invenimus. Illud autem adverte, quod verba hæc ad Deum, non ut ignarum aut obliviosum dicta sunt ; sed quia ignorare videtur Deus atque oblivisci, quando ad defensionem, aut in auxilium nostrum tardius venit.

A *Μνήσθητι τῶν οἰκτιρμῶν σου, Κύριε, καὶ τὰ ἐλέη σου, ὅτι ἀπὸ τοῦ αἰῶνός εἰσι.* Μνήσθητι, ὅτι οἰκτίρμων εἶ καὶ ἐλεήμων, ἀπὸ τοῦ αἰῶνος, τουτέστιν, ἀεὶ καὶ κατὰ φύσιν. *Τὰ ἐλέη* δὲ ἀδιαφόρως κατὰ αἰτιατικὴν πτῶσιν τεθείκασιν οἱ ἑρμηνεῖς, ἢ ὡς καὶ τῆς Ἑβραΐδος λέξεως ἐκείνης τοιαύτην ἐχούσης πτῶσιν, ἢ καὶ ὅτι οἱ παλαιοὶ ἀδείαν εἶχον ἐναλλάττειν τὰς πτώσεις, ὡς ἐν πολλοῖς εὑρήσομεν. Μνήσθητι δὲ, οὐχ ὡς ἐπιλαθόμενος, ἀλλ' ὡς δοκῶν ἡμῖν ἐπιλανθάνεσθαι τούτων, ὅτε βραδύνεις πρὸς τὴν ἡμετέραν ἀντίληψιν.

VERS. 7. *Delicta juventutis meæ, et ignorantias meas ne memineris.* Considera quomodo beatus David perfectior admodum effectus, pro delictis supplicet a se in juventute commissis : et nos tamen hujuscemodi, hæc minime cogitamus. Sed quare non supplicavit pro scienter a se commissis peccatis? quia scilicet quæ ignoranter commissa sunt, sola oratione delentur, ista vero majori indigent pœnitentia [factis nimirum, atque operibus].

B *Ἁμαρτίας νεότητός μου καὶ ἀγνοίας μου μὴ μνησθῇς.* Ὅρα ὅπως καὶ ὑπὲρ τῶν ἐν νεότητι ἁμαρτημάτων ἱκετεύει, καὶ ὑπὲρ τῶν ἐν ἀγνοίᾳ, ὅτι λοιπὸν τέλειος ἐγένετο, εἰ καὶ ἡμεῖς οὐδὲν τὰ τοιαῦτα λογιζόμεθα. Διατί δὲ καὶ περὶ τῶν ἐν γνώσει οὐ παρεκάλεσεν ; Ὅτι ἐκεῖνα μὲν προσευχῇ μόνῃ ἀφανίζονται· ταῦτα δὲ καὶ τῆς πρακτικῆς μετανοίας δέονται.

Secundum misericordiam tuam memento mei tu. Quemadmodum misericordia tua multa est, ita et tu in multa misericordia memento mei. Vel in misericordia tua memento mei hoc est, ut miserearis, non ut punias.

Κατὰ τὸ ἔλεός σου μνήσθητί μου σύ. Ὥσπερ τὸ ἔλεός σου πολὺ, οὕτως ἐν πολλῷ ἐλέει μνήσθητί μου, τουτέστιν, ἵνα ἐλεήσῃς, οὐχ ἵνα κολάσῃς.

Propter bonitatem tuam Domine. Quia natura, inquit, bonus es, tametsi præter voluntatem tuam ob peccata nostra etiam punias.

C *Ἕνεκεν τῆς χρηστότητός σου, Κύριε.* Διότι χρηστὸς εἶ φύσει, καὶ εἰ παρὰ φύσιν ἔρχῃ πρὸς τὸ κολάζειν διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν.

VERS. 8, 9. *Bonus et rectus Dominus.* Bonus quidem, ut misericors; rectus autem, tanquam qui delictorum pœnas exigit. Rectum enim hic in judicando intelligit.

Χρηστὸς καὶ εὐθὺς ὁ Κύριος. Χρηστὸς μὲν, ἐλεῶν· εὐθὺς δὲ, ὡς δίκας ἀπαιτῶν τῶν πλημμελημάτων· εὐθὺς γὰρ νῦν, ὁ ὀρθὸς ἐν τῷ κρίνειν.

Propter hoc legem dabit delinquentibus in via, diriget mansuetos in judicio. Quoniam misericors est, et rectus, legem dabit peccatoribus, hoc est peccatores legi subjiciet, et castigabit delinquentes in via, hoc est, in hac vita : quam ideo viam appellat, quia omnes per eam, non secus, ac per viam transeunt. Diriget autem mansuetos, ne seducantur. In judicio, hoc est jure merito, siquidem digni sunt qui dirigantur. Aliter etiam verbum νομοθετήσει intelligi potest, hoc est Legem statuet peccatoribus. Ad æquissimum autem legislatorem pertinet leges ferre, quibus non tam puniantur, qui peccant, quam dirigantur. Hæc etiam juxta anagogem ad Christum referri possunt, qui peccatoribus illam viam statuit, qua ipse gradiebatur : ut per eam incedentes amplius non peccent ; quique etiam mansuetos direxit, dum beatos eos prædicat, itaque incitat : *Beati* enim, inquit, *mites*[8].

Διὰ τοῦτο νομοθετήσει ἁμαρτάνοντας ἐν ὁδῷ, ὁδηγήσει πραεῖς ἐν κρίσει. Ἐπεὶ καὶ ἐλεήμων ἐστὶ καὶ ἀρρέπης, νομοθετήσει, νόμῳ ὑποθήσει, καὶ τιμωρήσεται τοὺς ἁμαρτάνοντας ἐν ὁδῷ, ἤγουν ἐν βίῳ. Τοῦτον γὰρ ὁδὸν καλεῖ νῦν, διὰ τὸ πάντας δι' αὐτοῦ φέρεσθαι· ὁδηγήσει δὲ τοὺς πραεῖς, ἵνα μὴ πλανηθῶσιν. Ἐν κρίσει, τουτέστι, μετὰ κρίσεως, ὡς ἀξίους χειραγωγίας. Νοεῖται δὲ καὶ ἄλλως τὸ, Νομοθετήσει, ὅτι Νόμους θήσει τοῖς ἁμαρτάνουσιν. Ἀδιαφόρως δὲ κάνταῦθα ἡ σύνταξις. Εὐθυτάτου δὲ τὸ νομοθετεῖν· ὥστε διορθωθῆναι, καὶ μὴ κολασθῆναι τὸν ἁμαρτάνοντα. Ταῦτα δὲ καὶ εἰς Χριστὸν ἀναχθήσονται, ὃς τοῖς ἁμαρτάνουσιν ἐνομοθέτησε διὰ τῆς ὁδοῦ, ἣν καὶ αὐτὸς ὥδευσεν, ὥστε ταύτην ὁδεύοντας μηκέτι ἐξαμαρτάνειν· καὶ ὡδήγησε τοὺς πραεῖς ἐν τῷ μακαρίσαι αὐτοὺς, καὶ οὕτω παραθέξαι· *Μακάριοι* γὰρ, φησὶν, *οἱ πραεῖς.*

Docebit mites vias suas. Hoc de Christo, ac de ejus discipulis manifeste dictum est : mites enim erant Christi discipuli, veluti qui ei non adversabantur : *Discite a me*, inquit, *quia mitis sum, et humilis corde*[9]. Docuit autem eos Christus vias

Διδάξει πραεῖς ὁδοὺς αὐτοῦ. Τοῦτο σαφῶς περὶ τοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ· πραεῖς μὲν γὰρ οὗτοι γεγόνασιν, ὡς μὴ ἀντιλέγοντες αὐτῷ. *Μάθετε* γὰρ, φησὶν, *ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι, καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ.* Ἐδίδαξε δὲ αὐτοὺς τὰς

[8] Matth. v, 4. [9] Matth. xi, 29.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ὁδοὺς τῆς ἑαυτοῦ πολιτείας, ὡς αὐτόπτας, καὶ ἑπομένους αὐτῷ. A conversationis suæ, dum nos spectatores et comites sibi esse voluit.

Πᾶσαι αἱ ὁδοὶ Κυρίου, ἔλεος καὶ ἀλήθεια τοῖς ἐκζητοῦσι τὴν διαθήκην αὐτοῦ καὶ τὰ μαρτύρια αὐτοῦ. Ὁδοὺς ἐνταῦθα τὰς νομικὰς ἐντολὰς νοήσομεν, αἵτινες τοῖς ἐρευνῶσι τὸν γραπτὸν νόμον ἔλεος καὶ ἀλήθειά εἰσι· φαίνονται γὰρ, ὅτι ἐλεῶντος ἀνθρώπους ὁ Θεὸς ἐνομοθέτησε ταύτας, καὶ ἀληθεύουσιν ἐφ' οἷς λέγουσιν, ὡς καὶ παρὰ ἀληθινοῦ Θεοῦ τεταξεῖσαι. Τὸν νόμον δὲ ἐκάλεσεν καὶ διαθήκην καὶ μαρτύρια· διαθήκην μὲν, ὅτι διέθετο αὐτὴν τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ· μαρτύρια δὲ, ὅτι διεμαρτύρατο ἐν αὐτῷ· Πᾶσαι γὰρ αἱ πορεῖαι τῆς ἐπὶ γῆς ἀναστροφῆς αὐτοῦ ἔλεος καὶ ἀλήθειά εἰσι τοῖς ἐκζητοῦσι τὴν καινὴν διαθήκην αὐτοῦ, δηλαδὴ τοῖς πιστεύουσι τῇ διδασκαλίᾳ αὐτοῦ, καὶ ταῖς ὑπὲρ αὐτοῦ προφητικαῖς μαρτυρίαις. Ἐν ὅλῃ γὰρ τῇ πολιτείᾳ αὐτοῦ εὐεργετῶν ἠλέει, καὶ διδάσκων ἠλήθευσεν.

Vers. 10. *Universæ viæ Domini misericordia et veritas exquirentibus testamentum ejus et testimonia ejus.* Per vias hic sola legis mandata intelligemus; quæ iis qui scriptam legem servant, pro misericordia et veritate habenda sunt: cum manifestum sit, Deum misericordia commotum, ea statuisse mandata, et cum vera continent, ut pote quæ a vero Deo sunt condita. Legem enim et Testamentum appellavit, et testimonia. Testamentum quidem, seu potius, juxta Græci nominis vim, dispositionem: quia illam disposuit ad filios Israel Testimonia vero, quia in his contestatus est, quæ futura erant: [quemadmodum in XVIII psalmo declaravimus. B Quod si de Christo intelligamus, facilis est interpretatio]. Omnes enim viæ conversationis Christi in terra, misericordia sunt, et veritas, iisque novum ejus Testamentum exquirunt: hoc est, iis qui doctrinæ ejus credunt, et testimoniis quæ a Prophetis de eo prædicta sunt. In omni enim vita sua Christus, et benefaciens miserebatur, et docens vera prædicabat.

Ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου, Κύριε, καὶ ἱλάσθητι τῇ ἁμαρτίᾳ μου· πολλὴ γάρ ἐστι. Περιττὸς ὁ καὶ σύνδεσμος ἐνταῦθα· ἰδίωμα γὰρ τοῦτο τῶν Ἑβραίων ἐν πολλοῖς. Φησὶν οὖν, ὅτι Διότι ὀνομάζῃ ἐλεήμων καὶ χρηστὸς, διὰ τοῦτο ἱλάσθητι τῇ ἁμαρτίᾳ μου, τῇ πεπαυμένῃ πάντως· πολλὴ γάρ ἐστι, ὅσον εἰς σύγκρισιν ὅσης χρεωστῶ καθαρότητος· καὶ πρὸς τὸν Χριστὸν δὲ λέγοιτ' ἂν, ὅτι ὀνομάζεται ἀμνὸς αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. C

Vers. 11. *Propter nomen tuum, Domine, et propitiare peccato meo, multum est enim.* Superflua est in loco conjunctio, *et*; idioma hoc est etiam linguæ Hebraicæ, quod multis in locis reperitur. Ait igitur: Quia misericors appellaris, et bonus, propter hoc, quæso, propitius esto peccato meo, quod antea commisi; multum est enim, si ad eam munditiam comparetur, quam præstare debuissem, Ad Christum etiam referri potissimum possunt hæc verba, qui *Agnus Dei* appellatur, *qui tollit peccata mundi.*

Τίς ἐστιν ἄνθρωπος ὁ φοβούμενος τὸν Κύριον; Σπάνιος μέν· εὑρισκομένῳ δὲ οἷαι ἀμοιβαὶ ἐπαγγέλλονται, ἄκουσον.

Vers. 12. *Quis est homo qui timet Dominum?* Rarus sane. Quod si quis inveniatur, audi, quæ retributiones ei promittantur:

Νομοθετήσει αὐτῷ, ἐν ὁδῷ ᾗ ᾑρετίσατο. Διάφοροι μὲν αἱ ὁδοὶ τῶν σωζομένων, τουτέστιν αἱ πολιτεῖαι· ἡ μὲν γὰρ κοινοβιακὴ· ἡ δὲ ἀναχωρητική. Καὶ ἡ μὲν πρακτικὴ, ἡ δὲ θεωρητικὴ, καὶ ἄλλη ἄλλως ἔχουσα· πᾶσαι δὲ φέρουσαι εἰς Θεόν· ὁποίαν δ' ἂν ὁ φοβούμενος τὸν Θεὸν ἕληται, ἐν ταύτῃ ὁ Θεὸς διδάσκαλος αὐτῷ γενήσεται τῶν πρακτέων, ὡς ἀνωτέρω δεδηλώκαμεν. Φόβον δὲ Θεοῦ μὴ τὸν ἁπλῶς νοήσῃς, ἀλλὰ τὸν ἐγκάρδιον.

Legem statuet ei in via, quam elegit. Diversæ enim viæ sunt eorum qui salvantur, hoc est, diversæ vitæ, ac conversationis rationes; alia enim ratio vitæ est hominum in commune viventium, alia eorum qui solitariam vitam degunt: alii etiam agendi vitam deligunt, alii contemplandi, alii vero aliam: omnes tamen hujuscemodi rationes ad Deum ducunt, et quamcunque sibi elegerit is qui timet Dominum, in ea Dominus illi erit præceptor, et docebit quid agendum sit, ut declaravimus. Timorem vero non simpliciter intellige, sed cordi infixum.

Ἡ ψυχὴ αὐτοῦ ἐν ἀγαθοῖς αὐλισθήσεται. Ἀποπτᾶσα τοῦ σώματος, ἐν ἐκείνοις ἔσται τοῖς ἀγαθοῖς, ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσεν. D

Vers. 13. *Anima ejus in bonis demorabitur.* Solutа enim a corpore, in illis erit bonis, *quæ nec oculus vidit, nec auris audivit* [10], etc.

Καὶ τὸ σπέρμα αὐτοῦ κληρονομήσει γῆν. Ἐπειδὴ εὐκταία ἦν τοῖς Ἑβραίοις ἡ παιδοποιία, καὶ ταῖς ταύτης ἐπαγγελίαις εἰς ἀρετὴν προτρέπεται, ὑπισχνούμενος, ὅτι καὶ παῖδας ἕξει κληρονόμους ἧς εἶχε γῆς· νοεῖται δὲ σπέρμα καὶ ἡ διδασκαλία, καὶ διὰ ταύτης πάλιν οἱ μαθητευθέντες. Λέγει γὰρ, ὡς οὐ μόνον αὐτὸς σωθήσεται, ἀλλὰ καὶ οἱ κατὰ πνεῦμα παῖδες αὐτοῦ τὴν τῶν πραέων κληρονομήσουσι γῆν.

Et semen ejus hæreditabit terram. Pergrata erat Judæis liberorum procreatio: atque ideo hujusmodi pollicitatione ad virtutem eos pellicit, promittens quod ii, qui Deum timuerint, filios habituri sint, illius terræ hæredes, quam ipsi possidebant. Semen etiam pro doctrina intelligitur, et per illam, ii rursus, qui edocentur: et sensus est, quod non tantum ipse salvabitur, sed quod ii etiam filii, quos juxta eamdem habuerit morum ac spiritus rationem, terræ mansuetorum hæreditatem consequentur.

[10] Isa. LXIV, 4; I Cor. II, 9.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

VERS. 14. *Fortitudo est Dominus timentibus eum.* Talium hominum fortitudo fit Deus, hoc est robur ac murus.

Et testamentum ejus manifestabit eis. Lex, inquit, Domini, eis declarabit, quod Deus est fortitudo timentium se. Ita enim lex omnibus pollicetur. Vel *Testamentum* proponit quocunque divino documento, quod docet quæ agenda sunt; nec tantum quæ agenda, sed ipsa etiam divina mysteria: quod Domini lex iis præstare solet, qui mundi ac puri ad eam accesserint.

VERS. 15. *Oculi mei semper ad Dominum, quoniam ipse evellet de laqueo pedes meos.* Oculos animæ intelligit, quos intentos, inquit, semper habeo ad Deum. Novi enim quod ipse solus pedes meos a laqueis extrahet, et ab invisibilium (92) inimicorum insidiis.

VERS. 16. *Respice in me et miserere mei.* Quomodo dicatur Deus respicere, supra in aliis psalmis diximus.

Quoniam unigenitus et pauper sum ego. Sed quare se unigenitum appellat beatus David? nonne multos habuit fratres? verum hac dictione sæpe utitur Propheta, pro solitario seu solo et unico: quasi solus esset, et ab aliis destitutus. Alibi etiam hac dictione abutitur Propheta dicens: *Et de manu canis unigenitam meam* [11]. Pauperem etiam se appellat, veluti mundano omni spoliatum auxilio.

VERS. 17. *Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt.* Cordis tribulationes dicit: quia sive a malignitate hominum, sive a cogitationibus et ab animi passionibus, afflictiones omnes semper deferuntur ad cor.

De necessitatibus meis erue me. Ab infortuniis, quæ me angunt et vim mihi inferunt.

VERS. 18. *Vide humilitatem meam et laborem meum.* Per humilitatem, juxta historiæ sensum, corporis ac virium infirmitatem intellige, adversus tantam inimicorum potentiam. Sed juxta spiritualem intellectum, summam expone animæ contritionem. Simili modo per laborem, juxta primum sensum, corporis defatigationem intellige quam perpessus est, eum fugiens inimicos, multis in angustiis versaretur; et juxta alterum sensum, laborem eum intellige, quem ex abstinentia, ex stabilitate sua, ex terreno accubitu, atque ex cæteris aliis virtutum operationibus sustinebat.

Et dimitte omnia delicta mea. Præterita nimirum, a quibus postmodum abstinui. Illud autem considera quomodo non solum abstinere oportet a peccatis, sed multa etiam humilitate opus est, et labore ad hoc, ut plene cuipiam peccata remittantur.

VERS. 19. *Vide inimicos meos quoniam multiplicati sunt.* Tam sensibiles, quam intellectuales.

Et odio injusto oderunt me. Neque enim visibiles

Κραταίωμα Κύριος τῶν φοβουμένων αὐτόν. Κραταίωμα τῶν τοιούτων γίνεται ὁ Θεός, ἤγουν ἰσχύς, τεῖχος.

Καὶ ἡ διαθήκη αὐτοῦ δηλώσει αὐτοῖς. Ὁ νόμος αὐτοῦ δηλώσει αὐτοῖς, ὅτι τῶν τοιούτων ὁ Θεὸς κραταίωμα γίνεται· οὕτω γὰρ ὁ νόμος ἐπαγγέλλεται. Ἢ διαθήκην τὴν ἁπλῶς θεόθεν ὑποθήκην νόει, δηλοῦσαν τὸ πρακτέον. Οὐ μόνον δὲ τὸ πρακτέον, ἀλλὰ καὶ θεῖα μυστήρια, ὃ καὶ ὁ νόμος ποιεῖ τοῖς καθαρῶς μετερχομένοις αὐτόν.

Οἱ ὀφθαλμοί μου, διαπαντὸς πρὸς τὸν Κύριον, ὅτι αὐτὸς ἐκσπάσει ἐκ παγίδος τοὺς πόδας μου. Οἱ τῆς ψυχῆς ὀφθαλμοί, οὓς ἀεὶ τεταμένους, φησὶν, ἔχω πρὸς Θεὸν, οἶα εἰδὼς, ὅτι αὐτὸς μόνος ἐκσπάσει τοὺς πόδας μου ἀπὸ βρόχων καὶ τῆς ἐνέδρας τῶν ὁρατῶν ἐχθρῶν, εἰ καὶ ἐμπαρῶσιν.

Ἐπίβλεψον ἐπ' ἐμὲ, καὶ ἐλέησόν με. Πῶς ἐπιβλέπει ὁ Θεὸς, εἰρήκαμεν προλαβόντως ἐν ἄλλοις ψαλμοῖς.

Ὅτι μονογενὴς καὶ πτωχός εἰμι ἐγώ. Καὶ μὴν πολλοὺς εἶχεν ἀδελφούς· ἀλλὰ μονογενῆ πολλάκις τὸν μεμονωμένον καλεῖ, ὡς μόνον γενόμενον· τοιοῦτον γὰρ ἦν τὸ, *καὶ ἐκ χειρὸς κυνὸς τὴν μονογενῆ μου.* Ἠτυχὸς δὲ ἦν, ὡς γυμνὸς ἀνθρωπίνης βοηθείας.

Αἱ θλίψεις τῆς καρδίας μου ἐπληθύνθησαν. Πᾶσα γὰρ θλῖψις, εἴτε ἀπὸ ἀνθρώπων πονηρῶν, εἴτε ἀπὸ λογισμῶν ἐμπαθῶν, κατὰ τῆς καρδίας φέρεται.

Ἐκ τῶν ἀναγκῶν μου ἐξάγαγέ με. Τῶν περιστάσεων, αἳ με βιάζουσιν.

Ἴδε τὴν ταπείνωσίν μου καὶ τὸν κόπον μου. Ταπείνωσιν αἰσθητῶς μὲν, τὴν σωματικὴν ἀσθένειαν, πρὸς τηλικαύτην δύναμιν τῶν ἐχθρῶν· νοητῶς δὲ, τὴν ψυχικὴν συντριβήν. Καὶ κόπον πάλιν αἰσθητῶς μὲν, τὸν σωματικὸν ὃν ὑφίστατο φεύγων καὶ ἀγωνιῶν· νοητῶς δὲ, τὸν ψυχικὸν, ἐξ ἐγκρατείας καὶ στάσεως καὶ χαμευνίας καὶ λοιπῆς ἀρετῆς.

Καὶ ἄφες πάσας τὰς ἁμαρτίας μου. Τὰς προλαβούσας, ὧν ἀπεσχόμην. Ὅρα δὲ ὅπως οὐ χρεία μόνον ἀποχῆς, ἀλλὰ καὶ ταπεινώσεως καὶ κόπου πρὸς τελείαν ἄφεσιν.

Ἴδε τοὺς ἐχθρούς μου, ὅτι ἐπληθύνθησαν. Εἴτε τοὺς αἰσθητοὺς εἴπῃς, εἴτε τοὺς νοητούς.

Καὶ μῖσος ἄδικον ἐμίσησάν με. Οὔτε γὰρ τοὺς

[11] Psal. XXI, 21.

Variæ lectiones.

(92) Cod. ὁρατῶν, *visibilium*, sed legendum fortasse ἀοράτων, ut legisse videtur Latinus interpres. Idem codex addit εἰ καὶ ἐμπαρῶσιν. *Etiamsi irruant.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ὁρατοὺς ἠδίκησα, μηδὲν αὐτοὺς ἐπηρέασας, οὔτε τοὺς ἀορά-
τους· ἁμαρτήσας γὰρ, οὐ τοὺς δαίμονας, ἀλλ' ἐμαυτὸν ἠδίκησα. Λοιπὸν οὖν, ἀνάφορμον τὸ κατ' ἐμὲ μῖσος, καὶ ἐκ μόνου φθόνου.

A inimicos meos injuria aliqua affeci, neque damnum aut calumniam in eos intuli: similiter neque invisibiles, quia si peccavi, non illos, sed me ipsum læsi. Restat igitur ut nullam adversum me odii occasionem habeant, sed totum quod est, ex sola oriatur invidia.

Φύλαξον τὴν ψυχήν μου. Ἵνα μὴ περιπέσῃ αὐτοῖς. Διὰ δὲ τῆς ψυχῆς καὶ τὸ σῶμα νόει. Ταύτῃ γὰρ τοῦτο διεξάγεται.

Καὶ ῥύσαί με. Μή ποτε περιπέσω. Ἢ καὶ ἄλλως· Φύλαξον μὲν τὴν ψυχήν μου ἀπὸ τῶν ἀοράτων ἐχθρῶν· ῥύσαι δέ με ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν, οἳ τοῦ σώματός μου κυριεῦσαι σπεύδουσιν.

VERS. 20. *Custodi animam meam.* Ne incidat in eos; per animam autem corpus simul intellige. Ea enim est, quæ corpus moderatur.

Et eripe me. Si aliquando cecidero. Vel aliter: *Custodi animam*, ab invisibilibus nimirum inimicis; *Et eripe me*, a sensibilibus scilicet, qui corpus meum in potestate sua habere perquirunt.

Μὴ καταισχυνθείην, ὅτι ἤλπισα ἐπὶ σέ. Εἰδὼς, φησὶν, ὅτι πάντες οἱ ὑπομένοντές σε οὐ μὴ καταισχυνθῶσιν, ὡς ἐν προοιμίοις εἴρηκα τοῦ ψαλμοῦ, μηδὲ ἐγὼ καταισχυνθείην, διότι καὶ αὐτὸς ἐπὶ σὲ ἤλπισα.

Non confundar, quoniam speravi in te. Sciens, inquit, quod qui sperant in te, a concepta spe non frustrantur (ut dictum est in principio psalmi), oro ne confundar, cum et ipse speraverim in te.

Ἄκακοι καὶ εὐθεῖς ἐκολλῶντό μοι, ὅτι ὑπέμεινά σε, Κύριε. Περὶ παρελθόντος πράγματος λέγει· καὶ ἄλλοτε γὰρ, φησὶ, σὲ ὑπομείνας, καὶ μὴ καταισχυνθείς, πολλοὺς εἰς τὸν ὅμοιον ζῆλον ἐπεσπασάμην ἐκ τῶν ἐμῶν πεισθέντας, ὅτι σὺ εἶ μόνος ἀψευδὴς βοηθός· οἱ καὶ *ἐκολλῶντό μοι*, τουτέστι, συνεδεσμεύοντο φιλίας νόμῳ, ἐξεχόμενοί μου, διότι σὲ ὑπέμεινα, φρονήσας ὀρθῶς. Τίνες δὲ οὗτοι; Ὅσοι ἄκακοι, τουτέστιν ἀγαθοὶ καὶ εὐθεῖς, εἴτουν δίκαιοι. Καὶ διὰ τοὺς τοιούτους οὖν ἐπάκουσόν μου.

VERS. 21. *Innocentes et recti adhæserunt mihi, qui sustinui te.* De præteritis rebus est sermo. Alibi enim ait: *Et te exspectans non sum confusus*[11]. Multos, inquit, ad æmulationem attraxi, ac persuasi, ex iis quæ mihi contigisse viderant, te solum verum adjutorem esse, ac minime fallacem; unde etiam *Adhæserunt mihi*, hoc est, mecum lege amicitiæ colligati sunt: quoniam recte sentiens, te exspectavi. Sed quinam sunt hi? Quicunque scilicet innocentes, probi, et recti, hoc est, justi. Propter hoc itaque exaudi me, ut per me alii pariter tibi gratias agant.

Λύτρωσαι, ὁ Θεὸς, τὸν Ἰσραὴλ ἐκ πασῶν τῶν θλίψεων αὐτοῦ. Ἱκανῶς ὑπὲρ ἑαυτοῦ δεηθεὶς, καὶ ὑπὲρ τοῦ λαοῦ πάντος εὔχεται, συμπάσχοντος καὶ αὐτοῦ. Οὐ μόνον γὰρ ὅτε βασιλεύοντι ἐπέθεντο, συνέπασχεν ὁ λαὸς, εἰ τότε δώσωμεν εἰρῆσθαι τὸν ψαλμὸν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ Σαοὺλ, ὅτε Δαβὶδ ἔφευγεν, καὶ ἐπὶ Ἀβεσαλὼμ, πολλοὶ δι' αὐτὸν ἐθλίβοντο, οὓς καὶ Ἰσραὴλ ἐκάλεσεν, ὡς ἀπ' ἐκείνου καταγομένους. Οὐκ ἄλογον δὲ καὶ ἑαυτὸν εἰπεῖν Ἰσραὴλ, ὡς ἐκεῖθεν ἕλκοντα τὸ γένος. Εἰ βούλει δὲ, καὶ εἰς Χριστὸν ἀνάξεις τὴν εὐχήν· ὥστε βοηθῆσαι τοῖς δι' αὐτὸν θλιβομένοις παρὰ τῶν ἐχθρῶν τῆς πίστεως· προειρήκαμεν γὰρ, ὅτι ὀρθῶς ἂν εἶεν Ἰσραὴλ οἱ τὸν Χριστὸν ὁρῶντες Χριστιανοὶ διὰ πίστεως· Ἰσραὴλ γὰρ ἑρμηνεύεται *νοῦς ὁρῶν τὸν Θεόν.*

VERS. 22. *Libera, Deus, Israel ex omnibus tribulationibus suis.* Cum abunde ac satis pro seipso oraverit Propheta, demum pro populo etiam supplicat, qui secum pariter affligebatur. Neque enim tantum tunc angebatur populus quando regnante beato David Philistæi irruebant, si concesserimus illo tempore compositum fuisse hunc psalmum, sed et antea cum fugaretur a Saule; et postea etiam tempore Absalonis, quando multi propter ipsum opprimebantur, quos nunc Israelem appellavit, veluti ab eo descendentes: nec tamen præter rationem fortassis fuerit intelligere, quod seipsum Propheta Israelem appellet, ea ratione quod ab illo genus trahebat: et si libet, poteris etiam ad Christum orationem hanc referre ut ab eo petat Propheta, quod iis præsto sit, qui propter eum a fidei hostibus affliguntur. Jam enim prædiximus quod Christiani recte Israel dici possunt: illi nimirum Christum Deum per fidem vident. Israel enim, ut diximus, interpretatur *mens videns Deum.*

Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

ΨΑΛΜΟΣ ΚΕ'.

Psalmus ipsi Davia.

PSALMUS XXV.

Τοῦτον ἔγραψεν τὸν ψαλμὸν ἐπὶ Σαοὺλ, ὅτε φεύγων, παρ' ἀλλοφύλοις διέτριβεν. Ἁρμόζει δὲ κατὰ τὴν ἀρετὴν καὶ τοῖς ἐν Βαβυλῶνι αἰχμαλώτοις· διακαιολογεῖται δὲ ἐν προοιμίοις, εἰδὼς δίκαιον τὸν Θεόν.

Hunc psalmum beatus David eo tempore conscripsit, quando Saulem fugiens, apud Philistæos commoratus est. In aliquibus tamen congruere etiam iis videtur, qui captivi postea in Babylone detenti sunt. Sciens autem Propheta Deum vere justum esse, illud ante omnia conatur demonstrare, quomodo causam ipse justissimam foveret, inimici autem injustam.

Κρῖνόν μοι, Κύριε, ὅτι ἐγὼ ἐν ἀκακίᾳ μου ἐπο-

VERS. 1. *Judica mihi Domine, quoniam ego in*

[11] Psal. xxx, 6.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

VERS. 14. *Fortitudo est Dominus timentibus eum.* Talium hominum fortitudo sit Deus, hoc est robur ac murus.

Et testamentum ejus manifestabit eis. Lex, inquit, Domini, eis declarabit, quod Deus est fortitudo timentium se. Ita enim lex omnibus pollicetur. Vel *Testamentum* proponit quocunque divino documento, quod docet quæ agenda sunt; nec tantum quæ agenda, sed ipsa etiam divina mysteria: quod Domini lex iis præstare solet, qui mundi ac puri ad eam accesserint.

VERS. 15. *Oculi mei semper ad Dominum, quoniam ipse evellet de laqueo pedes meos.* Oculos animæ intelligit, quos intentos, inquit, semper habeo ad Deum. Novi enim quod ipse solus pedes meos a laqueis extrahet, et ab invisibilium (92) inimicorum insidiis.

VERS. 16. *Respice in me et miserere mei.* Quomodo dicatur Deus respicere, supra in aliis psalmis diximus.

Quoniam unigenitus et pauper sum ego. Sed quare se unigenitum appellat beatus David? nonne multos habuit fratres? verum hac dictione sæpe utitur Propheta, pro solitario seu solo et unico: quasi solus esset, et ab aliis destitutus. Alibi etiam hac dictione abutitur Propheta dicens: *Et de manu canis unigenitam meam* [11]. Pauperem etiam se appellat, veluti mundano omni spoliatum auxilio.

VERS. 17. *Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt.* Cordis tribulationes dicit: quia sive a malignitate hominum, sive a cogitationibus et ab animi passionibus, afflictiones omnes semper deferuntur ad cor.

De necessitatibus meis erue me. Ab infortuniis, quæ me angunt et vim mihi inferunt.

VERS. 18. *Vide humilitatem meam et laborem meum.* Per humilitatem, juxta historiæ sensum, corporis ac virium infirmitatem intellige, adversus tantam inimicorum potentiam. Sed juxta spiritualem intellectum, summam expone animæ contritionem. Simili modo per laborem, juxta primum sensum, corporis defatigationem intellige quam perpessus est, eum fugiens inimicos, multis in angustiis versaretur; et juxta alterum sensum, laborem eum intellige, quem ex abstinentia, ex stabilitate sua, ex terreno accubitu, atque ex cæteris aliis virtutum operationibus sustinebat.

Et dimitte omnia delicta mea. Præterita nimirum, a quibus postmodum abstinui. Illud autem considera quomodo non solum abstinere oportet a peccatis, sed multa etiam humilitate opus est, et labore ad hoc, ut plene cuipiam peccata remittantur.

VERS. 19. *Vide inimicos meos quoniam multiplicati sunt.* Tam sensibiles, quam intellectuales.

Et odio injusto oderunt me. Neque enim visibiles

A *Κραταίωμα Κύριος τῶν φοβουμένων αὐτόν.* Κραταίωμα τῶν τοιούτων γίνεται ὁ Θεός, ἤγουν ἰσχὺς, τεῖχος.

Καὶ ἡ διαθήκη αὐτοῦ δηλώσει αὐτοῖς. Ὁ νόμος αὐτοῦ δηλώσει αὐτοῖς, ὅτι τῶν τοιούτων ὁ Θεὸς κραταίωμα γίνεται· οὕτω γὰρ ὁ νόμος ἐπαγγέλλεται. Ἡ διαθήκην τὴν ἁπλῶς θεόθεν ὑποθήκην νόει, δηλοῦσαν τὸ πρακτέον. Οὐ μόνον δὲ τὸ πρακτέον, ἀλλὰ καὶ θεῖα μυστήρια. ὃ καὶ ὁ νόμος ποιεῖ τοῖς καθαρῶς μετερχομένοις αὐτόν.

Οἱ ὀφθαλμοί μου, διαπαντὸς πρὸς τὸν Κύριον, ὅτι αὐτὸς ἐκσπάσει ἐκ παγίδος τοὺς πόδας μου. Οἱ τῆς ψυχῆς ὀφθαλμοί, οὓς ἀεὶ τεταμένους, φησὶν, ἔχω πρὸς Θεὸν, οἶα εἰδὼς, ὅτι αὐτὸς μόνος ἐκσπάσει τοὺς πόδας μου ἀπὸ βρόχων καὶ τῆς ἐνέδρας τῶν ὁρατῶν ἐχθρῶν, εἰ καὶ ἐμπαρῶσιν.

Ἐπίβλεψον ἐπ' ἐμὲ, καὶ ἐλέησόν με. Πῶς ἐπιβλέπει ὁ Θεὸς, εἰρήκαμεν προλαβόντως ἐν ἄλλοις ψαλμοῖς.

Ὅτι μονογενὴς καὶ πτωχός εἰμι ἐγώ. Καὶ μὴν πολλοὺς εἶχεν ἀδελφούς· ἀλλὰ μονογενῆ πολλάκις τὸν μεμονωμένον καλεῖ, ὡς μόνον γενόμενον· τοιοῦτον γὰρ ἦν τὸ, *καὶ ἐκ χειρὸς κυνὸς τὴν μονογενῆ μου.* Ἠτυχὸς δὲ ἦν, ὡς γυμνὸς ἀνθρωπίνης βοηθείας.

Αἱ θλίψεις τῆς καρδίας μου ἐπληθύνθησαν. Πᾶσα γὰρ θλῖψις, εἴτε ἀπὸ ἀνθρώπων πονηρῶν, εἴτε C ἀπὸ λογισμῶν ἐμπαθῶν, κατὰ τῆς καρδίας φέρεται.

Ἐκ τῶν ἀναγκῶν μου ἐξάγαγέ με. Τῶν περιστάσεων, αἳ με βιάζουσιν.

Ἴδε τὴν ταπείνωσίν μου καὶ τὸν κόπον μου. Ταπείνωσιν αἰσθητῶς μὲν, τὴν σωματικὴν ἀσθένειαν, πρὸς τηλικαύτην δύναμιν τῶν ἐχθρῶν· νοητῶς δὲ, τὴν ψυχικὴν συντριβήν. Καὶ κόπον πάλιν αἰσθητῶς μὲν, τὸν σωματικὸν ὃν ὑφίστατο φεύγων καὶ ἀγωνιῶν· νοητῶς δὲ, τὸν ψυχικὸν, ἐξ ἐγκρατείας καὶ στάσεως καὶ χαμευνίας καὶ λοιπῆς ἀρετῆς.

D *Καὶ ἄφες πάσας τὰς ἁμαρτίας μου.* Τὰς προλαβούσας, ὧν ἀπεσχόμην. Ὅρα δὲ ὅπως οὐ χρεία μόνον ἀποχῆς, ἀλλὰ καὶ ταπεινώσεως καὶ κόπου πρὸς τελείαν ἄφεσιν.

Ἴδε τοὺς ἐχθρούς μου, ὅτι ἐπληθύνθησαν. Εἴτε τοὺς αἰσθητοὺς εἴπῃς, εἴτε τοὺς νοητούς.

Καὶ μῖσος ἄδικον ἐμίσησάν με. Οὔτε γὰρ τοὺς

[11] Psal. xxi, 21.

Variæ lectiones.

(92) Cod. ὁρατῶν, *visibilium*, sed legendum fortasse ἀοράτων, ut legisse videtur Latinus interpres. Idem codex addit εἰ καὶ ἐμπαρῶσιν. *Etiamsi irruant.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ὁρατοὺς ἠδίκησα, μηδὲν αὐτοὺς ἐπηρέασας, οὔτε τοὺς ἀοράτους· ἁμαρτήσας γὰρ, οὐ τοὺς δαίμονας, ἀλλ' ἐμαυτὸν ἠδίκησα. Λοιπὸν οὖν, ἀνάφορμον τὸ κατ' ἐμὲ μῖσος, καὶ ἐκ μόνου φθόνου.

A inimicos meos injuria aliqua affeci, neque damnum aut calumniam in eos intuli: similiter neque invisibiles, quia si peccavi, non illos, sed me ipsum læsi. Restat igitur ut nullam adversum me odii occasionem habeant, sed totum quod est, ex sola oriatur invidia.

Φύλαξον τὴν ψυχήν μου. Ἵνα μὴ περιπέσῃ αὐτοῖς. Διὰ δὲ τῆς ψυχῆς καὶ τὸ σῶμα νόει. Ταύτῃ γὰρ τοῦτο διεξάγεται.

Καὶ ῥῦσαί με. Μή ποτε περιπέσω. Ἢ καὶ ἄλλως· Φύλαξον μὲν τὴν ψυχήν μου ἀπὸ τῶν ἀοράτων ἐχθρῶν· ῥῦσαι δέ με ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν, οἳ τοῦ σώματός μου κυριεῦσαι σπεύδουσιν.

Μὴ καταισχυνθείην, ὅτι ἤλπισα ἐπὶ σέ. Εἰδὼς, φησὶν, ὅτι πάντες οἱ ὑπομένοντές σε οὐ μὴ καταισχυνθῶσιν, ὡς ἐν προοιμίοις εἴρηκα τοῦ ψαλμοῦ, μηδὲ ἐγὼ καταισχυνθείην. διότι καὶ αὐτὸς ἐπὶ σὲ ἤλπισα.

Ἄκακοι καὶ εὐθεῖς ἐκολλῶντό μοι, ὅτι ὑπέμεινά σε, Κύριε. Περὶ παρελθόντος πράγματος λέγει· καὶ ἄλλοτε γὰρ, φησὶ, σὲ ὑπομείνας, καὶ μὴ καταισχυνθείς, πολλοὺς εἰς τὸν ὅμοιον ζῆλον ἐπεσπασάμην ἐκ τῶν ἐμῶν πεισθέντας, ὅτι σὺ εἶ μόνος ἀψευδὴς βοηθός· οἳ καὶ *ἐκολλῶντό μοι*, τουτέστι, συνεδεσμεύοντο φιλίας νόμῳ, ἐξεχόμενοί μου, διότι σὲ ὑπέμεινα, φρονήσας ὀρθῶς. Τίνες δὲ οὗτοι; Ὅσοι ἄκακοι, τουτέστιν ἀγαθοὶ καὶ εὐθεῖς, εἴτουν δίκαιοι. Καὶ διὰ τοὺς τοιούτους οὖν ἐπάκουσόν μου.

B

Vers. 20. *Custodi animam meam.* Ne incidat in eos; per animam autem corpus simul intellige. Ea enim est, quæ corpus moderatur.

Et eripe me. Si aliquando cecidero. Vel aliter: *Custodi animam*, ab invisibilibus nimirum inimicis; *Et eripe me*, a sensibilibus scilicet, qui corpus meum in potestate sua habere perquirunt.

Non confundar, quoniam speravi in te. Sciens, inquit, quod qui sperant in te, a concepta spe non frustrantur (ut dictum est in principio psalmi), oro ne confundar, cum et ipse speraverim in te.

Vers. 21. *Innocentes et recti adhæserunt mihi, qui sustinui te.* De præteritis rebus est sermo. Alibi enim ait: *Et te exspectans non sum confusus*[11]. Multos, inquit, ad æmulationem attraxi, ac persuasi, ex iis quæ mihi contigisse viderant, te solum verum adjutorem esse, ac minime fallacem; unde etiam *Adhæserunt mihi*, hoc est, mecum lege amicitiæ colligati sunt: quoniam recte sentiens, te exspectavi. Sed quinam sunt hi? Quicunque scilicet innocentes, probi, et recti, hoc est, justi. Propter hoc itaque exaudi me, ut per me alii pariter tibi gratias agant.

Λύτρωσαι, ὁ Θεὸς, τὸν Ἰσραὴλ ἐκ πασῶν τῶν θλίψεων αὐτοῦ. Ἱκανῶς ὑπὲρ ἑαυτοῦ δεηθεὶς, καὶ ὑπὲρ τοῦ λαοῦ παντὸς εὔχεται, συμπάσχοντος καὶ αὐτοῦ. Οὐ μόνον γὰρ ὅτε βασιλεύοντι ἐπέθεντο, συνέπασχεν ὁ λαὸς, εἰ τότε δώσωμεν εἰρῆσθαι τὸν ψαλμὸν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ Σαοὺλ, ὅτε Δαβὶδ ἔφευγεν, καὶ ἐπὶ Ἀβεσαλὼμ, πολλοὶ δι' αὐτὸν ἐθλίβοντο, οὓς καὶ Ἰσραὴλ ἐκάλεσεν, ὡς ἀπ' ἐκείνου καταγομένους. Οὐκ ἄλογον δὲ καὶ ἑαυτὸν εἰπεῖν Ἰσραὴλ, ὡς ἐκεῖθεν ἕλκοντα τὸ γένος. Εἰ βούλει δὲ, καὶ εἰς Χριστὸν ἀνάξεις τὴν εὐχήν· ὥστε βοηθῆσαι τοῖς δι' αὐτὸν θλιβομένοις παρὰ τῶν ἐχθρῶν τῆς πίστεως· προειρήκαμεν γὰρ, ὅτι ὀρθῶς ἂν εἶεν Ἰσραὴλ οἱ τὸν Χριστὸν ὁρῶντες Χριστιανοὶ διὰ πίστεως· Ἰσραὴλ γὰρ ἑρμηνεύεται *νοῦς ὁρῶν τὸν Θεόν.*

C

Vers. 22. *Libera, Deus, Israel ex omnibus tribulationibus suis.* Cum abunde ac satis pro seipso oraverit Propheta, demum pro populo etiam supplicat, qui secum pariter affligebatur. Neque enim tantum tunc angebatur populus quando regnante beato David Philistæi irruebant, si concesserimus illo tempore compositum fuisse hunc psalmum, sed et antea cum fugaretur a Saule; et postea etiam tempore Absalonis, quando multi propter ipsum opprimebantur, quos nunc Israelem appellavit, veluti ab eo descendentes: nec tamen præter rationem fortassis fuerit intelligere, quod seipsum Propheta Israelem appellet, ea ratione quod ab illo genus trahebat: et si libet, poteris etiam ad Christum orationem hanc referre ut ab eo petat Propheta, quod iis præsto sit, qui propter eum a fidei hostibus affliguntur. Jam enim prædiximus quod Christiani recte Israel dici possunt: illi nimirum Christum Deum per fidem vident. Israel enim, ut diximus, interpretatur *mens videns Deum.*

Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

ΨΑΛΜΟΣ ΚΕ'.

Τοῦτον ἔγραψεν τὸν ψαλμὸν ἐπὶ Σαοὺλ, ὅτε φεύγων, παρ' ἀλλοφύλοις διέτριβεν. Ἁρμόζει δὲ κατὰ τὴν ἀρετὴν καὶ τοῖς ἐν Βαβυλῶνι αἰχμαλώτοις· δικαιολογεῖται δὲ ἐν προοιμίοις, εἰδὼς δίκαιον τὸν Θεόν.

D

Psalmus ipsi Davia.

PSALMUS XXV.

Hunc psalmum beatus David eo tempore conscripsit, quando Saulem fugiens, apud Philistæos commoratus est. In aliquibus tamen congruere etiam iis videtur, qui captivi postea in Babylone detenti sunt. Sciens autem Propheta Deum vere justum esse, illud ante omnia conatur demonstrare, quomodo causam ipse justissimam foveret, inimici autem injustam.

Κρῖνόν μοι, Κύριε, ὅτι ἐγὼ ἐν ἀκακίᾳ μου ἐπο-

Vers. 1. *Judica mihi Domine, quoniam ego in*

[11] Psal. xxx, 6.

Digitized by Google Распознавание текста ABKFR

innocentia mea ingressus sum. Tametsi omnia, inquit, noveris, judica mihi tamen adhuc magis : hoc est, examina causam meam. In hoc enim confido, quod hactenus in innocentia mea conversatus sim. Per innocentiam vero longanimitatem ac patientiam suam intelligit. Multis enim injuriis affectus sum a Saul, et tamen injuriam in nullum retuli, tametsi sæpius potuerim, quemadmodum ex Regum historia perspicere licet.

A ῥεύθην. Κρῖνον, ἤγουν ἐξέτασον ἔτι, καίτοι πρόειδώς· ἅπαντα· θαῤῥῶ γάρ, ὅτι ἐγὼ ἐν ἀκακίᾳ μου ἐνεστράφην ἄχρι νῦν. Ἀκακίαν δὲ λέγει τὴν ἀνεξικακίαν καὶ μακροθυμίαν. Πολλὰ γάρ, φησὶν, ἐπὶ τοῦ Σαοὺλ ἀδικηθεὶς, οὐδὲν αὐτῷ ἀνταπέδωκα, καίτοι δυνάμενος. Ἔστιν ὅτε καὶ ἡ τῶν Βασιλειῶν ἀνέγραψεν βίβλος.

Et in Domino sperans, non infirmabor. Et sperans, inquit, in Domino, ab hac sententia non decidam : quinimo invalescet semper magis, ac confirmabitur hæc mea opinio, ob summam spem, quam in ipso habeo. Hæc autem verba ad inimicos diriguntur.

Ἐπὶ τῷ Κυρίῳ ἐλπίζων, οὐ μὴ ἀσθενήσω. Καὶ ἐλπίζων ἐπὶ τῷ Θεῷ, οὐ μὴ καταπέσω τῷ φρονήματι, ῥωννυομένῳ ταῖς εἰς αὐτὸν ἐλπίσι. Πρὸς τοὺς ἐχθροὺς οὗτος ὁ λόγος.

Vers. 2. *Proba me, et tenta me.* Non, ut extollens se, hoc dicit, sed veluti duo hæc rogans, atque obsecrans, probari nimirum de præteritis vitæ suæ actionibus, hoc est, examinari et exquiri earum rationem ; et tentari, hoc est, experimentum ab eo sumi in futurum, an ita se gesturus sit, ut olim gesserat.

B *Δοκίμασόν με, Κύριε, καὶ πείρασόν με.* Οὐκ ἐπαιρόμενος ταῦτά φησιν, ἀλλὰ παρακαλῶν δοκιμασθῆναι μὲν, τουτέστιν ἐξετασθῆναι ἐπὶ τοῖς πραλαβοῦσι· πειρασθῆναι δὲ, ἤγουν πεῖραν δοῦναι καὶ εἰς τὰ μέλλοντα, εἰ καὶ μὴ αὖθις ὁ αὐτὸς ἔσται.

Ure renes meos, et cor meum. Renes concupiscentiam significant. Per cor iram : *Ure*, inquit, hoc est proba, eo nimirum pacto, quo artifices aurum probant. Neque enim ego, aut regnum concupivi, aut in Saulem injurias ullas retuli.

Πύρωσον τοὺς νεφρούς μου καὶ τὴν καρδίαν μου. Διὰ μὲν τῶν νεφρῶν τὸ ἐπιθυμητικὸν δηλοῖ· διὰ δὲ τῆς καρδίας, τὸ θυμικόν. *Πύρωσον* δὲ, ἀντὶ τοῦ, δοκίμασον, ὡς οἱ χρυσοχόοι διὰ πυρὸς τὸν χρυσόν· οὔτε γὰρ ἐπεθύμησα τῆς βασιλείας, οὔτε ἀντεπέδωκα τῷ Σαούλ.

Vers. 3. *Quoniam misericordia tua ante oculos meos est.* Ita dispositus sum, inquit, quia coram oculis meis misericordiam illam tuam proposui, quam omnibus iis præstas, qui patienti animo adversa omnia sustinent.

C *Ὅτι τὸ ἔλεός σου κατέναντι τῶν ὀφθαλμῶν μού ἐστιν.* Οὕτως δὲ διάκειμαι, διότι πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχω τὸ παρὰ σοῦ ἔλεος, ὃ παρέχεις τοῖς ἀνεξικακοῦσι.

Et placui in veritate tua. Cum de cæteris virtutibus suis tractare intendat, quæ in progressu psalmi ponit, prius sermonem temperat, et Deo gratias agit, quod in reliquis virtutibus per illius veritatem profecerit. In lege enim tua, inquit, pollicitus es, eorum te miserturum esse, qui tibi placerent. Misericordia igitur tua, et veritas tua, horum omnium bonorum mihi causa exstiterunt. Et deinceps virtutes has suas commemorat.

Καὶ εὐηρέστησα ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου. Καὶ περὶ τῶν ἄλλων κατορθωμάτων αὐτοῦ προθέμενος εἰπεῖν, ἃ προῖών ἐκτίθεται, θεραπεύει τὸν λόγον, καὶ τῷ Θεῷ τὴν χάριν ἀνατίθησιν, ὅτι Καὶ ἄλλα τινὰ κατώρθωσα διὰ τὴν σὴν ἀλήθειαν· ἐπηγγείλω γὰρ ἐν τῷ νόμῳ τοὺς εὐαρεστοῦντάς σοι ἐλεεῖν. Τὸ ἔλεός σου τοίνυν καὶ ἡ ἀλήθειά σου αἰτία μοι πάντων τούτων ἐγένετο. Εἶτα λέγει καὶ τὰ κατορθώματα.

Vers. 4. *Non sedi cum concilio vanitatis.* Hoc est, cum iis qui ad nugas, aut ad intempestivos sermones conveniebant, aut ad fabulosa eloquia.

Οὐκ ἐκάθισα μετὰ συνεδρίου ματαιότητος. Τῶν συνερχομένων ἐπὶ φλυαρίᾳ, καὶ λόγοις ἀκαίροις, καὶ μυθικοῖς διηγήμασι.

Et cum iniqua agentibus introibo. Cum iis qui mutuo inter se aut qui adversus Saulem insidias disponunt. Verisimile autem est tentatum sæpenumero eum fuisse ab aliquibus de conjuratione.

D *Καὶ μετὰ παρανομούντων οὐ μὴ εἰσέλθω.* Τῶν ἐπιβουλευόντων ἀλλήλοις, ἢ καὶ αὐτῷ τῷ Σαούλ· εἰκὸς γάρ τινας ἐγκαλεῖσθαι αὐτὸν εἰς ἀναρσίαν.

Vers. 5. *Odi Ecclesiam malignantium.* Congregationem et conventum pravorum omnium : pravos enim quoscunque, malignitatis nomine comprehendit.

Ἐμίσησα ἐκκλησίαν πονηρευομένων. Τὴν συναγωγὴν πάντων τῶν πονηρῶν· ὅλους γὰρ τοὺς κακοὺς συμπεριελάβετο τῆς πονηρίας ὀνόματι.

Et cum impiis non sedebo. Per impios, hic Philistæos intelligit, apud quos exsul fuit : quorum conversatione tamen abstinebat. Vel *Non sedebo*, hoc est, diu non commorabor.

Καὶ μετὰ ἀσεβῶν μὴ καθίσω. Ἐνταῦθα τοὺς ἀλλοφύλους λέγει, παρ' οἷς ἦν φυγάς, ὧν ἀπείχετο τῆς κοινωνίας. Ἡ *Καθίσω*, τὸ, χρονίσω νόει.

Vers. 6. *Lavabo inter innocentes manus meas.* Antiqui quando contestari volebant se alicujus sceleris esse innoxios, coram multitudine manus

Νίψομαι ἐν ἀθώοις τὰς χεῖράς μου. Οἱ παλαιοὶ διαμαρτύρασθαι θέλοντες, ὅτι ἀναίτιοί εἰσί τινος πράγματος, ἐνώπιον τοῦ πλήθους ἔνιπτον τὰς χεῖρας

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

δατι, τὸ καθαρὸν τῆς συνειδήσεως διὰ τὸ καθαρὸν τῶν χειρῶν ἐμφαίνοντες· ὃ καὶ ὁ Πιλάτος ὕστερον ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ πεποίηκε. Φησὶν οὖν ὁ Δαβὶδ, ὅτι Καὶ αὐτὸς μετὰ ἀθώων νίψομαι τὰς χεῖράς μου, μαρτυρόμενος, ὅτι ἀναίτιος εἶναι (93) πάντων ὧν εἶπον.

A lavabant : ut scilicet ex illa manuum munditia, animæ puritatem significarent, quemadmodum fecisse legimus Pilatum in Christi nece. Ait igitur Propheta : Ego una cum aliis innocentibus viris lavabo manus meas, contestans me scelerum omnium, quæ dicta sunt, innocentem esse.

Καὶ κυκλώσω τὸ θυσιαστήριόν σου, Κύριε. Τὸ μὲν ἱλαστήριον ἔσω ἦν παρ' Ἑβραίοις. Τὸ δὲ θυσιαστήριον, ἔξω τοῦ καταπετάσματος, ὃ κυκλῶσαι πλήθει θυσιῶν καὶ τῶν περὶ ταύτας διακονούντων προφητεύει διὰ τὴν ἀκακίαν αὐτοῦ.

Et circumdabo altare tuum, Domine. Propitiatorium quidem, interius erat apud Hebræos, altare vero extra velum. Hoc autem altare ob innocentiam suam Propheta hostiarum, ac ministrorum multitudine circumdaturum se prædicit.

Τοῦ ἀκοῦσαί με φωνὴν αἰνέσεώς σου. Ὥστε καὶ φωνῆ; ψαλλόντων ἀκοῦσαι, χορευόντων ἐπὶ εἰρήνῃ.

VERS. 7. *Ut audiam vocem laudis tuæ.* Adeo ut vocem canentium audiam, et lætantium de præstita a te nobis pace.

Καὶ διηγήσασθαι πάντα τὰ θαυμάσιά σου. Διὰ τῆς κατὰ σχολὴν ἀναγνώσεως τοῦ θείου νόμου καὶ τῶν Μωσαϊκῶν βίβλων· ταῦτα γὰρ συνεχῶς τῷ λαῷ ὑπανεγινώσκοντο, τοῦτο τοῦ νόμου κελεύοντος. Θαυμάσια δὲ λέγει τὰ κατὰ τῶν Αἰγυπτίων τερατουργηθέντα, καὶ τὰ ἑξῆς· ἢ ἁπλῶς πάντα ὅσα ὁ Θεὸς ἀπ' ἀρχῆς ἐθαυματούργησε.

Et enarrem omnia mirabilia tua. Legendo nimirum legem tuam, et cæteros Moysi libros, qui, jubente sic lege, frequenti populo legebantur. Per mirabilia autem ea miracula intelligit, quæ in Ægypto aut alibi postmodum facta sunt ; vel semper admiranda, omnia quæ ab initio mundi Deus operatus est.

Κύριε, ἠγάπησα εὐπρέπειαν οἴκου σου. Ἠγάπησα· διὸ καὶ θεάσασθαι πάλιν γλίχομαι. Οἴκου δὲ εὐπρέπειαν καλεῖ τὴν εὐταξίαν τῆς Μωσαϊκῆς σκηνῆς· οὔπω γὰρ ὁ ναὸς ᾠκοδομήθη.

VERS. 8. *Domine, dilexi decorem domus tuæ.* Dilexi, atque ideo videre illum rursus desidero. Decorem autem domus, ordinem illum admirabilem Mosaici appellat tabernaculi. Nondum enim templum constructum erat.

Καὶ τόπον σκηνώματος δόξης σου. Ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν τόπον ἠγάπησα, ἐφ' οὗ ἡ σκηνὴ τῆς δόξης πέπηγεν. Ἢ τόπον λέγει σκηνώματος αὐτὴν πάλιν τὴν σκηνὴν, ὡς ἔθος αὐτῷ.

Et locum tabernaculi gloriæ tuæ. Quinimo et ipsum locum amavi, in quo tabernaculum gloriæ tuæ fixum est. Vel per locum tabernaculi, ut ei sæpe mos est, ipsum intelligit tabernaculum.

Μὴ συναπολέσῃς μετὰ ἀσεβῶν τὴν ψυχήν μου. Παρ' οἷς διατρίβω νῦν· ἀλλὰ κατάγαγέ με πάλιν εἰς τὴν πόλιν. Τούτους γὰρ, ὅσον οὔπω, καταλήψεται ἀπώλεια, διὰ τὰς ἀνομίας αὐτῶν.

VERS. 9. *Ne simul perdas cum impiis, Deus, animam meam.* Apud quos nunc vitam ago ; sed me in civitatem restitue. Istos namque Philistæos, ob maxima eorum scelera, perditio summa comprehensura est.

Καὶ μετὰ ἀνδρῶν αἱμάτων τὴν ζωήν μου. Οὐ μόνον γάρ εἰσιν ἀσεβεῖς, ἀλλὰ καὶ ἄνδρες αἱμάτων, τουτέστι περὶ αἱμάτων διατρίβοντες.

Et cum viris sanguinum vitam meam. Neque enim tantummodo, inquit, impii sunt, sed etiam viri sanguinum : hoc est, sanguinarii.

Ὧν ἐν χερσὶν ἡ ἀνομία. Ὧν ἀνομία πρόχειρος ἀεί.

VERS. 10. *In quorum manibus iniquitates sunt.* Quibus semper in promptu, atque in manibus est iniquitas.

Ἡ δεξιὰ αὐτῶν ἐπλήσθη δώρων. Καὶ οὐ μόνον εἰσὶν ἀσεβεῖς καὶ φονεῖς, ἀλλὰ καὶ δωροδόκοι, δώροις ἀπεμπωλοῦντες τὸ δίκαιον.

Dextera eorum repleta est muneribus. Nec tantum, inquit, impii sunt, et sanguinarii, sed munerum susceptores : muneribus nimirum justitiam commutantes.

Ἐγὼ δὲ ἐν ἀκακίᾳ μου ἐπορεύθην. Πάλιν ὑπομιμνήσκει τὸν Θεὸν διὰ τῆς ἀκακίας αὐτοῦ, μεσίτην οἱονεὶ ταύτην προβαλλόμενος.

VERS. 11. *Ego autem in innocentia mea ingressus sum.* Rursum innocentiam suam commemorat, eam sibi mediatricem quodammodo proponens apud Deum.

Λύτρωσαί με, Κύριε. Τῆς ἀδίκου ταύτης φυγῆς, ἢ τῆς περὶ τοιούτοις (94).

Redime me. Ab injusto exsilio, eoque periculo, quod circa tales homines est.

Καὶ ἐλέησόν με. Καὶ μηκέτι τῶν τοιούτων τυχεῖν.

Et miserere mei. Ita ut in hujusmodi homines amplius non incidam.

Ὁ πούς μου ἔστη ἐν εὐθύτητι. Διότι ὁ πούς μου ἐδράσθη ἐν ὀρθότητι, τουτέστιν, Αἱ ὁδοί μου σκο-

VERS. 12. *Pes meus stetit in rectitudine.* Hoc a te peto, inquit, quia pes meus stabilitus est in recti-

Variæ lectiones.

(93) *Ιω. εἰμί.*

(94) *γρ.* τοιούτους, ἢ τοιούτων.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

tudine, hoc est, quia itinera vitæ meæ omni prorsus obliquitate carent, ac tortuositate : quod ejusdem sententiæ est jam dictis verbis : *In innocentia mea ingressus sum* [13].

A λιότητος ἀπέχονται· ὅπερ ὁμοιόν ἐστι τῷ, *Ἐν δικαίᾳ μου ἐπορεύθην.*

In Ecclesiis benedicam te, Domine. His ita dispositis ego deinceps, inquit, psalmos componam, per quos ego te in omnibus Ecclesiis laudabo. Et vere omnis Christianorum Ecclesia beatum David cantorem suum habet, et præceptorem. Aptari etiam potest hic psalmus unicuique fideli inter inimicorum insidias ac persecutiones constituto, qui simili modo justificare poterit causam suam, ut fecit beatus David, si vere dicere poterit se patienter omnia sustinuisse, cum injuria afficeretur, et neminem ex illis qui sibi infesti erant affecisse injuria. Hic etiam omnes, qui alterius fides sunt, impios esse reputabit. Et juxta hunc sensum per altare, templum intelliges, quod in ea fuerit regione, veluti a parte totum : quod similiter signatur per domum Dei ; et juxta analogiam, et proportionem hanc, reliqua poterunt accommodari.

Ἐν ἐκκλησίαις εὐλογήσω σε, Κύριε. Τοιούτου δὲ γινομένου, λοιπὸν συνθήσω ψαλμοὺς, δι' ὧν αἰνέσω σε παρὰ πάσαις ἐκκλησίαις· καὶ ὄντως πᾶσα Ἐκκλησία τῶν Χριστιανῶν τὸν Δαβὶδ ἔχει μελῳδὸν καὶ διδάσκαλον. Ἁρμόσει δὲ ἑκάστῳ ἡμῶν ὁ ψαλμὸς, ἐπιβουλευομένῳ καὶ διωκομένῳ παρ' ἐχθρῶν. Δικαιολογήσεται γάρ τις· Ἐμακροθύμησα βλαπτόμενος, καὶ οὐκ ἠδίκησα τὸν πολεμοῦντά μοι, καὶ ἀσεβεῖ; μὲν ὑπολήψεται τοὺς ἑτεροδόξους· ὁ θυσιαστήριον δὲ, τὸν κατὰ χώραν ναὸν, ὡς ἀπὸ μέρους τὸ ὅλον· τὸν αὐτὸν δὲ καὶ οἶκον Θεοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς συμβιβάσει πάντα, κατὰ ἀναλογίαν.

Psalmus ipsi David antequam ungeretur. B *Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ πρὸ τοῦ χρισθῆναι.*

PSALMUS XXVI.

ΨΑΛΜΟΣ ΚΖ'.

Ter unctum fuisse legimus ad regnum beatum David : primo a Samuele in Bethleem ; deinde a tribu Juda, post mortem Saul, in Hebron ; et tertio ab omnibus tribubus, post mortem Memphiboseth : hunc autem psalmum conscripsit ante secundam unctionem, cum Saul adhuc eum persequeretur. Qui tamen unicuique etiam fidelium poterit accommodari, si per analogiam ejus verba adversus visibiles, seu invisibiles inimicos dicta esse intelligamus.

Τρὶς ἐχρίσθη Δαβὶδ εἰς βασιλείαν· πρῶτον ὑπὸ τοῦ Σαμουὴλ, ἐν Βηθλεέμ· εἶτα ὑπὸ τῆς Ἰούδα φυλῆς, ἐν Χεβρὼν, μετὰ τὴν ἀναίρεσιν τοῦ Σαούλ· καὶ τρίτον, ὑπὸ πασῶν τῶν φυλῶν, μετὰ τὸν θάνατον τοῦ Μεμφιβοσέτ. Πρὸ τῆς δευτέρας οὖν χρίσεως, ἐποίησε τὸν παρόντα ψαλμὸν, ἔτι διωκόμενος ὑπὸ τοῦ Σαούλ. Ἁρμόζει δὲ καὶ ἡμῶν ἑκάστῳ κατά τε τῶν ὁρατῶν καὶ ἀοράτων ἐχθρῶν ἀναλόγως ἐκλαμβανόμενος.

VERS. 1. *Dominus illuminatio mea, salvator meus, quem timebo ?* Illuminatio Deus dicitur, veluti qui omnem ab oculis nostris tristitiæ nebulam dissolvit, et deinde auxilii sui luce eos illuminat ; Salvator autem, quia ab inimicorum nos insidiis liberat. Quod vero per interrogationem ait : *Quem timebo ?* idem significat, ac si diceret : Neminem timebo.

Κύριος φωτισμός μου καὶ σωτήρ μου, τίνα φοβηθήσομαι; Φωτισμὸς μὲν, ὡς τὴν ἀπὸ τῆς λύπης ἀχλὺν τῶν ὀφθαλμῶν μου διασκεδάζων, καὶ C φωτίζων αὐτοὺς τῷ φωτὶ τῆς βοηθείας αὐτοῦ· σωτὴρ δὲ εἶ, ῥυόμενος τῆς ἐπιβουλῆς τῶν ἐχθρῶν. *Τίνα* δὲ, ἀντὶ τοῦ, οὐδένα.

Dominus protector vitæ meæ, a quo trepidabo ? Quem enim formidare is debet, quem protegit Deus ? quid autem sit protegere, dictum est in psalmo XVII.

Κύριος ὑπερασπιστὴς τῆς ζωῆς μου, ἀπὸ τίνος δειλιάσω; Οὗ γὰρ αὐτὸς ὑπερασπίζῃ, τίνα οὗτος δειλιάσει; Περὶ δὲ τοῦ ὑπερασπισμοῦ σαφῶς εἰρήκαμεν ἐν τῷ ιζ' ψαλμῷ.

VERS. 2. *Dum appropinquarent adversum me lædentes, ut ederent carnes meas, qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt et cediderunt.* Summa cum admiratione annuntiat Propheta collata sibi a Deo beneficia. Dum appropinquarent mihi, inquit, inimici illi, qui multas ad hoc insidias adversum me disposuerant, ut sæve admodum ederent carnes D meas, ipsi potius infirmati sunt, non valentes in aliqua re mihi læsionem inferre ; et ceciderunt, hoc est, deciderunt a concepta spe, non consecuti quod optabant.

Ἐν τῷ ἐγγίζειν ἐπ' ἐμοὶ κακοῦντας, τοῦ φαγεῖν τὰς σάρκας μου, οἱ θλίβοντές με καὶ οἱ ἐχθροί μου, αὐτοὶ ἠσθένησαν καὶ ἔπεσον. Ἀπαγγέλλει μετὰ θαύματος ἃ εὐηργετήθη· ἐν τῷ ἐγγίζειν γάρ, φησὶ, τοὺς λοιχοῦντας ἐχθροὺς ἐπὶ τῷ διαμασήσεσθαι τὰς σάρκας μου, ὃ τὴν ἄγαν θηριωδίαν αὐτῶν ἐμφαίνει, αὐτοὶ ἠσθένησαν, μηδέν με βλάψαι δυνηθέντες· καὶ ἔπεσον, μὴ τυχόντες τοῦ σκοποῦ.

VERS. 3. *Si consistant adversum me castra, non timebit cor meum.* Per castra, Hebræi exercitum intelligunt. Adeo, inquit, mirandum in modum liberatus sum, ut deinceps, ne universas quidem, atque integras hostium copias pertimescam, nedum insidias.

Ἐὰν παρατάξεται ἐπ' ἐμὲ παρεμβολὴ, οὐ φοβηθήσεται ἡ καρδία μου. Παρεμβολὴ παρὰ τοῖς Ἑβραίοις ὁ στρατός. Ἐπεὶ οὖν οὕτω παραδόξως ἐρρύσθην, οὐκέτι φοβηθήσομαι, οὐδὲ παρεμβολὴν ὅλην, μήτοιγε λόχον.

[13] Psal. XXV, 11.

Digitized by Google Распознавание текста ABKFR

Ἐὰν ἐπαναστῇ ἐπ' ἐμὲ πόλεμος, ἐν ταύτῃ ἐγὼ ἐλπίζω. Ἐν ταύτῃ τῇ καρδίᾳ μου, τῇ μὴ φοβουμένῃ τοῦ λοιποῦ διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ βοήθειαν. Τινὲς δὲ ἐλλειπτικῶς ἑρμηνεύοντες, ἔξωθεν λαμβάνουσι τὸ, τῇ ἐλπίδι, τῇ εἰς Θεόν.

A *Si exsurgat adversum me prælium, in hoc ego sperabo.* In hoc scilicet corde meo, quod amplius non timet, ob fiduciam, quam in divino posuit auxilio. Quidam dicunt subintelligi debere, ut sit sensus : Hac scilicet spe, quam in Deum habeo.

[Nam quod hic dicitur : *In hoc*, necessario referendum videtur, vel ad ipsam spem, ut dictum est, vel ad cor, non autem ad prælium, cum in Græca lectione tam pronomen, *hoc*, quam dictio *cor*, femineæ voces sint, dictio autem *prælium* masculino varietur articulo. Unde conjungi ea minime consentaneum est.]

Μίαν ἠτησάμην παρὰ Κυρίου. Μίαν ἐπίρρημα, ἀντὶ τοῦ, ἅπαξ. Ἢ καὶ τοῦτο ἐλλειπές· λείπει γὰρ τὸ αἴτιον· σχῆμα δὲ καὶ τοῦτο τῶν ἀρχαίων.

VERS. 4. *Unam petii a Domino.* Postquam liberatus sum, petitionem unam petii a Domino. Ita enim subintelligendum est. Vel *unam* adverbialiter intellige, pro *semel*, quemadmodum juxta Græcæ dictionis significationem intelligi potest (95)

Ταύτην ζητήσω. Μετὰ γὰρ τὸ ῥυσθῆναι, μίαν ἠτησάμην αἴτησιν, ἣν καὶ ἐπιζητήσω διὰ παρακλήσεως. Τίς δὲ αὕτη, ἄκουσον.

Hanc requiram. Hanc scilicet petitionem, quam consolationis meæ gratia requiro. Quænam autem ea sit, audi :

Τὸ κατοικεῖν με ἐν οἴκῳ Κυρίου πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς μου. Εὐλόγως τέτακται μετὰ τὸν πρὸ αὐτοῦ ὁ παρὼν ψαλμός. Ἐν ἐκείνῳ γὰρ εἶπεν· *Κύριε, ἠγάπησα εὐπρέπειαν οἴκου σου* · καὶ νῦν ὁμοίως ζητεῖ τὴν ἐν τῇ σκηνῇ κατοικίαν, εἴτουν παροικίαν· διατί δέ, αὐτὸς ἐπήγαγε.

B *Ut inhabitem in domo Domini, omnibus diebus vitæ meæ.* Merito hic psalmus post proxime superiorem collocatus est : ibi enim dixit Propheta : *Domine, dilexi decorem domus tuæ* [15] : et nunc simili modo, *in domo Domini*, hoc est, in tabernaculo Dei habitationem habere desiderat. Et quare ita cupiat, addidit, dicens :

Τὸ θεωρεῖν με τὴν τερπνότητα Κυρίου, καὶ ἐπισκέπτεσθαι τὸν ναὸν αὐτοῦ. Ἵνα, φησὶ, θεωρῶν τὴν τερπνότητα αὐτοῦ, τέρπωμαι, καὶ ἅμα ἐφορῶ, μή τι παραμεληθείη τῶν καθηκόντων· σφόδρα γὰρ ἦν φιλόθεος.

Ut contempler delectationem Domini, et visitem templum ejus. Ut delectatione, inquit, afficiar, contemplando ea quibus ipse Dominus delectatur. Præterea etiam ratione illic semper adesse cupio, ut perspiciam numquid forte aliquod officium [aut eorum aliquid, quæ ad divinum cultum debentur] omissum, aut neglectum sit : adeo quippe Deum amabat.

Ὅτι ἔκρυψέ με ἐν σκηνῇ αὐτοῦ, ἐν ἡμέρᾳ κακῶν μου. Διότι εὐηργετήθην μεγάλα παρ' αὐτοῦ· ἐν ἡμέρᾳ γὰρ κινδύνου μου ἔκρυψέ με ἐν τῇ σκέπῃ αὐτοῦ. Ταύτην γὰρ σκηνὴν ἐκάλεσεν, ὅτι δίκην σκηνῆς τὸν προσφυγόντα ἐφύλαξεν.

VERS. 5. *Quoniam abscondit me in tabernaculo suo, in die malorum meorum.* Maximis, inquit, beneficiis ab eo affectus sum : in die enim periculorum meorum abscondit me protectione sua. Quam ideo tabernaculum appellavit, quia fugientem ad Deum in periculis beatum David, divina protectio, tabernaculi cujusdam instar, hospitio quodammodo susscepit, ac susceptum servavit.

Ἐσκέπασέ με ἐν ἀποκρύφῳ τῆς σκηνῆς αὐτοῦ. Τὸ αὐτὸ λέγει πάλιν, τρανότερον ἀνακηρύττων τὴν εὐεργεσίαν. Ἀπόκρυφον δὲ, τὸ ἐνδότερον, τουτέστι, παντελῶς ἀθεάτον με τοῖς ἀνιχνεύουσιν ἐποίησεν.

Protexit me in abscondito tabernaculi sui. Rursus idem dicit, manifestius divina prædicans beneficia. Per absconditum autem penitiora atque interiora tabernaculi intelligit, ac magis tuta ; ac si diceret : Inspectabilem me omnino atque invisibilem, inimicis vestigantibus reddidit.

Ἐν πέτρᾳ ὕψωσέ με. Ἐν ἀσφαλείᾳ καὶ ἀφοβίᾳ με κατέστησεν, ἐκ μεταφορᾶς τῶν φευγόντων, καὶ εἰς πέτραν ἀπότομον ἀναβαινόντων.

VERS 6. *In petra exaltavit me.* Sine timore me, inquit, ac securum constituit. Tractum est autem D hoc ex eorum metaphora, qui periculorum sibi ab inimicis imminentium timore in petram aliquam abscissam undique et præruptam confugiunt.

Καὶ νῦν ἰδοὺ ὕψωσε κεφαλήν μου ἐπ' ἐχθρούς μου. Αἰσθόμενος ἀπορρήτως, θείας ἀποφάσεως; βεβαιούσης τὴν αἴτησιν αὐτοῦ, περὶ τῶν μελλόντων ὡς ἤδη γεγονότων προφητεύει λέγων, ὅτι Ἐπακούσας με Κύριος, ἰδοὺ ὑπέρτερόν με τῶν ἐχθρῶν ἐποίησεν. Οἱ γὰρ νικῶντες ὑψαχενοῦντο κατὰ τῶν ἡττωμέ-

Et nunc ecce exaltavit caput meum super inimicos meos. Animadvertens Propheta petitionem suam fuisse sibi a Deo ineffabili quodammodo confirmatam, de futuris deinceps, prophetico more, veluti de præteritis loquitur. Quia inquit, exaudivit me Dominus, ecce quod superiorem etiam inimicis me

[15] Psal. xxv, 8.

Variæ lectiones.

(95) Græca ita sonant : *Figura enim hæc est veterum.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

posuit. Solent enim victores victis insultare, et supra illos quodammodo se extollere ; aliter enim petitio beati David impleri non poterat, nisi ejus inimici prius destructi fuissent.

Circuivi et immolavi in tabernaculo ejus. Quod in præcedenti psalmo tanquam futurum dixit : *Et circumdabo altare tuum, Domine ;* id nunc quasi jam adimpletum ponit, *Circuivi*, inquiens, *et immolavi.* Aquila vero : *Exaltabo , circuibo , et immolabo* transtulit, ut sit tempus pro tempore. Tabernaculum autem id dicit, quod fixerat Moyses.

Hostiam laudis et vociferationis. Laudis quidem, quia ab eo protectus sum ; vociferationis vero, ob victoriam de inimicis. Vociferatio enim , clamor quidam est adversus inimicos ; tametsi hoc in loco pro cantu quodam triumphali posuerit. Per hostiam autem sacrificium intelligit, in gratiarum actionem oblatum, pro auxilio et victoria.

Cantabo et psallam Domino. Quid differant cantare et psallere, dictum est in psalmo XII.

VERS. 7. *Exaudi Domine vocem meam qua clamavi.* Cum per sancti Spiritus inspirationem ei prædixerit, quæ ad se pertinebant, rursus ad priorem intentionem redit : et per vocem, unam illam petitionem intelligit, de qua superius dictum est.

Miserere mei et exaudi me. Non me debes exaudire ob mea scelera, sed quod peto est, ut ex tua id facias misericordia.

VERS. 8. *Tibi dixit cor meum : Dominum quæram.* Ex intimo, inquit, corde sic dixi. Neque enim quasi in superficie solis labiis locutus sum. Dixi autem : *Dominum quæram ;* meum , inquam , Dominum , neglecto prorsus ac spreto omni alio humano auxilio.

Exquisivit te facies mea. Præpositio illa , *ex* , intensionem quamdam denotat majorem. Ait igitur summa cum diligentia perquisivisse se adjutorem Deum. Et per faciem suam circumloquendo seipsum intelligit, ac si diceret : Ego ipse exquisivi te.

Faciem tuam, Domine, perquiram. Hoc est protectionem et custodiam tuam , et nunquam cessabo.

VERS. 9. *Ne avertas faciem tuam a me.* Hoc est protectionem tuam, qua inter angustias protegebar.

Et non declines in ira a servo tuo. Ne in ira secedas a me, cui hactenus summo cum studio et cura astitisti : quod si ut homo deliquero, tu me humane ac misericorditer castiga, ac rursum ubi opus fuerit adjuva.

Adjutor meus esto. In futurum.

Ne repellas me. Tale vocabulum autem a Græco proverbio sumpserunt interpretes , qui Græce reddiderunt.

Ne derelinquas me, Deus, salvator meus. Frequenter rogat ac preces fundit Propheta, constantiam suam in orando summam esse ostendens atque ex corde proficisci.

VERS. 10. *Quoniam pater meus et mater mea derelinquerunt me.* Quoniam, inquit, omni parentum so-

A νων. Ἄλλως γὰρ οὐκ ἦν πληρωθῆναι τὴν αἴτησιν, εἰ μὴ οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ προκατεργασθῶσιν.

Ἐκύκλωσα καὶ ἔθυσα ἐν τῇ σκηνῇ αὐτοῦ. Ὅπερ ἐν τῷ προλαβόντι ψαλμῷ εἶπεν ὡς μέλλον, τοῦτο νῦν ὡς ἐκβὰν εἰς τέλος φησίν. Ἐκεῖ μὲν εἰρηκεν· *Καὶ κυκλώσω τὸ θυσιαστήριόν σου, Κύριε·* ἐνταῦθα δὲ, *Ἐκύκλωσα καὶ ἔθυσα·* ὁ δὲ Ἀκύλας, *Καὶ ὑψώσω, καὶ κυκλώσω, καὶ θύσω,* ἐξέδωκεν, ὡς εἶναι τὸν χρόνον ἐνηλλαγμένον. Σκηνὴν δὲ λέγει, ἣν ἔπηξεν ὁ Μωσῆς.

Θυσίαν αἰνέσεως καὶ ἀλαλαγμοῦ. Αἰνέσεως μὲν, ἐφ' οἷς ἐσκεπάσθην· ἀλαλαγμοῦ δὲ, ἐφ' οἷς νενίκηκα· ἀλαλαγμὸς γάρ ἐστι βοὴ κατ' ἐχθρῶν. B Τέθειται δὲ νῦν ἀντὶ τοῦ νικητηρίου παιᾶνος. Λέγει δὲ θυσίαν, εὐχαριστήριον ἅμα καὶ ἐπινίκιον.

Ἄσω καὶ ψαλῶ τῷ Κυρίῳ. Περὶ τῆς διαφορᾶς τοῦ ᾄσω, καὶ τοῦ *ψαλῶ,* προειρήκαμεν ἐν τῷ ιβ' ψαλμῷ.

Εἰσάκουσον, Κύριε, τῆς φωνῆς μου, ἧς ἐκέκραξα. Προθεσπίσας τὰ καθ' ἑαυτὸν δι' ἐπιπνοίας τοῦ ἁγίου Πνεύματος, αὖθις ἔχεται τοῦ προτέρου σκοποῦ, φωνὴν λέγων τὴν περὶ τῆς μιᾶς αἰτήσεως.

Ἐλέησόν με, καὶ εἰσάκουσόν μου. Οὐ χρεωστεῖς εἰσακοῦσαί μου, διὰ τὸ ἐμὸν ἀνάξιον· ἀλλὰ διὰ τὸν οἰκεῖον ἔλεον εἰσάκουσον.

C *Σοὶ εἶπεν ἡ καρδία μου· Κύριον ζητήσω.* Πρὸς σὲ εἶπεν αὐτὴ ἐκ βαθέος ἡ καρδία μου, καὶ οὐκ ἐπιπολαίως τὰ χείλη μου. Εἶπε δὲ, ὅτι *Κύριον ζητήσω,* δηλαδὴ τὸν ἐμὸν Δεσπότην, περιφρονήσασα πᾶσαν ἀνθρωπίνην βοήθειαν.

Ἐξεζήτησέ σε τὸ πρόσωπόν μου. Ἡ ἐξ πρόθεσις ἐπίτασιν ἐμφαίνει. Φησὶν οὖν, ὅτι Ἐπιμελῶς σε ἐζήτησα βοηθόν. Πρόσωπον δὲ τοῦ Δαβὶδ, αὐτὸς ὁ Δαβὶδ, κατὰ περίφρασιν· Ἐξεζήτησά σε αὐτός.

Τὸ πρόσωπόν σου, Κύριε, ζητήσω. Τὴν ἐπισκοπήν σου καὶ ἔτι ζητήσω, καὶ οὐδέποτε παύσομαι.

Μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπόν σου ἀπ' ἐμοῦ. Τὴν ἐπισκοπήν σου, τὴν ἐν ἀνάγκῃ σκεπάσασάν με.

D *Καὶ μὴ ἐκκλίνῃς ἐν ὀργῇ ἀπὸ τοῦ δούλου σου.* Μὴ ἀναχωρήσῃς ἀπ' ἐμοῦ ἐν ὀργῇ, ὁ συμπαρών μοι κηδεμονικῶς, εἰ καὶ ὡς ἄνθρωπος πλημμελήσω σοι· παιδεύσας δὲ φιλανθρώπως, αὖθις ἀνάλαβε.

Βοηθός μοι γενοῦ. Καὶ εἰς τὸ μέλλον.

Μὴ ἀποσκορακίσῃς με. Μὴ ἀπώσῃς με. Τὴν δὲ τοιαύτην λέξιν ἀπὸ παροιμίας Ἑλληνικῆς ἔλαβον οἱ ἐξελληνίσαντες ἑρμηνεῖς.

Μὴ ἐγκαταλίπῃς με, ὁ Θεὸς, ὁ σωτήρ μου. Πυκνὰ παρακαλεῖ, δεικνὺς τὸ τῆς προσευχῆς ἔμμονον καὶ ἐγκάρδιον.

Ὅτι ὁ πατήρ μου καὶ ἡ μήτηρ μου ἐγκατέλιπόν με. Διότι καὶ αὐτῆς τῆς ἀπὸ τῶν γονέων

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

παραμυθίας ἐστέρημαι, καὶ οὐ μόνον τῆς ἀπὸ τῶν φίλων συμμαχίας· πάντες γὰρ δεδοίκασι τὸν Σαούλ.

Ὁ δὲ Κύριος προσελάβετό με. Τοῦτο παρηγορῶν ἑαυτὸν εἶπεν· Εἰ καὶ πάντες με, φησὶ, κατέλιπον, ἀλλὰ οὖν ὁ Κύριος προσελάβετό με, σκέπων καὶ ῥυόμενος.

Νομοθέτησόν με ἐν τῇ ὁδῷ σου. Ἀντὶ τοῦ, *Νομοθέτησον, Συνέτισον* εἶπεν ὁ Ἀκύλας· ἤτοι, νόμους με δίδαξον σωτηριώδεις βαίνοντα ἐν τῇ πνευματικῇ ὁδῷ, τῇ πρὸς σὲ φερούσῃ.

Καὶ ὁδήγησόν με ἐν τρίβῳ εὐθείᾳ. Τρίβον τῆς σωτηρίας, ἵνα μὴ πλανῶμαι, σκολιοῖς λογισμοῖς ἐμπίπτων.

Ἕνεκα τῶν ἐχθρῶν μου, μὴ παραδῷς με εἰς ψυχὰς θλιβόντων με. Εἰς ψυχὰς θλιβόντων, ἤγουν εἰς τοὺς θλίβοντάς με στρατιώτας, κατὰ περίφρασιν. Μὴ παραδῷς με οὖν αὐτοῖς ὑποχείριον, ἵνα μὴ οἱ ἐχθροί μου ἀποστείλαντες αὐτοὺς εἰς τὸ συμβαλεῖν με, χαρῶσι· λέγει δὲ τὸν Σαούλ.

Ὅτι ἐπανέστησάν μοι μάρτυρες ἄδικοι. Κατεμαρτύρει γὰρ αὐτοῦ ὁ Σαοὺλ ἀδίκως, ὡς ἀνελεῖν αὐτὸν μελετῶντος.

Καὶ ἐψεύσατο ἡ ἀδικία ἑαυτῇ. Ἡ δὲ τοιαύτη μαρτυρία ἐψεύσατο ἑαυτῇ, τουτέστιν, οὐχ εὑρέθη ἀληθεύουσα. Οὐδὲν γὰρ αὐτὸν ἠδίκησα, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον ὠφέλησα. Ἢ καὶ ἄλλως· Αὕτη ὑποσχομένη ἑαυτῇ συλλαβεῖν με, ἐψεύσατο, μὴ τυχοῦσα τοῦ σκοποῦ.

Πιστεύω τοῦ ἰδεῖν τὰ ἀγαθὰ Κυρίου. Πιστεύω τῷ πληροφοροῦντί μοι ἁγίῳ Πνεύματι, ὅτι νικήσω, καὶ ἀπολήψομαι τὴν βασιλείαν, καὶ ἀπολαύσω τῶν ἀγαθῶν αὐτῆς.

Ἐν γῇ ζώντων. Ἐν τῷ κόσμῳ· γῆ μὲν γὰρ ζώντων, οὗτος· γῆ δὲ τεθνεώτων, ὁ ᾅδης. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλως εἰπεῖν, ὅτι περὶ τῆς ἀναστάσεως δογματίζει τῶν νεκρῶν· γῆν μὲν γὰρ ζώντων λέγων βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· ἀγαθὰ δὲ, ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν.

Ὑπόμεινον τὸν Κύριον. Τοῦτο καὶ τὸ ἑξῆς ῥητὸν πρὸς ἑαυτὸν ἀποτείνεται, κατεπᾴδων ἑαυτῷ λυπουμένῳ, καὶ μὴ καταπίπτειν ἐγκελευόμενος. *Ὑπόμεινον* δὲ, ἀντὶ τοῦ, ἀνάμεινον, προσδόκα βοηθόν.

Ἀνδρίζου, καὶ κραταιούτω ἡ καρδία σου, καὶ ὑπόμεινον τὸν Κύριον. Θαρσοποιὰ καὶ ῥωστικὰ ψυχῆς τὰ ἐπιφωνήματα· μεμονωμένος γὰρ αὐτὸς ἑαυτὸν ἀνεκτᾶτο, καὶ παρεθάρρυνεν. Αὖθις δὲ τὸ, *Ὑπόμεινον τὸν Κύριον*, εἰς πλείονα παράκλησιν καὶ ψυχαγωγίαν.

Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

ΨΑΛΜΟΣ ΚΖ'.

Καὶ τοῦτον τὸν ψαλμὸν ἔτι διωκόμενος ὑπὸ τοῦ Σαοὺλ ἔγραψεν.

Πρὸς σὲ, Κύριε, κεκράξομαι. Οἷα πρὸς μηδένα ἕτερον ἀποβλέπων· πάντων γὰρ μεμόνωμαι τῶν ἀξιομάχων. Διὰ τῆς κραυγῆς καὶ τὸ τῆς δεήσεως ἐπιτεταμένον ἐμφαίνεται.

latio prorsus careo, ut vel amicos meos omnes tacream, qui Saulis potentiam verentur.

Dominus autem assumpsit me. Hoc ad solamen suum dicit. Licet, inquit, omnes me dereliquerint, ipse tamen Dominus assumpsit me, protegens scilicet atque eripiens a periculis.

Vers. 11, 12. *Legem pone mihi in via tua.* Aquila pro *legem pone*, reddidit : *Doce me*, hoc est : Salutares leges tuas doce me ; me, inquam, per semitam spiritualis legis tuæ incedentem, et quæ ad te tendit.

Et deduc me in semitam rectam. Ad rectam salutis semitam, ne seducar de via, et in pravas incidam cogitationes.

Propter inimicos meos ne tradas me in animas tribulantium me. In animas tribulantium circumloquendo dixit, pro, in ipsos tribulantes me milites. Ne tradas igitur me illis in potestatem, ne præcipui hostes mei qui illos miserunt ut me comprehenderent, gaudio ac lætitia inde afficiantur. Intelligit autem ipsum Saulem.

Quoniam insurrexerunt in me testes iniqui. Ipse etenim Saul notam impingere cupiens beato David injuste, illud adversum eum attestabatur, dicens, scire se quod decreverat David ipsum interficere.

Et mentita est iniquitas sibi. Ipsa, inquit, inimicorum attestatio sibi ipsi mentita est, hoc est, inventa est vera non esse. Nihil enim illum læsi aut injuria affeci, quin imo potius adjuvi. Vel aliter : Ipsa injustitia quæ sibi pollicebatur comprehensurum me esse, mentita est : hoc est, non est assecuta quod sperabat.

Vers. 13. *Credo videre bona Domini.* Credo, inquit, sancto Spiritui qui de omnibus his me certiorem facit, quod superabo hostes, et recuperabo regnum, quodque illius bonis diu perfruar.

In terra viventium. In hoc mundo qui est vivorum terra : terra enim mortuorum infernus. Possumus etiam dicere, quod tradatur hic dogma de resurrectione mortuorum : et quod per terram viventium, regnum cœlorum intelligit : et per bona, illa bona, quæ præparavit Deus diligentibus se.

Vers. 14. *Sustine Dominum.* Hæc verba et quæ sequuntur Propheta ad seipsum dirigit, veluti temperans sese ac sibi ipsi solamen præstans. Jubet autem non decidere a bona spe : *Sustine*, inquit, hoc est, exspecta auxiliatorem.

Viriliter age, intalescat cor tuum, et sustine Dominum. Verba hæc sunt fidentis et constantis animæ. Solus enim exsistens beatus David ipse se confidere jubebat, et rursus ad majorem animæ consolationem et oblectamentum, repetit illa verba: *Sustine Dominum.*

Psalmus ipsi David.

PSALMUS XXVII.

Hunc psalmum etiam conscripsit beatus David eo tempore quo persequebatur eum Saul.

Vers. 1. *Ad te, Domine, clamabo.* Quasi ad nullum alium respiciens : omnibus enim aliis auxiliis privatus sum. Per clamorem autem, precum suarum intensionem demonstrat.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Deus meus, ne sileas a me. Ne obaudias me, metaphorice dictum. Solent enim qui obaudiunt, tacere. et nihil respondere petentibus.

Ne quando taceas a me. Ne me unquam obaudias, qui tuo semper auxilio indigeo.

Et similis ero descendentibus in lacum. Si obaudieris me, inquit, statim similis ero ipsis mortuis: hoc est, statim moriar. Per lacum enim sepulturam intelligit. Potes etiam per lacum, foveam intelligere, in quam si quis inciderit, sine auxilio remanet, eo quod illinc effugere non possit.

VERS. 2. *Exaudi, Domine, vocem deprecationis meæ, dum oro ad te, dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum.* Per templum, ut diximus, tabernaculum intelligit ad quod manus tendebat, dum B orarot, tametsi id procul esset. Sic etiam et Daniel orans in Babylone, aperiebat fenestras quæ conversæ erant ad Jerusalem : non quod illic divinitatem circumscriberent, sed quia sciebant Deum illic apparuisse. Vel templum pro cœlo intelligendum est, juxa illud : *Qui habitat in cœlis irridebit eos* [15].

VERS. 3. *Ne simul trahas me cum peccatoribus.* Quibuscum sæpenumero conversor. Noli igitur ob meam hanc conversationem, cum illis me pariter ad lucubras pœnas trahere. Nosti quod invitus cum eis conversor. Et superflua videtur dictio illa : *Simul.* Quod si his verbis uti et nos volumus cum oramus, per peccatores dæmones intelligemus, aut alienos a fide, aut etiam iniquos omnes. C

Et cum operantibus iniquitatem ne perdas me. Hoc ad majorem superioris dicti declarationem est. Idem enim significat.

Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum. Quidam enim eorum qui erant cum Saule, amicitiam simulabant erga David, et insidias nihilominus adversus eum etiam parabant, et præcipue inter alios ipse etiam Saul.

VERS. 4. *Da illis, Domine, secundum opera eorum.* Condigna scilicet eorum protervitatis.

Et secundum nequitiam adinventionum ipsorum. Hæc pari modo ad præcedentis versiculi declarationem dicta sunt.

Secundum opera manuum eorum da illis. Dolorem D Propheta animæ suæ zelo quodam odii in pravos accensæ, omnibus patefacit, dum eamdem sæpius variis verbis repetit sententiam.

Redde retributionem eorum ipsis. Redde illis debitam ultionem pro malignitate, ex his autem verbis demonstrat, se non ut acerbum hostem adversus eos imprecari, sed ut justitiæ amatorem, optare illis debitas pœnas : ut hac ratione pravi omnes reddantur meliores.

VERS. 5. *Quoniam non intellexerunt opera Domini.* Quia hactenus dispensationes Dei non intellexerunt: quod scilicet Deus pravos sustinet, ut eorum pra-

[15] Psal. II, 4.

Ὁ Θεός μου, μὴ παρασιωπήσῃς ἀπ' ἐμοῦ. Μὴ παρακούσῃς μου, κατὰ μεταφοράν. Εἰώθασι γὰρ οἱ παρακούοντες σιωπᾷν, καὶ μηδὲν φθέγγεσθαι πρὸς τοὺς αἰτουμένους.

Μήποτε παρασιωπήσῃς ἀπ' ἐμοῦ. Μηδέποτε παρακούσῃς μου, χρῄζοντος ἀεὶ τῆς σῆς ἐπικουρίας.

Καὶ ὁμοιωθήσομαι τοῖς καταβαίνουσιν εἰς λάκκον. Εἰ καὶ παρακούσῃς μου, εὐθὺς ὅμοιος γενήσομαι τοῖς νεκροῖς, ἤγουν ἀποθάνω· λάκκος γὰρ ὁ τάφος. Ἢ καὶ λάκκον τὸν βόθρον νοήσομεν, εἰς ὃν ὁ ἐμπίπτων ἀβοήθητος διὰ τὸ ἄφυκτον γίνεται.

Εἰσάκουσον, Κύριε, τῆς φωνῆς τῆς δεήσεώς μου, ἐν τῷ δέεσθαί με πρὸς σέ, ἐν τῷ αἴρειν με χεῖράς μου πρὸς ναὸν ἅγιόν σου. Ναὸν, ὡς προειρήκαμεν, τὴν σκηνὴν λέγει, πρὸς ἣν ἔτεινε τὰς χεῖρας εὐχόμενος, εἰ καὶ πόρρω ἦν. Οὕτω γὰρ καὶ Δανιὴλ ἐν Βαβυλῶνι προσευχόμενος, τὰς πρὸς Ἱερουσαλὴμ τετραμμένας ἀνεῴγει φωταγοὺς, οὐκ ἐκεῖ περιγράφων τὸ Θεῖον, ἀλλ' ἐκεῖ τὴν θείαν ἐπιφάνειαν γεγενῆσθαι μεμαθηκώς. Ἢ καὶ ναὸν τὸν οὐρανὸν ὑπολαπτέον, κατὰ τό· Ὁ κατοικῶν ἐν οἰκήμασιν, ἐκγελάσεται αὐτούς.

Μὴ συνελκύσῃς με μετὰ ἁμαρτωλῶν. Οἷς πολλάκις συναναστρέφομαι. Μὴ οὖν διὰ τὴν ἀναστροφὴν συνελκύσῃς κἀμὲ μετ' αὐτῶν, εἰς τὸ δοῦναι δίκην· οἶδας γάρ, ὅτι καὶ ἄκων τοῦτο ποιῶ· περιττὴ δὲ ἡ σύν πρόθεσις. Ἡμεῖς δὲ ὑπὲρ ἑαυτῶν ταῦτα προσευχόμενοι, ἁμαρτωλοὺς νοήσομεν τοὺς ἑτεροδόξους, ἢ τοὺς δαίμονας, ἢ καὶ ἀνόμους.

Καὶ μετὰ ἐργαζομένων ἀνομίαν μὴ συναπολέσῃς με. Τοῦτο τοῦ προτέρου σαφηνιστικὸν, καὶ ταυτὸ δηλοῦν.

Τῶν λαλούντων εἰρήνην μετὰ τῶν πλησίον αὐτῶν, κακὰ δὲ ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν. Τινὲς γὰρ τῶν μετὰ τοῦ Σαοὺλ, ὑποκρινόμενοι φανερὰν φιλίαν πρὸς Δαβὶδ, ἐπεβούλευον αὐτῷ λάθρα, καὶ μάλιστα Σαούλ.

Δὸς αὐτοῖς, Κύριε, κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν. Ἄξια τῆς κακίας αὐτῶν.

Καὶ κατὰ τὴν πονηρίαν τῶν ἐπιτηδευμάτων αὐτῶν. Καὶ τοῦτο τοῦ πρὸ αὐτοῦ σαφηνιστικόν.

Κατὰ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτῶν δὸς αὐτοῖς. Διὰ τῆς ταυτολογίας τὴν ὀδύνην ἐμφαίνει τῆς ψυχῆς, ἐμπιμπρώμενος τῷ ζήλῳ τῆς μισοπονηρίας.

Ἀπόδος τὸ ἀνταπόδομα αὐτῶν αὐτοῖς. Ἀπόδος αὐτοῖς τὴν κεχρεωστημένην ἐκδίκησιν ἀντὶ τῆς κακίας. Ἐντεῦθεν δὲ φαίνεται, ὅτι οὐχ ὡς πικρὸς καταρᾶται τούτων, ἀλλ' ὡς φιλοδίκαιος· ἐπιταχύνει τὴν ὀφειλομένην τιμωρίαν, ἵνα βελτίονες οἱ κακοὶ γένωνται.

Ὅτι οὐ συνῆκαν εἰς τὰ ἔργα Κυρίου. Ὅτι μέχρι τοῦ νῦν οὐ συνῆκαν τὰς θείας οἰκονομίας, ὡς ἀνέχεται αὐτῶν ὁ Θεὸς, οὕτω πονηρευομένων, ἵνα καὶ ἡ

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

φαυλότης αὐτῶν ἐλεγχθῇ, καὶ ἐν καιρῷ τιμωρηθῶσιν ἀσύγγνωστα.

Καὶ εἰς τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτοῦ. Ἔργα δὲ λέγω, ἃ αὐτὸς ἐργάζεται μετὰ τοῦ σκοποῦ· αἱ χεῖρες γὰρ ἐνταῦθα, τὸ λελογισμένον τῶν ἔργων ἐμφαίνουσι.

Καθελεῖς αὐτούς, καὶ οὐ μὴ οἰκοδομήσεις αὐτούς. Τοῦτο προφητεία τῆς ἀπωλείας αὐτῶν, ὅτι πεσόντες, οὐκέτι ἀνορθωθήσονται.

Εὐλογητὸς Κύριος, ὅτι εἰσήκουσε τῆς φωνῆς τῆς δεήσεώς μου. — Εὐλογητός, ἀντὶ τοῦ, Ἄξιος εὐλογεῖσθαι καὶ ὑμνεῖσθαι· οἷα δὲ πληροφορηθεὶς ὧν ἐζήτησε, φησίν, Ὅτι ἐπήκουσέ μου.

Κύριος βοηθός μου, καὶ ὑπερασπιστής μου. Τοῦτο τῆς πληροφορίας.

Ἐπ' αὐτῷ ἤλπισεν ἡ καρδία μου. Ὡς; μόνῳ ἀψευδεῖ Θεῷ.

Καὶ ἐβοηθήθην. Καὶ οὐκ ἀπέτυχον τῆς ἐλπίδος.

Ἀνέθαλε ἡ σάρξ μου. Ἡ πρὸ τούτου ἐκτετηκυῖα ταῖς φροντίσι καὶ κακοπαθείαις.

Καὶ ἐκ θελήματός μου ἐξομολογήσομαι αὐτῷ. Ἐκ καρδίας, προθύμως, οὐκ ἀναγκαστικῶς. Τοιοῦτόν ἐστι καὶ τό· *Ἑκουσίως θύσω σοι.* Ἐξομολόγησιν δὲ τὴν εὐχαριστείαν λέγει.

Κύριος κραταίωμα τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, καὶ ὑπερασπιστὴς τῶν σωτηρίων τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ ἐστι. Κύριος ἰσχύει τὸν ἀνατεθειμένον αὐτῷ λαὸν, καὶ ὑπερμαχεῖ τῆς σωτηρίας τοῦ χρισθέντος; εἰς βασιλέα κατὰ πρόσταξιν αὐτοῦ. Λέγει δὲ περί τε παντὸς τοῦ λαοῦ, καὶ περὶ ἑαυτοῦ, εἰδὼς τὴν ἐσομένην μεταβολήν.

Σῶσον, Κύριε, τὸν λαόν σου, καὶ εὐλόγησον τὴν κληρονομίαν σου. Ὡς ἀπολῃψόμενος ὅσον οὔπω τὴν βασιλείαν, ὑπερεύχεται τοῦ λαοῦ. Ἐν δὲ τῇ βίβλῳ τῆς Ἐξόδου ὁ Θεὸς λαὸν αὐτοῦ περιούσιον, ἤτοι κληρονομιαῖον τοὺς Ἰσραηλίτας ἐκάλεσε.

Καὶ ποίμανον αὐτούς. Συμβασιλεύων ἐμοὶ, συμβουλεύων ἐμοί.

Καὶ ἔπαρον αὐτοὺς ἕως τοῦ αἰῶνος. Καὶ ὕψωσον τοῖς τροπαίοις μέχρι παντός. Δύναται δὲ καὶ ἡ ἀρὰ τοῦ, *Δὸς αὐτοῖς, Κύριε, κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν,* καὶ τὰ ἑξῆς, καὶ κατὰ τῶν σταυρωσάντων τὸν Χριστὸν Ἰουδαίων ἔλκεσθαι, οἵτινες παμπόνηροι ὄντες, οὐ συνῆκαν εἰς ἃ ἠργάζετο τεράστια. Διὸ καθαιρεθέντες, οὐκέτι ἀνωρθώθησαν· ὁ δὲ Θεὸς ἐκραταίωσεν τὸν πιστὸν λαὸν, καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ αὖθις ἡ εὐχὴ πρὸς τὸν Χριστὸν, ὑπὲρ τοῦ ἐξ ἐθνῶν λαοῦ αὐτοῦ δοθέντος αὐτῷ εἰς κληρονομίαν, ὃν καὶ ἐποίμανε καὶ ὕψωσεν ἀληθῶς.

vitas magis convincatur, et in opportuno tempore irremissibiliter afficiantur supplicils.

Nec opera manuum ejus. Opera, inquam, dico quæ ipse summo consillo operatur, et non casu; per manus enim hic considerationem quamdam, et studium in divinis operationibus esse demonstrant.

Destrues illos et non ædificabis eos. Prædicit Propheta inimicorum suorum perditionem, quæ ejusmodi futura erat, ut ubi semel in præceps cecidissent, resurgere amplius, aut se erigere non possent.

VERS. 6. *Benedictus Dominus quia exaudivit vocem deprecationis meæ.* Benedictus, hoc est, dignus cui benedicatur, qui laudetur. Deinde quasi certus de iis quæ postulaverat, addit: Quia exaudivit me.

VERS. 7. *Dominus adjutor meus et protector meus.* Hoc, simili modo ad certitudinem illam pertinet, quam de divino auxilio conceperat.

In ipso speravit cor meum. Veluti in solo vero ac non fallaci adjutore.

Et adjutus sum. Et spe concepta non sum frustratus.

Et refloruit caro mea. Quæ ante ob sollicitudines et afflictiones varias tabefacta erat

Et ex voluntate mea confitebor ei. Prompto animo, inquit, atque ex corde id faciam, non ut coactus. Simile istud est: *Voluntarie sacrificabo tibi* [16]. Per confessionem vero gratiarum actionem intellige.

VERS. 8. *Dominus fortitudo populi sui, et protector salutum Christi sui est.* Dominus, inquit, populum suum sibi dedicatum fortiorem reddit, et pro illius pugnat salute, qui mandato ejus ad regnum unctus est [Christus etenim unctum significat]. De scipso autem ac de toto populo sermonem facit, veluti præscius futuræ immutationis.

VERS. 9. *Salvum fac populum tuum, Domine, benedic hæreditati tuæ.* Quasi jam regnum susceptums esset, et huic rei propior quam antea, rogat Propheta pro populo Dei; et quod hæreditati suæ dicit, simile ei est quod legimus in Exodo, ubi Israelitas Deus populum suum peculiarem, hoc est hæreditarium appellavit.

Et pasce eos. Simul mecum regnans, mihique consulens.

Et extolle eos usque in sæculum. Et extolle eos tropæis perpetuis. Illa etiam imprecatio superius facta: *Da illis, Domine, secundum opera eorum* [17], potest ad crucifixores Christi referri: qui omni pravitate imbuti, non intellexerunt miracula, aut a Domino facta. Quapropter et destructi sunt, et amplius non erecti: contra autem Deus populum suum fortificavit, et quæ sequuntur, etc. Et rursus etiam oratio ad Christum referatur, pro populo ex gentibus, qui illi in hæreditatem datus est, et quem pavit Christus atque exaltavit.

[16] Psal. LIII, 8. [17] Psal. XXVII, 4.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Psalmus ipsi David egressionis tabernaculi.

PSALMUS XXVIII.

Juxta historiam hic psalmus præceptum quoddam continet, ad sacerdotes et Levitas, de egressu tabernaculi, vel de egressu templi : quid scilicet illinc egressi sequenti die facere deberent : afferre nimirum filios arietum, masculos, nuper natos, et gloriam, per laudationes et psalmos, et honorem, per regulam et religionem : atque hoc in aula templi, et non alio in loco. Juxta anagogicum vero sensum, intelligi potest de egressu a corpore, quod Apostolus tabernaculum vocat [18]. Est enim corpus animæ tabernaculum. Admonet igitur hoc psalmo Propheta quid facere debeamus, ut præparemur ad exitum ab hoc corpore. Actiones etenim nostræ in hac vita, animæ tunc erunt viaticum.

Vers. 1. *Afferte Domino, filii Dei, afferte Domino filios arietum.* Filii quidem Dei apostoli sunt. Ita enim Dominus appellavit eos dicens : *Ascendo ad Patrem meum et Patrem vestrum* [19]. Filii autem arietum, fideles ex gentibus, quorum parentes, ob errorem summum in quo erant, irrationales dici merito, et arietibus comparari poterant. Admonet igitur apostolos Propheta hoc psalmo, ut festinent adducere infideles gentes ad Christum. Ordo est : O filii Dei, afferte Domino, afferte filios arietum. Illa autem ingeminatio verbi *afferte*, studium quoddam ac diligentiam non vulgarem adhibendam esse demonsrat. Vel aliter : Filii quidem Dei ii dicendi sunt, qui per baptismatis regenerationem Christo adoptati et ad virtutes initiati sunt ; filii vero arietum ii, quos apostoli per Evangelii prædicationem genuerunt, necdum ad integram perfectionem devenerunt. Per arietes enim apostoli convenientissime intelligi possunt, cum et ipsi spiritualium gregum suorum sint duces. Quasi dicat Propheta : Vos, o apostoli, qui perfectiores estis, adducite eos ad Deum, qui adhuc imperfectiores sunt, instruentes eos doctrina vestra ; hoc enim gratissimum Deo est obsequium. Dictum enim legimus Petro : *Si diligis me, pasce oves meas* [20].

Afferte Domino gloriam et honorem. Gloriam Deo afferent, canendo illi hymnos ac laudes ; honorem vero, per timorem atque observantiam mandatorum. Nam si (ut Apostolus inquit [21]), per transgressionem legis Deus inhonoratur, manifestum est quod per ejus observationem honorabitur.

(36) Uterque codex habet αὐτήν; at Latinus interpres legisse videtur αὐτόν.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Καὶ οὐκ ἔστιν ἴασις ἐν τῇ σαρκί μου. Καὶ λοιπὸν ἐμπαιχθέντος μου, οὐκ ἔστιν ἄνεσις τῇ σαρκί μου· κολάζω γὰρ αὐτὴν, ὡς προείρηται, καὶ δίκας ἐπαιτῶ τῆς φιληδονίας.

Ἐκακώθην. Πεινήσας, διψήσας, ἀγρυπνήσας, χαμευνήσας, καὶ εἴ τι τοιοῦτον.

Καὶ ἐταπεινώθην ἕως σφόδρα. Τὸ, *Ἕως σφόδρα*, ἰδίωμα Ἑβραϊκὸν, ἀντὶ τοῦ Λίαν.

Ὠρυόμην ἀπὸ στεναγμοῦ τῆς καρδίας μου. Ἀπὸ τῆς ἀγριότητος τοῦ στεναγμοῦ τῆς καρδίας μου, κεντουμένης καὶ ὀδυνωμένης πικρῶς, ἐδόκουν βρύχειν ὡς λέων· τὸ γὰρ *Ὠρυόμην*, *Ἔβρυχον* εἶπεν ὁ Ἀκύλας. Ἁμαρτωλὸς μὲν γὰρ εἰς βάθος κακῶν ἐμπεσὼν, καταφρονεῖ· δίκαιος δὲ καὶ τὰ ἐλάχιστα τῶν ἁμαρτημάτων διαφερόντως δέδοικε.

Κύριε, ἔναντίον σου πᾶσα ἡ ἐπιθυμία μου. Ἴδι μετὰ τὴν ἁμαρτίαν· οἶδας γὰρ ὅτι σωτηρίας καὶ ἀπαλλαγῆς τοῦ ἄλγους ἐπιθυμῶ.

Καὶ ὁ στεναγμός μου ἀπὸ σοῦ οὐκ ἀπεκρύβη. Ἐνωτίζῃ γὰρ τοῦτον, ὡς φωνὴν ἐκ βάθους ἀναφερόμενον (37).

Ἡ καρδία μου ἐταράχθη. Ὑπὸ τοῦ συνειδότος καὶ τῆς μεταμελείας.

Ἐγκατέλιπέ με ἡ ἰσχύς μου. Ταλαιπωρηθέντα, καθὼς εἴρηται, πάσῃ κακοπαθείᾳ.

Καὶ τὸ φῶς τῶν ὀφθαλμῶν μου καὶ αὐτὸ οὐκ ἔστι μετ' ἐμοῦ. Ἀπὸ τῆς ἄγαν σκληραγωγίας καὶ τῶν πικρῶν (38) δακρύων, εἰς ἀμβλυωπίαν ἦλθον. Ἔστι δὲ ἡ σύνταξις οὕτως· *Καὶ τὸ φῶς τῶν ὀφθαλμῶν μου αὐτὸ οὐκ ἔστι μετ' ἐμοῦ*, ἀπολωλὸς, περιττῶς κειμένου τοῦ δευτέρου συνδέσμου. Ἢ φῶς τῶν ὀφθαλμῶν τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀποπτὰν ἐκ μέρους, διὰ τὴν ἁμαρτίαν. Τοῦτον τὸν στίχον καὶ τὸν ἑξῆς τινες ὡς ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ προῤῥηθῆναι περὶ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ νενοήκασιν.

Οἱ φίλοι μου καὶ οἱ πλησίον μου ἐξ ἐναντίας μου ἤγγισαν καὶ ἔστησαν. Τὸν Ἀχιτόφελ αἰνίττεται, καὶ ἄλλους πολλοὺς τοιούτους. Οἱ φίλοι μου, φησὶ, καὶ οἱ οἰκεῖοί μου ἀπ' ἐναντίας μου ἦλθον· τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ, *Ἤγγισαν καὶ ἔστησαν κατ' ἐμοῦ*, τοῦ Θεοῦ πάντως τοῦτο παραχωρήσαντος, διὰ τὰ ἐμὰ πτώματα. Ἐντεῦθεν γάρ μοι ἡ τῶν συμφορῶν θάλασσα ἐπεκύμανε (39).

Καὶ οἱ ἐγγιστά μου ἀπὸ μακρόθεν ἔστησαν. Τοὺς αὐτοὺς νοητέον, οἵτινες τῇ μὲν δυσμενείᾳ ἤγγισαν, οἷα καταδιώκοντες· τῇ δὲ εὐνοίᾳ πόῤῥω γεγόνασιν, ὡς ἀποστάντες τῆς φιλίας αὐτοῦ. Ἢ ἐτέ-

Et non est sanatio in carne mea. Et deinceps, inquit, me ita illuso, nulla est requies carni meæ. Castigo enim eam, ut prædictum est, et illicitæ ab ea voluptatis pœnas exigo.

VERS. 9. *Afflictus sum.* Fame, siti, vigiliis, humi cubando, et si quid aliud hujusmodi est.

Et humiliatus sum usque valde. — *Usque valde*, idioma Hebraicum est, et idem significat, quod valde.

Rugiebam a gemitu cordis mei. Ab acerbitate gemitus cordis mei, qua cruciabar, rugire videbar, ut leo. Nam quod LXX dixerunt, *Rugiebam*, Aquila reddidit : *Frendebam* [his autem verbis beatus David rectam erga Deum mentem suam omnibus patefacit] : nam peccator cum in profundum malorum ceciderit, despicere solet, justus autem etiam minima quæque peccata semper veretur.

VERS. 10. *Domine, coram te omne desiderium meum.* Desiderium scilicet quod post peccata mihi innatum est. Nosti enim quod concupisco salutem meam et a præsentibus angustiis ac doloribus liberari.

Et gemitus meus a te non est absconditus. Percipis enim illum auribus tuis, veluti vocem quamdam de profundo aliquo loco emissam.

VERS. 11. *Cor meum turbatum est.* A mea nimirum conscientia atque a pœnitentia.

Dereliquit me fortitudo mea. Omni videlicet passionis genere fatigatum, ut prædictum est.

Et lumen oculorum meorum, et ipsum non est mecum. Propter valde duram ac peracerbam vitam meam, et præ assiduis lacrymis in hebetudinem quamdam oculorum ac pene in cæcitatem deveni. Ordo autem sic fiat : *Et lumen oculorum meorum ipsum non est mecum :* cum scilicet perierit. Unde superflua jacet illa secunda conjunctio *et;* vel, per lumen oculorum animæ beati David Spiritum sanctum intellige, qui ob patrata ab eo scelera, magna ex parte avolaverat. Hunc autem versiculum eum proxime subsequenti quidam ex Christi persona proferendum intelligunt, et loqui de discipulis.

VERS. 12. *Amici mei et proximi mei adversus me appropinquaverunt et steterunt.* Subnotare videtur Achitophelem atque alios hujusmodi multos. Amici mei, inquit, et familiares mei venerunt adversum me. Hoc enim significant verba illa : *Appropinquaverunt et steterunt contra me;* Deo scilicet ob peccata mea id permittente, ex quibus hoc mihi calamitatum genus incubuit.

VERS. 13. *Et qui juxta me erant, de longe steterunt.* De eisdem inimicis loquitur, qui odio quidem appropinquaverunt, ut persecutores, et ab antiqua benevolentia procul facti sunt, veluti discedentes

Variæ lectiones.

(37) Al. Ἀναπεμπόμενον.
(38) Al. πυκνῶν.
(39) Al. Ἐπεκύμηνε.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ab amicitia. Vel, alios etiam amicos et subditos intelligere possumus, qui timore Absalonis a beato David ad illum deficiebant.

Et vim faciebant qui quærebant animam meam. Et angebant me, inquit, ii qui animam meam, hoc est, qui me ipsum quærebant, et omni arte mihi molestiam inferebant. Vel quærebant animam meam, ut auferrent eam, quemadmodum dixit in psalmo XXXIX.

Et qui quærebant mala mihi locuti sunt vanitates. Et qui meam ruinam sitiebant, blasphemias adversum me locuti sunt, conviciis atque calumniis me impetentes. Vanitates autem dixit veluti mendacia quædam, ac falsa.

Et dolos tota die meditabantur. Hoc est, insidias : quomodo nimirum me deciperent et comprehenderent.

VERS. 14. *Ego quasi surdus non audiebam.* Re vera quidem audiebam, sed audire non videbar, quia tacebam, et non conturbabar. Ipso enim Semei conviciis sese insectante atque maledicente, et plerisque aliis etiam idem facientibus, tacebat beatus David, quasi prorsus non audiens

Et sicut mutus non aperiens os suum. Subaudiendum est verbum, *eram.* Consequens est autem, ut non loquatur quis ea quæ non audivit.

VERS. 15. *Et factus sum sicut homo non audiens, et non habens in ore suo redargutiones.* Hæc dicta sunt ad declarationem versiculorum proxime præcedentium. Redargutiones autem hoc in loco contradictiones vocat, per quas redarguere quis eos solet, qui male loquuntur.

VERS. 16. *Quia in te, Domine, speravi.* Mutus factus sum et tacui, quia te mihi judicem futurum speravi. *Mihi* enim, inquit, *vindicta, et ego retribuam, dicit Dominus* [9].

Tu exaudies me, Domine Deus meus. Et quia tu omnia hujusmodi maledicta intelligis : et condignas calumniatoribus pœnas retribues. Vel, Tu eos exaudies, qui talia passi sunt, et tacent.

VERS. 17. *Quia dixi : Nequando supergaudeant mihi inimici mei.* Intra me ipsum enim cum funderem preces ad Deum, dixi, cupere me exaudiri, ne quando supergaudeant et delectentur super me inimici mei.

Et dum commoti essent pedes mei, super me magna locuti sunt. Et cum jam aversum esset iter meum a via divinorum mandatorum, illi statim pudendam quamdam ceperunt libertatem, gloriantes et jactantes, velle me interimere.

VERS. 18. *Quoniam ego in flagella paratus sum.* Quia ego post peccatum divino nudatus auxilio paratus fui iis qui castigare me voluerunt. Vel dictionem, *quoniam*, superfluam esse intellige [ut sæpe inveniri diximus], et ordo est : Ego ad correctionem et emendationem tuam semper paratus sum. Ob peccata enim mea eam promptus ac libens suscipio.

[9] Deut. XXXII, 35.

A ρους ὑπολῃπτέαν, φυγόντας διὰ τὸν τοῦ Ἀβεσαλὼμ φόβον.

Καὶ ἐξεβιάζοντο οἱ ζητοῦντες τὴν ψυχήν μου. Καὶ ἠνάγκαζον κακοῦντές με πάσῃ μηχανῇ, οἱ ζητοῦντες τὴν ψυχήν μου, τουτέστιν ἐμέ, κατὰ περίφρασιν· ἢ οἱ ζητοῦντες τὴν ψυχήν μου, ὥστε ἐξᾶραι αὐτὴν, ὡς ἐν τῷ λθ' ψαλμῷ φησι.

Καὶ οἱ ζητοῦντες τὰ κακά μοι ἐλάλησαν ματαιότητας. Καὶ οἱ θέλοντες τὴν πτῶσίν μου, ἐλάλησαν κατ' ἐμοῦ βλασφημίας, λοιδοροῦντές με καὶ διαβάλλοντες. Ματαιότητας δὲ ταύτας ἐκάλεσεν, ὡς ψευδεῖς.

B *Καὶ δολιότητας ὅλην τὴν ἡμέραν ἐμελέτησαν.* Ἐπιβουλὰς· πῶς ἂν ἀποστήσαντές με θηρεύσωσιν.

Ἐγὼ δὲ ὡσεὶ κωφὸς οὐκ ἤκουον. Τῇ μὲν ἀληθείᾳ, ἤκουον· τῇ δὲ δοκήσει, οὐκ ἤκουον, οἷα σιγῶν, καὶ μὴ ταρασσόμενος· ἄλλων τε γὰρ ὡς εἰκὸς, καὶ αὐτοῦ δὴ τοῦ Σεμεεὶ προδήλως ὑβρίζοντος αὐτὸν καὶ καταρωμένου, ἐσίγα, ὡς μὴ ἀκούων.

Καὶ ὡσεὶ ἄλαλος οὐκ ἀνοίγων τὸ στόμα αὐτοῦ. Λείπει τὸ, ἦμην· τῷ γὰρ μὴ ἀκούειν ἀκόλουθον τὸ μὴ λαλεῖν, περὶ ὧν οὐκ ἤκουσε.

Καὶ ἐγενόμην ὡσεὶ ἄνθρωπος οὐκ ἀκούων, καὶ οὐκ ἔχων ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ ἐλεγμούς. Ταῦτα σαφηνιστικὰ τῶν προλαβόντων δυστίχων· ἐλεγμοὺς C δὲ λέγει τὰς ἀντιῤῥήσεις, δι' ὧν τις ἐλέγχει τὸν κακῶς λέγοντα.

Ὅτι ἐπὶ σοι, Κύριε, ἤλπισα. Ἐκωφώθην καὶ ἐσίγησα, διότι παρὰ σοῦ ἤλπισα τυχεῖν ἐκδικήσεως. Ἐμοὶ γὰρ, φησὶν, *ἐκδίκησις· ἐγὼ ἀνταποδώσω, λέγει Κύριος.*

Σὺ εἰσακούσῃ, Κύριε, ὁ Θεός μου. Καὶ διότι σὺ ἐνωτισθήσῃ τὰς τοιαύτας βλασφημίας, καὶ ἀνταποδώσεις τοῖς ὑβρισταῖς. Ἢ, Σὺ ἐπακούσῃ τῶν τοιαῦτα πασχόντων, καὶ σιγώντων.

Ὅτι εἶπον· Μήποτε ἐπιχαρῶσί μοι οἱ ἐχθροί μου. Καὶ γὰρ εἶπον ἐν ἐμαυτῷ εὐχόμενος· Μὴ ἐπιχαρείησάν μοί ποτε οἱ ἐχθροί μου.

D

Καὶ ἐν τῷ σαλευθῆναι πόδας μου, ἐπ' ἐμὲ ἐμεγαλορρημόνησαν. Καὶ ἰδοὺ περιτραπείσης τῆς πορείας μου ἀπὸ τῆς ὁδοῦ τῶν θείων ἐντολῶν, εὐθὺς ἔλαβον αὐτοὶ παῤῥησίαν ἀναισχυντίας, μεγαλορῥημονήσαντες ἀνελεῖν με.

Ὅτι ἐγὼ εἰς μάστιγας ἕτοιμος. Διότι ἁμαρτήσας, καὶ γυμνωθεὶς τῆς θείας βοηθείας, πρόχειρος ἐγενόμην τοῖς κολάζειν ἐθέλουσιν. Ἢ τὸ μὲν *ὅτι*, διηγηματικῶς, περιττὸν νοήσεις· τὸ δὲ ἑξῆς· Ἐγὼ εἰς τὴν παρὰ σοῦ παιδείαν πρόχειρος, ἀπεκδεχόμενος αὐτὴν πάντοτε, διὰ τὰς ἁμαρτίας μου.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Καὶ ἡ ἀλγηδών μου ἐνώπιόν μού ἐστι διὰ παντός. Καὶ ἡ μνήμη τῆς ἁμαρτίας μου, ἡ ἀλγύνουσά με, πρὸ ὀφθαλμῶν μού ἐστιν ἀεὶ, νύττουσα, καὶ οὐκ ἐπελαθόμην ταύτης, ὥς τις ἀνάλγητος. A

Ὅτι τὴν ἀνομίαν μου ἐγὼ ἀναγγελῶ. Διότι τὴν ἁμαρτίαν μου ἐγὼ δημοσιεύσω, καὶ κατήγορος ἐμαυτοῦ γενήσομαι.

Καὶ μεριμνήσω ὑπὲρ τῆς ἁμαρτίας μου. Καὶ φροντίσω τῆς ἰατρείας αὐτῆς. Ἀδιαφόρως δὲ ἀνομίαν καὶ ἁμαρτίαν τὰ πλημμελήματα κέκληκεν.

Οἱ δὲ ἐχθροί μου ζῶσιν. Οἱ τῷ Ἀβεσαλὼμ συστρατευόμενοι. *Ζῶσι* δὲ, ἀντὶ τοῦ, Ἐρρώνται, ἀσθενήσαντος ἐμοῦ.

Καὶ κεκραταίωνται ὑπὲρ ἐμέ. Τοῦτο τοῦ *ζῶσιν* B ἐπεξηγητικόν. Ἢ τὸ μὲν *Ζῶσιν*, ἀντὶ τοῦ Ὑγιαίνουσι· τὸ δὲ *Κεκραταίωνται*, ἀντὶ τοῦ Ἐνεδυναμώθησαν.

Καὶ ἐπληθύνθησαν οἱ μισοῦντές με ἀδίκως. Οὐ μόνον ζῶσι καὶ κεκραταίωνται, ἀλλὰ καὶ ἐπληθύνθησαν αὐξανόμενοι. Ἀδίκως δέ εἰσι μισοῦντες, ὡς οὐδὲν εὔλογον ἐγκαλεῖν ἔχοντες· αἴτιον τοῦ μίσους.

Οἱ ἀνταποδιδόντες μοι κακὰ ἀντὶ ἀγαθῶν, ἐνδιέβαλλόν με, ἐπεὶ κατεδίωκον ἀγαθωσύνην. Τοῦτο διὰ τὸν Ἀβεσαλώμ· οὗτος γὰρ ἀμειβόμενος τὴν εἰς αὐτὸν ἀγαθότητα καὶ στοργὴν τοῦ πατρὸς φθόνῳ καὶ ἐπιβουλῇ, ἐνδιέβαλεν αὐτὸν παρὰ τοῖς δικαζομένοις ἐν ταῖς κρίσεσιν, ὡς ἄδικον καὶ παράνομον, προσεταιριζόμενος ἀεὶ τοὺς τοιούτους, ὡς ἡ τῶν Βασιλειῶν ἐδίδαξε βίβλος. Ἐνδιέβαλλον δέ με, φησὶ, διότι ἐξεζήτουν καὶ ἔστεργον τὴν ἀγαθωσύνην, καὶ οὐκ ἤθελον κακῶσαι αὐτὸν, οὕτω διακείμενον· ἐντεῦθεν γὰρ ηὔξησεν τὴν πονηρίαν, καὶ μοχθηρότερος γέγονεν. Ἢ ἀγαθωσύνην ἐνταῦθα λέγει τὴν δικαιοσύνην. Ἐλοιδόρει γάρ με, φησὶ, διότι προτιμητέαν ἡγούμην τὴν δικαιοσύνην, καὶ οὐχ ὡς αὐτὸς ἠγάπων τὴν ἀδικίαν. C

Μὴ ἐγκαταλίπῃς με, Κύριε ὁ Θεός μου, μὴ ἀποστῇς ἀπ' ἐμοῦ. Μεμόνωμαι γὰρ ἀξιολόγου συμμαχίας, καὶ σὲ μόνον ἔχω βοηθὸν καὶ φύλακα.

Πρόσχες εἰς τὴν βοήθειάν μου, Κύριε τῆς σωτηρίας μου. Ἐπιμελήθητι τῆς βοηθείας μου. ἐξουσιαστὰ τῆς ἐμῆς ζωῆς. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν κατὰ τὴν ἱστορίαν ἥρμοσε τῷ Δαβίδ· ἁρμόζει δὲ καὶ πᾶσι τοῖς ἐν ἁμαρτίαις, ἐφ' ὧν φίλους καὶ πλησίον εἰποιμεν ἂν τοὺς ἀγαθοὺς ἀγγέλους, οἳ χαίροντες ἐπὶ τοῖς κατορθώμασιν ἡμῶν, καὶ φυλάττοντες ἡμᾶς, ἐπειδὰν ἴδωσιν ἁμαρτήσαντας, ἐνώπιον ἡμῶν ἔρχονται καὶ ἵστανται ατυγνάζοντες· καὶ ἔγγιστα πρῶτον ὄντες, ὕστερον μακρύνονται, διὰ τὴν δυσωδίαν τῆς ἁμαρτίας. Λοιπὸν δὲ οἱ πονηροὶ δαίμονες ἐκδιάζονται ἡμᾶς εἰς χείρονα πταίσματα, καὶ λαλοῦσιν ἐν τοῖς ὠσὶν ἡμῶν ἀφανῶς λόγους ματαίους καὶ φαύλους, καὶ δόλους ἡμῖν κατασκευάζουσιν· οἱ δὲ τὴν νῆψιν τοῦ Δαβὶδ ἀπομιμούμενοι, βύουσι τὰ ὦτα D

Et dolor meus in conspectu meo est semper. Et commissorum a me delictorum memoria, quæ summo me dolore afficit, semper mihi ante oculos permanet : urgens nimirum ac stimulans, neque enim eorum oblitus sum, veluti is qui dolores nullos sentiam.

Vers. 19. *Quoniam iniquitatem meam ego annuntiabo.* Quia peccatum ego meum publicabo, et adversus memetipsum accusator accedam.

Et cogitabo pro peccato meo. Hoc est, sollicitus ero de medicina peccati. Indifferenter autem iniquitatem et peccatum posuit pro delicto.

Vers. 20. *Inimici autem mei vivunt.* Ii scilicet qui militant cum Absalone. *Vivunt* autem, hoc est, Potentes sunt, ego autem infirmus.

Et fortes fiunt super me. Verba hæc proxime superiorem versiculum declarant. Vel *Vivunt*, hoc est, sani ac bene valentes sunt, et *fortes fiunt*, hoc est, augescunt viribus.

Et multiplicati sunt qui oderunt me injuste. Non tantum vivunt et fortes fiunt, sed aucti et multiplicati sunt. Injuste autem oderunt me, quia nihil legitimum habent, in quo me accusare possint, aut dicere, dignum odio.

Vers. 21. *Qui retribuunt mihi mala pro bonis, detrahebant mihi, quoniam sequebar bonitatem.* Hoc dicit propter Absalonem, qui benignitati atque amori paterno invidiam atque insidias rependens, patrem calumniabatur, quasi iniquum atque injustum regem, attrahens atque alliciens hoc pacto ad conspirationem eos qui ad regale patris judicium accedebant, ut in libris Regum traditur. Calumniabantur autem me, inquit, quia ego bonitatem sectabar, vel quia illum ego sic se gerentem affligere ac castigare nolui. Hinc etenim illius semper magis crevit perversitas, hinc et scelestior sen per factus est. Vel, per bonitatem hic justitiam intelligit. Conviciabatur me, inquit, quia præponendam ego semper et prænonorandam esse justitiam censui, et quia ejus exemplo injustitiam non dilexi.

Vers. 22. *Ne derelinquas me, Domine Deus meus, ne discesseris a me.* Privatus enim sum opportuno omni auxilio, et te solum adjutorem ac custodem habeo.

Vers. 23. *Intende in adjutorium meum, Domine Deus salutis meæ.* Cura, inquit, ut adjuves ac tuearis me; te dico, in cujus potestate est vita mea. Et hæc quidem dicta sunt juxta historiæ sensum : juxta quem accommodari possunt verba psalmi beato David. Congruere vero etiam potest hic psalmus omnibus fidelibus qui in peccatis constituti sunt. Juxta quem sensum per amicos et proximos angelos bonos intellige, qui custodiunt nos, et lætari ac gaudere solent in iis omnibus quæ per virtutem a nobis administrantur; et contra, quoties nos peccare viderint, veniunt et consistunt coram nobis tristes ac mœsti; et primo quidem propius assistunt; deinde vero ob gravem peccatorum olentiam a nobis absistunt : unde postmo-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

dum venientes maligni dæmones angunt nos, et in graviores lapsus deducunt : qui et in auribus nostris inanes sermones clam inserunt, et dolos adversum nos contexere semper moliuntur. Verum omnes qui beati David sobrietatem imitari voluerint, obstruent sibi aures animæ, eosque nec ipso etiam sermone dignos putabunt, solum Deum in suum advocantes auxilium : tametsi ipsi dæmones, ob hujusmodi eorum pœnitentiam ac sobrietatem, assiduis rursus tentationibus vehementius affligere eos conentur et calumniis insuper impetant, ac diffamare eos apud omnes studeant, veluti peccatores.

A τῆς ψυχῆς, καὶ οὐδὲ λόγου τούτους ἀξιοῦσι· μόνον δὲ τὸν Θεὸν ἐπικαλοῦνται πρὸς ἄμυναν. Οἱ αὐτοὶ δὲ πάλιν δαίμονες, καὶ διότι αἱροῦνται τὴν ἀγαθὴν μετάνοιαν οἱ ἐκνήψαντες, σφοδρώτερον κακοῦντες αὐτοὺς διὰ συνεχείας πειρασμῶν, ἔτι καὶ διαβάλλουσι παρὰ πᾶσιν ὡς ἁμαρτωλούς.

In finem ipsi Idithum canticum ipsi David.
PSALMUS XXXVIII.

Εἰς τὸ τέλος τῷ Ἰδιθοὺμ ᾠδὴ τῷ Δαβίδ.
ΨΑΛΜΟΣ ΛΗ'.

Abunde diximus in Procœmio operis, quomodo hic psalmus sit beati David. Tametsi in inscriptione habeatur nomen Idithum. *In finem* vero inscribitur, quia humanæ naturæ tenuitatem deplorans, de illius etiam fine tractat, dicens : *Notum fac mihi, Domine, finem meum*, et quæ sequuntur.

Ὅπως μὲν τοῦ Δαβὶδ ὢν ὁ ψαλμὸς, καὶ τὸν Ἰδιθοὺμ ἔχει προεπιγεγραμμένον, ἱκανῶς εἰρήκαμεν ἐν τῷ προοιμίῳ τῆς ὅλης βίβλου. *Εἰς τὸ τέλος* δὲ B φησι, διότι τραγῳδῶν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως τὴν εὐτέλειαν, περὶ τοῦ τέλους αὐτῆς διέξεισι· *Γνώρισόν μοι, Κύριε*, λέγων, *τὸ πέρας μου*, καὶ τὰ ἑξῆς.

Vers. 2. *Dixi : Custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea.* Hunc psalmum Propheta noster composuit, eorum memor quæ passus est, quando Absalonem fugiebat. Fugiens enim, inquit, dixi in me ipso : In posterum ego custodiam vias meas ; vias inquam linguæ meæ, id est, sermones meos, ita, ut lingua mea amplius non peccem, nec blasphemum aliquem emittam sermonem, qui ex pusillanimitate ut plurimum oriri solet. *Castigans enim castigavit me Dominus* [a]. Quod autem apud Scripturam *sermones viæ* appellentur, testimonio est magnus Paulus ad Corinthios, dicens : *Misi vobis Timotheum qui vobis in memoriam reducet vias meas* [b].

Εἶπα· *Φυλάξω τὰς ὁδούς μου, τοῦ μὴ ἁμαρτάνειν με ἐν γλώσσῃ μου.* Καὶ τοῦτον εἴρηκε τὸν ψαλμὸν μνημονεύων ὧν πέπονθεν ὅτε τὸν Ἀβεσαλὼμ ἔφευγεν. Ἀποδιδράσκων γὰρ, φησὶν, εἶπα ἐν ἑαυτῷ, ὅτι Τοῦ λοιποῦ φυλάξω τὰς ὁδούς μου, τὰς ἤτοι γλώττης, ἤτοι τοὺς λόγους μου, ὥστε μὴ ἁμαρτάνειν με, διὰ γλώσσης βλάσφημον λόγον ἐκ μικροψυχίας προέμενον. *Παιδεύων γὰρ ἐπαίδευσέ με ὁ Κύριος.* Ὅτι δὲ καὶ οἱ λόγοι *ὁδοὶ* λέγονται, φησὶν ὁ μέγας Παῦλος πρὸς Κορινθίους· *Ἔπεμψα ὑμῖν Τιμόθεον, ὃς ὑμᾶς ἀναμνήσει τὰς ὁδούς μου.*

Posui ori meo custodiam, cum consisteret peccator adversum me. Lingua ad peccatum promptissima est, atque ideo multa circa eam providentia usus est. Consistere autem hoc in loco posuit, pro dimicare seu contendere. Peccatorem vero Semei appellat, cum ob perditos semper ejus mores, tum etiam ob summam illam impudentiam ac sævitiam, quam tunc temporis magis privatim ostenderat. Insectabatur enim beatum David, lacessens eum ac vituperans et lapides jaciens. Contumelia, inquit, ab eo affectus sum, et tacui, nihil ei prorsus respondens.

C *Ἐθέμην τῷ στόματί μου φυλακὴν, ἐν τῷ συστῆναι τὸν ἁμαρτωλὸν ἐναντίον μου.* Προχειρότατον εἰς ἁμαρτίαν ἡ γλῶσσα· διὰ τοῦτο καὶ πολλὴν αὐτῆς πρόνοιαν ἐποιήσατο. Συστῆναι μὲν ἐνταῦθα τὸ, παρατάττεσθαι· ἁμαρτωλὸν δὲ λέγει τὸν Σεμεΐ· ἢ (40) διὰ τὸν ἠμελημένον αὐτοῦ βίον, καὶ διὰ τὴν τηνικαῦτα ἀναισχυντίαν καὶ ἀπήνειαν· παρείπετο γὰρ προπηλακίζων, καὶ λιθοβολῶν. Φησὶν οὖν· Ὑβριζόμενος ὑπ' αὐτοῦ, σεσίγηκα πρὸς αὐτόν.

Vers. *Obmutui et humiliatus sum.* Obmutui sponte mea nimirum ac volens, et humiliatus sum, cum memoria repeterem, ob commissa a me peccata illum adversum me insurgere.

Ἐκωφώθην καὶ ἐταπεινώθην. Ἐκὼν, μνημονεύσας, ὅτι διὰ τὰς ἁμαρτίας μου καὶ οὕτως κατεξανέστη μου.

Et silui ex bonis. Ex bonis, hoc est, ex bonitate. Et cum possem illum ulcisci, nolui ob modestiam : unde cum socius quidam beati David adversus hunc Semei conviciantem irrueret, gladio illum occisurus, detentus ab eo fuit, quinimo et rationem addidit, dicens : *Dimitte eum, ut maledicat mihi. Dominus enim dixit ei, ut maledicat David* [c], et quæ sequuntur.

D *Καὶ ἐσίγησα ἐξ ἀγαθῶν.* Ἐξ ἀγαθότητος· δυνόμενος γὰρ αὐτὸν ἀμύνασθαι, οὐκ ἠθέλησα δι' ἐπιείκειαν. Εἷς γὰρ τῶν περὶ Δαβὶδ ὁρμήσας ἀνελεῖν αὐτὸν, ἐπεσχέθη παρ' αὐτοῦ, φήσαντος· *Ἄφετε αὐτὸν καταρᾶσθαι με, διότι Κύριος εἶπεν αὐτῷ κακολογεῖν τὸν Δαβίδ*, καὶ τὰ τοιαῦτα.

[a] Psal. cxvii, 18. [b] I Cor. iv, 17. [c] II Reg. xvi, 10.

Variæ lectiones.

(40) Redundare videtur τὸ ἤ.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Καὶ τὸ ἄλγημά μου ἀνεκαινίσθη. Καὶ ὁ διὰ τὰς ἁμαρτίας μου πόνος ἀνεκαινίσθη τῇ μνήμῃ· τότε γὰρ ἔγνων σαφῶς, ὅτι δίκας τίνω τῶν πεπλημμελημένων.

Ἐθερμάνθη ἡ καρδία μου ἐντός μου. Ὑβριζόμενος, ἐπυρώθην ὑπὸ τοῦ θυμοῦ· ἐμακροθύμησα δέ. Ἐντός μου δὲ εἶπε, δηλῶν ὅτι οὐκ ἐξέφηνε τὸν θυμόν· τὸ μὲν γὰρ μὴ παθεῖν ὅλως παρὰ (41) τὴν ὕβριν, τελείου· τὸ δὲ πράως ἐνεγκεῖν, προκόπτοντος.

Et dolor meus renovatus est. Et dolor, inquit, qui mihi de peccatis provenit, ea memoria renovatus est. Tunc enim manifeste cognovi me pœnas delictorum luere.

VERS. 4. *Calefactum est cor meum intra me.* Cum afficeret me Semei contumelia, tametsi id patienter tulerim, præ ira tamen intra me inflammatus sum. Intra me autem dixit, ut ostenderet quod hujusmodi iram externis non demonstravit. Cæterum illud perfecti hominis est, et absolutæ prorsus virtutis, si contumeliam omnino non sentiat, et ex ea nihil prorsus patiatur : quod si quis sentiat, modeste tamen ac mansuete eam perferat, proficere is dicendus est in virtute, tametsi adhuc perfectus non sit.

Καὶ ἐν τῇ μελέτῃ μου ἐκκαυθήσεται πῦρ. Καὶ ἐν τῷ μελετᾷν με καὶ ἀναπολεῖν ἃ πέπραχα πονηρὰ, καὶ ἃ πάσχω δεινὰ, ἀεὶ ἀναφλεγήσεταί μοι πῦρ λύπης, ἐμπιπρῶν τὴν ἐμὴν ψυχήν.

Et in meditatione mea exardescet ignis. Meditando, inquit, et revolvendo prava opera, quæ commisi, et mala quæ patior, semper me dolorum meorum ignis inflammabit, et animæ meæ incendium augebit.

Ἐλάλησα ἐν γλώσσῃ μου. Πρὸς μὲν τὸν ἐχθρὸν, ἐσίγησε· πρὸς δὲ τὸν Θεὸν, ἐλάλησεν. Ἐν γλώσσῃ μου δὲ, ὡς ἐν ψιθυρισμῷ. Εἶτα λέγει καὶ τί ἐλάλησε.

VERS. 5. *Locutus sum in lingua mea.* Erga inimicum quidem tacuit, ut vidimus : ad Deum vero locutus est. Et quod ait, *in lingua mea*, idem nunc sibi vult, ac si diceret, *sensim*, quiete, ac quasi in susurro locutus sum. Deinde dicit, quid locutus sit.

Γνώρισόν μοι, Κύριε, τὸ πέρας μου. Πότε ἔσται, ἢ ὁποῖον ἔσται· Μέχρι γὰρ πότε τὰ λυπηρά;

Notum fac mihi, Domine, finem meum. Quando erit, aut qualis erit. Usquequo, inquit, tristia perseverabunt?

Καὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἡμερῶν μου τίς ἐστιν, ἵνα γνῶ, τί ὑστερῶ. Καὶ γνώρισόν μοι τὸν ἀριθμὸν τῶν ἡμερῶν τῆς ὅλης μου ζωῆς, πόσος ἐστὶ σύμπας, ἵνα συναριθμήσας τὰ ἔτη ὅσα μέχρι τοῦ νῦν ἔζησα, γνώσωμαι τὸ λοιπόν· τὸ γὰρ μέτρον μαθὼν, οὗ τὴν τυχοῦσαν ἐντεῦθεν ἔξω παραμυθίαν τῶν ἐπαγομένων μοι συμφορῶν.

Et numerum dierum meorum quis est, ut sciam quid desit mihi. Significa mihi, inquit, numerum dierum totius vitæ meæ, quotus sit universus, ut connumeratis annis meis, quoscunque hactenus vixi, sciam quod reliquum est. Nam si mensuram annorum illorum didicero, non vulgarem inde consolationem habebo in calamitatibus meis.

Ἰδοὺ παλαιστὰς ἔθου τὰς ἡμέρας μου. Μέτρα διὰ χειρός εἰσιν, ὀργυιὰ, πῆχυς, παλαιστὴς, σπιθαμή. Ἔστιν οὖν ὁ παλαιστὴς τὸ πάντων τούτων ἐλάχιστον, ὃς ἀποτελεῖται τῇ συμπήξει μόνον τῶν τεσσάρων δακτύλων, τριτημόριον ὂν τῆς σπιθαμῆς. Διὰ τοῦτο τοίνυν τὴν ὀλιγότητα τοῦ μέτρου τῆς ἐπιλοίπου ζωῆς αὐτοῦ παρέστησεν, παλαιστὰς εἰπὼν τὰς ἡμέρας, ἀντὶ τοῦ, ἐλαχίστους εἰς μέτρον, ὡς καὶ ὁ παλαιστής. Ἢ *Παλαιστὰς*, ἀντὶ τοῦ, Ἐναγωνίους, ἐπιμόχθους, πάλης μεστάς· λέγει δὲ, ὡς εἴρηται, τὰς λιπούσας, καὶ ὅτι ὀλίγον ἐπιζήσεται οὐδέ· φησὶ γὰρ ἐν ἑτέρῳ ψαλμῷ· *Τὴν ὀλιγότητα τῶν ἡμερῶν μου ἀνάγγειλόν μοι.* Πόσον δὲ ἔσται τὸ ὀλίγον, ἀγνοεῖ, καὶ τοῦτο ζητεῖ μαθεῖν. Ὀλίγον δὲ καλεῖ τὸ λεῖπον πρὸς σύγκρισιν τοῦ πλήθους τῶν παρεληλυθότων ἐνιαυτῶν τῆς ζωῆς αὐτοῦ. Χρὴ δὲ γινώσκειν ὅτι τὸ *ἰδοὺ*, ἐπίρρημα μέν ἐστι· κέχρηται δὲ τούτῳ συνεχῶς ἡ τῶν Ἑβραίων διάλεκτος· σημαίνει δὲ, καθολικώτερον εἰπεῖν, ἢ δεῖξιν, ἢ ἐγγύτητα. Ἐπὶ δὲ τοῦ παρόντος, τὸ, ὡς ὁρᾷς, δηλοῖ, ὅπερ ἐστὶ δείξεως, ὥσπερ πάλιν ἐγγύτητος τό· *Παρῆλθον, καὶ ἰδοὺ οὐκ ἦν*· ἐγγύτης γὰρ χρόνου, τὸ *εὐθύς*.

Et dolor meus renovatus est. Et dolor, inquit, qui mihi de peccatis provenit, ea memoria renovatus est. Tunc enim manifeste cognovi me pœnas delictorum luere.

VERS. 4. *Calefactum est cor meum intra me.* Cum afficeret me Semei contumelia, tametsi id patienter tulerim, præ ira tamen intra me inflammatus sum. Intra me autem dixit, ut ostenderet quod hujusmodi iram externis non demonstravit. Cæterum illud perfecti hominis est, et absolutæ prorsus virtutis, si contumeliam omnino non sentiat, et ex ea nihil prorsus patiatur : quod si quis sentiat, modeste tamen ac mansuete eam perferat, proficere is dicendus est in virtute, tametsi adhuc perfectus non sit.

Et in meditatione mea exardescet ignis. Meditando, inquit, et revolvendo prava opera, quæ commisi, et mala quæ patior, semper me dolorum meorum ignis inflammabit, et animæ meæ incendium augebit.

VERS. 5. *Locutus sum in lingua mea.* Erga inimicum quidem tacuit, ut vidimus : ad Deum vero locutus est. Et quod ait, *in lingua mea*, idem nunc sibi vult, ac si diceret, *sensim*, quiete, ac quasi in susurro locutus sum. Deinde dicit, quid locutus sit.

Notum fac mihi, Domine, finem meum. Quando erit, aut qualis erit. Usquequo, inquit, tristia perseverabunt?

Et numerum dierum meorum quis est, ut sciam quid desit mihi. Significa mihi, inquit, numerum dierum totius vitæ meæ, quotus sit universus, ut connumeratis annis meis, quoscunque hactenus vixi, sciam quod reliquum est. Nam si mensuram annorum illorum didicero, non vulgarem inde consolationem habebo in calamitatibus meis.

VERS. 6. *Ecce mensurabiles posuisti dies meos.* [Quod interpres mensurabiles dixit in Græco legimus παλαιστὰς, quam dictionem juxta unum sensum Latine dicere possumus, *palmares*. Verum ut clarius Prophetæ mentem percipias, sciendum est, quod] variæ sunt mensuræ, quæ manibus fieri solent. Ulna videlicet, cubitus, palmus, et palæste : de qua nunc loquitur Propheta, et quam nos palmam dicere possumus. Conficitur autem palæste seu palma, conjunctione quatuor digitorum, et est tertia pars palmi, et minima est omnium mensura. Hoc nomine igitur paucitatem dierum vitæ suæ declaravit, palmares appellans dies suos, quasi mensura modicos ac breves ; et quia diximus dictionem παλαιστὰς alium sensum posse recipere, alteram consequenter versiculi lectionem attingemus, juxta quam legere possumus : Ecce contentiosos seu laboriosos posuisti dies meos ; hoc est, certaminis ac pugnæ plenos [descendere enim etiam potest ea dictio a palæstra, quæ tam apud Græcos quam apud Latinos luctationem significat. In lucta autem, labore ac contentione multa utimur]. Intelligit autem, ut diximus, Propheta reliquos vitæ suæ dies, dicens quod parvo quidem tempore victu-

Variæ lectiones.

(41) Al. πρός.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

rum se novit ; attamen, quod ignorat, quanta futura sit hæc paucitas temporis : et ideo alibi etiam dicit : *Paucitatem dierum meorum nuntia mihi*[6]; et hoc est, quod in præsenti etiam significari sibi a Deo cupit. Modicum præterea dici potest hoc reliquum vitæ temporis, ad comparationem jam transactæ vitæ. Illud præterea non omittendum duxi, quod dictio, *ecce*, adverbium est, et frequenter ab Hebræis usurpatur ; atque (ut in universum dicam) aut aliquid demonstrat, aut proximum tempus notat; priori modo, hic sumitur ; altero alibi usum vides Prophetam in illis verbis : *Pertransivi, et ecce non erat*[7]. » Quod idem sibi vult, ac si dixisset : Et statim ad nihilum redactus est.

Et substantia mea quasi nihilum coram te. Hoc in loco incipit palam facere, quod exilis et fragilis sit humana natura, et ait : Substantia mea, seu essentia mea, hoc est, ego ipse sum quasi nihilum, si ad beatitudinem et æternitatem tuam fuero comparatus. Ita enim significat, quod ait : *Coram te. Tu* enim, ut alibi ait, *idem ipse es, et anni tui non deficient, ego autem immutatus sum*, et pro rege exsul factus ; *et dies mei sicut umbra prætereunt*[8].

A *Καὶ ἡ ὑπόστασίς μου, ὡσεὶ οὐδὲν ἐνώπιόν σου.* Ἐντεῦθεν ἄρχεται φαυλίζειν τὸ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως πρόσκαιρον καὶ ἐπίκηρον· φησὶ γὰρ ὅτι ἡ ὑπόστασίς μου, τουτέστιν ἡ ὕπαρξίς μου, ὅ ἐστιν ὅλος, ὡσεὶ οὐδέν εἰμι πρὸς τὴν σὴν μακαριότητα καὶ ἀϊδιότητα. Τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ, *Ἐνώπιόν σου. Σὺ* μὲν γὰρ *ὁ αὐτὸς εἶ, καὶ τὰ ἔτη σου*, φησὶν, *οὐκ ἐκλείψουσιν· ἐγὼ δὲ ἠλλοίωμαι*, φυγὰς αὐτὸς βασιλέως γενόμενος· *καὶ αἱ ἡμέραι μου ὡσεὶ σκιὰ παράγουσι.*

Vers. 7. *Verumtamen universa vanitas.* Dictionem *verumtamen* quidam hic superfluam esse opinantur ; alii vero positam esse dicunt pro *certe*. Cum animadvertisset igitur beatus David, quæ majorum suorum tempore facta fuerant, et quæ tunc temporis fierent, omnia vanitate labescere, B hoc est, incertitudine et instabilitate summa constare, veluti opes, gloriam, imperia, juventam, pulchritudinem, vires, et alia hujusmodi, [sententiam suam universali hoc sermone posteris testatam reliquit] quo tamen non animi dotes, ob summam fortunæ bona complecti intelligas.

Πλὴν τὰ σύμπαντα ματαιότης. Τὸ *Πλὴν* ἐνταῦθα περιττόν τινες ἐνόμισαν· οἱ δέ φασιν, ἀντὶ τοῦ ἀληθῶς κεῖσθαι τοῦτο. Ἀπιδὼν οὖν ὁ Δαβὶδ εἴς τε τοὺς παλαιοὺς καὶ εἰς τὰ καθ' ἑαυτὸν, καὶ σκεψάμενος ὅτι ἀνώμαλος ὁ βίος καὶ ἄπιστος ἀποφαίνεται, ὅτι τὰ σύμπαντα ἀληθῶς ματαιότης, τουτέστιν ἀβέβαια, καὶ πλοῦτος, καὶ δόξα, καὶ νεότης, καὶ κάλλος, καὶ μέγεθος, καὶ ῥώμη, καὶ ἁπλῶς ὅσα ἀνθρώπινα ἀγαθά. Δῆλον δὲ ὅτι τὰ πνευματικὰ ἀγαθὰ διαφερόντως ὑπεξῄρηνται τῆς τοιαύτης ἀποφάσεως.

Omnis homo vivens. Hoc est, humana omnis vita. Est autem hic modus loquendi Hebræis peculiaris, juxta illud : *Omnis homo mendax*[9], pro, Humana omnis opinio falsa. Omnis igitur humana vita vanitas est, quod ad præcedentis versiculi declarationem pertinet. Per humanam vero vitam, carnalem intelligit et spiritus expertem.

Πᾶς ἄνθρωπος ζῶν. Ἀντὶ τοῦ, Πᾶσα ἀνθρωπίνη ζωὴ· σχῆμα δὲ καὶ τοῦτο τῆς Ἑβραΐδος φωνῆς (42)· *Ἄνθρωπος ψεύστης*, ἀντὶ τοῦ, Πᾶσα ἀνθρωπίνη δόξα, ψευδής. Πᾶσα οὖν, φησὶν, ἀνθρωπίνη ζωὴ ματαιότης. Ἐφερμηνευτικὸν δὲ τοῦτο τοῦ, Τὰ σύμπαντα ματαιότης. Ἀνθρωπίνην δὲ ζωὴν λέγει τὴν σαρκικὴν, ἀλλ' οὐ τὴν πνευματικήν.

Verum in imagine pertransit homo. Dictionem, *verum*, hoc in loco pari modo posuit pro vere, seu certe. *In imagine* autem, hoc est, instar imaginis. Nam quemadmodum depicta imago nullam de pulchritudine sua aut de colorum varietate, aut alia hujusmodi re commodum capit, ita nullum homo ab humana felicitate fructum decerpit. Vel *in imagine*, id est, in umbra ; propter humanarum videlicet rerum inconstantiam. C

Μέντοι γε ἐν εἰκόνι διαπορεύεται ἄνθρωπος. Τὸ *Μέντοι γε*, καὶ τὸ Μενοῦν γε, τὸ ὄντως δηλοῦσι· τὸ δὲ, *Ἐν εἰκόνι*, ἀντὶ τοῦ, Δίκην εἰκόνος βιοῖ. Ὥσπερ γὰρ τὴν γεγραμμένην εἰκόνα οὐδὲν ὠφελεῖ τὸ ἀπὸ τῶν χρωμάτων κάλλος, ἢ μέγεθος, ἢ ὅσα ἐκ τούτων, οὕτως οὐδὲ τὸν ἄνθρωπον ὀνίνησιν ἡ ἀνθρωπίνη μακαριότης. Ἢ *Ἐν εἰκόνι*, ἀντὶ τοῦ, Ἐν σκιᾷ, διὰ τὸ τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων ἀβέβαιον.

Verumtamen frustra conturbatur. — *Verumtamen* hic posuit pro, Cæterum. Quod reliquum est, inquit, frustra homo fatigatur et distrahitur.

Πλὴν μάτην ταράσσεται. Τὸ ἐνταῦθα *Πλὴν*, ἀντὶ τοῦ Λοιπὸν, κεῖται. Μάτην, φησὶν, ἀγωνίζεται καὶ περισπᾶται.

Thesaurizat et ignorat cui congregabit ea. Et, quod omnium molestissimum est, hæredem non dignoscit suum : cum angustias et labores in congerendis divitiis non mediocres sit passus, D fructus demum et commoda alteri et ignoto hæredi reponit.

Θησαυρίζει, καὶ οὐ γινώσκει τίνι συνάξει αὐτά. Καὶ τὸ χαλεπώτερον, ὅτι περὶ συλλογὴν χρημάτων ταλαιπωρούμενος, οὐδὲ τὸν κληρονόμον ἑαυτοῦ γινώσκει. Καὶ ἡ μὲν συντριβὴ τοῦ συνάγοντός ἐστι, τὸ δὲ κέρδος, ἄλλου.

[6] Psal. ci, 24. [7] Psal. xxxvi, 35. [8] Psal. ci, 28. [9] Psal. cxv, 11.

Variæ lectiones.

(42) Addendum fortasse κατὰ τὸ, vel ὡς τό.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Καὶ νῦν, τίς ἡ ὑπομονή μου; οὐχὶ Κύριος; Καὶ λοιπὸν τούτων οὕτως ἐχόντων, τίς ἡ ἐλπίς μου; οὐχὶ Κύριος μόνος; Κατ' ἐρώτησιν δὲ τὸν στίχον ἀναγνωστέον.

A

Καὶ ἡ ὑπόστασίς μου παρὰ σοῦ ἐστι. Καὶ ἡ ὕπαρξίς μου, λέγω δὲ αὐτὸ τὸ ὅλως εἶναί με, ἀπὸ σοῦ ἐστι. Διὸ φρόντισον τοῦ σοῦ πλάσματος, εὐγνωμόνως ἐπιγινώσκοντος τὸν ἴδιον πλάστην.

Ἀπὸ πασῶν τῶν ἀνομιῶν μου ῥύσαι με. Αἱ ἀνομίαι γὰρ ἐπάγουσι τοὺς πειρασμούς· ὅθεν τῶν αἰτίων ἀπαλλαγῆναι παρακαλεῖ. Ἢ καὶ ἀνομίας τροπικῶς καλεῖ τοὺς πειρασμούς, ἀπὸ τῶν αἰτίων τὰ αἰτιατά.

Ὀνειδος ἄφρονι ἔδωκάς με. Τῷ Σεμεΐ· ὠνείδιζε γὰρ αὐτὸν, ἄνδρα παράνομον καὶ ἄνδρα αἱμάτων ἀποκαλῶν. Ἐπανέλαβε δὲ τὸν λόγον, εἰς οἶκτον τὸν εὐσπλαγχνον διὰ τῆς συνεχοῦς ἐλεεινολογίας ἐπισπώμενος. Ὠνείδιζει καὶ ὁ διάβολος τοῖς ἡττωμένοις ὑπ' αὐτοῦ τὴν τοιαύτην ἧτταν.

B

Ἐκωφώθην. Ἐκὼν, ὥστε μὴ ἀκούειν δοκεῖν.

Καὶ οὐκ ἤνοιξα τὸ στόμα μου. Οὐκ ἀντεῖπον ὅλως.

Ὅτι σὺ ἐποίησας. Ὅτι σὺ προσέταξας ἐκείνῳ μὲν, ὑβρίζειν με· *Κύριος* γὰρ, φησὶν, *εἶπεν αὐτῷ κακολογεῖν τὸν Δαβίδ*· ἐμοὶ δὲ, σιγᾷν. *Ἡμαρτες γὰρ*, φησὶν, *ἡσύχασον.*

C

Ἀπόστησον ἀπ' ἐμοῦ τὰς μάστιγάς σου. Τοὺς κατὰ σὴν παραχώρησιν ἐπαγομένους ἔξωθεν πειρασμοὺς, καὶ τὰς ἔνδοθεν ἀπὸ τοῦ συνειδότος πληγάς.

Ἀπὸ γὰρ τῆς ἰσχύος τῆς χειρός σου ἐγὼ ἐξέλιπον. Χεῖρα νῦν τὴν κολαστικὴν δύναμιν λέγει· *Ἐξέλιπον* δὲ, ἀντὶ τοῦ, Τέλεον ἠσθένησα. Σκόπει δὲ, πῶς ἐν μὲν τῷ προλαβόντι ψαλμῷ, παρέχων ἑαυτὸν ταῖς παιδευτικαῖς πληγαῖς, ἔλεγεν, *Ὅτι ἐγὼ εἰς μάστιγας ἕτοιμος*· νῦν δὲ μαστιγωθεὶς ἱκανῶς, ἀνεθῆναι καθικετεύει, μήπως τῇ περισσοτέρᾳ λύπῃ καταποθῇ.

Ἐν ἐλεγμοῖς ὑπὲρ ἀνομίας ἐπαίδευσας ἄνθρωπον. Ἐν τῷ ἐλέγχειν, τουτέστιν ἰατρεύειν, ἐπαίδευσας ἄνθρωπον, ἕνεκεν ἀνομίας, οὐ δι' ἕτερόν τι. Ὥστε σωτήριος ἡ παιδεία σου· ἄνθρωπον δὲ λέγει ἑαυτόν.

D

Καὶ ἐξέτηξας ὡς ἀράχνην τὴν ψυχὴν αὐτοῦ. Καὶ ἐλέπτυνας ταύτην τοῖς πειρασμοῖς, περικαθαίρων τὸ ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας πάχος αὐτῆς· λεπτώτατον δὲ ζῶον, ὁ ἀράχνης, καὶ μᾶλλον ἐπὶ τοῖς σκέλεσι. Παχύνει μὲν γὰρ τὴν ψυχὴν ἡ ἁμαρτία· λεπτύνει δὲ ἡ κακοπάθεια.

Πλὴν ματὴν πᾶς ἄνθρωπος. Πάλιν ἐπανέλαβεν

Vers. 8. *Et nunc, quæ expectatio mea? nonne Dominus?* Cæterum, inquit, rebus sic se habentibus, quænam est spes mea, nonne solus Dominus? Per interrogationem autem legendus est hic versiculus.

Et substantia mea a te est. Et essentia mea, totum nimirum esse meum, a te est. Curam igitur habeto creaturæ tuæ, quæ grata mente suum agnoscit factorem.

Vers. 9. *Ab omnibus iniquitatibus meis eripe me.* Iniquitates enim causa esse solent tentationum et calamitatum. Ab hujusmodi igitur causa liberari optat. Vel, per iniquitates figurate tentationes intelligit, veluti effectum a causa.

Opprobrium insipienti dedisti me. Ipsi Semei nimirum, qui me conviciis impetiit, iniquum et sanguinarium appellans. Reassumpsit autem sermonem Propheta, et per crebram miseriarum suarum commemorationem misericordem Deum magis ad misericordiam trahit. Solet etiam dæmon iis qui a se victi fuerint, victoriam suam improperare, atque in illos probra jacere.

Vers. 10. *Obsurdui.* Sponte mea nimirum, adeo ut non audire visus sim.

Et non aperui os meum. Neque aliquid contra dixi.

Quoniam tu fecisti. Quia, inquit, tu ei mandasti ut mihi conviciaretur. *Dominus enim*, inquit, *dixit ei, ut malediceret David* [10]; et mihi etiam jussit, ut tacerem : *Peccasti* enim, inquit, *tace* [11].

Amove a me plagas tuas. Tentationes videlicet et calamitates quæ mihi exterius permissione tua, et stimulos, qui interius a mea inferuntur conscientia.

Vers. 11. *A fortitudine manus tuæ ego defeci.* Per manum hic puniendi potentiam intelligit. *Defeci*, inquit, hoc est, debilitatus sum. Illud considera, quomodo in præcedenti psalmo Propheta, flagellis se erudiendum exponens, diceret : *Quoniam in flagella paratus sum* [12], et nunc eis gravius percussus, solvi rogat, ne ampliori absorberetur tristitia.

Increpationibus propter iniquitates erudisti hominem. Dum increpas, inquit, et redarguis, hoc est, dum pie mederis, erudisti hominem : atque hoc propter iniquitates, et non alia de causa. Salutaris est igitur castigatio tua; per hominem vero seipsum intelligit.

Vers. 12. *Et extenuasti sicut araneam animam meam.* Crebris, inquit, tentationibus et flagellis attenuasti animam meam : crassitudinem illam nimirum, quæ ob peccata concreverat, ei circumcidens. Est autem aranea exile animal, cui nunc animam suam comparat. Solet enim anima a peccatis quodammodo crassior reddi, et contra, afflictione et flagellis attenuari.

Verumtamen frustra omnis homo. Ad majorem

[10] II Reg. xvi, 10. [11] Psal. xlix, 21. [12] Psal. xxxvii, 18.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

corroborationem sententiæ a se dictæ, eumdem Propheta repetit sermonem; subintelligendum est tamen verbum, *Conturbatur*.

A τὸν περὶ τούτου λόγον πρὸς βεβαιοτέραν πληροφορίαν· λείπει δὲ τὸ, *Ταράσσεται*.

Vers. 13. *Exaudi orationem meam, Domine, et supplicationem meam auribus percipe.* Idem æque significant hæc verba, per Prophetam more suo sic ingeminata.

Εἰσάκουσον τῆς προσευχῆς μου, Κύριε, καὶ τῆς δεήσεώς μου ἐνώτισαι. Ἐκ παραλλήλου τὸ αὐτό φησιν, ὡς ἔθος αὐτῷ.

Lacrymas meas ne sileas. Id est, Ne despicias. Nam qui aliquem despiciunt, tacere solent. Indifferens autem est constructio verborum, *Exaudi* et *Ne sileas*. Illud etiam considera, quomodo non simpliciter orat Propheta noster, sed cum lacrymis.

Τῶν δακρύων μου μὴ παρασιωπήσῃς. Ἀντὶ τοῦ, Μὴ παρίδῃς· οἱ γὰρ παροῤῥωντές τινα, σιωπῶσιν. Ἀδιάφορος δὲ ἡ σύνταξις τοῦ, *Ἐνώτισαι*, καὶ τοῦ, *Μὴ παρασιωπήσῃς*. Ὅρα δὲ, ὅτι οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ μετὰ δακρύων ἱκέτευε.

Quoniam ego incola sum apud te et peregrinus, sicut omnes patres mei. Accola, seu indigena dicitur ille, qui loci alicujus permanens est ac perpetuus habitator; incola vero is qui ad tempus habitat, quique jubente fundi domino habitationem mutat. Ego, inquit, si cæteris hominibus comparer, accola quidem sum, et possessæ terræ indigena; sed, si ad te Deum meum suspicio, incolam me esse fateor. Te enim jubente transmigrabo, et hoc mundo relicto ad alium ire compellar. Peregrinus similiter, ubi modicum quid fuerit in aliena regione immoratus, eo postmodum revertitur, unde fuerat profectus. Cui comparari potest quilibet mortalis. Nam ad certum ac breve tempus vivimus, et demum in ea, unde originem duximus, iterum resolvimur.

Ὅτι πάροικος ἐγώ εἰμι παρὰ σοὶ καὶ παρεπίδημος, καθὼς πάντες οἱ πατέρες μου. Κάτοικος μέν ἐστιν ὁ μόνιμος οἰκήτωρ· πάροικος δὲ, ὁ πρόσκαιρος, B ὁ μετοικιζόμενος, κελεύοντος τοῦ τῆς γῆς δεσπότου. Πρὸς μὲν τοὺς ἀνθρώπους, κάτοικός εἰμι, φησὶν, ἀντεχόμενος τῆς ἐμῆς γῆς ὡς ἰδίας· παρὰ σοὶ δὲ, τουτέστι πρὸς σὲ, πάροικος. Σοῦ γὰρ κελεύσαντος τοῦ Κυρίου τῆς γῆς, μετοικίζομαι πρὸς ἕτερον κόσμον. Καὶ ὁ παρεπίδημος δὲ, πρὸς ὀλίγον τισὶν ἐπιδημήσας, αὖθις ἀπεισιν ὅθεν ἦλθε. Τοῦτο δὲ ποιεῖ πᾶς ἄνθρωπος πρὸς καιρὸν βιώσας, εἶτα θανὼν καὶ ἀναλυθεὶς εἰς τὰ ἐξ ὧν συνέκειτο.

Vers. 14. *Dimitte mihi ut refrigerer priusquam abeam.* Parce mihi, inquit, siste flagellum, ut paululum consoler, et afflictiones a me excutiam antequam moriar [vel dic, quod peccatorum veniam in præsenti vita postulat].

Ἄνες μοι ἵνα ἀναψύξω, πρὸ τοῦ με ἀπελθεῖν· Φεῖσαί μου, στῆσον τὴν μάστιγα, ἵνα μικρὸν παρηγορηθῶ, καὶ ἀποτείσωμαι τὰς θλίψεις, πρὸ τοῦ ἀποθανεῖν με.

C

Et amplius non ero. Et cum ivero ubi sunt patres mei, non ero amplius, hoc est, non amplius vivam. Vel, non ero amplius in præsenti mundo. Hæc etiam verba ad placandam Dei iram, et ad ejus misericordiam conciliandam dicta sunt; illud autem, *Non amplius*, ad orationis confirmationem.

Καὶ οὐκέτι οὐ μὴ ὑπάρξω. Καὶ ἀπελθὼν ὅπου καὶ οἱ πατέρες μου, οὐκέτι ὑπάρξω, τουτέστιν, οὐκέτι βιώσομαι· ἢ, οὐκέτι ὑπάρξω ἐν τῷ παρόντι κόσμῳ. Δυσωπητικὰ δὲ καὶ ἄγαν οἰκτρὰ τὰ ῥήματα. Τὸ δὲ, *Οὐ μὴ*, πρὸς βεβαίωσιν τοῦ λόγου παρείληπται.

In finem Psalmus ipsi David.

PSALMUS XXXIX.

Εἰς τὸ τέλος τῷ Δαβίδ.

ΨΑΛΜΟΣ ΛΘ'.

Sancto Spiritu afflatus beatus David, hunc psalmum in persona Ecclesiæ Christianorum cecinit, quo gratias Deo agit pro mirificis donis quibus a Deo gratis donata est, et ab eo adversus insurgentes in se tyrannos opem petit. *In finem* inscribitur, quia quæ hic traduntur finem quemdam respiciebant, quem postea habuerunt.

Οὗτος ὁ ψαλμὸς ἐνηχήθη τῷ Δαβὶδ ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἐκ προσώπου τῆς Ἐκκλησίας τῶν Χριστιανῶν, εὐχαριστούσης μὲν ἐφ' οἷς ἠξιώθη τῆς θείας χάριτος, δεομένης δὲ περὶ τῶν ἐπανισταμένων αὐτῇ τυράννων. *Εἰς τὸ τέλος* δὲ ἐπιγέγραπται, διὰ D τὸ τὰ γεγραμμένα πρὸς τέλος ἀφορᾷν· γέγονεν γὰρ πάντα.

Vers. 2. *Expectans expectavi Dominum.* Hujusmodi verborum repetitio frequentissima est apud Hebræos, et intensionem quamdam mentis denotat, ut illud: *Videns vidi*, et, *Cognoscens cognosces*, hoc est, Exquisite cognosces, et alia hujusmodi. *Expectans* igitur *expectavi Dominum*, hoc est, Valde expectavi adjutorem meum Christum. *Ipse* enim *est expectatio gentium*[13], quemadmodum de eo antea a prophetis prænuntiatum est.

Ὑπομένων ὑπέμεινα τὸν Κύριον. Ὁ τοιοῦτος διπλασιασμὸς, συνήθης μὲν τοῖς Ἑβραίοις· ἔστι δὲ ἐμφαντικὸς ἐπιτάσεως, ὡς τὸ, *Ἰδὼν ἴδον*, καὶ, *Γινώσκων γνώσῃ*, ἀντὶ τοῦ, Ἀκριβῶς γνώσῃ, καὶ τὰ τοιαῦτα. *Ὑπομένων* οὖν *ὑπέμεινα*, ἀντὶ τοῦ, Σφόδρα προσεδόκησα βοηθὸν τὸν Χριστόν. Καὶ Αὐτὸς γὰρ, φησὶ, *προσδοκία ἐθνῶν*· περὶ τούτου γὰρ οἱ προφῆται προκατήγγειλον.

Et intendit mihi. In me, inquit, oculos suos

Καὶ προσέσχε μοι. Καὶ ἐπιμελῶς ἅμα καὶ εὐ-

[13] Gen. XLIX, 10.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

μενῶς εἶδε ταλαιπωρούμενον ὑπὸ τῆς πλάνης τῶν εἰδώλων.

A injecit, et benevolo aspexit intuitu; in me, inquam, summa constitutum in miseria, dum idolorum errores sequerer.

Καὶ εἰσήκουσε τῆς δεήσεώς μου. Τῆς ὑπὲρ ἐμοῦ δεήσεως· ἐδέοντο γὰρ ὑπὲρ αὐτοῦ οἱ προφῆται.

Et exaudivit preces meas. Preces scilicet pro me emissas. Rogabant enim prophetæ pro futuro Ecclesiæ statu [illius etiam personam induentes, ut nunc facit beatus David].

Καὶ ἀνήγαγέ με ἐκ λάκκου ταλαιπωρίας, καὶ ἀπὸ πηλοῦ ἰλύος. Τοὺς μεγίστους κινδύνους τοιούτοις οἱ παλαιοὶ ὀνόμασιν ὑπεσήμαινον (45). Λέγοιτο δ' ἂν λάκκος μὲν ταλαιπωρία; ὁ βόθρος τῆς πλάνης, ὑφ' ἧς ἐταλαιπώρει κατὰ ψυχήν· πηλὸς δὲ ἰλύος, ἤτοι ἰλυώδης καὶ δυσώδης, ἡ σύστασις τῶν ἐμπαθειῶν, ἡ φθοροποιὸς καὶ ἐφεκτικὴ τῆς ἐμπιπτούσης αὐτῷ (44) ψυχῆς.

Vers. 3. *Et exaudivit me de lacu miseriæ, et de luto limi.* Solebant antiqui hujusmodi dictionibus maxima pericula exprimere. Dici autem potest quod lacus miseriæ sit illa fovea erroris, in qua olim gentes quæ in unam Ecclesiam congregatæ sunt, veluti in quodam carcere secundum animam misere affligebantur; et quod lutum limi, hoc est, limosum ac putridum lutum, illa sit humanarum passionum atque affectuum collectio, quæ corruptionem quamdam in nostris mentibus generat, et animas omnes quasi tenaci quonam cœno obvolutas detinet, quæ in eam deciderint.

Καὶ ἔστησεν ἐπὶ πέτραν τοὺς πόδας μου. Ἐπὶ πέτραν καὶ ἀσφάλειαν πίστεως.

B *Et statuit supra petram pedes meos.* Supra petram, hoc est, supra securitatem fidei.

Καὶ κατεύθυνε τὰ διαβήματά μου. Καὶ ὑποδείξας μοι τὴν ὁδὸν τῆς σωτηρίας διὰ τῶν εὐαγγελικῶν ἐντολῶν, ἐξῆρε πᾶν σκολιὸν, καὶ ἀπηύθυνε τὴν πορείαν μου, ὡς μηκέτι σκολιῶς καὶ πεπλανημένως βαίνειν με.

Et direxit gressus meos. Et ostensa mihi salute per præcepta evangelica, omnique prorsus explosa tortuositate, iter meum adeo direxit, ut per obliqua, aut per devios calles amplius non incedam.

Καὶ ἐνέβαλεν εἰς τὸ στόμα μου ᾆσμα καινόν. Τὰς ᾠδὰς, ἃς οἱ Χριστιανοὶ συνέθηκαν ἐπὶ καινοῖς τοῦ Σωτῆρος κατορθώμασιν. Ἢ τὴν εὐχὴν τοῦ, *Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς*, ἣν ὁ Χριστὸς ὑφηγήσατο.

Vers. 4. *Et immisit in os meum canticum novum.* Cantica nimirum quæ de admirandis atque illustribus Christi gestis Christicolæ cecinerunt. Vel Orationem Dominicam: *Pater noster, qui es in cœlis*, quam Christus nos docuit.

Ὕμνον τῷ Θεῷ ἡμῶν. Τοῦτο ἐπεξηγητικόν ἐστι τοῦ καινοῦ ᾄσματος.

Hymnum Deo nostro. Hoc ad declarationem dictum est novi cantici.

Ὄψονται πολλοί. Φῶς ἐπιγνώσεως, τυφλοὶ πρότερον ὄντες. Ἢ ὄψονται τὰ σημεῖα καὶ τέρατα τοῦ C Χριστοῦ, καὶ τῶν ἁγίων αὐτοῦ.

Videbunt multi. Lumen nimirum scientiæ, cum antea cæci essent. Vel videbunt signa et miracula Christi et sanctorum ejus.

Καὶ φοβηθήσονται. Τὸν ἐνεργοῦντα τὰ τοιαῦτα Χριστόν.

Et timebunt. Christum scilicet hujusmodi facientem miracula.

Καὶ ἐλπιοῦσιν ἐπὶ Κύριον. Τὸ *Ἐλπιοῦσιν*, ἀντὶ τοῦ Πιστεύσουσιν· ἐλπίζει γὰρ ὁ πιστεύων. Ἢ ἐλπιοῦσιν, ὅτι σώσει αὐτοὺς, πεπιστευκότας εἰς αὐτόν. Κύριον δὲ νόει τὸν Χριστόν.

Et sperabunt in Domino. Sperabunt, id est Credent; credit enim qui sperat. Vel, sperabunt quod eos salvaturus sit, qui crediderint in illum. Per Dominum autem Christum intellige.

Μακάριος ἀνὴρ, οὗ ἐστιν τὸ ὄνομα Κυρίου ἐλπὶς αὐτοῦ. — Τὸ ὄνομα Κυρίου, ἀντὶ τοῦ Ὁ Κύριος. Μακαρίζει δὲ τὸν ἐπὶ μόνῳ πεποιθότα Θεῷ, καὶ μὴ ἐφ' ἑτέρῳ πράγματι· ἀλλαχοῦ γάρ φησι· *Μακάριος ἀνὴρ, ὁ ἐλπίζων ἐπὶ Κύριον.* Ἔστι δὲ ἡ τοῦ παρόντος ῥητοῦ σύνταξις οὕτως· *Μακάριος ἀνὴρ, οὗ αὐτοῦ ἐστι τὸ ὄνομα Κυρίου ἐλπίς.* D Δυνάμεθα δὲ καὶ ἄλλως τοῦτο νοῆσαι περὶ τῶν Χριστιανῶν, καθ' ὑπερβατὸν συντάττοντες οὕτως· *Μακάριος, οὗ ἐστιν ἐλπὶς τὸ ὄνομα Κυρίου αὐτοῦ*· παντὶ δὲ Χριστιανῷ τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ ἐστιν ἐλπὶς καὶ σωτηρία. Καὶ τοῦτο οἱ μάρτυρες ἔδειξαν ἐνώπιον τῶν τυράννων, δόξαν, καὶ πλοῦτον, καὶ ἐλπίδα ἑαυτῶν, τὸ τοῦ Χριστιανισμοῦ ὄνομα ὁμολογήσαντες.

Vers. 5. *Beatus vir, cujus est nomen Domini spes ejus.* Nomen Domini, hoc est, Dominus. Beatum igitur eum dicit qui in solo Deo confidit, et non alia in re. Alibi etiam dicit: *Beatus vir qui speras in Domino* [14]. Et ordo est: Beatus vir, cujus est nomen Domini spes. Possumus etiam de Christianis hoc dictum intelligere, et construere per figuram hyperbaton, hoc modo: *Beatus vir cujus est spes nomen Domini ejus* [15]. Cuilibet autem Christiano nomen Christi spes est et salus; quod sancti martyres præcipue attestati sunt coram tyrannis: quibus apertissime dicebant se divitias suas omnes, et omnem gloriam et spem in hoc collocasse, quod Christi Dei sui nomine insignitis essent, dum Christiani appellarentur.

[14] Psal. LXXXIII, 13. [15] Psal. XXXIX, 5.

Variæ lectiones.

(45) Al. ἀπεσήμανον. (44) Al. αὐτῇ.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Et non respexit in vanitates. Et hujusmodi vir inanibus rebus operam non dedit : quæ a multis summa reputantur bona.

Et insanias falsas. A communi sensu rursus subintelligendum est, *Et non respexit.* Insaniæ autem falsæ [ex Græcæ dictionis significatione] vaticinia sunt. Vates enim illi debacchati dementes fiebant, et furentium instar ferebantur. Verum falsa erant, quæ prænuntiabant. Per hujusmodi autem vaticinia universum idolorum cultum denotare voluit, veluti totum a parte.

VERS. 6. *Multa fecisti tu, Domine Deus meus, mirabilia tua.* Admiratus beatus David ineffabile Incarnationis Christi mysterium, et condignum illi sermonem invenire non valens, exclamatione solum, quod potuit, tam grande donum prosecutus est : Multa, inquiens, admiranda fecisti, tu Domine Deus meus. Ita etiam alibi Apostolus facit, quando admirabundus clamat : *O altitudo divitiarum sapientiæ et scientiæ Dei! quam inscrutabilia sunt judicia ejus, et investigabiles viæ ejus* [16] ! Mirabilia autem appellat non ea tantum, quæ tempore Moysi, aut Jesu Nave, aut quæ illis antiquiora a Deo facta sunt miracula, sed ea potius quæ tempore Incarnationis Salvatoris nostri facta sunt, et quæ per spiritum prævidens Propheta summa cum admiratione quæ diximus verba protulit.

Et cogitationibus tuis, non est qui similis erit tibi. Et non est aliquis tibi in cogitationibus tuis comparandus. Iis, inquam, cogitationibus, quas summa cum providentia pro hominum salute sollicitus habuisti. Ecce enim quod grande et quod admirandum opus excogitasti, ut tu homo fieres propter hominem.

Annuntiavi et locutus sum, multiplicata sunt super numerum. Annuntiavi, inquit, et docui multa mirabilia tua in multis psalmis, verum adhuc multiplicata sunt, et adeo innumerabilia esse apparuerunt, ut aliquo numero concludi non potuerint. Nam quæ dudum cognovi, propter altitudinem et immensitatem incomprehensibilia sunt. Vel, cum quid dicerem non haberem, hoc tantum annuntiavi et locutus sum, quod omnem transcenderunt numerum.

VERS. 7. *Sacrificium et oblationem noluisti, corpus autem perfecisti mihi.* Quæ sequuntur in personam Christi dicenda sunt, ut magnus nos docuit Paulus in Epistola ad Hebræos [17]. Ait igitur quod post Incarnationem Deus Filius dixit ad Patrem : Tu, Pater, in posterum legale omne sacrificium reprobasti, et oblationes omnes lege institutas : verum corpus mihi effecisti ex Virginis sanguinibus, ut pro hominum salute in sacrificium offerrer.

VERS. 8. *Holocausta, et pro peccato non quæsivisti.* In Levitico et Deuteronomio clare invenies, quænam essent holocausta, et quæ sacrificia pro

A *Καὶ οὐκ ἐπέβλεψεν εἰς ματαιότητας.* Καὶ ὁ τοιοῦτος οὐκ ἐσπούδασεν εἰς τὰ μάταια, δηλαδὴ εἰς τὰ δοκοῦντα τοῖς πολλοῖς ἀγαθά.

Καὶ μανίας ψευδεῖς. Ἀπὸ κοινοῦ πάλιν τὸ, *Οὐκ ἐπέβλεψε* · μανίαι δὲ ψευδεῖς, αἱ μαντεῖαι · οἱ γὰρ μάντεις βακχεύοντες ἐξίσταντο μὲν τοῦ καθεστηκότος, καὶ παρεφέροντο δίκην μαινομένων · ἐψεύδοντο δὲ, περὶ ὧν ἔλεγον. Ἀπὸ δὲ τῆς μαντείας ὅλην τὴν εἰδωλολατρείαν ἠνίξατο, ὡς ἀπὸ μέρους τὸ πᾶν.

Πολλὰ ἐποίησας σὺ, Κύριε ὁ Θεός μου, τὰ θαυμάσιά σου. Ἐκπλαγεὶς ὁ μέγας Δαβὶδ τὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Χριστοῦ παράδοξον μυστήριον, καὶ μὴ δυνηθεὶς ἄξιον λόγον εὑρεῖν, τοῦτον μόνον B ἐπεφώνησεν, ὅτι *Πολλὰ τὰ θαυμάσιά σου ἐποίησας, Κύριε ὁ Θεός μου* · ὃ καὶ ὁ Ἀπόστολος πέπονθε Παῦλος · ὑπερθαυμάσας γὰρ, ἀνεβόησεν · *Ὦ βάθος πλούτου, καὶ σοφίας, καὶ γνώσεως Θεοῦ! ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ!* Θαυμάσια δὲ λέγει, οὐ μόνον τὰ ἐπὶ Μωσέως, καὶ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ, καὶ Σαμουὴλ, καὶ τὰ τούτων παλαιότερα τερατουργήματα, ἀλλ' ἔτι μᾶλλον τὰ κατὰ τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ Σωτῆρος, ἃ προεῖδὼν ἐν πνεύματι, θεσπεσίως βοᾷ τὸ ῥηθέν.

Καὶ τοῖς διαλογισμοῖς σου, οὐκ ἔστι τίς ὁμοιωθήσεταί σοι. Οὐκ ἔστιν ὅστις ὁμοιωθήσεταί σοι ἐν C τοῖς διαλογισμοῖς σου, λέγω δὲ, τοῖς περὶ τῆς προνοίας καὶ σωτηρίας. Ἰδοὺ γὰρ οἷον πρᾶγμα διελογίσω, γενέσθαι ἄνθρωπος διὰ τὸν ἄνθρωπον.

Ἀπήγγειλα καὶ ἐλάλησα, ἐπληθύνθησαν ὑπὲρ ἀριθμόν. Ἀπήγγειλα, φησὶ, καὶ ἐδίδαξα περὶ πολλῶν θαυμασίων σου ἐν πολλοῖς ψαλμοῖς · ἀλλ' ἐπληθύνθησαν ἔτι, καὶ ἐφάνησαν ἀναρίθμητα, μὴ δυνάμενα ὑποπεσεῖν ἀριθμῷ · ἃ γὰρ νῦν ἔγνων, ἀπερίληπτά εἰσι, διὰ τὸ μεγαλεῖον τῆς φύσεως αὐτοῦ. Ἢ καὶ ἄλλως · Μηδὲν ἕτερον εἰπεῖν δυνάμενος, ἀπήγγειλα καὶ ἐλάλησα νῦν τοῦτο μόνον περὶ αὐτῶν, ὅτι ἐπληθύνθησαν ὑπὲρ ἀριθμόν.

Θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας · σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι. Τὰ ἐντεῦθεν ἐκ προσώπου τοῦ Χριστοῦ ῥηθῆναι Παῦλος ὁ ἀπόστολος ἐδίδαξεν ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους Ἐπιστολῇ · φησὶ γὰρ ὁ Υἱὸς καὶ Θεὸς πρὸς τὸν Πατέρα μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν, ὅτι Τοῦ λοιποῦ ἀπεδοκίμασας τὴν νομικὴν θυσίαν, καὶ τὴν ἐκεῖθεν προσφοράν · σῶμα δὲ κατεσκεύασάς μοι παρθενικῶν ἐξ αἱμάτων, εἰς τὸ θυσιασθῆναι τοῦτο περὶ σωτηρίας τῶν ἀνθρώπων.

Ὁλοκαυτώματα, καὶ περὶ ἁμαρτίας οὐκ ἐζήτησας. Ἐν τῇ βίβλῳ τοῦ Λευϊτικοῦ καὶ τοῦ Δευτερονομίου σαφῶς εὑρήσεις, τίνα μὲν τὰ ὁλοκαυτώ-

[16] Rom. xi, 33. [17] Hebr. x, 5.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ματα, τίνα δὲ τὰ περὶ ἁμαρτίας θύματα, καὶ ἁπλῶς, διαφορὰς τῶν θυσιῶν καὶ προσφορῶν. Τέως δ' οὖν φησιν, ὅτι Ἐμοῦ σαρκωθέντος, τοῦ λογικοῦ καὶ ἀληθινοῦ θύματος, τοῦ αἴροντος τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, οὐδὲν σῶμα (45) νομικὸν ἐξεζήτησας.

Τότε εἶπον· Ἰδοὺ ἥκω. Τότε· πότε; Ὅτε τὰ νομικὰ θύματα ἀπηυδόκησας· τότε γὰρ εἶπον αὐτὸς, ὅτι *Πάτερ, ἦγγικεν ἡ ὥρα· δόξασόν σου τὸν Υἱόν*· τὸ γὰρ, *Ἰδοὺ ἥκω*, Ὡς ὁρᾷς ἡτοίμασμαι.

Ἐν τῷ καταθλᾶσθαι τὰ ὀστᾶ μου, ὠνείδιζόν με οἱ ἐχθροί μου, ἐν τῷ λέγειν αὐτούς μοι καθ' ἑκάστην ἡμέραν· Ποῦ ἐστιν ὁ Θεός σου; Συντριβομένων τῶν ὀστῶν μου τῷ ἄχθει τῶν φόρτων, ἢ καὶ ταῖς ῥάβδοις· καὶ καταπονουμένης ἐν ἐμοὶ δυνάμεως (ἣν δηλώσει διὰ τῶν ὀστῶν), ἐπετώθαζον οἱ ἐχθροί μου ἐν τῷ λέγειν ἀεὶ, *Ποῦ ἐστιν ὁ Θεός σου*, ἵνα ἐξέληταί σε;

Ἵνατί περίλυπος εἶ, ἡ ψυχή μου, καὶ ἵνατί συνταράσσεις με; Ἔλπισον ἐπὶ τὸν Θεὸν, ὅτι ἐξομολογήσομαι αὐτῷ· σωτήριον τοῦ προσώπου μου, καὶ ὁ Θεός μου. Ἐπανέλαβε τὰ προειρημένα περὶ ὧν ἀνωτέρω διελάβομεν· ἐπανέλαβε δὲ ταῦτα, θάρσους ἑαυτὸν ἐμπιπλῶν, καὶ ὑπομονῆς. Ἁρμόζει δὲ τὰ τοῦ παρόντος ψαλμοῦ καὶ παντὶ κατὰ Θεὸν ἐν τῷ βίῳ τούτῳ κακοπαθήσαντι, καὶ ἐπιποθοῦντι τὴν πρὸς ἀνάλυσιν καὶ ἐπάνοδον, ὃς ὀνειδίζοντας νοήσει οὐ μόνον τοὺς δαίμονας, ἀλλὰ καὶ τοὺς βαρβάρους ἐχθρούς· γῆν δὲ Ἰορδάνου, τὴν κατωτάτην ὄσον πρὸς οὐρανόν· Ἰορδάνης γὰρ ἑρμηνεύεται γῆ κατωτάτη· Ἑρμωνιεὶμ, τόπος λύπης· καὶ τὰ λοιπὰ δὲ, καταλλήλως ἀποδώσει.

A *Omnes sublevationes tuæ, et fluctus tui super me transierunt.* Per sublevationes, et per fluctus, tentationum ac calamitatum incursus intelligit. Ait igitur: Omnia flagella tua fecerunt iter super me. *Omnes* autem dixit, propter earum multiplicitatem.

Vers. 9. *Die mandabit Dominus misericordiam suam. Die*, hoc est, in die, pro, manifeste et palam. *Mandabit* autem, hoc est, mittet. Jubere enim ac mandare videtur qui mittit; vel, ordinabit, et disponet misericordiam suam. Sermo vero hic prædicit, quemadmodum revocatio eorum in patriam omnibus fiet manifesta.

Et nocte canticum ejus apud me. Per totum hoc captivitatis tempus, noctuque, quando tuto magis B id facere possum, canam Deo meo. In die enim otium mihi nullum datur, cum dominis serviam, et opportuno caream tempore.

Oratio Deo vitæ meæ. Non modo illius canticum erit apud me, sed etiam oratio; canticum quidem in gratiarum actionem pro opportuna et jamdiu exspectata liberatione, oratio vero ad acceleranem hujus liberationis. Et quod ait: *Deo vitæ meæ*, expone, id est, Deo datori vitæ, ut illud: *Deus salutis meæ* [33], id est, Salvator meus.

Vers. 10. *Dicam Deo: Adjutor meus es, quare oblitus es mei, et quare contristatus incedo dum affligit me inimicus?* Oblitus esse videbatur Deus Judæorum, quia jam diu in inimicorum potestate ab eo relicti fuerant, ubi affligebantur, quemadmodum C dum verisimile est eos affligi, qui in captivitate constituti sunt.

Vers. 11. *Dum confringuntur ossa mea, exprobraverunt mihi inimici mei, dum dicunt mihi per singulos dies: Ubi est Deus tuus?* Contritis nimirum ossibus meis ob tam grave onus servitutis, vel ob verbera, et plagas, quæ assiduo mihi a Babyloniis infliguntur. Vel Fatigatus sum, ac debilitatus viribus meis. Per ossa enim vires intelligit. Cum itaque hoc pacto me haberem, irridebant me inimici mei, illud mihi semper objicientes: *Ubi est Deus tuus*, qui te eripiat et liberet?

Vers. 12. *Quare tristis es anima mea, et quare conturbas me? spera in Deo quoniam confitebor illi, salutare vultus mei, et Deus meus.* Repetit quæ jam D superius dixerat, quod facit ut fiducia sese ac patientia muniret. Congruit etiam hic psalmus pio cuilibet ac religioso viro, qui multas calamitates in præsenti vita passus sit, quique dissolvi [cum Paulo] optet, et redire ad Deum [34]. Et tunc per exprobrantes, non ipsos tantum dæmones, sed inimicos etiam intelliges, et per terram Jordanis, inferiorem terram hanc nostram, quæ comparatione, cœlesti longe est inferior. Jordanis namque interpretatur *terra inferior*; Hermoniim vero *locus doloris*, et alia juxta hunc sensum consequenter expones.

[33] Psal. xxxvii, 23. [34] Philipp. i, 23.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Psalmus ipsi David qui apud Hebræos sine inscriptione habetur.

Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ, ἀνεπίγραφος παρ' Ἑβραίοις.

PSALMUS XLII.

ΨΑΛΜΟΣ ΜΒ'.

Præsens psalmus caret inscriptione, veluti qui ejusdem est argumenti et sententiæ cum superiori psalmo, et illius quodammodo pars esse videtur. Plurimum enim cum eo congruit ; et verisimile est eumdem fuisse, qui hæc, atque illa verba protulerit. Quæ etiam simili modo ex unius tantum dicuntur persona, veluti qui totius populi causam ac effectum est, quia rarus ac pene unicus quis

Ἀνεπίγραφός ἐστιν, ὡς τῆς αὐτῆς τῷ πρὸ αὐτοῦ τυγχάνων διανοίας· δοκεῖ γὰρ μέρος αὐτοῦ, διὰ τὸ πολλὴν ἔχειν συμφωνίαν· ὁ γοῦν τὰ ἐν ἐκείνῳ φθεγξάμενος, φθέγγεται καὶ τὰ ἐν τούτῳ. Εἴς δέ τις ἐστὶν ὁ λέγων, καὶ τὰ πάθη τοῦ γένους εἰς ἑαυτὸν ἀναδεχόμενος, διότι καὶ σπάνιος ὁ τοιοῦτος. passiones in se susceperit. Quod fortassis illa ratione repériri possit qui id faciat.

Vers. 1. *Judica mihi, Deus.* Verbum *Judica* si cum accusativo jungatur idem significat quod Condemna, juxta quod dictum legimus [35] : *Judica illos, Deus ;* si vero cum dativo [ut hic], idem erit quod Judex esto.

Κρῖνόν μοι, ὁ Θεός. Τὸ *Κρῖνον*, εἰ μὲν αἰτιατικῇ πτώσει συνταγείη, σημαίνει κυρίως τὸ Κατάκρινον, ὡς τό· *Κρῖνον αὐτούς, ὁ Θεός·* εἰ δὲ δοτικῇ, τὸ, Κριτὴς γενοῦ.

Et discerne causam meam de gente non sancta. De gente, id est, Cum gente. Vel, discerne causam de gente scelesta, atque injusta, et Deum verum non colente. Intelligit autem Babylonios.

Καὶ δίκασον τὴν δίκην μου ἐξ ἔθνους οὐχ ὁσίου. — *Ἐξ ἔθνους*, ἀντὶ τοῦ, Μετὰ ἔθνους· ἢ τὴν ἐξ ἔθνους ἀνοσίου, καὶ τὰ εἰς Θεὸν ἀδίκου· τοιοῦτος γὰρ ὁ ἀνόσιος· λέγει δὲ τοὺς Βαβυλωνίους.

A viro injusto et doloso eripe me. Injustum quidem dicit, veluti iniquum, atque exlegem, dolosum vero, ut deceptorem. Similia autem fere habentur in illa trium puerorum oratione. Dedisti enim, inquiunt, nos regi injusto, et omnium quæ in terra sunt pessimo. Illud etiam adnotandum, quod singulari aliquando, et aliquando plurali seu collectivo nomine eo, accusat : quia nimirum, et privata, et communi pravitate convivebant. Tu vero per gentem, et hominem injustum et dolosum ipsos dæmones, et dæmonum principem intelliges. Nihil enim differunt ab homine perturbationibus, quippe cum, more hominum, vesano voluptatum amore corripiantur, corporeis quod afficiantur passionibus, et variis inquinentur concupiscentiis.

Ἀπὸ ἀνδρὸς ἀδίκου καὶ δολίου ῥῦσαί με. Ἀδίκου μὲν, ὡς ἀνόμου· *δολίου* δὲ, ὡς ἀπατεῶνός. Δηλοῖ δὲ καὶ τοῦτο καὶ ἡ προσευχὴ τριῶν παίδων. Παρέδωκας γὰρ φησὶν, ἡμᾶς βασιλεῖ ἀδίκῳ καὶ παρανομωτάτῳ, παρὰ πᾶσαν τὴν γῆν. Ποτὲ μὲν οὖν, πληθυντικῶς, ποτὲ δὲ, ἑνικῶς αὐτῶν κατηγορεῖ, διότι καὶ κοινῇ καὶ ἰδίᾳ πονηρίᾳ συνέζων. Σὺ δὲ νοήσεις ἔθνος, καὶ τοὺς δαίμονας· ὁμοίως δὲ καὶ ἄνθρωπον ἄδικον καὶ δόλιον, τὸν διάβολον, ὡς προεῖρηται· οὐδὲν γὰρ ἀνθρώπου διαφέρει, κατὰ τὸ ἐμπαθὲς, καὶ φιλήδονον, ὁμοίως ἀνθρώπῳ φιλοσωμάτων, καὶ τοῖς πάθεσιν ἀναφυρόμενος.

Vers. 2. *Quia tu es, Deus, fortitudo mea.* Stabilitas scilicet mea, ac vires meæ.

Ὅτι σὺ εἶ, ὁ Θεὸς, κραταίωμά μου. Στερέωσίς μου ἰσχύς μου.

Quare me repulisti ! Tradens me in captivitatem. Ego enim servus tuus sum, hi vero tibi adversantur.

Ἱνατί ἀπώσω με ; Ἐκδοὺς εἰς αἰχμαλωσίαν· σὸς μὲν γὰρ ἐγὼ δοῦλος· οὗτος δὲ, ἐχθρός σου.

Et quare tristis incedo, dum affligit me inimicus ? Non accusans Deum hoc dicit, sed placans potius, ac mitigans.

Καὶ ἱνατί σκυθρωπάζων πορεύομαι, ἐν τῷ θλίβειν τὸν ἐχθρόν ; Οὐκ ἐγκαλῶν ταῦτά φησιν, ἀλλὰ δυσωπῶν.

Vers. 3. *Emitte lucem tuam, et veritatem tuam.* Juxta anagogen, per lucem et veritatem, Christum intelligit. *Ego* enim, inquit, *lux sum, veritas, et vita* [36]. Juxta historiam vero, lucem appellat protectionem, et custodiam Dei, quæ summum quoddam lætitiæ lumen secum affert, cujus splendore omnes afflictionum tenebræ dissolvuntur. Veritatem autem expone, id est, verum auxilium.

Ἐξαπόστειλον τὸ φῶς σου, καὶ τὴν ἀλήθειάν σου. Ἀναγωγικῶς μὲν, τὸν Χριστὸν αἰνίττεται· φησὶ γάρ· *Ἐγώ εἰμι τὸ φῶς, καὶ ἡ ἀλήθεια, καὶ ἡ ζωή·* καθ' ἱστορίαν δὲ, φῶς μὲν καλεῖ τὴν ἐπισκοπὴν, ἥτις τῷ φωτὶ τῆς χαρᾶς λύει τὸ σκότος τῆς θλίψεως· ἀλήθειαν δὲ, τὴν ἀληθινὴν βοήθειαν.

Ipsa me deduxerunt, et adduxerunt in montem sanctum tuum, et in tabernacula tua. Hoc in loco tempus positum est pro tempore, præteritum nimirum pro futuro. Tua, inquit, lux, et tua veritas, ipsa me deducent, et adducent in montem sanctum tuum Sion, et in tabernacula, hoc est, in templum

Αὐτά με ὡδήγησαν, καὶ ἤγαγόν με εἰς ὄρος ἅγιόν σου, καὶ εἰς τὰ σκηνώματά σου. Ἐνήλλαχται ὁ χρόνος, ἀντὶ Ὁδηγήσουσι καὶ ἄξουσιν· *αὐτὰ* δὲ, δηλαδὴ τὸ φῶς σου καὶ ἡ ἀλήθειά σου· καὶ ὄρος μὲν ἅγιον, τὸ Σιών· σκηνώματα δὲ, ὁ θεῖος ναός. Ἀναγωγικῶς δὲ, ὁ Χριστὸς ὁδηγήσει καὶ ἄξει

[35] Psal. v, 11. [36] Joan. xiv, 6.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τοὺς πιστοὺς εἰς τὴν ἄνω Σιὼν, καὶ τὰ οὐράνια σκηνώματα· Ἐγὼ γὰρ, φησὶν, εἰμὶ ἡ ὁδός.

A tuum. Juxta anagogem Christus, qui, ut superius diximus, lux est, et veritas, deducet et adducet fideles omnes ad supernam Sion, et ad cœlestia tabernacula. *Ego* enim *sum*, inquit, *via*, *veritas*, etc.

Καὶ εἰσελεύσομαι πρὸς τὸ θυσιαστήριον τοῦ Θεοῦ. Λατρεύσων αὐτῷ, καὶ θύσων.

Vers. 4. *Et introibo ad altare Dei.* Adorabo, inquit, Deum, et sacrificabo ei.

Πρὸς τὸν Θεὸν, τὸν εὐφραίνοντα τὴν νεότητά μου. Τοῦτο προσώπῳ φησὶ τῶν ἐν αἰχμαλωσίᾳ γεννηθέντων, καὶ νέων ἀναβαινόντων εἰς Ἱερουσαλήμ· εἰκὸς γὰρ τοὺς πατέρας αὐτῶν ἀποθανεῖν. Ἡ νεότητα λέγει τὴν κατὰ προαίρεσιν· ἐνέζουν γὰρ ταῖς εἰς τὴν τοῦ Θεοῦ λατρείαν προθυμίαις. Ἀναγωγικῶς δὲ νεότης, ἡ διὰ τοῦ βαπτίσματος ἀνανέωσις, καὶ τοῦ παλαιοῦ ἀνθρώπου ἀπέκδυσις.

Ad Deum qui lætificat juventutem meam. Hæc ex eorum persona dicta sunt, qui in captivitate nati erant, et qui modo ascendebant in Jerusalem. Verisimile enim est, eorum parentes in Babylone captivos periisse. Vel per juventutem, vigescens animi propositum intelligit. Renovabantur enim, et quodammodo juvenescebant, cum divini cultus semper magis succenderentur desiderio. Juxta anagogen, per juventutem renovatio illa intelligitur, quæ fit per baptismum, quando, exuto antiquo homine, novum induimus.

Ἐξομολογήσομαί σοι ἐν κιθάρᾳ, ὁ Θεὸς, ὁ Θεός μου. Τὴν προτέραν ἀπολήψομαι κατάστασιν, τοῦτο γὰρ ἐδήλωσεν διὰ τῆς κιθάρας· μετὰ ὀργάνων εὐχαριστήσω σοι· ἃ αἰχμαλωτισθέντες ἐπὶ ταῖς ἰτέαις ἐκρέμασαν, ὡς ἀργίαν ἤδη καταψηφισθέντα. Ἀναγωγικῶς δὲ κιθάρα, ἡ πρακτικὴ ἀρετὴ, ὡς ἐν ἄλλοις εἰρήκαμεν· τὸ δὲ, *ὁ Θεὸς, ὁ Θεός μου*, τὴν εἰς Θεὸν ἐμφαίνει διαπυροτάτην διάθεσιν.

B Vers. 5. *Confitebor tibi in cithara Deus, Deus meus.* Primum inquit, atque amœniorem vitæ meæ statum recuperabo, organisque atque instrumentis musicis, ut olim, tibi gratias agam ; quæ omnia ab eo tempore quo in Babylone captivi sumus, suspendimus in salicibus ; ea nimirum ratione, ut postquam nullus nos tunc musices usus decebat, ipsa instrumenta illic veluti ad otium, atque inertiam condemnata jacerent. Juxta anagogen per citharam, virtutem moralem intelligimus, quæ circa actiones versatur, ut alibi diximus. Verba autem illa : *Deus, Deus meus*, ingentem ac validum ardorem in Deum demonstrant.

Ἱνατί περίλυπος εἶ, ἡ ψυχή μου, καὶ ἱνατί συνταράσσεις με; ἔλπισον ἐπὶ τὸν Θεὸν, ὅτι ἐξομολογήσομαι αὐτῷ, σωτήριον τοῦ προσώπου μου, καὶ ὁ Θεός μου. Τὰ αὐτὰ πάλιν αὐτῷ πρὸς ἐπίῤῥωσιν ἐγκελεύεται.

Quare tristis es anima mea, et quare conturbas me ? spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi salutare vultus mei, et Deus meus. Eadem rursus ipse sibi ad majorem mentis suæ confirmationem præcipit.

Εἰς τὸ τέλος τοῖς υἱοῖς Κορὲ εἰς σύνεσιν. Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

C *In finem filiis Core ad intelligentiam Psalmus ipsi David.*

ΨΑΛΜΟΣ ΜΓ'.

PSALMUS XLIII.

Τοιαύτη μὲν καὶ τοῦ μα' ψαλμοῦ ἐπιγραφή· προειρήκαμεν δὲ περὶ αὐτῆς ἐν ἐκείνῳ. Νῦν δὲ χρὴ τοσοῦτον εἰπεῖν, ὅτι προσώπῳ Ματαθίου τοῦ Μακκαβαίου καὶ τῶν παίδων αὐτοῦ τὸν παρόντα προαναφωνεῖ ψαλμὸν ὁ Δαβὶδ· οἱ καταπονηθείσης τῆς Ἰουδαίας ὑπὸ Ἀντιόχου τοῦ Ἐπιφανοῦς καὶ τῶν Μακεδόνων, καὶ ἀρπαγείσης, φυγάδες ὄντες, ἀνεθάῤῥησαν ὀψέ ποτε, καὶ συναγαγόντες ὅσους ἠδύναντο πρὸς ἄμυναν, παρεσκευάσθησαν τῷ Θεῷ θαῤῥήσαντες. Ὧν τὴν ἱστορίαν ἀκριβῶς τὰ Μακκαβαϊστὰ διδάσκουσιν Ἰωσήπου. Κατεπτηχόσι δὲ τοῖς ἐκ φυγῆς συνηλεγμένοις διὰ τὴν τῶν Μακεδόνων ἀπήνειαν, προσάγουσι παραίνεσιν, ἐν εὐχῆς τύπῳ, τῇ ἀναμνήσει τῶν κατὰ τοὺς πατέρας αὐτῶν γεγενημένων τεραστίων παραθαῤῥύνοντες αὐτοὺς, καὶ εἰς τὸν πόλεμον διεγείροντες.

Similis est inscriptio psalmi XLI, de qua jam diximus. Nunc illud tantum dicere oportet, quod beatus David psalmum hunc scripsit in personam Matathiæ Machabæi, et filiorum ejus, qui cum eo tempore, quo Judæa regio ab Antiocho cognomento Illustri, atque a Macedonibus vastaretur, exsules essent, sero licet, vires tamen, atque animum tandem receperunt. Unde collectis pro tempore copiis, ad defensionem ac vindictam suorum in Deo fidentes sese accinxerunt, ut uberius in eorum historia Josephus retulit. Cum igitur hi exsules D cum cæteris fugitivis, qui ex Judæis congregati fuerant, ob Macedonum sævitiam trepidarent, exhortationem sibi in orationis formam composuerunt, quæ mirabilia quæque progenitorum suorum facta commemoraret : ut his nimirum exemplis animarentur et fidentius excitarentur ad pugnam.

Ὁ Θεὸς, ἐν τοῖς ὠσὶν ἡμῶν ἠκούσαμεν, οἱ πατέρες ἡμῶν ἀνήγγειλαν ἡμῖν ἔργον ὃ εἰργάσω ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῶν, ἐν ἡμέραις ἀρχαίαις. — *Ὁ Θεὸς, ἐν τοῖς ὠσὶν ἡμῶν ἠκούσαμεν*, εἰς βεβαίωσιν τοῦ λόγου πρόσκειται τὸ, *Τοῖς ὠσὶν ἡμῶν*. Καὶ γὰρ εἰώθαμεν, ὅταν διηγώμεθα περὶ ὧν πεπληροφορήμεθα, μάρτυρας αὐτὰ παραλαμβάνειν τὰ

Vers. 2. *Deus, auribus nostris audivimus, patres nostri annuntiaverunt nobis opus quod operatus es in diebus eorum, in diebus antiquis.* Quod dicit : *Audivimus auribus nostris*, dictum est ad majorem confirmationem et majorem fidem sermonis. Solemus enim quando aliquod factum narramus de quo certi sumus, sensus ipsos assumere in testes,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ut illud : *Viderunt oculi nostri* ; item : *Manus nostræ contrectaverunt*, et eum dixerint ; *Audivimus*, subdit, a quibus, a patribus scilicet, per illa nimirum, quæ nobis scripta reliquerunt. Quid autem audierint, et quid operatus sit Deus, audi in sequentibus.

A αἰσθητήρια, ὡς τὸ, *Ἑωράκασιν οἱ ὀφθαλμοὶ ἡμῶν καὶ· Αἱ χεῖρες ἡμῶν ἐψηλάφησαν*. Εἰπόντες δὲ, ὅτι *Ἠκούσαμεν*, ἐπάγουσι καὶ παρὰ τίνων, ὅτι παρὰ τῶν πατρῶν. Δῆλον δὲ, ὅτι (53) ἀπὸ τῶν συγγραμμάτων ὧν ἀπολέλοιπαν. Τί δέ ἐστιν ὃ ἠκούσαμεν καὶ ὃ εἰργάσατο ὁ Θεὸς ἄκουσον διὰ τῶν ἑξῆς,

Vers. 3. *Manus tua gentes exterminavit, et plantasti eos.* Per gentes Chananæos intelligit, et alios populos, qui olim in terra promissionis habitaverant : et per manum ejus, divinam potentiam. *Plantasti eos*, id est, habitare fecisti patres nostros. Et considera exquisitum loquendi modum. De illis enim gentibus dicit, quod Deus exterminavit eas, eo quod penitus eradicatæ sunt ab illa regione. De Judæis vero ait : *Plantasti eos*, quia nimirum in gentium sede, unde illæ exterminatæ et pulsæ fuerant, ipsi firmas ac stabiles radices miserunt. Ipsi enim primi Patres, illinc nunquam expulsi sunt, tametsi eorum liberi admissorum scelerum luentes pœnas, sæpe postmodum Deo jubente alio transmigraverint. Prioribus autem omnibus omissis miraculis, sermonis sui argumentum Prophetæ hinc potissimum elicit, quia si extraneos Deus alienam in sedem collocavit, eis nunc magis sperandum sit, ut pulsi e patria illuc a Deo iterum reducendi, et in pristinum statum restituendi sint.

Ἡ χείρ σου ἔθνη ἐξωλόθρευσε, καὶ κατεφύτευσας αὐτούς. Ἔθνη τὰ τῶν Χαναναίων λέγει, καὶ τῶν ἄλλων, τῶν κατοικούντων πρότερον ἐν τῇ γῇ τῆς ἐπαγγελίας· χεῖρα δὲ λέγει Θεοῦ, τὴν θείαν δύναμιν· *Κατεφύτευσας* δὲ, ἀντὶ Ἐγκατῴκισας τοὺς πατέρας ἡμῶν. Ὅρα δὲ τῶν λέξεων τὴν ἀκρίβειαν· ἐπ' ἐκείνων μὲν, *Ἐξωλόθρευσε*, διὰ τὴν πανωλεθρίαν· ἐπὶ τούτων δὲ, *Κατεφύτευσας*, διὰ τὴν ἐνρίζωσιν. Εἰ γὰρ καὶ μετανάσται γεγόνασι B πρότερον, ἀλλ' οὐκ αὐτοὶ πάντως, ἀλλὰ τὰ τέκνα αὐτῶν, καὶ ταῦτα διὰ τὰς οἰκείας ἁμαρτίας. Τὰ προλαβόντα δὲ θαύματα παραλιπὼν ὁ λόγος, μόνον τοῦτο τίθησιν, ὡς οἰκεῖον πρὸς τὴν ὑπόθεσιν· εἰ γὰρ τοὺς ξένους ἐπὶ τὴν ἀλλοτρίαν ἴδρυσε, πολλῷ μᾶλλον τούτους ἐκβεβλημένους τῆς πατρίδος ἀποκατα-στήσει πάλιν καὶ συναγάγῃ.

Affixisti populos, et ejecisti eos. Gentes scilicet. Neque enim tantummodo ejectæ sunt, sed antequam ejicerentur, diutino etiam bello, et variis calamitatibus fuerunt afflictæ.

Ἔκθλωσας λαοὺς, καὶ ἐξέβαλες αὐτούς. Τὰ ἔθνη· οὐ γὰρ ἐξεβλήθησαν μόνον, ἀλλὰ καὶ πρῶτον ἐκακώθησαν, πολέμῳ καὶ θεσμηνίᾳ.

Vers. 4. *Non enim in gladio suo hæreditaverunt terram.* Terram enim promissionis armis consecuti C non sunt.

Οὐ γὰρ ἐν τῇ ῥομφαίᾳ αὐτῶν ἐκληρονόμησαν γῆν. Οὐκ ἐν τοῖς ὅπλοις ἐκληρονόμησαν γῆν τὴν τῆς ἐπαγγελίας.

Et brachium eorum non salvavit eos. Neque potentia eorum eos liberavit a tantis, et tam tremendis gentibus.

Καὶ ὁ βραχίων αὐτοῦ ἔσωσεν αὐτούς. Οὐδὲ ἡ δύναμις αὐτῶν, ἐῤῥύσατο αὐτοὺς ἀπὸ τοσούτων καὶ τηλικούτων ἐθνῶν.

Sed dextra tua et brachium tuum. Per dextram, quidam auxilium intelligunt, et per brachium potentiam. Alii vero per utramque dictionem æque significari dicunt potentiam.

Ἀλλ' ἡ δεξιά σου, καὶ ὁ βραχίων σου. Τινὲς δεξιὰν μὲν, λέγουσι τὴν βοήθειαν· τινὲς δὲ, τὴν δύναμιν· ἄλλοι δὲ, καὶ ἄμφω τὴν δύναμιν σημαίνειν ἐκ παραλλήλου.

Et illuminatio vultus tui. Hoc est, visitatio tua. *Ostende* enim, alibi inquit, *faciem tuam, et salvi erimus* [37]. Visitatio autem divina, aut aspectus divinus, pro ejus auxilio sumitur : quia si periclitanti cuipiam quis auxilio esse velit, necessario ad eum oculorum aciem dirigit.

Καὶ ὁ φωτισμὸς τοῦ προσώπου σου. Καὶ ἡ ἐπισκοπή σου· Ἐπίφανον γάρ, φησὶ, τὸ πρόσωπόν σου, καὶ σωθησόμεθα· Ἐπισκοπὴ δὲ Θεοῦ, ἡ ἀντίληψις. Ὁρῶν γάρ τις ἀντιλαμβάνεται.

Quoniam complacuisti in eis, id est, quia bene voluisti patribus nostris. Ita enim significat hoc loco verbum, *complacuisti*.

D *Ὅτι εὐδόκησας ἐν αὐτοῖς.* Ὅτι τὸ ἀγαθὸν ἠθέλησας ἐν τοῖς πατράσιν ἡμῶν· τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ *Εὐδόκησας*.

Vers. 5. *Tu es ipse rex meus et Deus meus.* Tu, qui illa operatus es, idem ipse es et nunc, qui olim fuisti, velut immutabilis : nos quoque eorumdem filii sumus. Restat tantum, ut tandem in nobis opereris miracula, cum te, ut regem et Deum colamus, quemadmodum et illi antea coluerunt.

Σὺ εἶ αὐτὸς ὁ βασιλεύς μου καὶ ὁ Θεός μου. Ὁ ἐκεῖνα ἐργασάμενος, σὺ εἶ αὐτὸς καὶ νῦν, ὡς ἀναλλοίωτος· καὶ ἡμεῖς, ἐκείνων ἐγγονοι. Καὶ λοιπὸν ὁμοίως τερατούργησον, ὃν καὶ βασιλέα καὶ Θεὸν ἔχω καθάπερ ἐκεῖνοι.

Qui mandas salutes Jacob. His verbis facilitatem

Ὁ ἐντελλόμενος τὰς σωτηρίας Ἰακώβ. Τοῦτο,

[37] Psal. LXXIX, 4.

Variæ lectiones.

(53) In alio desideratur ἀπό.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

διὰ τὴν εὐχέρειαν καὶ ταχύτητα τῆς βοηθείας. Ὁ λόγῳ μόνῳ χρώμενος, εἰς τὸ σῶσαι τὸν ἐξ Ἰακὼβ καταγόμενον λαόν. Ἢ ὁ ἐν πολέμοις ὑποτιθέμενος πῶς ἂν σωθείη· ποιήσατε γὰρ, φησὶ, τάδε καὶ τάδε.

Ἐν σοὶ τοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν κερατιοῦμεν. Καταγωνισόμεθα, ἐκ μεταφορᾶς τῶν ζώων, ἃ τοῖς κέρασι καταπαλαίουσι πᾶν ἀντίπαλον.

Καὶ ἐν τῷ ὀνόματί σου ἐξουδενώσομεν τοὺς ἐπανισταμένους ἡμῖν. Πεποίθαμεν, φησὶν, ὅτι τὸ ὄνομά σου μόνον ἐπισείσαντες αὐτοῖς, καὶ μόνον ἐμβοήσαντες ὅτι ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ, ὡς οὐδὲν αὐτοὺς ἡγησόμεθα, καὶ εὐκαταφρόνητους ποιήσομεν.

Οὐ γὰρ ἐπὶ τῷ τόξῳ μου ἐλπιῶ, καὶ ἡ ῥομφαία μου οὐ σώσει με. Εἰ γὰρ καὶ τούτοις ὥπλισμαι, νεμῳ πολέμου, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ τούτοις τεθάρρηκα.

Ἔσωσας γὰρ ἡμᾶς ἐκ τῶν θλιβόντων ἡμᾶς, καὶ τοὺς μισοῦντας ἡμᾶς κατῃσχυνας. Πεῖραν γὰρ τῆς παρὰ σοῦ βοηθείας καὶ πρότερον ἐλάβομεν, καὶ οἴδαμεν ὅπως ἀντιλαμβάνῃ.

Ἐν τῷ Θεῷ ἐπαινεθησόμεθα ὅλην τὴν ἡμέραν. Τὸ *Ἐπαινεθησόμεθα, Καυχησόμεθα* εἶπεν ὁ Σύμμαχος· ὁ γὰρ καυχώμενος, ἑαυτὸν ἐπαινεῖ. Οὐκ ἐν ἑτέρῳ, φησὶ, πράγματι τῶν ἁπάντων καυχησόμεθα, καίτοι πολλὰ λέγειν ἔχοντες, ἀλλ' ἢ ἐν μόνῳ τῷ ἐπιγινώσκειν τὸν Θεόν. Τὸ δὲ *Ὅλην τὴν ἡμέραν, Κατὰ πᾶσαν τὴν ἡμέραν* ὁ Ἀκύλας ἐκδίδωσι πανταχοῦ· ὁ δὲ Σύμμαχος, *Καθ' ὅλην τὴν ζωήν.*

Καὶ ἐν τῷ ὀνόματί σου ἐξομολογησόμεθα εἰς τὸν αἰῶνα. Τὸ *Ἐξομολογησόμεθα*, ἀντὶ τοῦ Διηγησόμεθά τινες νενοήκασιν, οἷον, ἐν τῷ ὀνόματί σου διήγησιν ποιησόμεθα, καταλέγοντες πᾶσιν ὅσα ἐν τε τοῖς πατράσι καὶ ἐν ἡμῖν ἐνήργησε τοῦτο μεγαλεῖα. Ἢ καὶ ἄλλως· Τῷ ὀνόματί σου εὐχαριστήσομεν, τῆς προθέσεως περιττῶς κειμένης· τὸ δὲ *Εἰς τὸν αἰῶνα*, τὸ *ἀεὶ* σημαίνειν πάντες πανταχοῦ φασι.

Νυνὶ δὲ ἀπώσω, καὶ κατῃσχυνας ἡμᾶς. Ἀπώσω μὲν, ὡς ἀναξίους· *κατῃσχυνας* δὲ, ἀντὶ τοῦ, αἰσχυνθῆναι πεποίηκας, μὴ ἀντιλαμβανόμενος ἡμῶν τοιαῦτα πασχόντων.

Καὶ οὐκ ἐξελεύσῃ ὁ Θεὸς ἐν ταῖς δυνάμεσιν ἡμῶν. Κάνταῦθα ἀντιχρονία, καθὼς ὁ Σύμμαχος ἐξέδωκεν· *Καὶ οὐ συνεξάρχῃ τοῖς στρατεύμασιν ἡμῶν*· ταῦτα γὰρ, δυνάμεις ἐκάλεσεν.

Ἀπέστρεψας ἡμᾶς εἰς τὰ ὀπίσω παρὰ τοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν. Πρώτους παρὰ τῇ σῇ ἐπισκοπῇ τεταγμένους ἀπέστρεψας εἰς τὴν ἐσχάτην τάξιν, καὶ ὑπεβίβασας ἡμᾶς τοῖς ἐχθροῖς ἡμῶν.

Καὶ οἱ μισοῦντες ἡμᾶς, διήρπαζον ἑαυτοῖς. Διήρπαζον τὰ ἡμέτερα.

Ἔδωκας ἡμᾶς ὡς πρόβατα βρώσεως. Τὸ *Ἔδωκας*, ἀντὶ τοῦ Παρέδωκας, ἐξέδωκας, καὶ οὐδὲ ὡς πρόβατα κτήσεως, ἀλλὰ βρώσεως· ταῦτα γὰρ ἐκείνων φαυλότερα, ὡς εἰς σφαγὴν ἐπιτήδεια.

Ἐν τοῖς ἔθνεσι διέσπειρας ἡμᾶς. Εἰς δουλείαν·

A atque celeritatem divini explicat auxilii. Tu, inquit, qui solo verbo uteris cum populum illum salvas, qui descendit ex Jacob. Vel aliter : Tu qui in proeliis suggeris, et subministras populo tuo modum, quo salvari debeat, dicens : Hæc aut illa facite.

Vers. 6. *In te inimicos nostros cornu petemus.* Id est profligabimus. Tractum est autem hoc ex metaphora animalium, quæ cornibus certant.

Et in nomine tuo spernemus insurgentes in nos. Confidimus, inquit, quod tantum invocantes nomen tuum adversus hostes nostros, et tantummodo veciferantes, Deum Israel, hoc nomine confirmati, spernemus et flocci faciemus eos.

Vers. 7. *Neque enim in arcu meo sperabo, et gladius meus non salvabit me.* Nam et si lege belli hujusmodi armis accinctus sim, nulla mihi tamen in B eis adest fiducia.

Vers. 8. *Salvasti nos de affligentibus nos, et qui oderant nos confudisti.* Nam tuum experti sumus auxilium [advocantibus enim adfuisti] scimusque quod in posterum pari modo te advocantibus aderis.

Vers. 9. *In Deo laudabimur tota die.* Pro *Laudabimur*, Symmachus dixit, *Gloriabimur ;* nam qui gloriatur seipsum laudat. Tametsi, inquit, multa ad nostram gloriam adduci possent, nulla tamen alia in re gloriabimur, quam in uno hoc, quod Deum cognoscimus. Et quod ait : *Tota die*, Symmachus, *Per omnem diem* dixit, et Aquila, *Per to-* C *tam vitam.*

Et in nomine tuo confitebimur in sæculum. Confitebimur pro Narrabimus, ut sit sensus : In nomine tuo narrationem faciemus, mirabilia connumerantes, quæ hoc nomen tuum, tam in patribus nostris quam in nobis, supra hominum fidem effecit. Vel aliter : Nomini tuo gratias agamus. Et quod ait : *In sæculum*, omnes alii interpretes passim transferunt, *semper.*

Vers. 10. *Nunc autem repulisti et confudisti me. Repulisti* quidem ; ut indignos, *confudisti* vero, id est, confundi permisisti, dum nobis tanta sustinentibus mala, opem nullam tulisti.

Et non egredieris, Deus, in virtutibus nostris. Hic etiam tempus pro tempore ponitur, quemadmodum D Symmachus reddidit, dicens : *Nec simul egredieris cum exercitibus nostris.* Exercitus enim, virtutes, hoc est, potestates appellavit.

Vers. 11. *Convertisti nos retrorsum post inimicos nostros.* Nos amicos olim tuos, et qui olim apud custodiam, et protectionem tuam in primo ordine sistebamus, avertisti in ultimum locum, et inimicis propriis subjecisti.

Et qui oderant nos, diripiebant sibi. Diripiebant sibi nostra nimirum bona.

Vers. 12. *Dedisti nos tanquam oves escarum.* Tradidisti nos, sicut oves : oves dico, non quæ in possessionem, ac pro patrimonio retineantur, sed quæ viliores sint, et carnificinæ exponantur.

Et in gentibus dispersisti nos. In servitutem ni-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

mirum. Variæ enim gentes cum Macedonibus simul militabant. In captivorum enim, ut diximus, et exsulum personam Propheta hæc dicit.

διάφορα γὰρ ἔθνη τοῖς Μακεδόσι συνεστρατεύοντο. Οἰκειοῦται δὲ πρόσωπον τῶν ἐαλωκότων.

Vers. 13. *Vendidisti populum tuum sine pretio.* Populum, inquit, tibi antea dilectum in servitutem tradidisti. Et quod ait, *Sine pretio*, ad populi contemptum dictum est. Pravos enim ac mancos servos solemus sine pretio tradere, atque eorum emissionem luero putare, quod etiam per Isaiam prophetam alibi dictum est, dum ait : *Gratis venditi estis* [55].

Ἀπέδου τὸν λαόν σου ἄνευ τιμῆς. Ἐξέδωκας εἰς δουλείαν τὸν πρὶν ἠγαπημένον σου λαὸν, ἄνευ τιμήματος. Τοῦτο δὲ λέγει, τὴν φαυλότητα τοῦ λαοῦ δηλῶν. Εἰώθαμεν γὰρ τοὺς ἄγαν πονηροὺς οἰκέτας, ὡς ἀχρήστους καὶ ἀτίμους ἄνευ τιμήματος ἀποδίδοσθαι, κέρδος ἡγούμενοι τὴν τούτων ἀπαλλαγήν. Τοῦτο δὲ καὶ διὰ Ἡσαΐου φησὶν ὁ Θεὸς, ὅτι *Δωρεὰν ἐπράθητε.*

Et non erat multitudo in commutationibus nostris. Et pretium, inquit, quo alienati sumus ad parvam ascendebat summam. Commutatio servi enim pretium est loco servi datum. Hujusmodi autem verbis adversus seipsos ironice cavillantur. Nam absque ullo etiam pretio traditi fuerant in servitutem. Quædam vero exemplaria habent : *Et non erat multitudo in vociferationibus eorum*, ut sit sensus, quod non erat grandis hostium numerus, quando exsultantes vociferationibus utebantur. Vicerunt enim nimirum comparati.

Καὶ οὐκ ἦν πλῆθος ἐν τοῖς ἀλλάγμασιν ἡμῶν. Καὶ οὐκ ἦσαν πολλὰ τὰ τιμήματα ἡμῶν· ἄλλαγμα γὰρ οἰκέτου, τὸ ἀντιδιδόμενον τίμημα. Ἑαυτῶν δὲ κατειρωνεύονται, τοῦτο λέγοντες· ἄνευ γὰρ τιμῆς ἀπεδόθησαν. Τινὰ δὲ τῶν ἀντιγράφων, Ἐν τοῖς *ἀλαλάγμασιν* ἔχουσιν, οἷον, Οὐκ ἦν πλῆθος ἐχθρῶν, ἐν τῷ καθ' ἡμῶν ἀλαλάζειν τὰ ἐπινίκια. Κεκρατήκασι γὰρ ἡμῶν, ὄντες πρὸς ἡμᾶς ὀλίγοι.

Vers. 14. *Posuisti nos opprobrium vicinis nostris, subsannationem, et derisionem iis qui in circuitu nostro sunt.* Subsannare idem sibi vult quod negligere. Per vicinos autem, et eos qui in circuitu sunt, alienigenas intelligit, veluti Idumæos, Moabitas, Ammonitas, et alios hujusmodi.

Ἔθου ἡμᾶς ὀνειδος τοῖς γείτοσιν ἡμῶν, *μυκτηρισμὸν καὶ χλευασμὸν τοῖς κύκλῳ ἡμῶν.* Μυκτηρισμὸν λέγει τὴν ἐξουδένωσιν· χλευασμὸν δὲ, τὸ σκῶμμα. Γείτονες δὲ, καὶ κύκλῳ αὐτῶν, οἱ ἀλλόφυλοι Ἰουδαῖοι, καὶ Μωαβῖται, καὶ Ἀμμανῖται, καὶ ἄλλοι τοιοῦτοι.

Vers. 15. *Posuisti nos in parabolam in gentibus.* In parabolam dixit, pro, in exemplum. Solebant enim dicere vicinæ illæ gentes : Utinam omnibus aliis hostibus nostris ita accidat, quemadmodum accidisse videmus populo Israelitico. Vel, in narrationem, seu in fabulam. Narrabantur enim ab omnibus Judæorum calamitates.

Ἔθου ἡμᾶς εἰς *παραβολὴν ἐν τοῖς ἔθνεσιν.* Ἀντὶ τοῦ, εἰς παράδειγμα· λέγειν γὰρ εἰώθασιν, ὅτι Πάθοιεν οἱ ἐχθροὶ ἡμῶν πάντες, οἷα καὶ οἱ Ἰσραηλῖται· ἢ εἰς ἐκδιήγησιν· διηγοῦνται γὰρ τὰς ἡμετέρας συμφοράς.

Commotionem capitis in populis. A communi sensu sumendum est verbum : *Posuisti in commotionem capitis in populis gentium.* Movent, inquit, gentium populi capita adversus nos, ii quidem nostrum miserti, alii vero gaudentes potius, et lætitiæ vocibus insultantes.

Κίνησιν κεφαλῆς ἐν τοῖς λαοῖς. Ἀπὸ κοινοῦ τὸ Ἔθου εἰς *κίνησιν κεφαλῆς ἐν τοῖς λαοῖς τῶν ἐθνῶν·* κινοῦσι γὰρ ἐφ' ἡμῖν τὰς κεφαλὰς, οἱ μὲν κατοικτειριζόμενοι, οἱ δὲ μᾶλλον ἐπιχαίροντες, καὶ οἷον λέγοντες, Εὖγε, εὖγε.

Vers. 16. *Tota die verecundia mea coram me est.* Semper est in conspectu meo.

Et confusio faciei meæ cooperuit me. Eo quod tam ignominiose direptus sum et dispersus. Idem autem æque significant hæc, et paulo ante præcedentia verba.

Ὅλην τὴν ἡμέραν ἡ ἐντροπή μου κατεναντίον μού ἐστι. Διαπαντὸς ἐνώπιόν μου ἐστί.

Καὶ ἡ αἰσχύνη τοῦ προσώπου μου ἐκάλυψέ με. Οὕτως αἰσχρῶς (54) διηρπαγμένον καὶ διεσπαρμένον. Τὸ αὐτὸ δὲ καὶ τοῦτο σημαίνει.

Vers. 17. *A voce exprobrantis et obloquentis, a facie inimici et persequentis.* Verecundia, inquit, et confusio mihi est, quod vicini atque inimici exprobrant me : et superbe adeo me respiciunt, ut ex adverso intueri eos non audeam. Et quod hic legimus *Obloquentis*, Aquila, *Blasphemantis*, dixit.

Ἀπὸ *φωνῆς ὀνειδίζοντος καὶ καταλαλοῦντος, ἀπὸ προσώπου ἐχθροῦ καὶ ἐκδιώκοντος.* Αἰσχύνη μοι, φησὶν, ἐστὶ, καὶ ἀφ' ὧν λέγουσιν οἱ ὀνειδίζοντες γείτονες, καὶ ἀφ' ὧν ὁρῶσι σοβαρὸν οἱ ἐχθροὶ, καὶ οὐδ' ἀντιβλέπειν αὐτοὺς ἰσχύω. Τὸ *Καταλαλοῦντος* δὲ, *Βλασφημοῦντος* εἶπεν ὁ Ἀκύλας.

Vers. 18. *Hæc omnia venerunt in nos.* Has omnes calamitates sustinuimus.

Ταῦτα πάντα ἦλθεν ἐφ' ἡμᾶς. Ταύτας πάσας τὰς κακώσεις ὑπέστημεν.

[55] Isa. L, 1.

Variæ lectiones.

(54) Al. Διηρπασμένον.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Καὶ οὐκ ἐπελαθόμεθά σου. Ὥστε ὀνομάσαι Θεὸν ἕτερον.

Καὶ οὐκ ἠδικήσαμεν ἐν τῇ διαθήκῃ σου. Οὐ παρέβημεν τὸν νόμον σου· ἀδικεῖ γὰρ τὸν νόμον ὁ παραβαίνων αὐτόν.

Καὶ οὐκ ἀπέστη εἰς τὰ ὀπίσω ἡ καρδία ἡμῶν. Καὶ οὐκ ἀπέστη ἐπὶ τὰ χείρονα. Ταῦτα δὲ πάντα λέγουσιν οἱ θεοσεβέστεροι τοῦ λαοῦ, οἱ καὶ ἐν τοῖς τοιούτοις πάθεσι φυλάττοντες τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ, καὶ ὑπὲρ ὅλων τῶν ὑπολελειμμένων δικαιολογοῦνται πρὸς τὸν Θεὸν, ἀλείφοντες καὶ τούτους εἰς εὐψυχίαν.

Ἐξέκλινας τὰς τρίβους ἡμῶν ἀπὸ τῆς ὁδοῦ σου. Καὶ μετέστρεψας τὰς τρίβους ἡμῶν ἀπὸ τῆς ὁδοῦ σου, τῆς πρὸς τὸν ναόν σου, ὡς μηκέτι δύνασθαι πρὸς αὐτὸν βαδίζειν, τῶν μὲν αἰχμαλωτισθέντων, τῶν δὲ φυγόντων ἀπὸ τῆς πατρίδος.

Ὅτι ἐταπείνωσας ἡμᾶς ἐν τόπῳ κακώσεως. Τῷ τῆς φυγῆς, καὶ τῷ τῆς αἰχμαλωσίας.

Καὶ ἐπεκάλυψεν ἡμᾶς σκιὰ θανάτου. Θλῖψις ἡ ἐοικυῖα θανάτῳ, διὰ τὴν πικρίαν· ἔοικε γὰρ ἡ σκιὰ τῷ πρωτοτύπῳ, καὶ μιμεῖται τοῦτο.

Εἰ ἐπελαθόμεθα τοῦ ὀνόματος τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. — *Τοῦ Θεοῦ ἡμῶν*, περιφραστικῶς.

Καὶ εἰ διεπετάσαμεν χεῖρας ἡμῶν πρὸς Θεὸν ἀλλότριον. Τοῦτο τοῦ ῥηθέντος ἐπεξήγησις.

Οὐχὶ ὁ Θεὸς ἐκζητήσει ταῦτα; Εἰ τόδε ποποιήκαμεν, ἆρα οὐχὶ ὁ Θεὸς ἐκζητήσει ταῦτα;

Αὐτὸς γὰρ γινώσκει τὰ κρύφια τῆς καρδίας. Οὐδὲ ἐνεθυμήθημέν τι τοιοῦτον.

Ὅτι ἕνεκά σου θανατούμεθα ὅλην τὴν ἡμέραν. Τῇ προαιρέσει· καὶ γὰρ δυνάμενοι συνθέσθαι τοῖς εἰδωλολάτραις, καὶ διάγειν ὡς ἐν ἀνέσει, διὰ σὲ πάντα ὑπομένομεν, καὶ πρόθυμοί ἐσμεν εἰς σφαγήν. Τὸ δὲ *Ὅτι*, περιττόν.

Ἐλογίσθημεν ὡς πρόβατα σφαγῆς. Διὰ τὸ πρὸς ἀναίρεσιν εὐχερὲς ἡμῶν, καὶ τὸ μὴ δύνασθαι ἀμύνειν ἑαυτοῖς.

Ἐξεγέρθητι. Εἰς ἐκδίκησιν τοῦ λαοῦ σου.

Ἵνατί ὑπνοῖς, Κύριε; Ἵνατί ἡσυχάζεις ἐπὶ πλέον μακροθυμῶν; ἡσυχάζει γὰρ ὑπνῶν.

Ἀνάστηθι. Εἰς βοήθειαν. Ταὐτὸν δὲ τοῦτο τῷ *Ἐξεγέρθητι.* Ἀπὸ τῶν ἀνθρωπίνων ἐνεργειῶν καὶ παθῶν εἰώθαμεν χαρακτηρίζειν τὸ θεῖον, ὡς πολλάκις εἰρήκαμεν, μὴ δυνάμενοι ἄλλως διαλεχθῆναι, διὰ τὴν ἀκροωμένων ἀσθένειαν.

Et obliti non sumus tui. Ut alium invocaremus Deum.

Et injuste non egimus in testamento tuo. Non transgressi sumus legem tuam. Injuste enim agit, et injuria ipsam legem afficit, qui illam transgreditur.

Vers. 19. *Et non recessit retro cor nostrum.* Non confugimus, inquit, ad deteriora. Dicta autem hæc sunt in personam eorum qui inter cæteros in populo, pietati, religionique ac divino cultui magis studebant; qui, et si tantis essent calamitatibus circumdati, divina tamen mandata observabant: unde etiam pro aliis omnibus, qui defecerant, Deo se purgant, et socios pariter ad magnanimitatem excitant.

Et declinasti semitas nostras a via tua. Et mutasti semitas nostras a via templi tui, ut ad illud amplius pergere nequeamus: cum nostrum alii, captivi sint, et alii procul fugerint a patria.

Vers. 20. *Quoniam humiliasti nos in loco afflictionis.* In loco angustiæ, aut captivitatis.

Et cooperuit nos umbra mortis. Id est calamitas præsens, quæ adeo acerba est, ut morti pene similis videatur. Umbram enim eam appellavit, quia umbræ iis rebus similes esse solent, quarum formas repræsentant.

Vers. 21. *Si obliti sumus nominis Dei nostri.* Hoc est, si Dei nostri oblitl sumus. Circumlocutione enim usus est.

Et si extendimus manus nostras ad Deum alienum. Hæc verba ad præcedentis versiculi expositionem dicta sunt.

Vers. 22. *Nonne Deus requiret ista?* Si hoc, inquit, aut illud fecerimus, nonne Deus hæc omnia exquiret?

Ipse enim novit abscondita cordis. Ac si diceret: Neque in animum nostrum tale quidpiam aliquando induximus.

Quoniam propter te mortificamur tota die. Ex nostro nimirum proposito et sponte nostra. Nam cum pacifice possimus ac tuto degere inter idololatras homines, ac Dei hostes: propter te tamen omnia sustinemus, et ad obeundam pro te mortem parati sumus. Dictio autem, *Quoniam*, superflua est.

Existimati sumus quasi oves occisionis. Quia scilicet neci sumus expositi, ut nobismetipsis auxilio esse nequeamus.

Vers. 23. *Exsurge.* Ad populi tui vindictam.

Quare obdormis, Domine? Quare quiescis ac tanta uteris longanimitate? Quiescere enim videtur qui dormit.

Resurge. In auxilium nostrum scilicet. Et idem significat *Resurge*, hoc in loco, quod Exsurge. Solemus autem actiones, passionesque seu affectus humanos Divinitati attribuere, ut sæpe diximus; non valentes aliter, ob auditorum infirmitatem, sensum explicare.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Et ne repellas in finem. Cum jam ex parte et ad tempus repuleris, ne perpetuo etiam repellas.

VERS. 24. *Quare faciem tuam avertis?* Hoc est, visitationem et custodiam tuam, tanquam ab indignis.

Obliviscéris inopiæ nostræ, et tribulationum nostrarum. A communi sensu rursus sumenda est dictio *Quare*; per inopiam vero hic molestiam et passionem significat, Quare obliviscéris igitur inopiæ nostræ, id est, Cur nullam calamitatum nostrarum rationem habes?

VERS. 25. *Quoniam humiliata est in pulvere anima nostra.* Ipsi nos, inquit, tanquam humiles, atque abjecti humi decumbimus, et in terra prostrati sumus.

Conglutinatus est in terra venter noster. Accubando nimirum humi. Vel dum calamitatum pondere depressi, curvati, in terram inspicimus. Ille etiam humilis in terram demittitur, qui terrenis negotiis immergitur: ille conglutinatur terræ, qui gulosus est, aut fornicator, aut si quis alius blandis adhæret voluptatibus.

VERS. 26. *Exsurge, Domine, adjuva nos.* Videris enim sedere et pereuntes nos despicere.

Et libera nos propter nomen tuum. Non ob nostrarum virtutum merita id poscimus, cum et peccatores, et salute indigni simus; sed ut timeatur, et veneratióni sit nomen tuum, et ne ab idololatris blasphemetur. Et juxta historiam abunde psalmum hunc exposuimus. Juxta anagogen vero dicere possumus, verba psalmi efferenda esse ex sanctorum martyrum persona ad Christum, qui multa et gravia ipsius Christi gratia passi sunt, et tota die mortificati. Vel, ex persona quorumcunque fidelium, ac religiosorum hominum, qui a sanguinariis gentibus lædantur.

In finem pro iis qui commutandi sunt, filiis Core, in intelligentiam, canticum pro dilecto.

PSALMUS XLIV.

In finem quidem inscriptum est ob prophetias in psalmo contentas quæ ad finem tendebant. *Pro iis* vero, *qui commutandi sunt*, hoc est, pro Christianis, qui per baptismatis regenerationem innovandi erant, veterem exuentes hominem, et novum induentes. *Antiqua* enim, inquit Propheta, *transierunt, ecce nova facta sunt omnia.* Hæc igitur commutatio transformatio est, et prioris conversationis immutatio. *Filiis* etiam *Core* ideo inscriptum est, quia eis datus fuit hic psalmus a beato David, ut eum canerent, quemadmodum in proœmio operis declaravimus. *Ad intelligentiam* vero: quia ob reconditos psalmi sensus, multa lectori intelligentia opus sit. Et *canticum*: quia non una cum musicis instrumentis, sed humana tantum voce canebatur. Postremo quod dicitur, *Pro di-*

A *Καὶ μὴ ἀπώσῃ εἰς τέλος.* Ἐκ μέρους ἡμᾶς καὶ πρὸς καιρὸν ἀπωσάμενος, μὴ διαπαντὸς ἀπώσῃ.

Ἱνατί τὸ πρόσωπόν σου ἀποστρέφεις; Τὴν ἐπισκοπήν σου, ὡς ἀπὸ ἀναξίων.

Ἐπιλανθάνῃ τῆς πτωχείας ἡμῶν, καὶ τῆς θλίψεως ἡμῶν. Ἀπὸ κοινοῦ πάλιν τὸ *Ἱνατί*. Πτωχείαν δὲ λέγει νῦν τὴν κακουχίαν· ἴδιον γὰρ πτωχείας ἡ κακουχία. *Ἐπιλανθάνῃ* δὲ, ἀντὶ τοῦ, Ἐν οὐδενὶ λόγῳ τίθῃς ταῦτα.

Ὅτι ἐταπεινώθη εἰς χοῦν ἡ ψυχὴ ἡμῶν. Ἡ ψυχὴ ἡμῶν, ἀντὶ τοῦ Ἡμεῖς, περιφραστικῶς· λέγει δὲ, ὅτι Κατηνέχθημεν εἰς γῆν, καὶ πεπτώκαμεν.

B *Ἐκολλήθη εἰς γῆν ἡ γαστὴρ ἡμῶν.* Ὑπὸ χαμευνίας, ἢ τοῦ κύπτειν πρὸς γῆν ἀεὶ τῷ βάρει τῶν θλίψεων. Ταπεινοῦται δὲ εἰς χοῦν καὶ ὁ τοῖς γηΐνοις προστετηκὼς, καὶ κολλᾶται εἰς γῆν ὁ γαστρίμαργος, καὶ ὁ πόρνος, καὶ πᾶς φιλήδονος.

Ἀνάστα, Κύριε, βοήθησον ἡμῖν. Δοκεῖς γὰρ καθέζεσθαι, περιορῶν οὕτως ἀπολλυμένους ἡμᾶς.

Λύτρωσαι ἡμᾶς, ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου. Οὐ διὰ τὰς ἡμετέρας ἀρετάς· οὐκ ἄξιαι γάρ· ἀλλ' ἵνα φοβερὸν (55) εἴῃ, καὶ μὴ βλασφημεῖται τὸ σὸν ὄνομα παρὰ τῶν εἰδωλολατρῶν. Κατὰ μὲν ἱστορίαν, ἱκανῶς ὁ ψαλμὸς ἡρμήνευται· κατὰ δὲ ἀναγωγὴν, λέγομεν ἂν τὰ τοῦ ψαλμοῦ τούτου πρὸς τὸν Χριστὸν οἱ μάρτυρες πάντες, οἱ μυρία δι' αὐτὸν παθόντες καὶ θανατούμενοι ὅλην τὴν ἡμέραν· ἀλλὰ καὶ πάντες εὐσεβεῖς, ὑπὸ τῶν μιαιφόνων ἐθνῶν ἐπηρεαζόμενοί τε, καὶ κατασφαττόμενοι.

Εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων τοῖς υἱοῖς Κορὲ εἰς σύνεσιν· ᾠδὴ ὑπὲρ τοῦ ἀγαπητοῦ.

ΨΑΛΜΟΣ ΜΔ'.

Εἰς τὸ τέλος μὲν, διὰ τὰς ἐν τούτῳ προφητείας, εἰς τέλος ἐλαυνούσας· *ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων* δὲ, τουτέστιν, ὑπὲρ τῶν Χριστιανῶν, οἱ ἀλλοιωθήσονται (56) διὰ τῆς παλιγγενεσίας τοῦ ἁγίου D βαπτίσματος, ἀπεκδυόμενοι μὲν τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον, ἐνδυόμενοι δὲ τὸν νέον. *Τὰ ἀρχαῖα* γὰρ, φησὶ, *παρῆλθεν, ἰδοὺ γέγονε τὰ πάντα καινά.* Ἀλλοίωσις γὰρ, ἡ μεταποίησις, καὶ ἡ τῆς πολιτείας ἀλλαγή. *Τοῖς υἱοῖς* δὲ *Κορὲ*, ὅτι τούτοις ὁ ψαλμὸς ὑπὸ τοῦ Δαβὶδ ἐνεχειρίσθη πρὸς τὸ διὰ τούτων μελῳδηθῆναι, καθὼς ἐν προοιμίοις τῆς βίβλου τῶν Ψαλμῶν παραδεδώκαμεν. *Εἰς σύνεσιν* δὲ, ὅτι χρεία συνέσεως τοῖς ἀναγινώσκουσι διὰ τὰ ἐγκεκρυμμένα θεῖα νοήματα· *ᾠδὴ* δὲ, ὅτι οὐ σὺν ὀργάνοις, ἀλλ' ἀπὸ γλώσσης μόνης, ἐμελῳδήθη. Τὸ δὲ *Ὑπὲρ τοῦ ἀγαπητοῦ*, συγκεφαλαίωσις τῆς ὅλης ἐπιγραφῆς.

Variæ lectiones.

(55) *Ισ.* ᾖ et βλασφημῆται. (56) Al. ὑπέρ.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ὅτι περὶ τοῦ Χριστοῦ διέξεισιν ὁ ψαλμός· οὗτος γὰρ, ὁ ἀγαπητός· τῷ Πατρὶ μὲν, ὡς Υἱὸς μονογενής· ἡμῖν δὲ, ὡς πατὴρ ἡμῶν κηδεμονικώτατος. Περὶ τούτου γάρ φησιν ὁ Πατήρ· *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός.* — *Ὑπὲρ τοῦ ἀγαπητοῦ* δὲ, ἀντὶ τοῦ, Περὶ τοῦ ἀγαπητοῦ, καθάπερ καὶ ἐν ἄλλοις εἰρήκαμεν, πρόθεσις ἀντὶ προθέσεως.

Ἐξηρεύξατο ἡ καρδία μου λόγον ἀγαθόν. Συνεὶς ὁ προφήτης ὅτι μεγάλα περὶ τοῦ Χριστοῦ μέλλει προαγορεῦσαι, προοιμιάζεται ὅτι λόγον ἀγαθὸν καὶ σωτήριον ἐρεῖ. Σκόπει δὲ τὴν ἔμφασιν τοῦ *Ἐξηρεύξατο.* Μονονουχὶ γάρ φησιν, ὅτι καθάπερ ἡ ἐρυγὴ μὴ βουλομένων ἡμῶν πρόεισι, τῆς κοιλίας ταύτης ἀναπεμπούσης, οὕτω καὶ τὸν περὶ τοῦ Χριστοῦ λόγον ἀνέπεμψεν ἤδη κάτωθεν ἡ *καρδία* μου, πλησθεῖσα τῆς τροφῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Prophetæ nostri corde emissus sit, superna quadam vi ita impellente, cum suavissimo sancti Spiritus epulo refertus esset.

Λέγω ἐγὼ τὰ ἔργα μου τῷ βασιλεῖ. Προσφωνῶ λοιπὸν ἐγὼ τῷ Βασιλεῖ Χριστῷ τὰ ἔργα μου, τουτέστι τὰς περὶ αὐτοῦ προφητείας μου. Προφήτου γὰρ ἔργον, ὑφαίνειν προφητείας.

Ἡ γλῶσσά μου κάλαμος γραμματέως ὀξυγράφου. Καὶ διὰ τούτου παρίστησιν, ὡς οὐκ οἰκοθεν ἐρεῖ. Καθάπερ γὰρ, φησὶν, ὁ κάλαμος ὑπηρετεῖ μόνον τῇ χειρὶ τοῦ γραφέως κινούμενος, ἔνθα ἂν ἐκείνη τοῦτον κινήσῃ· οὕτω καὶ ἡ ἐμὴ γλῶσσα κάλαμός ἐστι γραμματέως, ἤτοι γραφέως, δηλαδὴ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, κινουμένη καθὼς ἂν ἐκεῖνος κινήσῃ ταύτην. Ὀξυγράφου δὲ εἶπεν, διὰ τὴν εὐχέρειαν τῆς ἐπαγγελίας. Ἄνθρωποι μὲν γὰρ, σχολαιότερον ὑπαγορεύουσι καὶ γράφουσιν, ἀπασχολούμενοι πρὸς εὕρεσιν νοημάτων, καὶ συνθήκην λέξεων, διὰ τὴν τῆς διανοίας ἀσθένειαν. Μέχρι τούτου συμπεράνας τὸ προοίμιον, ἄρχεται τοῦ λόγου, πρὸς τὸν Χριστὸν ἤδη ἀποτεινόμενος, περὶ τῶν ἀρετῶν τοῦ προσλήμματος.

Ὡραῖος κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. Λείπει τὸ *ὑπάρχεις*· ὡραιότητα δὲ κάλλους, οὐ σωματικὴν λέγει, ἀλλὰ ψυχικήν. Διετήρησε γὰρ αὐτὴν ἄσυλον, μόνος παρὰ πάντας μείνας ἀνσμάρτητος. Ἡσαΐας δὲ λέγων, ὅτι *Καὶ εἴδομεν αὐτὸν, καὶ οὐκ εἶχεν εἶδος, οὐδὲ κάλλος, ἀλλὰ τὸ εἶδος αὐτοῦ ἄτιμον, καὶ ἐκλεῖπον, παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων*, περὶ τοῦ σώματος λέγει, οἷον ἦν ἐν τῷ τοῦ πάθους καιρῷ προπηλακιζόμενον καὶ μαστιζόμενον, καὶ μυρία πάσχον.

Ἐξεχύθη ἡ χάρις ἐν χείλεσί σου. Φησὶν ὁ εὐαγγελιστὴς, ὅτι ἐθαύμαζον ἐπὶ τοῖς λόγοις τῆς χάριτος, τοῖς ἐκπορευομένοις διὰ στόματος Χριστοῦ· νοοῦνται δὲ χεῖλη Χριστοῦ, καὶ οἱ ἀπόστολοι, εἰς οὓς ἐξεχύθη δαψιλῶς ἡ χάρις τοῦ ἁγίου Πνεύματος·

lecto: totius inscriptionis summulam continet et caput: quia nimirum hic tractatur de Christo, qui et ipsi Patri dilectus est, tanquam Filius unigenitus: et nobis pariter, quia omnium nostrum pater est studiosissimus: unde etiam de eo dictum esse legimus a Patre: *Hic est Filius meus dilectus*[50]. *Pro dilecto* autem, hoc est, *de dilecto*. Est enim præpositio pro præpositione, ut alibi sæpe a prophetis usurpari diximus.

Vers. 2. *Eructavit cor meum verbum bonum.* Cernens propheta, quod magna quædam de Christo sibi erant prædicenda, exordio quodam utitur, dicens sermonem se bonum ac salutarem prolaturum. Tu vero etiam emphasim considera verbi, *Eructavit.* Illud enim nobis indicare videtur, quod quemadmodum eructatio, etiam a nolentis ore exit, humano nimirum ventre eam vi quadam efflante, ita et hic psalmus de Dilecto ab intimo

Dico ego mea opera regi. Profero autem, inquit, Christo Regi opera mea, hoc est, prophetias quas de eo afflatus Spiritu pronuntio. Prophetæ enim opus est prophetias contexere.

Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis. His etiam verbis illud demonstrat, quomodo ex se ipso aliquid dicturus non est. Quemadmodum calamus, inquit, scribentis manui inservit, et ille tantum movetur, quo manus illum impulerit, ita et lingua mea summo illi scribæ, sancto nimirum Spiritui, calami cujusdam vicem præstat, et eo tantum movetur, quo Spiritus illam direxerit. Scribam autem velociter scribentem dixit, ut enuntiationis facilitatem ostenderet. Homines enim ob propriæ mentis tenuitatem, vix pariter enuntiare possunt et scribere, dum ad sensuum inventionem, et dictionum connexionem attentius occupantur. Hactenus fuerunt exordii verba. Nunc autem sermonem aggreditur, et verba dirigit ad Christum de assumpti hominis virtutibus loquens.

Vers. 3. *Speciosus forma præ filiis hominum.* Subintelligitur verbum, *es.* Speciem vero hanc, hoc est formositatem, non corporis, sed animæ pulchritudinem intellige: quam integram semper Christus servavit, solus supra omnes permanens sine peccato. Isaias enim dicens: *Vidimus eum non habentem speciem, neque decorem, sed speciem ejus vilem, et deficiens super omnes filios hominum*[51], de corpore ejus loquitur; qualis nimirum futurus esset Christus Passionis tempore, quod probris scilicet ac plagis afficiendus et ignominias multas passurus.

Diffusa est gratia in labiis tuis. Evangelista enim ait quod mirabantur turbæ[52] super verbis gratiæ quæ exibant de ore ejus. Possumus etiam per labia ejus sanctos apostolos intelligere: in quos adeo abunde sancti Spiritus gratia effusa est, ut per eam

[50] Matth. III, 17. [51] Isa. LIII, 2, 3. [52] Luc. IV, 22.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

adversantes reprimerent, et cæteris omnibus pro voluntate persuaderent.

Propterea benedixit te Deus in sæculum. Propter has igitur tuas virtutes, Deus benedixit, hoc est, glorificavit te : *Et glorificavi* enim *te*, alibi inquit, *et iterum glorificabo* [42]. Vel, *Benedixit* pro Benedicendum et Laudandum fecit, ut semper nimirum laudaris atque honoreris a fidelibus. Antiquus enim ille Adam propter inobedientiam maledictus est, novus vero propter obedientiam benedicendus : quam benedictionem nobis etiam participavit. Ait enim alibi Propheta : *Benedicti vos a Domino* [43].

Vers. 4. *Accingere gladio tuo super femur tuum, potentissime.* Cum forma speciosum eum esse dixerit et pulchro ore, nunc strenuum etiam esse militem demonstrat. Et illa quidem signa, integritatem ejus et doctrinam significabant, hæc vero, pugnam ejus et certamen denotant adversus dæmonem. Advocat enim Christum Propheta ad certamen cum dæmone, ut nos jamdiu peccato captivos liberet, et de exuviis erigat tropæum : atque ut terribilem ac magis formidabilem dæmonibus eum constituat, primo, humanum in morem armis eum munit. Milites quippe ensem femori accingunt. Armare, inquit, et congredere in pugna adversus tyrannum. Per arma autem, Christi facultatem puniendi intelligimus, qua contra inimicos suos uti solet. Potentem vero eum appellat ob unitam ac conjunctam Divinitatem.

Vers. 5. *Specie tua et pulchritudine tua.* Accingere, inquit, gladio tuo simul cum decore et pulchritudine tua, ut gladio inimicos terreas, et virtutum pulchritudine amicos trahas. Nec abs re est, speciem et pulchritudinem idem significare. [Vel, per gladium, Dei Verbum, et, per femur, incarnationem intellige : quæ incarnatio juxta alium sensum dictionis Græcæ, facta est in tempestivitate, hoc est, in tempore opportuno. Dictio enim ὡραιότης et *speciem*, hoc est, pulchritudinem significat, et tempestivitatem.]

Et intende. Hoc est adauge motum atque impetum tuum.

Et prospere procede. Hoc est, virtute ipsa perfice quodcunque cupis.

Et regna. Dominare omnibus, inquit, qui tibi restiterunt. Et licet verba hæc, imperativi sint modi, vim tamen optativi habent quemadmodum sæpius apud Scripturam repetitur. *Sanctificetur*, inquit, *nomen tuum, adveniat regnum tuum, fiat voluntas tua* [44], [quæ verba non optativi, sed imperativi sunt modi, ut ex lectione Græca manifestissime patet : et tamen optantis animum referunt.]

Propter veritatem et mansuetudinem et justitiam. Omnia hæc, inquit, operare, et vince, ut verax, mitis, et justus. Omnibus enim his pollebat Christus virtutibus. *Ego* enim *sum via et veritas* [45]; item, *Discite a me quia humilis sum* [46], et alibi : *Sic decet adimplere nos omnem justitiam* [47]. Et aliter : Hæc quæ dicta sunt facito, ut in terra, loco mendacii, veritatis et injustitiæ, veritatem, mansuetudinem et justitiam semines.

ὡς ἐπισκομίζειν πάντας τῇ δυνάμει τοῦ λόγου, καὶ πεῖθειν ῥᾷον οὓς ἂν ἐθέλωσιν.

Διὰ τοῦτο εὐλόγησέ σε ὁ Θεὸς εἰς τὸν αἰῶνα. Διὰ ταύτας οὖν σου τὰς ἀρετὰς, εὐλόγησε, τουτέστιν, ἐδόξασέ σε ὁ Θεός· φησὶ γὰρ, *Καὶ ἐδόξασα καὶ πάλιν δοξάσω.* Ἢ τὸ *Εὐλόγησεν*, ἀντὶ τοῦ Εὐλογητὸν ἐποίησεν, ὡς ἀεὶ εὐφημεῖσθαι, καὶ ὑμνεῖσθαι παρὰ τῶν εὐσεβῶν· ὁ μὲν γὰρ παλαιὸς Ἀδὰμ, κεκατήραται διὰ τὴν παρακοήν· ὁ δὲ νέος, εὐλόγηται διὰ τὴν ὑπακοήν· μετέδωκε δὲ καὶ ἡμῖν τῆς εὐλογίας· φησὶ γὰρ ὁ Δαβὶδ· *Εὐλογημένοι ἡμεῖς τῷ Κυρίῳ.*

Περίζωσαι τὴν ῥομφαίαν σου ἐπὶ τὸν μηρόν σου, δυνατέ. Ὡραῖον καὶ κάλλιστον αὐτὸν προσειπὼν καὶ εὔστομον, ἄρτι καὶ στρατιώτην δείκνυσιν, ὅτι ἐκεῖνα μὲν ἦν γνωρίσματα τῆς ἀναμαρτησίας, καὶ τῆς διδασκαλίας· ταῦτα δὲ, τῆς κατὰ τοῦ διαβόλου μάχης. Καλεῖ γὰρ αὐτὸν εἰς τὸν κατ' αὐτοῦ πόλεμον, ἵνα τρόπαιον στήσας, ἐλευθερώσῃ τοὺς αἰχμαλωτισθέντας ἡμᾶς. Ὁπλίζει δὲ τοῦτον ἀνθρωπίνως, ἵνα δείξῃ φοβερόν· οἱ στρατιῶται γὰρ τὴν σπάθην ἐπὶ τὸν μηρὸν περιζώννυνται. Ἔστι δὲ συντόμως ἡ ἔννοια τοῦ λόγου, ὅτι Ὁπλίσθητι καὶ πολέμησον τῷ τυράννῳ. Ὅπλα δὲ Χριστοῦ, ἡ κολαστικὴ δύναμις, ᾗ κατ' ἐχθρῶν ἐκέχρητο· δυνατὸν δὲ αὐτὸν ἐκάλεσε, κατὰ τὴν ἡνωμένην Θεότητα.

Τῇ ὡραιότητί σου, καὶ τῷ κάλλει σου. Περίζωσαι τὴν ῥομφαίαν σου, φησὶ, μετὰ τῆς ὡραιότητός σου, καὶ τοῦ κάλλους σου, ἵνα τῇ μὲν ῥομφαίᾳ, τοὺς ἐχθροὺς φοβῇ· τῇ ὡραιότητι δὲ τῆς ψυχῆς, καὶ τῷ κάλλει τῶν ἀρετῶν, τοὺς φίλους ἑλκύσῃς. Οὐκ ἀπεικὸς δὲ ὡραιότητα καὶ κάλλος τὸ αὐτὸ σημαίνειν.

Καὶ ἔντεινον. Καὶ ἐπίτεινον τὴν ὁρμήν σου.

Καὶ κατευοδοῦ. Καὶ κατόρθου πᾶν ὃ θέλεις.

Καὶ βασίλευε. Καὶ κυρίευε τῶν ἐπερχομένων σοι. Εἰ δὲ καὶ προστακτικὰ ταῦτα δοκεῖ, ἀλλ' οὕτως ἡ Γραφὴ τὰ εὐκτικὰ σχηματίζει. *Ἁγιασθήτω γὰρ,* φησὶ, *τὸ ὄνομά σου, ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου, γενηθήτω τὸ θέλημά σου,* καὶ τὰ ἑξῆς.

Ἕνεκεν ἀληθείας καὶ πραότητος καὶ δικαιοσύνης. Πάντα ταῦτα κατεργάζου, καὶ νίκα, ὡς ἀληθὴς καὶ πρᾶος, καὶ ὡς δίκαιος. Φησὶ γὰρ αὐτὸς ὁ Κύριος· *Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς καὶ ἡ ἀλήθεια· καὶ· Μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι· καὶ· Οὕτω γὰρ πρέπον ἡμῖν ἐστι πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην.* Ἤ, *Τὰ ῥηθέντα ποίησον,* ἵνα κατασπείρῃς ἐπὶ γῆς ἀλήθειαν καὶ πραότητα καὶ δικαιοσύνην, ἀντὶ ψεύδους, καὶ ἀγριότητος, καὶ ἀδικίας.

[42] Joan. XII, 28. [43] Psal. CXIII, 15. [44] Matth. VI, 9, 10. [45] Joan. XIV, 6. [46] Matth. XI, 29. [47] Matth. III, 15.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Καὶ ὁδηγήσει σε θαυμαστῶς ἡ δεξιά σου. Ἀγάγῃ σε ἐπὶ τὰ τοιαῦτα κατορθώματα ἡ δεξιότης σου, τουτέστιν, ἡ ἀγαθή σου φύσις· αὐτὸς γὰρ αὐτῷ ἀρκέσεις, μηδενὸς ἑτέρου δεόμενος. Θαυμαστὸν δὲ τὸ ὑφ' ἑαυτοῦ ἰδηνεῖσθαί τινα.

Et deducet te mirabiliter dextera tua. Dextera, inquit, tua, hoc est, bona ac recta tua natura deducet te ad præclara : hæc nimirum virtutis opera. Tu enim ipse tibi satis es, et nullo alio indiges auxilio. Admiratione autem summa dignum est, quod a se ipso quis ad rectam virtutum semitam deducatur.

Τὰ βέλη σου ἠκονημένα, δυνατέ, λαοὶ ὑποκάτω σου πεσοῦνται ἐν καρδίᾳ τῶν ἐχθρῶν τοῦ βασιλέως. Πάντες οἱ ἐξηγηταὶ, καθ' ὑπερβατὸν συντάσσουσι τὸ ῥητὸν, οἷον· *Τὰ βέλη σου ἠκονημένα, δυνατέ, ἐν καρδίᾳ τῶν ἐχθρῶν τοῦ βασιλέως.* — *Λαοὶ ὑποκάτω σου πεσοῦνται*, κατὰ παρένθεσιν. Βέλη δὲ τοῦ Χριστοῦ, οἱ τοῦ Εὐαγγελίου λόγοι, διά τε τὸ ταχέως διαδραμεῖν τὴν οἰκουμένην, καὶ διὰ τὸ εὐστόχως βάλλειν τὰς εὐαισθήτους ψυχάς· ἠκονημένα δὲ, διὰ τὸ λαμπρὸν καὶ τὸ τμητικόν. Λάμπουσι γὰρ τῇ ἀληθείᾳ, καὶ τέμνουσι τὴν ἁμαρτίαν. Δυνατὸν δὲ λέγει τὸν Χριστὸν, οὐ μόνον διὰ τὴν παντοδύναμον αὐτοῦ θεότητα, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ νικῆσαι τὸν διάβολον, τῇ ἀνδρίᾳ τῶν τῆς ἀνθρωπότητος ἀρετῶν. Ταῦτα δὲ τὰ βέλη, ἐν τῇ καρδίᾳ πεπήγασι τῶν πρὶν ἐχθρῶν τοῦ βασιλέως Θεοῦ, ὡς δύνασθαι τὴν πληθὺν αὐτῶν λέγειν, *Τετρωμένη ἀγάπῃ εἰμὶ ἐγώ.* Τρώσαντες (57) γὰρ, οὐκ ἀνεῖλον, ἀλλὰ μᾶλλον νεκροὺς ὄντας εἰς ἀρετὴν ἐζώωσαν, καὶ εἵλκυσαν πρὸς τὸν θεῖον ἔρωτα. *Λαοὶ δὲ ὑποκάτω σου πεσοῦνται*, τουτέστιν, ὑποπεσοῦνταί σοι δι' ὑποταγῆς πολλοὶ, ὅσοι δηλαδὴ ἐτρώθησαν· εἶεν δ' ἂν βέλη Χριστοῦ καὶ οἱ ἀπόστολοι, ἠκονημένα διὰ τὸ λαμπρὸν τοῦ βίου, καὶ τὸ παρεισδύεσθαι ταῖς καρδίαις τῶν μαθητευομένων, διὰ τῆς διδασκαλίας. Μέχρι τούτου τοῖς τῆς ἀνθρωπότητος τοῦ Χριστοῦ λόγοις ἐνδιατρίψας, ἄνεισιν ἤδη καὶ ἐπὶ τοὺς τῆς θεότητος αὐτοῦ.

Sagittæ tuæ acutæ, o potens, populi sub te cadent in corde inimicorum regis. Expositores omnes, per hyperbaton construunt præsentis versiculi verba, hoc pacto : *Sagittæ tuæ acutæ, ὁ potens, in corde inimicorum regis infixæ sunt.* Et quod ait : *Populi sub te cadent*, per parenthesim jacet. Sagittæ autem Christi, evangelici sunt sermones, qui perquam celeriter universum orbem percurrunt, et ictu certissimo bene sentientes animas feriunt : qui sermones acuti effecti esse dicuntur, et propter summum eorum splendorem, et propter incidendi vim. Nitidi enim sunt et ipsa veritate splendescunt, ac pariter incidunt peccata. Illud autem animadvertendum est, quod dictio, *Acutæ*, participium passivum est a verbo *Acuo* : quod ex Græca lectione clarius patet. Potentem vero Christum appellat, non solum ob omnipotentem divinitatem, sed etiam quia fortitudine ac robore, et humanis virtutibus dæmonem superavit. Hæ igitur sagittæ in eorum corde infixæ sunt, qui antea Dei Regis inimici erant, ita ut eorum multitudo nunc dicere possit [quod in Canticis canticorum legimus] : *Vulnerata ego sum a charitate*, hoc est [a sagittis aut a jaculis charitatis] ; hujusmodi autem sagittæ ictu suo vulnerant quidem, sed non interimunt, quinimo eos potius qui olim virtutibus mortui erant vivificant, et ad divinum amorem pertrahunt. Sequitur : *Populi sub te cadent*, hoc est, tibi subjicienfuerint vulnerati. Per sagittas etiam Christi nitidati, ac lucidi esse dicuntur, propter vitæ splendorem ; et quia propria doctrina in discipulorum corda penetrarunt. Hactenus de Christi humanitate sermo fuit, deinceps de illius divinitate pertractat.

(57) Δηλαδὴ οἱ λόγοι.

Ὁ θρόνος σου, ὁ Θεὸς, εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. Ὁ θρόνος, βασιλείας ὢν σύμβολον, τὴν βασιλείαν αἰνίττεται. Λέγει δὲ, ὅτι Ἡ βασιλεία σου, ἀΐδιος. Ὅρα δὲ, ὅπως Θεὸν φανερῶς τὸν Χριστὸν ὠνόμασεν.

Vers. 7. *Thronus tuus in sæculum sæculi.* Thronus est regiæ dignitatis indicium, unde per thronum, merito regnum significatur, et sensus est : Regnum tuum æternum erit, ex quibus verbis apertissime patet, quod Christum Propheta Deum esse intellexerit.

Ῥάβδος εὐθύτητος ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου. Ἡ ῥάβδος, τῆς δικαστικῆς ἐξουσίας σύμβολον. Ἡ δικαστικὴ σου οὖν, φησὶν, ἐξουσία, εὐθύτητός ἐστιν, ὀρθῶς δικάζουσα. Ἢ καὶ ἄλλως, ῥάβδον νόει μοι τὴν παιδευτικὴν δύναμιν, αὕτη οὖν, εὐθύτητός ἐστι, δικαίως μαστίζουσα.

Virga directionis, virga regni tui. Per virgam, judicis auctoritas ac potestas designatur. Judicis, inquit, potestate recte uteris. Recte enim judicas, et juste procedis. [Vel aliter, per virgam directionis, castigandi potestatem intellige : quæ meritò ita appellatur, quia dum pravos juste castigat, eisque supplicium infert, multos hujusmodi exemplis ad rectam virtutum semitam dirigit.]

Ἠγάπησας δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησας ἀνομίαν. Ἀνομίαν λέγει τὴν ἀδικίαν. Ποικίλως δὲ τῷ Χριστῷ προσμαρτυρεῖ τὴν δικαιοσύνην, ὡς ἅπαντες

Vers. 8. *Dilexisti justitiam et odisti iniquitatem.* Per iniquitatem injustitiam intelligit. Variis autem modis Propheta Christo injustitiam ascribit veluti

Variæ lectiones.

Digitized by Google Распознавание текста ABKFR

ei qui universum orbem judicaturus sit. Deinde rursus ad assumptum hominem sermonem suum iterum convertit, dicens :

κρῖναι μέλλοντι. Εἶτα πάλιν πρὸς τὸ πρόσλημμα ποιεῖται τὸν λόγον.

Propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo exsultationis præ participibus tuis. Participes, ii dicuntur qui inter se in aliquo communicant, hoc est, quibus aliquid commune est. Christo autem in nomine reges omnes communicant : quia christi omnes, id est, uncti appellantur, eo quod oleo uncti sint. Ungebantur enim olim reges, verum illos quidem prophetæ vili hoc, atque usitato oleo ungebant, in regni signum : te vero, inquit, longe aliter, atque illi inungebantur, Deus unxit in regem. Unde alibi de Christo scriptum legimus : *Ego autem constitutus sum Rex ab eo* [48]. Non hujusmodi, inquit, tu oleo unctus es, sed oleo exsultationis. Quemadmodum vero cum gladium Dei et arcum, et sagittas dicimus, aut quid simile, eo non demisse, aut humano aliquo more intelligimus, sed divinam quamdam vim, atque efficaciam per ea significamus, ita et per olei unctionem hic quo unctum esse legimus dilectum, aliud quiddam quam verba sonent intelligendum est : sancti nimirum Spiritus adventus, qui lætitiam et gaudium afferre secum solet. Integra autem ac perfecta fuit hæc Christi inunctio, quia non ut in aliis spiritualibus hominibus esse solet, ex quadam chrismatum parte Spiritus in Christo inerat, sed totus per omnes partes eum repleverat : qua in re cæteris omnibus longe præstabat.

Διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεός σου, ἔλαιον ἀγαλλιάσεως, παρὰ τοὺς μετόχους σου. Μέτοχοί εἰσιν οἱ κοινωνοί. Κοινωνοῦσι δὲ τῷ χριστῷ τοῦ τοιούτου ὀνόματος πάντες οἱ βασιλεῖς, χριστοὶ καὶ οὗτοι καλούμενοι, παρὰ τὸ χρίεσθαι· ἀλλ' ἐκείνους μὲν προφῆται ἔχριον τὸ ἔλαιον σκευαστὸν εἰς βασιλείας σύμβολον· σὲ δὲ τρόπον ἕτερον παρ' αὐτοὺς ὁ Θεὸς ἔχρισεν, ὡς βασιλέα. Ἐγὼ δέ, φησὶ, *κατεστάθην βασιλεὺς ὑπ' αὐτοῦ*, καὶ οὐ τοιοῦτον ἔλαιον, ἀλλὰ *χρίσιν ἀγαλλιάσεως*. Ὥσπερ οὖν ῥομφαίαν Θεοῦ καὶ τόξα καὶ βέλη ἀκούοντες, εἴ τι τοιοῦτον, οὐ ταῦτα (58) παχυμερὲς νοοῦμεν, ἀλλὰ τὴν τούτων ἐνέργειαν, οὕτω καὶ ἔλαιον νῦν, τὴν χρίσιν νομίζομεν. Χρίσις δὲ ἀγαλλιάσεως, ἡ ἐπιφοίτησις τοῦ ἁγίου Πνεύματος· χαροποιὸν δὲ τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Καθόλου δὲ ἡ χρίσις, ὅτι καὶ ὅλον ὅλῳ συνῆν, καὶ οὐκ ἐκ μερικοῦ χαρίσματος, ὡς ἐπὶ τῶν πνευματοφόρων ἀνδρῶν· καὶ κατὰ τοῦτο γὰρ διέφερε.

VERS. 9. *Myrrha et stacte et casia a vestimentis tuis.* Per vestimenta divinitatis Christi, animam et carnem intelligimus assumpti hominis, quibus Christi divinitas ineffabiliter circumamicta erat, et quæ Apostolus ad Hebræos velamen appellavit dicens : [Christum initiasse nobis viam novam per velamen [49], id est, per carnem suam.] Verum ad sensum verborum Prophetæ diligenter attende : Caro, inquit, tua mortem patietur, sed non corruptionem : et anima tua ad inferos descendet. Myrrha etenim inungi solebant mortuorum hominum corpora, ut incorrupta servarentur. Et stacte humor quidam est, qui emanans a myrrha stillat ; omnis autem stilla, seu gutta, ut inquit Basilius, deorsum fertur, et ad inferiora delabitur. Dum igitur myrrham et stactem proventuras dicit a vestimentis divinitatis Christi, id est, a corpore et ab anima ejus, quid aliud quam corporis mortem absque corruptione, et animæ ad inferos descensum significat ? Casia etiam cortex quidam est odoratissimus. Per casiam igitur, suavissimum Dominici corporis odorem significat, quod natura ipsa optimi erat odoris, eo quod sine peccato semper fuerit.

Σμύρνα καὶ στακτὴ καὶ κασσία, ἀπὸ τῶν ἱματίων σου. Ἱμάτια τῆς τοῦ Λόγου θεότητος, ἡ τοῦ προσλήμματος ψυχὴ καὶ σάρξ, οἷς ἐκείνη ἀπορρήτως ἐνεχωρήθη, ἃ καὶ παραπετάσματα καλεῖ Παῦλος ὁ ἀπόστολος. Βούλεται δὲ νῦν ὁ Προφήτης εἰπεῖν, ὅτι Ἐκ μὲν τῆς σαρκός σου,, νέκρωσις ἔσται καὶ ἀδιαφθορία· τούτων γὰρ σύμβολον ἡ σμύρνα· τοῖς νεκροῖς γὰρ σώμασιν ἀδιαφθορίας ἕνεκεν ἐπαλείφεται· ἐκ δὲ τῆς ψυχῆς σου, κάθοδος εἰς ᾅδην· ἡ στακτὴ γὰρ τὸ ὑγρὸν τῆς σμύρνης ἐστὶν, ὅσον αὐτῆς (59) ἀπολαβόμενον καταστάζει· πᾶσα δὲ σταγὼν, κατωφερὴς, ὡς ὁ μέγας ἐξηγήσατο Βασίλειος. Ἡ δὲ κασσία, φλοιῶδες ἄρωμα εὐωδέστατον. Αἰνίττεται δὲ διὰ ταύτης τὴν εὐωδίαν τοῦ Δεσποτικοῦ σώματος· φύσει γὰρ ἦν εὐῶδες, διὰ τὴν ἀναμαρτησίαν.

A domibus eburneis. In Græco pro *a domibus* legimus, βάρεις ἀπὸ βάρεων. Dicuntur autem βάρεις et domus et templa. Per domus igitur, seu templa, animam et assumptum Christi corpus intelligit, quæ et divinitatis vestimenta superius appellavit, et nunc ejusdem domos appellat seu templa. Ordo autem talis sit : Myrrha et stacte et casia erunt] a vestimentis tuis ; a tuis, inquam, eburneis domibus seu templis. Eburneis autem dixit pro splendidis. Candidum enim ebur est et splendescit.

Ἀπὸ βάρεων ἐλεφαντίνων. Βάρεις ἐκαλοῦντο, οἱ οἶκοι καὶ οἱ ναοί. Τὴν ψυχὴν δὲ καὶ τὸ σῶμα πάλιν ὀνομάζει βάρεις· ὡς γὰρ ἱμάτια ταῦτα, οὕτω καὶ οἶκος καὶ ναὸς τῆς θεότητος· οἷον ἔσται τὰ ῥηθέντα, ἀπὸ τῶν ἱματίων σου, λέγω δὲ ἀπὸ βάρεων· τὸ δὲ *Ἐλεφαντίνων*, ἀντὶ τοῦ λαμπρῶν· λαμπρὰ γὰρ τὰ ἐλεφάντινα, διὰ τὴν ἀγαν στιλπνότητα.

[48] Psal. II, 6. [49] Hebr. X, 20.

Variæ lectiones.

(58) Ἰσ. παχυμερῶς.

(59) Al. ἀποθλιβόμενον.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Ἐξ ὧν ηὔφρανάν σε θυγατέρες βασιλέων ἐν τῇ τιμῇ σου. Ὧν ἕνεκεν, ἤτοι διὰ τὴν νέκρωσιν καὶ ἀφθαρσίαν, καὶ εἰς ᾅδου κάθοδον, καὶ ὅσα περὶ τὸ ἑκούσιον ὑπὲρ ἀνθρώπων πάθος σου, ηὔφρανάν σε αἱ πιστεύσασαι ψυχαί· ταύτας γὰρ ὑποληπτέον θυγατέρας βασιλέων. Εἰ γὰρ υἱοὶ καὶ συγκληρονόμοι τῆς βασιλείας οἱ ἀπόστολοι, δῆλον ὡς βασιλεῖς· οὗτοι δὲ τὰς ψυχὰς τῶν πιστευσάντων διὰ τοῦ θείου βαπτίσματος ἐγέννησαν. Φησὶ γὰρ ὁ Παῦλος, ὅτι *Διὰ τοῦ Εὐαγγελίου ἐγὼ ὑμᾶς ἐγέννησα. Ηὔφρανάν* δέ σε πῶς; Ἐν τῷ τιμᾶν σε ἀψευδῶς. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν, καθ' ὑψηλοτέραν ἐπιβολήν· κατὰ δὲ τὸ πρόχειρον, ἑτέρως τὰ ῥητὰ νοήσεις, ὅτι ποικίλη ἀρετῶν εὐωδία ἀποπνεῖ τοῦ σκηνώματός σου· καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν κατὰ τόπους ναῶν σου τῶν λαμπρῶν. Ἡ γὰρ ποικιλία τῶν ἀρωματικῶν εἰδῶν, τὴν ποικιλίαν τῆς εὐωδίας τῶν ἀρετῶν ὑποσημαίνει, ἐξ ὧν ναῶν ηὔφρανάν σε οἱ τούτους φιλοτίμως ἐκ πίστεως δαμάμενοι. Τὸ δὲ, *Ηὔφρανάν*, ὡς ἤδη γεγονὸς λέγει, νόμῳ προφητείας (60), ὡς ποιήσει· τὸ δὲ, *Θυγατέρες βασιλέων ἐν τῇ τιμῇ σου*, ὅτι οὐκ ἰδιῶται μόνον, ἀλλὰ καὶ βασιλεῖς σε τιμήσουσι· καὶ τὸ παραδοξότερον, αἱ μυρίοις ὀφθαλμοῖς φυλασσόμεναι, καὶ ἐν τοῖς ἀδύτοις τῶν βασιλείων θαλαμευόμεναι, θυγατέρες βασιλέων, ὡς ἡ σοφωτάτη Αἰκατερίνα, καὶ ἄλλαι πολλαί.

Ex quibus delectaverunt te filiæ regum in honore tuo. Propter quæ, inquit [propter tuam nimirum mortem, incorruptionem et descensum ad inferos, et propter quæcunque alia quæ ad voluntariam pro hominibus passionem tuam pertinent], credentes et fideles animæ delectaverunt te. Eas enim intelligimus regum filias appellari, quia si apostoli, filii atque hæredes sunt cœlestis regni, manifestum est etiam, quod effecti sint reges. Hi igitur apostoli credentium animas per sacrum genuerunt baptisma : *Per Evangelium enim*, inquit Apostolus, *ego vos genui* [50]. Sed quomodo *delectaverunt te?* Dum scilicet non ficto animo te colunt. Verum hæc juxta altiorem sensum dicta sunt, sed juxta alium sensum, qui clarior videri potest, dic, quod varius ac multiplex virtutum odor spirat ab assumpta Christi humanitate : neque ab ea solum, sed a multis etiam præclaris templis atque Ecclesiis quæ in universo orbe sitæ sunt. Multiplex namque odoramentorum genus, multiplicem etiam virtutum odorem significat : ex quibus, inquit, templis delectaverunt te fideles *illi*, qui egregia in te fide ducti, magna illa templa tibi construxerunt. *Delectaverunt* autem dixit, ut jam factum, et præteritum, quod futurum erat : lege nimirum prophetiæ. Filiæ præterea regum in honore tuo id facient, quia non plebeii ac populares tantum, sed reges etiam Dominum honoraturi erant, et [quod magis admirandum videri poterat] ipsæ etiam regum filiæ, quæ innumeris custodum oculis in regum penetralibus observarentur : qualis fuit sapientissima Catherina, et aliæ quam plurimæ.

Παρέστη ἡ βασίλισσα ἐκ δεξιῶν σου. Βασίλισσαν ἐνταῦθα λέγει τὴν συναγωγὴν τῶν εὐσεβεστάτων Χριστιανῶν, ἣν ὁ βασιλεὺς Χριστὸς ἐνυμφεύσατο ἑαυτῷ, διὰ τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως, πρότερον τοῖς εἰδώλοις κεκωλυμένην· ἥτις ἐβασίλευσε μὲν τῶν παθῶν· συνεβασίλευσε δὲ τῷ νυμφίῳ βασιλείαν οὐράνιον. Καὶ ὁ μὲν νυμφίος κάθηται ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρὸς, ὡς ὁμοούσιος καὶ ὁμότιμος· αὕτη δὲ παρέστηκεν ἐκ δεξιῶν τοῦ νυμφίου, μετὰ τῶν ἀσωμάτων δυνάμεων. Εἰ γὰρ καὶ νύμφη ἐστὶ καὶ βασίλισσα, ἀλλὰ κτιστής ἐστι φύσεως, καὶ ὑπέρμεγα ταύτῃ τὸ καὶ τοιαύτης ἀξιωθῆναι στάσεώς τε καὶ παραστάσεως. Οὐκ ἐναντία δέ φησιν ὁ Παῦλος λέγων περὶ τοῦ Θεοῦ, ὅτι *Συνήγειρε, καὶ συνεκάθισεν ἡμᾶς ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ*. Διὰ Χριστοῦ γὰρ, φησὶ, τοῦ Κυρίου καθίσαντος οἷα κεφαλῆς ἡ ὢν, συμμετέσχε τῆς τιμῆς καὶ τὸ λοιπὸν σῶμα τῆς Ἐκκλησίας.

Vers. 10. *Astitit Regina a dextris tuis.* Per reginam hic religiosissimam Christianorum Ecclesiam intelligit, quam antea idolis ac simulacris addictam, Christus Rex sibi desponsavit, propter illam nimirum fidem quam in eum habuit ; quæ ideo regina esse dicitur, quia animi perturbationibus imperat, ut domina, et quia simul cum sponso suo Christo conregnat in cœlesti regno. Et ipse quidem Sponsus considet a dextris Patris, tanquam ei consubstantialis, et eodem honore præditus. Ipsa autem regina Ecclesia non considet, sed astat a dextris Sponsi, una cum incorporeis potestatibus. Nam etsi sponsa sit et regina, attamen creata quædam natura cum sit, eximium ei fuit, quod tam honoratum ordinem, et statum adeo sublimem sit consecuta. Nec repugnant quæ legimus apud Paulum, quod *Considere nos fecerit Deus in cœlestibus in Christo Jesu* [51]. Per Christum enim id adimpletum est, Christo scilicet illic considente, qui nostrum caput est, et honorem illum nobis omnibus, hoc est reliquo Ecclesiæ corpori communem esse effecit.

Ἐν ἱματισμῷ διαχρύσῳ περιβεβλημένη, πεποικιλμένη. Περιβεβλημένη μὲν, ἐν ἱματισμῷ λαμπρῷ, ἤτοι τῇ χάριτι τοῦ θείου βαπτίσματος, ἢ τῇ περιβολῇ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· πεποικιλμένη

In vestitu deaurato circumamicta varietate. Circumamicta quidem vestitu splendido, id est, sacri baptismatis gratia ; vel amictu et veste sancti Spiritus, et virtute honestarum virtutum. Ami-

[50] I Cor. IV, 15. [51] Ephes. II, 6.

Variæ lectiones.

(60) Al. ὡς ποιήσει καὶ παρακατιών.

Digitized by Google Распознавание текста ABKAFR

ctum enim et varietatem intellectualem intelligit, quemadmodum in progressu manifestius docet.

VERS. 11. *Audi, filia, et vide, et inclina aurem tuam.* Vide quo pacto reginam hanc Ecclesiam Propheta Christo despondeat. Filiam autem Christi eamdem appellavit, quam sponsam fecit. Inter homines enim impossibile est eamdem et sponsam ejusdem viri esse et filiam, sed in Christo possibile est. Spirituali enim modo hæc fiunt; quippe cum per Evangelium in sponsam nos sibi deligat Christus, et per baptismi regenerationem eosdem adoptet in filios. Audi igitur, inquit Propheta, quæ dico, et vide : omnia illa nimirum, quæ propter te passus est Sponsus, aut quæcunque fecit admiranda, et inclina aurem tuam illius præceptis.

Et obliviscere populum tuum. Gentis tuæ, pravæ nimirum conversationis illorum et prioris vitæ.

Et domum patris tui. Et templum diaboli patris tui : *Omnis* enim, inquit, *qui fecit peccatum, e diabolo nascitur* [89]. Obliviscere etiam scelestorum sacrificiorum ac festivitatum illarum quas impie olim peragebas. Vel domum patris fortassis ideo dicit, quia gentiles olim in parentes ac progenitores sibi ascribebant fabulosos illos deos. Quid igitur ad hæc dicent Judæi? Certum enim est, quod de eorum Synagoga non loquitur Propheta, cum lege cautum esset, ut a patriis moribus non recederent.

VERS. 12. *Et concupiscet Rex decorem tuum.* Et diliget te, inquit, si feceris quæ dixi. Per decorem vero, ut diximus, animæ pulchritudinem intelligit.

Quoniam ipse est Dominus Deus tuus, et adorabis eum. Desponsare illi, inquit, et adoptare ab eo. Dominus enim tuus est, veluti creator. O immensam misericordiam et benignitatem Dei! Adorabis eum, inquit, ut serva, tametsi ille te sibi sponsam fecerit et filiam.

VERS. 13. *Et filia Tyri in muneribus.* Idola colebat Tyrus et impiissima inter omnes alias erat civitas. Prædicit igitur ipsam etiam Tyrum Christo dona allaturam esse; templorum nimirum constructiones, oblationes et reliqua quæ ad divinum pertinent cultum. Erit, inquit, in donis filia Tyri, hoc est, ipsa Tyrus. Est enim idioma Hebraicum, juxta quod et filiam Babylonis dici legimus, et filiam Sion, et alia hujusmodi multa. Filiam autem civitatem appellat, ad totius provinciæ comparationem, cujus ipsa Tyrus est pars. Similem loquendi modum invenies in fine psalmi LXXII [ibi : *Ut annuntiem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion.*]

Vultum tuum deprecabuntur omnes divites populi.

δὲ, τῇ ποικιλίᾳ τῶν εὐπρεπῶν ἀρετῶν. Νοητὴν γὰρ λέγει περιβολὴν καὶ ποικιλίαν, ὡς προῶν διδάξει φανερώτερον.

Ἄκουσον, θύγατερ, καὶ ἴδε, καὶ κλῖνον τὸ οὖς σου. Ὅρα πῶς προμνηστεύεται ταύτην τῷ Χριστῷ. Θυγατέρα δὲ τοῦ Χριστοῦ τὴν αὐτὴν πάλιν ὀνόμαζει. Ἐπὶ μὲν τῶν ἀνθρώπων, οὐκ ἔνεστι τὴν αὐτὴν εἶναι καὶ νύμφην καὶ θυγατέρα τοῦ αὐτοῦ· ἐπὶ δὲ τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἀμφότερα, πνευματικὰ γάρ· καὶ ἐνυμφεύσατο μὲν αὐτὴν, διὰ τοῦ Εὐαγγελίου· ἀνεγέννησεν δὲ, διὰ τοῦ βαπτίσματος. Ἄκουσον, φησὶν, ἃ λέγω, καὶ ἴδε ὅσα διὰ σὲ πέπονθεν ὁ νυμφίος· ἢ ὅσα πεποίηκε θαύματα· καὶ κλῖνον τὸ οὖς σου. ὑπόθες αὐτὸ ταῖς ἐντολαῖς αὐτοῦ.

Καὶ ἐπιλάθου τοῦ λαοῦ σου. Τοῦ ἔθνους σου, τουτέστι, τῆς πονηρᾶς αὐτῶν πολιτείας, καὶ τῆς προτέρας διαγωγῆς.

Καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου. Καὶ τοῦ ναοῦ τοῦ διαβόλου, τοῦ πατρός σου. *Πᾶς* γὰρ, φησὶν,, *ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν, ἐκ τοῦ διαβόλου γεγέννηται.* Ἐπιλάθου καὶ τῶν μιαρῶν θυσιῶν, καὶ τῶν ἑναγῶν ἐκείνων τελετῶν. Καὶ ἄλλως γὰρ τὰ ἔθνη πατέρας ἑαυτῶν ἐπέγραφον τοὺς μυθευομένους θεούς. Τί δ' ἂν εἴποιεν Ἰουδαῖοι πρὸς ταῦτα; Προδήλως γὰρ, οὐ τὴν αὐτῶν λέγει συναγωγὴν, οἷς μάλιστα νόμος μὴ ἀφίστασθαι τῶν πατρίων.

Ἐπιθυμήσει ὁ βασιλεὺς τοῦ κάλλους σου. Καὶ ἀγαπήσει σε, εἰ ποιήσεις ἃ εἶπον. Κάλλος δὲ ταύτης, ἡ ψυχικὴ ὡραιότης, ὡς εἴρηται.

Ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ Κύριός σου, καὶ προσκυνήσεις αὐτῷ. Νυμφεύθητι αὐτῷ, καὶ υἱοποιήθητι. Ὁ Δεσπότης σού ἐστιν, ὡς δημιουργός. Ὦ τῆς ἀπείρου συγκαταβάσεως καὶ φιλανθρωπίας! Καὶ προσκυνήσεις αὐτῷ δουλικῶς, εἰ καὶ νύμφην καὶ θυγατέρα σε πεποίηκε.

Καὶ θυγάτηρ Τύρου ἐν δώροις. Κατειδωλος ἦν ἡ Τύρος, καὶ δυσσεβεστάτη μάλιστα τῶν πόλεων ἄλλων. Προφητεύει γοῦν, ὅτι καὶ αὐτὴ δωροφορήσει τῷ Χριστῷ ναῶν οἰκοδομὰς, καὶ ἀναθήματα, καὶ τὴν ἄλλην λατρείαν. Ἔσται, φησὶν, ἐν δώροις. *Θυγάτηρ* δὲ *Τύρου*, ἀντὶ τοῦ, ἡ Θυγάτηρ Τύρος· ἰδίωμα γὰρ καὶ τοῦτο Ἑβραϊκόν· οὕτω γὰρ καὶ τὸ, *Θυγάτηρ Βαβυλῶνος*, καὶ εἴ τι τοιοῦτον. Θυγατέρα δὲ καλοῦσι τὴν πόλιν, ὡς πρὸς τὴν ὅλην χώραν, ἧς αὕτη μέρος ἐστί. Περὶ τοῦ ἰδιώματος τούτου ζητῶν, εὑρήσεις καὶ (61) εἰς τὸν οβ' ψαλμὸν, ἐν τῷ τέλει.

Τὸ πρόσωπόν σου λιτανεύσουσιν πάντες οἱ

[89] Joan. VIII, 34.

Variæ lectiones.

(61) Al Ζήτει περὶ τοῦ ἰδιώματος τούτου, ἐν τῷ οβ' ψαλμῷ, ἐν τῷ τέλει.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

πλούσιοι τοῦ λαοῦ. Πρόσωπον ἐνταῦθα τὴν κεφαλὴν A *Per vultum seu [si ita mavis reddi] per faciem, ipsum caput intelligit. Caput autem congregationis, atque Ecclesiæ fidelium, Christus est, quem deprecabuntur, hoc est, cui supplicationes ferent, vel, quem honorabunt (ut reddit Theodotio) reges et duces. Quod si principes eum honorabunt, multo magis etiam populi eis subditi. Et aliter : Vultus,* seu (ut diximus) facies Ecclesiæ, sacerdotes dici possunt, quos ipsi etiam reges honorabunt, tanquam intercessores suos ad Deum.

καλεῖ· κεφαλὴ δὲ τῆς συναγωγῆς τῶν πιστῶν, ὁ Χριστὸς, ὃν λιτανεύσουσι, τουτέστιν, ἱκετεύσουσιν, ἢ τιμήσουσιν, ὡς Θεοδοτίων εἶπεν, βασιλεῖς καὶ ἡγεμόνες· εἰ δὲ οὗτοι, πολλῷ μᾶλλον οἱ ὑπήκοοι. Ἢ καὶ πρόσωπον τῆς Ἐκκλησίας, οἱ ἱερεῖς, οὓς τιμῶσι καὶ αὐτοὶ βασιλεῖς, ὡς παραστάτας Θεοῦ.

Πᾶσα ἡ δόξα τῆς θυγατρὸς τοῦ βασιλέως ἔσωθεν. Ἵνα μὴ νομίσῃ τις, ὅτι περὶ αἰσθητῶν εἴρηκεν ὀπίσω περιβλημάτων, ἢ κάλλους, μεθιστᾷ τὸν νοῦν ἀκροατῶν ἐπὶ τὰ νοήματα, λέγων· ὅτι πᾶσα ἡ ὡραιότης, καὶ ἡ εὐπρέπεια, καὶ ὁ κόσμος αὐτῆς, ἐν τῇ ψυχῇ αὐτῆς ἐστι. (62) Τὸ λογικὸν γὰρ κάλλος, καὶ τὴν ἐξ ἀρετῶν στολὴν ὁ Θεὸς ἀποδέ- B χεται.

Vers. 14. *Omnis gloria filiæ Regis ab intus.* Ne fortasse aliquis existimaret, quod Propheta in præcedentibus de vestimentis ac pulchritudine corporis loqueretur, auditorum mentes nunc erigit, ut non sensibilia hic a se tradi putent, sed intellectualia quædam et spiritu plena, dum dicit quod omnis decor, elegantia atque ornatus reginæ est in ejus anima. Rationalem enim pulchritudinem Deus diligit, ornatumque et stolam non auro, sed virtute insignem.

Ἐν κροσσωτοῖς περιβεβλημένη, πεποικιλμένη. Ἄνω μὲν εἶπεν *ἐν ἱματισμῷ*· ἐνταῦθα δὲ, *ἐν κροσσωτοῖς*, τουτέστι ζώναις· τινὲς γὰρ, *σφιγκτῆρσιν* ἐκδεδώκασιν, ὧν ἀπαιωροῦνται κροσσοί. Ζώνην δὲ νοήσεις τὴν σωφροσύνην, συσφίγγουσαν τὸ ἐπιθυμητικὸν μέρος, ἧς ἀπαιωροῦνται ἀρεταὶ πολλαί· ὁ γὰρ χαλινώσας τὴν ἐπιθυμίαν, κατορθώσει πολλά. Ἄλλοι τὸ, *Ἐν κροσσωτοῖς*, *Ἐν κροσσοῖς* εἶπον, κροσσοὺς λέγοντες τὰς διαφορὰς τῶν ἀρετῶν, ἢ τὰς διαφορὰς τῶν πνευματικῶν χαρισμάτων.

In fimbriis aureis circumamicta varietate. Superius quidem dixit *in vestitu*, modo autem *in fimbriis*, hoc est, in zonis. Unde aliqui *in cingulis* transtulerunt, a quibus fimbriæ quædam dependent. Per zonam vero, temperantiam aut modestiam intelliges, quæ concupiscibilem animæ partem coercet, a qua multæ aliæ dependent virtutes. Nam qui concupiscentiam temperantiæ zona refrenaverit, præclara alia etiam multa peraget. Alii vero per fimbrias simpliciter, multiplicem virtutum, aut spiritualium donorum varietatem intelligunt.

C

Ἀπενεχθήσονται τῷ βασιλεῖ παρθένοι ὀπίσω αὐτῆς. Προφητεύει ὅτι οὐχ ἅμα τῷ συστῆναι τὴν συναγωγὴν τῶν πιστῶν ἡ παρθενία πολιτευθήσεται, ἀλλ' ὀπίσω ταύτης, τουτέστιν ὕστερον· μετὰ γὰρ τὸ παγιωθῆναι τὴν Ἐκκλησίαν, ἀπηνέχθησαν τῷ Χριστῷ διὰ τῆς τῶν ἀποστόλων διδασκαλίας παρθένοι. Ἄλλως δέ φησιν, ὅτι θυγάτηρ καὶ νύμφη μέν ἐστι πᾶσα ψυχὴ, διὰ τελειότητος οἰκειωθεῖσα Θεῷ· παρθένος δὲ, ἡ καθαρεύουσα μὲν τῶν παθῶν, ἔτι δὲ ἀτελὴς· ἥτις ἁπάγεται τῷ Θεῷ, δευτέρα οὖσα τῆς τελειοτέρας (63).

Vers. 15. *Adducentur Regi virgines post eam.* Virginitatem quidem introducendam prædicit, sed non statim ab initio congregationis fidelium, atque ideo dicit : *Post eam*, hoc est, aliquanto post tempore. Verum ubi stabilita est Ecclesia, multæ virgines per apostolorum doctrinam Christo allatæ sunt. Quidam per sponsam et filiam, omnem animam intelligunt, quæ summa benevolentia familiaritate Christo conjuncta sit, ac majori prædita perfectione. Per virginem vero, illam quæ ab affectibus quidem carnis munda sit, sed integram perfectionem nondum consecuta ; atque ideo hæc post sponsam et filiam, hoc est, post perfectiorem, secunda Deo adducitur.

Αἱ πλησίον αὐτῆς ἐπενεχθήσονται. Αἱ καὶ βίῳ καὶ δόγμασιν ἐγγίζουσαι τῇ νύμφῃ καὶ θυγατρὶ, καὶ μικρὸν ταύτης ἀπολειπόμεναι.

Proximæ ejus adducentur tibi. Illæ nimirum, quæ moribus et sapientia proximæ sunt, quæque a sponsa regis filia non longo disseparantur intervallo.

Ἐπενεχθήσονται ἐν εὐφροσύνῃ. καὶ ἀγαλλιάσει. Φησὶν ὁ ἀπόστολος Παῦλος· Θλῖψιν τῇ σαρκὶ ἕξουσιν αἱ γαμούμεναι, δηλαδὴ μεριμνῶσαι περὶ τοῦ ἀνδρὸς, περὶ τέκνων, περὶ οἰκετῶν, περὶ τῆς οἰκίας, καὶ τῶν τοιούτων· ὧν τῆς φροντίδος ἡ παρ-

Vers. 16. *Adducentur in lætitia et exsultatione.* Docuit enim nos Paulus[32.44], quod mulieres quæ matrimonium virginitati præponentes nupserint, afflictionem habituræ sunt, sollicitæ nimirum de viro, de liberis, de servis, de domo, deque tota re familiari :

[32.44] I Cor. VII, 28 seqq.

Variæ lectiones.

(62) Al. Ψυχικόν.

(63) Al. Ἀναγωγικῶς δέ· Ὅσαι ἂν τὴν παρθενίαν ἀγαπήσωσιν, μιμοῦνται τρόπον τινὰ τὴν θεοτόκον, κατακολουθοῦσαι δηλαδὴ αὐτῇ διὰ τῆς μιμήσεως· ὥστε κατ' αὐτὸ δὴ τὸ παρθενεύειν, εἶεν ἂν μητέρες Χριστοῦ. Φησὶ γὰρ ὁ ἐν θεολογίαις μέγας Γρηγόριος· Χριστὸς ἐκ Παρθένου· γυναῖκες, παρθενεύετε, ἵνα Χριστοῦ γένησθε μητέρες.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

quibus sollicitudinibus hæ virgines immunes sunt, cum ad unicum et cœlestem Sponsum solum spectantes, spiritualiter oblectentur,

Ducentur in templum Regis. Vel quia virginum ordines in Ecclesia statuentur : vel per templum, cœlestem regiam intelligit, ad quam virgines adducentur ab angelis.

VERS. 17. *Pro patribus tuis nati sunt tibi filii.* Hæc ad Ecclesiam fidelium dicta sunt : quam quia jusserat Propheta a patria domo discedere, consolatur nunc dicens, quod filii ejus, fideles nimirum, qui per baptismum regenerandi erant, nascentur loco parentum ejus, atque in eorum sufficientur dignitatem ; episcopique ac custodes dominum, et Ecclesiarum præsides in toto orbe constituentur : quod in sequentibus etiam magis explicat dicens :

Constitues eos principes super omnem terram. Ad Christum sermonem habet, cujus parentes seu patres ex materno genere, Abraham fuit, ac cæteri patriarchæ et prophetæ ; filii vero apostoli ,quod in dignitatem parentum Christi suffecti sunt ; effecti nimirum et ipsi patriarchæ, ac plurimarum gentium patres, quos per baptismum sibi genuerunt : qui etiam digni habiti sunt, ut spiritus gratiam reciperent, utque veluti eximii quidam duces in universum orbem terrarum mitterentur. *Euntes* enim, inquit, *docete omnes gentes* [88] ; nec tantummodo dum viverent principatum hunc retinuerunt, sed etiam post mortem. Eorum enim præceptis ac monitis, ubique gentium fideles obtemperant, atque ab eis diriguntur. Ostendant itaque Judæi, quinam eorum filii imperaverint aliquando toti terræ : cum ipsi potius universo nunc orbi serviant.

VERS. 18. *Memor ero nominis tui in omni generatione et generatione.* Hoc ex persona Ecclesiæ dictum est, postquam tam præclaris donis digna est habita. Repetitio autem illa generationis, perpetuam prolem ac successionem significat ; et sane semper Christi memor fuit Ecclesia, cujus nomine insignita mirum in modum gloriatur.

Propterea populi confitebuntur tibi in sæculum. Quoniam tanta in me providentia ac studio usus es, fidelium populi dum vivent gratias tibi agent innumeras.

Et in sæculum sæculi. Non in præsenti tantum sæculo, sed etiam in futuro, quod sæculum sæculi dicitur, quasi nobilius sit et nullo fine concludatur.

In finem pro filiis Core pro occultis.

PSALMUS XLV.

In finem quidem dictum est, quia prophetiæ quæ

[88] Matth. xxviii, 18.

θενος ἀπαλλαγεῖσα, καὶ πρὸς μόνον τὸν νοητὸν ὁρῶσα νυμφίον, χαίρει πνευματικῶς.

Ἀχθήσονται εἰς ναὸν βασιλέως. Ἢ ὅτι καὶ παρθένων τάγματα τῷ κλήρῳ τῆς Ἐκκλησίας ἀφορισθήσεται· ἢ ναὸν, τὸν ἐπουράνιον, καὶ τὰ ἐν οὐρανῷ βασίλεια, εἰς ἃ παρὰ τῶν ἀγγέλων ἀχθήσονται.

Ἀντὶ τῶν πατέρων σου ἐγεννήθησαν οἱ υἱοί σου. Τοῦτο πρὸς τὴν συναγωγὴν τῶν πιστῶν εἴρηκεν· ἐπειδὴ γὰρ ἐκέλευσεν αὐτὴν ἀποστῆναι τοῦ πατρῴου οἴκου, παραμυθεῖται ταύτην, ὅτι τέκνα αὐτῆς, ἤγουν οἱ πιστεύσαντες καὶ ἀναγεννηθέντες διὰ τοῦ βαπτίσματος, γενήσονται ἀντὶ τῶν πατέρων αὐτῆς, ὅσον εἰς προστασίαν· κατέστησαν γὰρ ἐπίσκοποι καὶ προστάται τῶν κατὰ τόπους Ἐκκλησιῶν, ὃ καὶ διὰ τῶν ἑξῆς ἐδήλωσεν, εἰπών·

Καταστήσει αὐτοὺς ἄρχοντας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. Ἢ καὶ πρὸς τὸν Χριστὸν ὁ λόγος, οὗ πατέρες μὲν, ὅσον ἀπὸ τῆς μητρὸς αὐτοῦ, Ἀβραὰμ καὶ οἱ λοιποὶ πατριάρχαι καὶ προφῆται· υἱοὶ δὲ, οἱ ἀπόστολοι, οἵτινες ἐπανέδησαν εἰς τὸ ἀξίωμα τῶν πατέρων αὐτοῦ, πατριάρχαι τε γενόμενοι, ἐν τῷ γεννῆσαι διὰ τοῦ βαπτίσματος πάντα τὰ ἔθνη, καὶ ἀξιωθέντες τοῦ πνευματικοῦ χαρίσματος. Ἀλλὰ καὶ ἀπεστάλησαν ἄρχοντες παρ' αὐτοῦ εἰς πᾶσαν τὴν γῆν. *Πορευθέντες* γὰρ, φησὶ, *μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη.* Οὐ μόνον δὲ ζῶντες ἦρξαν, ἀλλὰ καὶ μετὰ θάνατον· πάντες γὰρ οἱ πιστοὶ, πανταχοῦ τοῖς νόμοις αὐτῶν καὶ ταῖς παραγγελίαις πείθονται, καὶ ἰθύνονται. Δειξάτωσαν οὖν οἱ Ἰουδαῖοι, τίνες υἱοὶ αὐτῶν ἦρξαν πάσης τῆς γῆς· (64) ἢ μᾶλλον πάσῃ τῇ γῇ δουλεύουσι.

Μνησθήσομαι τοῦ ὀνόματός σου ἐν πάσῃ γενεᾷ καὶ γενεᾷ. Τοῦτο ἡ Ἐκκλησία, φησὶ, τοιούτων ἀξιωθεῖσα· ἡ ἀναδίπλωσις δὲ τῆς γενεᾶς, τὴν εἰς ἀεὶ διαδοχὴν σημαίνει. Καὶ μὴν καὶ μεμνήσκεται ἀεὶ τοῦ Χριστοῦ· (65) ἐπεὶ καὶ ἀπ' αὐτοῦ, Χριστιανὴ κέκληται.

Διὰ τοῦτο ἐξομολογήσονταί σοι εἰς τὸν αἰῶνα. Διότι τοσαύτης με προμηθείας ἠξίωσας, πλήθη πιστῶν εὐχαριστήσουσί σοι, παρ' ὅλον τὸν ἀνθρώπινον βίον.

Καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. Καὶ οὐκ εἰς τὸν τοῦ παρόντος κόσμου αἰῶνα μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸν τοῦ μέλλοντος· οὗτος γὰρ αἰῶνος αἰὼν, ὡς τιμιώτερον καὶ ἀπέραντον.

Εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ τῶν υἱῶν Κορὲ, ὑπὲρ τῶν κρυφίων.

ΨΑΛΜΟΣ ΜΕ'.

Εἰς τὸ τέλος μὲν, ὅτι πρὸς τέλος ὁρῶσιν αἱ ἐν

Variæ lectiones.

(64) Ἴσ. οἱ.
(65) Al. Ἐπεὶ καὶ ἀπ' αὐτοῦ Χριστιανοὶ κέκληνται.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τούτῳ προφητεῖαι· προαγορεύει δὲ τὰς κατὰ τῆς Ἐκκλησίας ἐν ἀρχῇ τοῦ κηρύγματος ἐπαναστάσεις τῶν τυράννων, καὶ τὴν ταύτης ὑπομονήν, καὶ τὴν ἐφεξῆς εἰρήνην. Διὸ καὶ μετὰ τὸν προλαβόντα δικαίως τέτακται· ἐκεῖνος μὲν γὰρ, τὴν κλῆσιν αὐτῆς περιέχει· οὗτος δὲ, τὰ μετὰ τὴν κλῆσιν. Ἔν τισι δὲ τῶν ἀρχαίων ἀντιγράφων, οὐχ *Ὑπὲρ τῶν υἱῶν Κορέ*, ἀλλὰ *Τοῖς υἱοῖς Κορέ*, ἐπεγέγραπτο. Καὶ δῆλον, ὡς λῆθῃ τοῦτο τοῦ κατ' ἀρχὰς μεταγράψαντος, ἀφ' οὗ τινος διεδόθη καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους. Δυνάμεθα δὲ καὶ οὕτως ἑρμηνεῦσαι τὴν ἐπιγραφὴν, τὴν *ὑπὲρ πρόθεσιν* ἀντὶ τῆς *διά* λαμβάνοντες· οἷον, *Διὰ τῶν υἱῶν Κορέ*. Ἐπονήθη μὲν γὰρ τῷ Δαβὶδ, ἐμελῳδήθη δὲ, διὰ τῶν υἱῶν Κορέ· φασὶ γὰρ τὴν Ἑβραΐκην λέξιν καὶ τὸ, *Διὰ τῶν υἱῶν*, καὶ τὸ, *Ὑπὲρ τῶν υἱῶν* ὁμοίως σημαίνειν. *Ὑπὲρ τῶν κρυφίων* δὲ, ἀντὶ τοῦ Περὶ τῶν κεκρυμμένων τοῖς πολλοῖς· αἰνιγματώδη γὰρ ἐν τούτῳ τὰ πολλά. Εἴρηται δὲ προσώπῳ τῶν ἀποστόλων, καὶ τῶν μαρτύρων.

A hic continentur ad finem tendebant. Prædicit autem hic psalmus futuros adversus Ecclesiam insultus : qui mox ab evangelicæ prædicationis initio concitandi erant . Ipsius etiam Ecclesiæ patientiam et pacem demum secutam. Unde non immerito post præcedentem psalmum collocatur. Ille enim Ecclesiæ vocationem continet, hic autem ea quæ post vocationem subsecuta sunt. In aliquibus autem veteribus exemplaribus inscriptum est : *Filiis Core :* absque illa dictione *pro ;* verum patet id effectum esse scriptoris incuria, a quo error in cæteros emanavit. Possumus etiam exponere præpositionem *pro*, loco præpositionis *per*, ut sit sensus , quod per *Filios Core* decantatus est hic psalmus, tametsi compositus a David. Aiunt B enim præpositionem hanc apud Hebræos in utraque poni significatione. Quod vero ait : *Pro occultis*, expone, id est, *de occultis*. Multis enim occulta, hoc est, obscura atque ignota sunt, quæ in hoc psalmo continentur, efferuntur autem hujus psalmi verba ex apostolorum seu martyrum persona.

Ὁ Θεὸς ἡμῶν, καταφυγὴ καὶ δύναμις. Ὁ Χριστὸς εἰς ὃν ἡμεῖς πεπιστεύκαμεν, φεύγουσι μὲν ἡμῖν, καταφυγή ἐστιν· ἀνθισταμένοις δὲ, δύναμις· αὐτὸς γὰρ ἐνετείλατο φεύγειν μὲν, τοὺς πειρασμούς· ἐμπίπτοντας δὲ, ἀνθίστασθαι δι' ὑπομονῆς· ὥστε μὴ ἡττᾶσθαι τούτων.

Vers. 2. *Deus noster refugium et virtus.* Christus in quem credimus, et refugium nobis est, quoties ab inimicis fugamur, et virtus etiam, hoc est, robur seu potestas, quoties impetum illorum sustinentes resistimus. Ipse enim et tentationem fugere nos jussit, et irruentibus in nos inimicis, per patientiam resistere, ne ab illis superemur.

Βοηθὸς ἐν θλίψεσι ταῖς εὑρούσαις ἡμᾶς σφόδρα. Τὸ *Σφόδρα*, πρὸς τὸ, *Βοηθὸς*, ἀποδίδωσιν ὁ Χρυσόστομος. Σκόπει δὲ, ὅτι αἱ θλίψεις εὑρίσκουσι τοὺς κατὰ Θεὸν ζῶντας, καταδιώκουσαι αὐτοὺς, τοῦ Θεοῦ C παραχωροῦντος, ἵνα γυμνασθέντες, δοκιμώτεροι γένωνται. *Ἡ θλῖψις* γὰρ, φησὶν, *ὑπομονὴν κατεργάζεται· ἡ δὲ ὑπομονὴ, δοκιμήν*. Ὁ γὰρ Θεὸς οὐ κωλύει μὲν τοὺς πειρασμοὺς, διὰ τὴν ῥηθεῖσαν αἰτίαν· ἐπιόντων δὲ, παρίσταται βοηθός.

Adjutor in tribulationibus quæ invenerunt nos valde. Dictionem *Valde*, Chrysostomus referendam esse dicit ad dictionem *Adjutor*. Illud nunc considera, docente te Propheta nostro, quod afflictiones et calamitates invenire eos homines soleant, qui vivunt secundum Deum : quodque permittente sic Deo, eos persequuntur, ut exercitatione probatiores fiant. *Tribulatio* enim, inquit, *patientiam operatur, patientia vero probationem*[56]. Hac de causa Deus insurgentes in nos tentationes, non statim prohibet, sed cum advenerint, opem suam nobis impendit.

Διὰ τοῦτο οὐ φοβηθησόμεθα ἐν τῷ ταράσσεσθαι τὴν γῆν, καὶ μετατίθεσθαι ὄρη ἐν καρδίαις θαλασσῶν. Τοῦτο τὸ χωρίον, οὔτε ὁ μέγας Βασίλειος κατὰ ἀναγωγὴν ἔσχεν, οὔτε ὁ Χρυσόστομος, ἀλλὰ συμφώνως εἶπον, ὅτι λέγουσιν οἱ ἅγιοι, ὡς ἄρα τοῦ Χριστοῦ βοηθοῦντος ἡμῖν σφόδρα, οὐδέποτε φοβηθησόμεθα, οὐδ' εἰ πᾶσα ἡ γῆ συνταραχθείη σεισμοῖς ἐξουσίοις, οὐδ' εἰ τὰ ὄρη τῆς φυσικῆς ἕδρας ἀνασπα- D σθέντα, εἰς τὰ βάθη τῆς θαλάσσης ἀποσφενδονισθείεν. Εἰ δὲ τῶν στοιχείων οὕτω συγχεομένων οὐ δείσομεν, πολλῷ μᾶλλον οὐδὲ τῶν τυράννων ἐπιτεθειμένων ἡμῖν. Ὅθεν καὶ Παῦλος ἔλεγε (66)· *Τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ; τόδε ; ἢ τόδε ;*

Vers. 3. *Propterea non timebimus dum turbatur terra, et transferuntur montes in corda marium.* Locum hunc, nec magnus Basilius, nec Chrysostomus juxta anagogen exponunt, sed uno ore juxta litteram tantum dicunt, verba hæc sanctorum dici persona, fatentium, quod Christo eos adjuvante nunquam timebunt, neque si universa terra horrendis concutiatur terræmotibus, neque si montes a stabilitate ac sede sua naturali divulsi, in profundum maris transferantur. Ac si dicerent : Si elementis adeo confusis formidaturi non sumus, multo minus insurgentibus in nos tyrannis trepidabimus. Unde etiam Apostolus dicebat : *Quis nos separabit a charitate Christi?* [*tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an persecutio, an gladius*[57] ? et quæ ibi sequuntur.]

[56] Rom. v, 3. [57] Rom. VIII, 35.

Variæ lectiones.

(66) Græca verba sic habent : *hoccine, an illud !* Sic alius codex.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Vers. 4. *Sonuerunt et turbatæ sunt aquæ eorum, conturbati sunt montes in fortitudine ejus.* Omnipotens, inquiunt, nobis auxilio est. Sæpenumero enim marium fluctus fremuerunt conturbatique et commoti sunt, effervescentes nimirum irruentium ventorum vi : montes etiam nonnunquam concussi sunt. Omnia autem hæc potestate Dei efficiuntur. Unde alibi etiam ait ; *Qui convertis profundum maris* [68]. Item : *Qui respicit terram et facit eam tremere* [69]. Maria autem in plurali numero dicit, juxta Hebraicæ linguæ consuetudinem, ut alibi diximus. Vel, per maria, varios maris sinus aut tractus intelligit, veluti Ægeum, Ionicum et alios hujusmodi. Nec tamen abs re fuerit, his verbis anagogicum etiam sensum accommodare : Non timebimus, inquiunt, dum turbatur terra, hoc est, dum tyranni et subditi eorum populi terrena sapientes turbabuntur. [Turbati autem sunt, antiqua ac patria eorum conversatione immutata.) Quinimo, neque etiam timebimus dum montes, hoc, est, superbi elatique animo, ac tumentes dæmones, in amarescentium ac maris instar infructuosorum hominum corda transferentur ; hoc est, dum irruere eos videbimus, in hujusmodi homines, ita ut ad furorem eos atque insaniam commoveant, et sævire eos etiam cogant in nos. Multa enim hujusmodi facta fuisse traduntur in apostolorum Actis. [Et quod ait, sonuisse ac conturbatas esse aquas eorum, ita intelligendum est, ut oratio ad montes dirigatur, ac si diceret : Aquæ eorum montium.] Per aquas autem montium diabolicos atque idololatras homines intelligit, qui aquarum instar huc et illuc a spiritu deceptionis aguntur, quique clamantes sonuerunt et mutuo sese ad fidelium necem irritantes turbati sunt, et perterriti in admirandis servorum Dei operibus atque in invicto eorum robore. Turbati etiam sunt montes, hoc est, ipsi etiam, dæmones debiliores facti sunt atque in fugam acti.

A *Ἤχησαν καὶ ἐταράχθησαν τὰ ὕδατα αὐτῶν· ἐταράχθησαν τὰ ὄρη ἐν τῇ κραταιότητι αὐτοῦ.* Τοῦτο λέγουσιν, ὅτι Παντοδύναμος ὁ βοηθὸς ἡμῶν· πολλάκις γὰρ τὰ ὕδατα τῶν θαλασσῶν ἤχησαν καὶ ἐταράχθησαν κυκώμενα καὶ ἀναβρασσόμενα ταῖς βίαις τῶν ἐμπιπτόντων ἀνέμων. Ἔτι δὲ καὶ τὰ ὄρη, ἐσαλεύθησαν σεισμῷ. Ταῦτα δὲ γίνεται ἐν τῇ δυνάμει αὐτοῦ. *Ὁ μεταστρέφων* γάρ, φησὶ, *τὸ κῦτος τῆς θαλάσσης·* καὶ, *Ἐπιβλέπων* ἐπὶ *τὴν γῆν, καὶ ποιῶν αὐτὴν τρέμειν.* Θαλασσῶν δὲ πληθυντικῶς εἶπε, κατὰ τὴν Ἑβραΐδα συνήθειαν, ὡς ἐν ἄλλοις εἰρήκαμεν. Ἡ θαλάσσας καλεῖ τοὺς διαφόρους κόλπους, τὸν Αἰγαῖον, τὸν Ἰόνιον, καὶ τὰ τοιαῦτα. Οὐκ ἄκαιρον δὲ, καὶ ἀναγωγικῶς ἑρμηνεῦσαι τὰ προῤῥηθέντα· Οὐ φοβηθησόμεθα ἐν τῷ ταράσσεσθαι B τὴν γῆν, ἤτοι τοὺς γήϊνα φρονοῦντας τυράννους, καὶ ὑπηκόους· ἐταράσσοντο γὰρ, (67) μετατιθεμένων τῆς πατρῴου πολιτείας αὐτῶν. Ναὶ μὴν, οὐδὲ ἐν τῷ μετατίθεσθαι, ἤγουν εἰσέρχεσθαι τὰ ὄρη, τουτέστι τοὺς ἐπηρμένους δαίμονας, εἰς τὰς καρδίας τῶν ἀλμυρῶν καὶ πικρῶν ἀνθρώπων, ἐκμαίνοντας αὐτοὺς εἰς τὸν καθ' ἡμῶν φόνον· πολλὰ γὰρ τοιαῦτα γεγονέναι παρίστησιν ἡ βίβλος τῶν ἀποστολικῶν Πράξεων. Ὕδατα δὲ αὐτῶν, ἤγουν τῶν δαιμόνων, οἱ εἰδωλολάτραι, δίκην ὑδάτων τῇδε κἀκεῖσε μεταφερόμενοι τοῖς πνεύμασι τῆς τούτων ἀπάτης, οἳ ἤχησαν μὲν βοῶντες, καὶ ἀλλήλοις παραθήγοντες· ἐταράχθησαν δὲ, θορυβηθέντες ἐπὶ ταῖς παραδοξοποιίαις τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ, καὶ τῇ ἀκαταγωνίστῳ δυνάμει· ἐταράχθησαν δὲ καὶ τὰ ὄρη, τουτέστι καὶ αὐτοὶ οἱ δαίμονες, ἀτονοῦντες, καὶ ἐλαυνόμενοι.

Vers. 5. *Fluminis impetus lætificat civitatem Dei.* Occulta hic traduntur mysteria. Et flumen quidem Christus dicitur propter dulcissima doctrinæ ejus fluenta, quæ fideles animas irrigant, impinguant et ad uberrimos virtutum fructus deducunt. Unde per quemdam prophetam dicit : *Ecce declino ad eos, quasi flumen pacis* [70]. Per impetus autem hujus fluminis, sanctos intelligimus apostolos, qui ab eo missi atque impulsi sunt, ad fidelium doctrinam. *Euntes* enim, inquit, *docete omnes gentes* [71]. Civitas vero Dei est fidelium congregatio, ipsa nimirum Christianorum Ecclesia, quæ Dei esse dicitur, quia vita et conversatio eorum Deo grata est. Lætificant igitur Ecclesiam apostoli, exemplo ac doctrina. Vel aliter : Per impetus fluminis, dona atque charismata intelligere possumus sancti Spiritus, quibus Ecclesia ab eo ornata est.

C *Τοῦ ποταμοῦ τὰ ὁρμήματα εὐφραίνουσι τὴν πόλιν τοῦ Θεοῦ.* Ἐντεῦθεν τὰ κρύφια, καὶ μυστικά· ποταμὸς μὲν γὰρ ὁ Χριστὸς, διὰ τὰ γλυκύτατα ῥεύματα τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ, ἄρδοντα, καὶ πιαίνοντα, καὶ πρὸς καρποφορίαν ἀρετῶν ἄγοντα τὰς τῶν πιστῶν ψυχάς· φησὶ γὰρ δι' ἑνὸς τῶν προφητῶν· *Ἰδοὺ ἐγὼ ἐκκλίνω ἐπ' αὐτοὺς, ὡς ποταμὸς εἰρήνης.* Ὁρμήματα δὲ, αὐτοῦ, οἱ θεῖοι ἀπόστολοι, παρορμηθέντες παρ' αὐτοῦ εἰς τὴν τῶν πιστῶν διδασκαλίαν· *Πορευθέντες* γὰρ, φησὶ, *μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη.* Πόλις δὲ τοῦ Θεοῦ, τὸ σύστημα τῶν πιστῶν, ἡ τῶν Χριστιανῶν Ἐκκλησία, διὰ τὸ θεοφιλὲς τῆς πολιτείας αὐτῶν. Εὐφραίνουσιν οὖν τὴν Ἐκκλησίαν οἱ ἀπόστολοι καὶ βίῳ καὶ λόγῳ. Καὶ ἄλλως δέ· ποταμὸς μὲν, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ὁρμήματα δὲ D αὐτοῦ, τὰ διάφορα χαρίσματα, οἷς ἡ Ἐκκλησία κατακεκόσμηται.

Sanctificavit tabernaculum suum Altissimus. Ipsa

Ἡγίασεν τὸ σκήνωμα αὐτοῦ ὁ Ὕψιστος. Ἡ

[68] Psal. LXIV, 8. [69] Psal. CIII, 32. [70] Isa. LXVI, 12. [71] Matth. XXVIII, 19.

Variæ lectiones.

(67) Al. μετατιθεμένης.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

αὐτὴ πόλις ἐστὶ, καὶ σκήνωμα τοῦ Θεοῦ· *Ἐνοικήσω γὰρ, φησὶν, ἐν αὐτοῖς καὶ ἐμπεριπατήσω.*

Ὁ Θεὸς ἐν μέσῳ αὐτῆς, καὶ οὐ σαλευθήσεται. — Καὶ ἰδοὺ φησὶν, ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας. Καὶ· *Ὅπου εἰσὶ δύο ἢ τρεῖς συνηγμένοι εἰς τὸ ἐμὸν ὄνομα, ἐκεῖ εἰμι ἐν μέσῳ αὐτῶν.* Οὐ σαλευθήσεται δὲ ταῖς βίαις τῶν ἀνατρέπειν ἐπιχειρούντων, ὁρατῶν καὶ ἀοράτων ἐχθρῶν· *Πύλαι γὰρ, φησὶν, ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς.*

Βοηθήσει αὐτῇ ὁ Θεὸς τὸ πρὸς πρωΐ πρωΐ. Βοηθήσει αὐτῇ ἐν περιστάσεσι ταχύτατα. Τὸ γὰρ *Πρὸς πρωΐ*, τάχους ἐπίτασιν σημαίνει, καὶ σύγκρισιν τοῦ πρωΐ, πρὸς ἕτερον πρωΐ· (68) διὸ τὸ ἄρθρον τῷ δευτέρῳ πρωΐ συντάξεις· οἷον, Τὸ πρωΐ, ὅσον πρὸς πρωΐ ἕτερον.

Ἐταράχθησαν ἔθνη. Τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος κατασπειρομένου, ἐκινήθησαν πάντες· οἱ μὲν, προστρέχοντες τῇ πίστει· οἱ δὲ, κατατρέχοντες αὐτῆς.

Ἔκλιναν βασιλεῖαι. Αἱ πολεμοῦσαι τῇ Ἐκκλησίᾳ, ἡττήθησαν ἀπειποῦσαι, ἢ ὑπεκλίθησαν αὐτῇ διὰ πίστεως· καὶ τοῦτο γὰρ κἀκεῖνο γέγονεν, ἐπὶ διαφόρων πόλεων.

Ἔδωκεν φωνὴν αὐτοῦ ὁ Ὕψιστος, ἐσαλεύθη ἡ γῆ. Τὸ μεγαλοδύναμον τοῦ Θεοῦ δεδήλωκεν ἐντεῦθεν, ὅτι μόνον λέγει, καὶ εὐθὺς τρέμει ἡ γῆ· καὶ ἀλλαχοῦ γάρ φησιν· *Ὁ ἐπιβλέπων ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ποιῶν αὐτὴν τρέμειν.* Τὰ τοιαῦτα δὲ, κατὰ μεταφορὰν εἴρηται τῶν ἐγκελευόντων τιμωρηθῆναί τινας, ἢ ὀργίλως ἐνορώντων· (69) ὀργὴν δὲ Θεοῦ λέγομεν, τὴν ἀπόφασιν. Ἢ καὶ ἄλλως· *Ἔδωκεν* εἰς τὸν κόσμον τὴν διὰ τοῦ Εὐαγγελίου φωνὴν αὐτοῦ, καὶ συνεκινήθησαν πάντες, ὡς προειρήκαμεν· γῆν γὰρ νοήσεις τοὺς κατοικοῦντας τὴν γῆν, ὡς τό· *Καὶ ἦν πᾶσα γῆ χεῖλος ἕν.*

Κύριος τῶν δυνάμεων μεθ' ἡμῶν, ἀντιλήπτωρ ἡμῶν ὁ Θεὸς Ἰακώβ. Ταῦτα ἡ Ἐκκλησία φησὶν, ἐνισχύουσα αὐτὴν, καὶ παραθαῤῥύνουσα. Εὐκαίρως δὲ τοῦ Ἰακὼβ ἐμνημόνευσεν· (70) ὅτι τε κἀκεῖνον, ἐπιβουλευόμενον, τοῦτο μὲν, ὑπὸ Ἡσαῦ· τοῦτο δὲ ὑπὸ Λάβαν, τοῦτο δὲ ὑπὸ διαφόρων ἄλλων, ὁ Θεὸς ἐῤῥύσατο· καὶ ὅτι πρῶτος αὐτὸς τὴν τῶν ἐθνῶν

A etiam Christianorum Ecclesia locus est et tabernaculum Dei : *Inhabitabo* enim, inquit, *et inambulabo in eis* [62].

Vers. 6. *Deus in medio ejus non commovebitur. — Ecce ego*, inquit, *vobiscum sum omnibus diebus (usque ad consummationem sæculi* [63].) Item : *Ubi sunt duo, aut tres congregati in nomine meo, illic sum ego in medio eorum* [64]. Non commovebitur autem vi aliqua visibilium, seu invisibilium inimicorum conantium ea evertere : *Portæ* enim, inquit, *inferni non prævalebunt adversus eam* [65].

Adjuvabit eam Deus mane diluculo. Adjuvabit eam, inquit, Deus quam celerrime : quoties nimirum in periculis fuerit constituta. Nam quod ait: *Mane diluculo*, seu [ut lectio Græca magis poscit,] B *Diluculo ad diluculum*, summam indicat celeritatem et comparationem unius diluculi ad aliud diluculum, veluti sit quoddam diluculum alterius diluculi.

Vers. 7. *Conturbatæ sunt gentes.* Quia disseminata prædicatione evangelica omnes commoti sunt, alii currentes ad fidem, alii vero adversus eam impetum facientes.

Inclinata sunt regna. Regna omnia quæ adversus Ecclesiam pugnaverunt, victa tandem ac superata eo deducta sunt, ut contra certamen detrectaverint. Vel; inclinata ei sunt per fidem, utrumque enim multis in civitatibus effectum est.

Dedit vocem suam Altissimus, et mota est terra. C Hoc in loco summam Dei potentiam declarat, dum ad solam ejus vocem statim tremere terram dicit. Quod alibi etiam fieri testatur ad solum aspectum, dum ait : *Qui respicit terram, et facit eam tremere* [66]. Hujusmodi autem verba metaphorice dicta sunt ad eorum exemplum, qui aliquem cruciari jubent, seu qui torve, aut iracunde aliquem intuentur. Iracundia autem commotum esse Deum dicimus, quando aut pœnas peccati, condignas infert, aut alio quovis modo peccatorem condemnat. Vel aliter : Dedit Deus vocem suam in mundo per Evangelium : et commoti sunt omnes, ut prædiximus. Terram enim accipimus hoc in loco pro habitatoribus terræ, juxta quam significationem alibi legimus : *Et erat omnis terra labii unius* [67].

D Vers. 8. *Dominus virtutum nobiscum, adjutor noster Deus Jacob.* Hæc verba profert Ecclesia seipsam cohortans ac confidere jubens. Opportune autem meminit patriarchæ Jacob : quia eum inter cæteros Deus persæpe ab insidiis liberavit, et quia primus gentium vocationem apertius prædixit : *Non deficiet*, inquiens, *princeps de Juda, neque*

[62] Levit. xxvi, 12; I Cor. vi, 16. [63] Matth. xxviii, 20. [64] Matth. xviii, 20. [65] Matth. xvi, 18. [66] Psal. ciii, 32. [67] Ezech. xl, 43.

Variæ lectiones.

(68) Græcorum verborum sensus est : *Quare articulum construes cum secunda voce πρωΐ ut sensus sit : Mane quod ad aliud mane pertineat.*

(69) Græca ita sonant : *Iram autem Dei dicimus condemnationem.*

(70) Græca sic : *Cum quod eum insidiis appetitum ab Esau modo, modo a Labano, modo ab aliis liberavit Deus ; tum quod ipse omnium primus gentium vocationem prædicit*, etc.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

dux de femoribus ejus donec veniat cui repositum est, et ipse est exspectatio gentium [68]

κλῆσιν προεφήτευσεν εἰπών· *Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, καὶ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ ᾧ ἀπόκειται, καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν.*

Vers. 9. *Venite et videte opera Dei, quæ posuit prodigia super terram.* Advocat eos Propheta qui ingenii acumine atque intelligentia cæteris præstant, ut contemplentur opera Dei : hoc est, præclara ejus gesta, quæ per Evangelium facta sunt, et quæ Deus veluti prodigia quædam posuit in terra, ut per ea ineffabilis ejus potestas prædicaretur. Neque enim ulla naturæ consequentia contigerunt. Piscatores enim vicerunt philosophos, et pauci homines, totum orbem, et qui nudi erant, divites et qui pauperes, ipsos reges; qui etiam mortales erant et visibiles, immortales atque invisibiles dæmones superarunt.

Δεῦτε, καὶ ἴδετε τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ, ἃ ἔθετο τέρατα ἐπὶ τῆς γῆς. Συγκαλεῖ τοὺς ὀξυτέρους τῶν ἄλλων, ὁρᾷν καὶ συνιέναι δυναμένους ὁ προφήτης· ἔργα δὲ λέγει τὰ τοῦ Εὐαγγελίου κατορθώματα, ἃ καὶ τέρατα προσηγόρευσεν. Ταῦτα γάρ, φησὶν, ὁ Θεὸς τέρατα ἐπὶ τῆς γῆς ἔθετο· ὥστε δι' αὐτῶν κηρύττεσθαι τὴν ἄῤῥητον δύναμιν τῆς αὐτοῦ θεότητος. Οὐ γὰρ κατ' ἀκολουθίαν φύσεως προέβησαν· οἱ γὰρ ἁλιεῖς ἐνίκων τοὺς φιλοσόφους· οἱ ὀλίγοι, τὸν σύμπαντα κόσμον· οἱ γυμνοὶ, τοὺς ὁπλίτας· οἱ πένητες (71), τοὺς βασιλεῖς· οἱ θνητοὶ καὶ ὁρατοὶ, τοὺς ἀθανάτους καὶ ἀοράτους δαίμονας.

Auferens bella usque ad fines terræ. Nato enim Jesu, bella quæ inter nationes mutuo ante invaluerant, cessarunt omnia, cum totius orbis imperium ad Romanos devenisset. *Exiit* enim, inquit Lucas, *edictum a Cæsare Augusto, ut describeretur universus orbis* [69]. Cum igitur summa esset in toto orbe pax, arma effecta sunt inutilia : conversis nimirum omnibus hominibus ad agriculturam, atque ad reliquas artes. Quod etiam significans Isaias dicebat : *Scindet gladios suos in vomeres, et lanceas suas in falces, et gens non sumet gladium contra gentem* [70]. Considera etiam vim dictionis Græcæ ἀνταναιρῶν, quæ proprie non *totum auferens* significat, sed *contra auferens*. Ante Christi namque adventum homines a diuturnis bellis ablati, hoc est, perditi atque interempti fuerant. Ipse itaque Deus et homo Christus econtra, bella abstulit, hoc est, exstinxit ac penitus delevit.

Ἀνταναιρῶν πολέμους, μέχρι τῶν περάτων τῆς γῆς. Τοῦ γὰρ Ἰησοῦ γεννηθέντος, οἱ κατ' ἀλλήλων πόλεμοι τῶν ἐθνῶν ἐπαύθησαν, τῆς κατὰ πάντων μοναρχίας εἰς μόνην τὴν Ῥώμην περιστάσης. *Ἐξῆλθε* γὰρ, φησὶ, *δόγμα παρὰ Καίσαρος Αὐγούστου, ἀπογράφεσθαι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην*· καὶ λοιπὸν εἰρήνης βαθείας οὔσης, ἄχρηστα γεγόνασι τὰ ὅπλα, πάντων εἰς γεωργίας καὶ τὰς ἄλλας τέχνας τραπέντων. Ὅ καὶ Ἡσαΐας δηλῶν ἔλεγε· *Συγκόψουσι τὰς μαχαίρας αὐτῶν εἰς ἄροτρα, καὶ τὰς ζιβύνας αὐτῶν εἰς δρέπανα, καὶ οὐ λήψεται ἔθνος ἐπὶ ἔθνος μάχαιραν.* Ὅρα δὲ καὶ τὴν δύναμιν τῆς λέξεως τοῦ *ἀνταναιρῶν*· πρὸ τοῦ Χριστοῦ μὲν γὰρ, οἱ πόλεμοι τοὺς ἀνθρώπους ἀνῄρουν· ὁ δὲ Χριστὸς, αὐτοὺς τοὺς πολέμους ἀνεῖλεν, ἀνθ' ὧν ἀνῄρουν ἀνταναιρῶν ἂν, ἀντὶ τοῦ, σβεννύων.

Vers. 10. *Arcum conteret et confringet, telum et scutum comburet igni.* Hæc omnia juxta historiam evenerunt quemadmodum docet Ezechiel. Telum autem hic ponit pro gladio, aut pro omni telo quo pugnatur cominus. Non immerito autem beatus David tam præclari facti gloriam ascribit Deo.

Τόξον συντρίψει, καὶ συνθλάσει ὅπλον, καὶ θυρεὸν κατακαύσει ἐν πυρί. Ταῦτα πάντα γεγόνασι καθ' ἱστορίαν, ὡς καὶ Ἰεζεκιὴλ διδάσκει· ὅπλον δὲ λέγει, τὴν σπάθην, καὶ εἴτι ἐγχέμαχον. Τῷ Θεῷ δὲ τὴν πρᾶξιν τοῦ κατορθώματος εἰκότως ὁ Δαβὶδ ἀνατίθησι.

Vers. 11. *Vacate et videte, quoniam ego sum Deus.* Vacate, inquit, a visibilibus seu etiam ab invisibilibus bellis, et cognoscite, quod ego vere Deus sum. Perspicuum enim id fit ex signis atque miraculis, quæ per Evangelii vires facta sunt.

Σχολάσατε καὶ γνῶτε, ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ Θεός. Σχολάσατε ἀπὸ τῶν συνεχῶν πολέμων, ὁρατῶν καὶ ἀοράτων, καὶ γνῶτε, ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ κυρίως Θεὸς, ἐκ τῶν σημείων τῶν ἐνεργουμένων διὰ τῆς εὐαγγελικῆς δυνάμεως.

Exaltabor in gentibus. Cum natura ipsa magnus sim, maximus etiam ob miracula apud omnes nationes reputabor.

Ὑψωθήσομαι ἐν τοῖς ἔθνεσιν. Μέγας ὢν φύσει, καὶ διὰ θαυμάτων μέγας νομισθήσομαι ἐν τοῖς ἔθνεσιν.

Exaltabor in terra. In cœlo quidem incorporeæ omnes potestates altitudinem meam noverunt. Tantum restat, ut pari modo in terra etiam ab hominibus cognoscatur. Et cum terram dicit, universam terram intellige.

Ὑψωθήσομαι ἐν τῇ γῇ. Ἐν μὲν γὰρ τῷ οὐρανῷ, πᾶσαι αἱ ἀσώματοι δυνάμεις οἶδασι τὸ ἐμὸν ὕψος· λοιπὸν δὲ καὶ ἐν τῇ γῇ τοῦτο γνωρισθήσεται· ἐν τῇ γῇ δὲ, πάσῃ δηλονότι.

Vers. 12. *Dominus virtutum nobiscum, adjutor*

Κύριος τῶν δυνάμεων μεθ' ἡμῶν, ἀντιλήπτωρ

[68] Gen. XLIX, 10. [69] Luc. II, 1. [70] Isa. 2.

Variæ lectiones.

(71) Græce ὁπλίτας *armatos*, pro quo Latinus interpres legisse videtur πλουσίους. Alius quoque cod. habet ὁπλίτας.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἡμῶν ὁ Θεὸς Ἰακώβ. Ἐπανέλαβεν ἡ Ἐκκλησία τὸ προῤῥηθὲν θαρσοποιὸν ἐπιφώνημα, πρὸς αὔξησιν εὐψυχίας καὶ καρτερίας, ἐπεμβαίνουσα, καὶ ἐναλλομένη τῷ ἐχθρῷ.

A *noster Deus Jacob.* Insurgens atque insultans adversus hostem Ecclesia invocationem jam superius factam denuo repetit, quæ animum sibi et vires subministret ad majus fortitudinis et magnanimitatis incrementum.

Εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ τῶν υἱῶν Κορέ. Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

In finem pro filiis Core, Psalmus ipsi David.

ΨΑΛΜΟΣ ΜΖ'.

Εἰς τὸ τέλος μὲν διὰ τὰς ἐν τούτῳ προφητείας, ὡς πολλάκις εἰρήκαμεν· προαγορεύει γὰρ ἀκολούθως καὶ οὗτος ὁ ψαλμὸς τὸ ἀήττητον κράτος τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος. Τὸ δὲ, *Ὑπὲρ τῶν υἱῶν Κορέ*, προηρμηνεύσαμεν ἐν τῷ πρὸ τούτου ψαλμῷ· οὕτω γὰρ ἐπιγέγραπται κἀκεῖνος. Οὐδὲν δὲ κρύφιον ἐν τῷ παρόντι· σαφῆ δὲ πάντα, καὶ εὐδιάγνωστα. Προσώπῳ δὲ τῶν ἀποστόλων προλέγει τὰ τοῦ ψαλμοῦ ὁ Δαβίδ, οἳ κατευοδούμενοι, καὶ πολλοὺς τῇ πίστει προσάγοντες, ὑπὸ περιχαρείας ἐνεκελεύοντο τοῖς ἔθνεσι χαίρειν, εἰς ἃ παρὰ τοῦ Σωτῆρος ἀπεστάλησαν· χαίρειν δὲ, ὅτι γεγόνασι κληρονομία Θεοῦ.

PSALMUS XLVI

In finem etiam inscribitur hic Psalmus, propter prophetias quæ in eo continentur, ut sæpius dictum est, et ad finem tendebant. Prædicit enim consequenter ad præcedentem Psalmum, summam atque invictam evangelicæ conversationis virtutem. Et quod ait: *Pro filiis Core*, ibi superiori Psalmo jam exposuimus. Est autem hic Psalmus totus clarus, et nihil obscurum continet. Illud tantum animadvertendum est, ut ex apostolorum persona proferatur, qui veluti prospere ac feliciter præeuntes, et multos adducentes ad fidem, præ lætitia, quam ipsi summam inde percipiebant, gaudere pari modo jubent omnes gentes ad quas a Salvatore missi fuerant; quod scilicet effectæ sint hæreditas Dei.

B

Πάντα τὰ ἔθνη, κροτήσατε χεῖρας. Καὶ οὗτος ὁ κρότος τῶν χειρῶν, σύμβολόν ἐστι ὑπερβαλλούσης χαρᾶς. Ἀπὸ τοῦ συμβόλου τοίνυν, τὴν χαρὰν ἐπέτρεψεν, οὐχ ὅτι πατάγῳ χειρῶν σωματικῶς χρήσασθε, ἀλλ' ὅτι ψυχικῶς χάρητε, τοιούτου Δεσπότου καταξιωθέντες, φιλανθρώπου καὶ παντοδυνάμου.

Vers. 2. *Omnes gentes, plaudite manibus.* Plausus manuum in summæ lætitiæ signum fieri solet. Per hoc igitur signum gentes jubet lætitiam præseferre. Neque enim illud tantum petit, ut sensibili crepitu plauderent, quantum ut animo ac spiritu lætarentur: quia talem ac tantum essent consecuti Dominum, misericordem, videlicet, et omnipotentem.

Vers. 2, 3. *Auribus percipe, Deus, orationem meam, et ne despexeris deprecationem meam, intende mihi et exaudi me.* Hujusmodi verba, ac sententiam exposuimus superius in secundo versiculo psalmi liii. Observandum est tamen, quod in psalmo xvi alius ac diversus est verborum ordo, atque hic habetur. Prius enim ibi ponitur: *Exaudi*, deinde, *Intende*, et postremo loco: *Auribus percipe*; ita ut manifeste pateat nullam esse apud Prophetam harum dictionum differentiam.

Ἐλυπήθην ἐν τῇ ἀδολεσχίᾳ μου. Τὸ τῆς ἀδολεσχίας ὄνομα, κυρίως μὲν, ἐπὶ τῆς φλυαρίας τάττεται. Λαμβάνει δὲ τοῦτο πολλάκις ὁ προφήτης καὶ ἐπὶ τῆς συνεχοῦς ἐμμελετήσεως, ὡς τό· Καὶ ἠδολέσχουν ἐν τοῖς δικαιώμασί σου, τουτέστι, ἐμελέτων ἐν τῷ νόμῳ σου. Καὶ νῦν οὖν ὁμοίως φησὶν, ὅτι Ἐλυπήθην ἐν τῇ μελέτῃ μου, τῇ περὶ τοῦ πῶς ἂν ἐκφύγω τὰς ἐπιβουλὰς τῶν ἐχθρῶν· ἐλυπήθην δὲ, μὴ εὑρίσκων μηχανήν. Λαμβάνεται δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ κατὰ θέαν μετεωρισμοῦ, ὡς τό· Ἐξῆλθεν Ἰσαὰκ (89) ἀδολεσχῆσαι εἰς τὸ πεδίον, τὸ πρὸς δείλης.

Contristatus sum in meditatione mea. Quod Latine hic meditationem legimus, Græce habetur ἀδολεσχία, quæ dictio proprie quidem nugacitatem, seu [ut alii propius huic sensui reddiderunt] argutationem significat, et apud Prophetam nostrum sæpenumero pro assidua meditatione reperitur: juxta quod alibi dicit: *Et meditabar in justificationibus tuis* [7]. [Nam quod ait, *meditabar*, Græce legitur ἠδολέσχουν.] Contristatus sum, inquit, in meditatione mea, cogitando quonam pacto evitare possem inimicorum insidias: cumque nullam artem, aut consilium reperirem, contristatus sum. Ἀδολεσχία etiam pro sublimiori illa ac diviniori contemplatione accipitur, juxta illud: *Exivit Isaach, ut meditaretur in*

D *agro, inclinante jam die* [8] [in Græco enim eadem dictione ibi Prophetam usum videmus]

Καὶ ἐταράχθην ἀπὸ φωνῆς ἐχθροῦ, καὶ ἀπὸ θλίψεως ἁμαρτωλοῦ. Τὸν Σαοὺλ ὀνομάζει ἐχθρὸν

Et turbatus sum a voce inimici, et a tribulatione peccatoris. Inimicum Saulem appellat, tanquam

[7] Psal. cxviii, 47. [8] Gen. xxiv, 63.

Variæ lectiones.

(89) Al. Ἀβραάμ.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

insidiatorem, item et peccatorem; eo quod lædendo innocentem delinqueret. Tanto autem gravius etiam peccabat, quanto non tantum innocens erat beatus David, sed de Saule etiam bene meritus. Benefactorem enim ille suum atque innocentem quærebat interimere : per vocem igitur inimici Saulis contumelias intellige, et per tribulationem, persecutionem ipsam.

A μὲν, ὡς ἐπίβουλον· ἁμαρτωλὸν δὲ, ὡς ἁμαρτάνοντα εἰς τὸν (90) δίκαιον. Τὸν γὰρ ἀθῶον κατεδίωκε, καὶ ἀνελεῖν ἐζήτει τὸν εὐεργέτην. Καὶ φωνὴν μὲν λέγει τὰς θλίψεις αὐτοῦ· ὕβριν δὲ, τὸν διωγμόν.

Vers. 4. *Quoniam declinaverunt in me iniquitatem.* Quia Saulis amici moverunt iniquitatem in me, hoc est, quoniam crimen mihi imposuerunt, dicentes me insidias tendere adversus Saulem. Quædam vero exemplaria, *iniquitates*, habent in recto casu; et tunc expone, quod iniquitates, hoc est, iniqui homines, moti sunt contra me. Sæpenumero enim injustitiam dicimus pro injusto homine. Nam cum aliquem vehementius volumus carpere, non sceleratum eum, sed scelus ipsum appellamus.

Ὅτι ἐξέκλιναν ἐπ' ἐμὲ ἀνομίαν. Διότι, φησὶν οἱ περὶ τὸν Σαοὺλ ἐκίνησαν ἐπ' ἐμὲ ἀνομίαν, τουτέστιν, ἐπήγαγόν μοι ἔγκλημα, προσάπτοντες ἐμοὶ μᾶλλον ἐπιβουλὴν κατὰ τοῦ Σαούλ. Τινὰ δὲ τῶν ἀντιγράφων, ἀνομίαι γράφουσιν, ἐφ' ὧν νοοῦμεν, ὅτι ἐκινήθησαν ἐπ' ἐμὲ ἄνομοι· οὕτω γὰρ ἀδικίαν πολλάκις τὸν ἄδικον λέγομεν, σφοδρότερον αὐτοῦ καθαπτόμενοι.

Et in ira oderant me. Et dum irascerentur, memoriam odii conservabant [quod ex dictione Græca ἐνεκότουν significantius exprimitur], quæ ex sui etymologia constantiorem ac diuturniorem quamdam iræ atque odii sedem denotare videtur.

B Καὶ ἐν ὀργῇ ἐνεκότουν μοι. Καὶ εν τῳ ὀργίζεσθαι κατ' ἐμοῦ, ἐμνησικάκουν μοι· κότος γὰρ, παρὰ τὸ κεῖσθαι καὶ βραδύνειν τὴν ὀργήν.

Vers. 5. *Cor meum turbatum est in me.* Per cor animam intelligit, quam turbatam esse dicit, veluti in inimicorum insidiis assidue versatam.

Ἡ καρδία μου ἐταράχθη ἐν ἐμοί. Καρδίαν λέγει τὴν ψυχὴν, ἣν τεταράχθαι φησὶ, στροφουμένην ἐν ταῖς ἐπιβουλαῖς τῶν ἐχθρῶν.

Et formido mortis cecidit super me. Verum quomodo alibi dicit : *Non timebo millia populorum circumvallantium me* [a], et alia hujusmodi multa, et nunc aperte timorem fatetur? Quia scilicet dum sentiret divinum auxilium, summa erat plenus fiducia; quando autem divina dispensatione derelinquebatur, ut illius patientia atque constantia in exspectatione divinæ consolationis clarior appareret, C tum afflictabatur timoreque interiori torquebatur.

Καὶ δειλία θανάτου ἐπέπεσεν ἐπ' ἐμέ. Πῶς ἐν ἄλλοις μὲν λέγει· *Οὐ φοβηθήσομαι ἀπὸ μυριάδων λαῶν, τῶν κύκλῳ, συνεπιτιθεμένων μοι*, καὶ πολλὰ τοιαῦτα· νῦν δὲ προδήλως ὁμολογεῖ δειλίαν; Ὅτι, ὅτε μὲν ᾐσθάνετο τῆς θείας ἐπικουρίας, ἐθάρρει· ὅτε δὲ κατ' οἰκονομίαν ἐγκατελιμπάνετο, πρὸς τὸ φανῆναι τὴν ὑπομονὴν αὐτοῦ, καὶ τὴν ἐπιμονὴν τῆς εἰς Θεὸν παρακλήσεως· τότε καὶ ἠγωνία, καὶ τὸν φόβον ἔκρυπτε.

Vers. 6. *Timor et tremor venerunt super me.* Idem rursus repetit, intensiorem indicans formidinem. Formidine etenim aucta timor obvenit, timore vero adaucto tremor insequitur.

Φόβος καὶ τρόμος ἐπ' ἐμὲ διῆλθεν. Τὸ αὐτὸ πάλιν φησὶν, ἐμφαίνων τὴν ἐπίτασιν τῆς δειλίας· δειλία μὲν γὰρ αὐξηθεῖσα γίνεται φόβος· οὗτος δὲ πάλιν ἐπιταθεὶς γίνεται τρόμος.

Et contexerunt me tenebræ. Tenebræ nimirum mœstitiæ ac doloris, quæ non mediocriter humanos animos obtenebrant, atque confundunt,

Καὶ ἐκάλυψέ με σκότος. Τὸ τῆς ἀθυμίας καὶ λύπης· αὗται γὰρ διαφερόντως σκοτίζουσι καὶ συγχέουσι τὴν ψυχήν.

Vers. 8. *Et dixi : Quis dabit mihi pennas, ut columbæ, et volabo, et requiescam?* Columbæ sibi pennas non temere petiit beatus David. Celerrimi enim est volatus columba. Mansuetum præterea est domesticumque, ac simplex animal : quemadmodum et ipse erat David. Et volabo, inquit, in D loca tuta, et requiescam, hoc est, quiete fruar : a tanto scilicet timore ac labore liberatus.

Καὶ εἶπα· Τίς δώσει μοι πτέρυγας, ὡσεὶ περιστερᾶς, καὶ πετασθήσομαι, καὶ καταπαύσω; Περιστερᾶς ἐζήτησε πτέρυγας, ὅτι ὀξέως πέταται, καὶ ὅτι ἥμερον τοῦτο τὸ ζῶον καὶ ἀπόνηρον, ὡς καὶ αὐτός. Καὶ πετασθήσομαι, φησὶν, εἰς τόπους ἀσφαλεῖς, καὶ καταπαύσω ἀπὸ τῶν συνεχῶν φόβων καὶ πόνων.

Vers. 7. *Ecce elongavi fugans, et mansi in solitudine.* Fugans dixit pro fugiens, seu fugam arripiens.

Ἰδοὺ ἐμάκρυνα φυγαδεύων, καὶ ηὐλίσθην ἐν τῇ ἐρήμῳ. Φυγαδεύων, ἀντὶ τοῦ, φεύγων.

Vers. 9. *Exspectabam Deum, qui salvum me fecit a pusillanimitate atque a tempestate.* Commorans ego in deserto nullum alium hactenus mihi adjutorem exspectavi, quam te solum Deum. Per tem-

Προσεδεχόμην τὸν Θεὸν τὸν σώζοντά με ἀπ' ὀλιγοψυχίας καὶ ἀπὸ καταιγίδος. Ἐν τῇ ἐρήμῳ αὐλιζόμενος, οὐδένα ἕτερον ἄχρι καὶ νῦν ἐξεδεχόμην βοηθὸν, ἢ μόνον σὲ τὸν Θεόν. Καταιγίδα δὲ

[a] Psal. v, 7.

Variæ lectiones.

(90) Al. τό.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

λέγει τὴν σφοδρότητα καὶ ζάλην τῶν πειρασμῶν.

Καταπόντισον, Κύριε, καὶ καταδίελε τὰς γλώσσας αὐτῶν. Τὸ ἑξῆς κατὰ τῶν Ἰουδαίων, καὶ περὶ Χριστοῦ. Καταπόντισον, φησὶν, ὦ Κύριε, τὰς γλώσσας αὐτῶν, τὰς βλασφημούσας τὸν σὸν Υἱὸν, τουτέστι, βύθισον, ἐναποπνίξας τῷ βάθει τοῦ πνεύματος· καὶ καταδίελε αὐτὰς, ποιήσας ἀσυμφώνους ἀλλήλαις, ὡς μηκέτι δύνασθαι συσκέπτεσθαι κατὰ τοῦ Σωτῆρος. Ἃ δὴ καὶ πεπόνθασιν ὕστερον, διαφθαρέντες ὑπὸ Ῥωμαίων.

Ὅτι εἶδον ἀνομίαν καὶ ἀντιλογίαν ἐν τῇ πόλει. Διότι, φησὶν, εἶδον τοῖς προφητικοῖς ὀφθαλμοῖς ἐν τῇ πόλει Ἱερουσαλὴμ, ἀνομίαν μὲν, ὅτι παρανόμως ἐζήτουν ἀνελεῖν τὸν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς· *ἀντιλογίαν* δὲ, ὅτι ἀντέλεγον αὐτῷ, διδάσκοντι τὰ σωτήρια.

Ἡμέρας καὶ νυκτὸς κυκλώσει αὐτὴν, ἐπὶ τὰ τείχη αὐτῆς. Ἡμέρας καὶ νυκτὸς συνέξει αὐτὴν, ἀντὶ τοῦ, ἐπὶ πολὺ, ἡ ἀνομία, ἤτουν παρανομία, μέχρι καὶ τῶν τειχῶν αὐτῆς, τουτέστιν ὅλην τὴν πόλιν. Τοιοῦτοι γὰρ οἱ Ἰουδαῖοι καὶ μετὰ τὴν ἀναίρεσιν τοῦ Χριστοῦ μεμενήκασιν, ἄχρις ἂν ἐπιστρατευσάντων αὐτοῖς Ῥωμαίων πανωλεθρίᾳ διεφθάρησαν.

Καὶ ἀνομία καὶ πόνος ἐν μέσῳ αὐτῆς, καὶ ἀδικία. Πάλιν ἐπαναλαμβάνει τὴν ἀνομίαν, ἐπιμονώτερον διασύρων αὐτοὺς, ὅτι κατὰ νόμον ζῆν αὐχοῦντες, παρηνόμουν ἀεί. Εἰπὼν δὲ, ὅτι κυκλώσει αὐτὴν ἄχρι τῶν τειχῶν ἡ παρανομία, διδάσκει ὅτι οὐδὲ τὸ μέσον τῆς πόλεως ἀνθέξεται, ἀλλ' ἐν μέσῳ ἔσται· παρανομια μὲν, ἐν ταῖς κρίσεσι· κόπος δὲ, ἐν ταῖς κατὰ τῶν ἀναιτίων μηχαναῖς καὶ σκευαῖς· ἀδικία δὲ, ἐν ταῖς πλεονεξίαις.

Καὶ οὐκ ἐξέλιπεν ἐκ τῶν πλατειῶν αὐτῆς τόκος καὶ δόλος. Ἐν πάσῃ πόλει καὶ πλατεῖαί εἰσιν ὁδοὶ, καὶ στενωποί· καὶ πλατεῖαι μὲν, αἱ πρὸς ἅμαξαν, ἃς λέγομεν ἐξαέρους· στενωποὶ δὲ, αἱ τῶν ἐμβόλων. Τὰς πλατείας οὖν ἔλαβεν ἐνταῦθα, διότι ἐν ταῖς πλατείαις ἦσαν αἱ ἀγοραὶ καὶ (91) τὰ σύμβολα· τόκον μὲν εἶπεν, ὅτι ἐτόκιζον λανθάνοντες, τοῦτο τοῦ νόμου κωλύοντος· δόλον δὲ, διὰ τὰς ἐν τοῖς συναλλάγμασιν ἀπάτας, ἢ καὶ τὰς ἄλλας ἐπιβουλάς. Οὕτω πᾶσαν αὐτοῖς κακίαν προσεμαρτύρησεν.

Ὅτι εἰ ὁ ἐχθρὸς ὠνείδισέ με, ἐπήνεγκα ἄν, καὶ εἰ ὁ μισῶν με ἐπ' ἐμὲ ἐμεγαλορρημόνησεν, ἐκρύβην ἂν ἀπ' αὐτοῦ. Τὰ ἐντεῦθεν προσώπῳ τοῦ Χριστοῦ λέγονται κατὰ τοῦ Ἰούδα. Τὸ μὲν οὖν, *ὠνείδισεν*, ἀντὶ τοῦ, ἐξουδένωσεν, καὶ διέβαλεν εἴρηται· τὸ δὲ, *ἐμεγαλορρημόνησεν*, ἀντὶ τοῦ,

A pestatem vero vehementem tentationum procellam intelligit.

Vers. 10. *Demerge, Domine, et divide linguas eorum.* Quæ sequuntur adversus Judæos dicta sunt, et de Christo. Demerge, inquit, o Domine, linguas eorum, qui Filium tuum blasphemant. Demerge autem eas linguas, hoc est, mitte in profundum, fac illas in profundo proprii gutturis suffocari; et divide eas, faciens ne una amplius in eamdem sententiam conveniant, adeo ut adversus Salvatorem de cætero conspirare non valeant. Quod sane eis accidit, postquam a Romanis deleti sunt.

Quoniam vidi iniquitatem et contradictionem in civitate. Quoniam propheticis, inquit, ego oculis vidi in civitate Jerusalem: iniquitatem quidem, B dum inique me vitæ auctorem studerent interimere, contradictionem vero, dum saluberrima docenti adversarentur.

Vers. 11. *Die ac nocte circumdabit eam super muros ejus.* Die ac nocte, inquit, iniquitas, quam diximus, eam civitatem usque ad muros continebit. Iniquissimi itaque fuerunt Judæi etiam post Christi mortem, donec Romani, misso exercitu eos prorsus dissiparunt.

Et iniquitas, et labor in medio ejus, et injustitia. Rursus iniquitatem eorum exprobrat, illos eo magis redarguens, quo, cum vivere se gloriarentur secundum legem, iniqua semper magis agebant; et C cum dixerit, quod iniquitas eam circumdabit usque ad muros, docet quomodo illa eadem non discedet a medio civitatis, quin imo illic similiter permanebit: iniquitas quidem versatur in judiciis, labor autem in insidiis et machinationibus, quas adversus innocentes moliuntur: injustitia vero in avaritia atque amore plus possidendi.

Vers. 12. *Et non defecit de plateis ejus usura et dolus.* In omni civitate latæ quædam viæ sunt, quæ plateæ dicuntur; sunt et aliæ angustiores. Et per plateas quidem currus transeunt, eas nos ἐξαέρους appellamus: per angustiores vero incedimus. Plateas autem hoc in loco appellat, quia fora illic erant venalia et commercia. Usuram etiam illis D exerceri dicit, quia sub mutui prætextu usuras clam exigebant; quod in lege vetitum erat. Dolum etiam ibi adfuisse asserit, ob fallacias quas in mutuis commerciis struebant, vel, ob omne aliud insidiarum genus: et hoc pacto universa illic vitia adesse testatur.

Vers. 13. *Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utique, et si is, qui oderat me, super me magna locutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo.* Quæ sequuntur ex Christi persona proferenda sunt adversus Judam. Et quod ait, *maledixisset* [seu juxta aliam Græcæ dictionis si-

Variæ lectiones.

(91) Al. συμβόλαια.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

gnificationem, exprobrasset] posuit pro, sprevisset, et, calumniatus esset; quod vero ait: *magna locutus fuisset*, expone, pro impudenter et minaciter locutus esset. Utrumque enim ille scelus commisit. Nam et apud Judæos probrosa retulit de Christo, et comminatus est se eum illis ad necem daturum: illa etiam dictio, *quoniam*, hoc in loco narrativæ conjunctionis vim habet, ut alibi dictum est.

A ἠναισχύντησε καὶ ἠπείλησε. Καὶ ἄμφω γὰρ ἐκεῖνος πεποίηκε· διεκωμῴδησε γὰρ αὐτὸν τοῖς Ἰουδαίοις, καὶ ἠπείλησεν παραδοῦναι εἰς θάνατον. Τὸ δὲ, ὅτι, προκαταρκτικὸς ἂν εἴη σύνδεσμος, ὃν λέγουσι καὶ διηγηματικόν.

Vers. 14. *Tu vero, homo unanimis, dux meus, et notus meus.* A communi sensu sumendum est verbum *maledixisset*. Unanimem autem dixit, pro amico. Ducem vero suum Judam appellat, quia illum simul cum aliis apostolis ducem fidelibus constituerat. *Constitues* enim *eos*, inquit, *principes super omnem terram* [10]. Notus etiam meus, hoc est, mihi cognitus ac familiaris.

Σὺ δὲ, ἄνθρωπε ἰσόψυχε, ἡγεμών μου, καὶ γνωστέ μου. Ἀπὸ κοινοῦ ληπτέον τὸ ὠνείδισε· κεῖται δὲ ἀντὶ τοῦ, φίλε, τὸ *ἰσόψυχε*. Ἡγεμόνα δὲ αὐτοῦ λέγει αὐτὸν, διότι καὶ αὐτὸς μετὰ τῶν ἄλλων μαθητῶν πιστευόντων. *Καταστήσεις* γὰρ, φησὶν, *αὐτοὺς ἄρχοντας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. Γνωστέ μου* δὲ, ἀντὶ τοῦ, ἐγνωσμένε, γνησιώτατέ μου.

Vers. 15. *Qui simul mecum dulcorabas cibos.* Qui cum una mecum esses, dulcorabas, hoc est, præparabas cibos. Nam quod præparatur, dulcius sentitur. Per cibos autem evangelicam doctrinam intelligit, qua fideles animæ alebantur. Hanc etenim doctrinam ipse etiam Judas, utpote apostolus, et ad prædicandum missus, antea dulcorabat, hoc est, gratam et jucundam Christo reddebat.

B *Καὶ ἐπιτοαυτὸ ἐγλύκαράς μοι ἐδέσματα. Ἐπιτοαυτὸ* μὲν, ἀντὶ, σὺν ἐμοὶ ὢν· *ἐγλύκανας* δὲ, ἀντὶ τοῦ, ἐσκεύασας· πᾶν γὰρ σκευαζόμενον ἡδύτερον γίνεται. Ἢ ἐδέσματα νοήσεις τὴν διδασκαλίαν τοῦ κηρύγματος, ᾧ ἐτρέφοντο αἱ ψυχαὶ τῶν πιστευόντων· ταύτην δὲ καὶ Ἰούδας ὡς ἀπόστολος ἐγλύκανεν, ἤγουν εὐαπόδεκτον ἐποίησε τῷ Χριστῷ.

In domo Dei ambulavimus cum consensu. Unanimiter, inquit, in templum profecti sumus. Te etenim mihi adeo familiarem habebam, ut a latere meo nunquam paterer divelli.

Ἐν οἴκῳ τοῦ Θεοῦ ἐπορεύθημεν ἐν ὁμονοίᾳ. Εἰς τὸ ἔργον ἐπορεύθημεν ὁμογνωμόνως. Ἐπὶ τοσοῦτον ἀχώριστον καὶ γνήσιον εἶχον,

Vers. 16. *Veniat mors super eos.* Hæc igitur cum prævidisset beatus David, imprecatur deinceps in C Judam, in Caipham, in Annam, atque in cæteros Christi interfectores Judæos.

Ἐλθέτω δὴ θάνατος ἐπ' αὐτούς. Ταῦτα προϊδὼν ὁ Δαβὶδ, ἐπαρᾶται τῷ τε Ἰούδᾳ, καὶ τοῖς ἀμφὶ τὸν Ἄνναν καὶ Καϊάφαν, χριστοκτόνοις Ἰουδαίοις.

Et descendant in infernum viventes. Sed quomodo descendent viventes in infernum, si mors, quam imprecatus est, in eos venerit? Quia nimirum eorum aliqui violenta morte interimendi erant. Mortem etenim non naturalem aliquam imprecatur, sed violentam. Et alii Romanorum timore in prærupta sese contulerunt, in cavernisque et in speluncis vixere, fame et siti atque formidine cruciati, ut in sua refert Josephus Historia. Hujusmodi autem foveas ac speluncas Propheta infernum appellavit. Nam et illic demum sepulti sunt. Illius enim vitæ duritiam non ferentes, cibo ibidem perierunt. D Alii dicunt, quod, ex quo et Judæi et dæmones insidias adversus Christum moliti sunt, Judæis quidem mortem imprecatus est, mortem dico pœnarum ac suppliciorum, dæmonibus vero descensum ad infera terræ viscera; quodque hos dæmones viventes appellavit, veluti immortales. *Descendant*, inquit, *in infernum viventes*, juxta eorum naturam.

Καὶ καταβήτωσαν εἰς ᾅδου ζῶντες. Καὶ εἰ ἔλθοι θάνατος ἐπ' αὐτοὺς, πῶς καταβήσονται εἰς ᾅδου ζῶντες; Ὅτι οἱ μὲν αὐτῶν βιαίως ἀπέθανον· θάνατον γὰρ, οὐ τὸν κατὰ φύσιν, ἀλλὰ τὸν ἀπὸ ἀγχόνης καὶ πολέμου, καὶ εἴ τις τρόπος πικρός· οἱ δὲ, ὑπὸ τῆς ἀνάγκης καὶ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ πολέμου, εἰς κρημνῶν αὐτοὺς καθῆκαν, καὶ διῆγον ἐν τῷ λάκκῳ μέχρι πολλοῦ, λιμῷ, καὶ δίψῃ, καὶ φόβῳ ταλαιπωρούμενοι, καθὼς Ἰώσηπος ἱστορεῖ· διὸ καὶ ᾅδην τὸν βάθρον ἐκάλεσεν· ἐπεὶ καὶ τάφος αὐτοῖς ἐγένετο, διαφθαρεῖσιν ἐν ἐκείνῳ κατὰ μικρόν. Τινὲς δὲ λέγουσιν, ὡς ἐπεὶ τῷ Χριστῷ καὶ οἱ Ἰουδαῖοι ἐπεβούλευον, καὶ οἱ δαίμονες· ἐκείνοις μὲν ἐπηράσατο τὸν θάνατον, τὸν τιμωρητικόν· τοῖς δαίμοσι δὲ, τὴν εἰς τὰ καταχθόνια διαγωγήν· τούτους δὲ καλέσαι ζῶντας, ὡς ἀθανάτους. *Καταβήτωσαν* γὰρ, φησὶν, *εἰς ᾅδου ζῶντες*, διὰ τὴν φύσιν.

Quoniam malitia in habitaculis eorum, in medio eorum. Quoniam malitia versatur in eorum habitaculis atque in media eorum civitate; ac si dicat: Eorum malitia non tantum in superficie est atque extrinsecus, sed in medio, hoc est, in profundo,

Ὅτι πονηρία ἐν ταῖς παροικίαις ἐν μέσῳ αὐτῶν. Διότι πονηρία ἐμπολιτεύεται ταῖς ἐν τῇ πόλει παροικίαις αὐτῶν· καὶ γὰρ οὐκ ἐπιπόλαιον, ἀλλ' ἐν μέσῳ, τουτέστιν εἰς βάθος, ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν. Παροικίας δὲ εἶπεν τὰς κατοικίας αὐτῶν, διὰ τὸ

[10] Psal. XLIV, 17.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

πρόσκαιρον αὐτῶν, ὅσον οὔπω διαφθαρῆναι μελλόντων.

A atque in cordibus eorum. Per habitacula autem, seu [ut significantius Græca dictione exprimitur] παροικίας, habitationes et domos temporarias intelligit, veluti brevi perduraturas et cito perdendas.

Ἐγὼ πρὸς τὸν Θεὸν ἐκέκραξα, καὶ ὁ Κύριος εἰσήκουσέ μου. Ἤδη πληροφορηθείς, φησὶν, ὅτι εἰσήκουσέ μου. Ἔστι δὲ γλαφυρώτερον εἰπεῖν, ὅτι Ἐγὼ μὲν πρὸς τὸν Πατέρα ἐκέκραξα· ὁ δὲ Υἱὸς εἰσήκουσέ μοι. Ἐπεὶ καὶ αὐτὸς ἀπώλεσε τοὺς Ἰουδαίους, κατὰ τό· *Σὺ δὲ, Κύριε, ἐλέησόν με, καὶ ἀνάστησόν με, καὶ ἀνταποδώσω αὐτοῖς.*

Vers. 17. *Ego ad Deum clamavi, et Deus exaudivit me.* Certior factus de divino auxilio, ait: Exaudisti me. Verum juxta altiorem sensum dicamus: Ego quidem, inquit, clamavi ad Patrem, et Filius exaudivit me. Ipse etenim Filius Judæos perdidit; juxta quod alibi ex ejus persona scriptum legimus: *Tu autem, Domine, miserere mei et resuscita me, et retribuam eis* [11].

Ἑσπέρας, καὶ πρωΐ, καὶ μεσημβρίας, διηγήσομαι καὶ ἀπαγγελῶ, καὶ εἰσακούσεται τῆς φωνῆς μου. Τοὺς καιροὺς δηλοῖ τῶν μεγάλων τριῶν συνάξεων, ἃς ἡμεῖς καλοῦμεν ἑσπερινὸν, ὄρθρον, καὶ μεσημβρίαν. Διηγήσομαι τὰ τοῦ Θεοῦ θαυμάσια, καὶ ἀπαγγελῶ πᾶσι τοῖς σὺν ἐμοί· ὡς εἶναι ταὐτὸν, τὸ, *διηγήσομαι*, καὶ τὸ, *ἀπαγγελῶ*. Ἢ διηγήσομαι μὲν τὰ παλαιά· ἀπαγγελῶ δὲ τὰ εἰς ἐμὲ γεγενημένα.

Vers. 18. *Vespere, et mane, et meridie narrabo et annuntiabo, et exaudiet vocem meam.* Tempora B significat magnorum trium synaxium, quas nos congregationes, seu collectas vocare possumus, vespertinum nimirum, matutinum, et meridianum. Narrabo, inquit, mirabilia Dei, et annuntiabo ea omnibus qui mecum erunt, ita ut idem sit narrare, quod annuntiare. Vel narrabo quidem antiqua, annuntiabo autem ea quæ postremo in me facta sunt.

Λυτρώσεται ἐν εἰρήνῃ τὴν ψυχήν μου ἀπὸ τῶν ἐγγιζόντων μοι, ὅτι ἐν πολλοῖς ἦσαν σὺν ἐμοί. — Ἐν εἰρήνῃ, ἀντὶ τοῦ, χωρὶς πόνου. Ἐγγίζοντας δὲ καλεῖ τοὺς ἀμφὶ τὸν Σαοὺλ, ὡς συγγενεῖς καὶ συστρατιώτας. Εἶτα τίθησι καὶ τὴν αἰτίαν τῆς ἐγγύτητος, Ὅτι, φησὶ, μετὰ πολλῶν καὶ ἄλλων στρατιωτῶν, σὺν ἐμοὶ ἦσαν διαιτώμενοι καὶ στρατευόμενοι.

Vers. 19. *Redimet in pace animam meam ab appropinquantibus mihi; quoniam in multis erant mecum.* In pace, hoc est, sine labore. Appropinquantes autem eos vocat, qui erant cum Saul, tanquam sibi cognatos atque olim commilitones; deinde propinquitatis rationem ponit. Quoniam, inquit, simul cum multis aliis militibus antea mecum fuerunt, hoc est, quoniam mecum convixerant, et mecum commilitaverant.

Εἰσακούσεται ὁ Θεὸς, καὶ ταπεινώσει αὐτοὺς ὁ ὑπάρχων πρὸ τῶν αἰώνων. Αὐτὸς γὰρ ἐποίησε τοὺς αἰῶνας· διὸ καὶ πρὸ τῶν αἰώνων ὑπάρχειν λέγεται.

Vers. 20. *Exaudiet Deus et humiliabit eos, qui est ante sæcula.* Ipse etenim Deus fecit sæcula; non mirum igitur, si ante ea fuisse dicitur.

Οὐ γάρ ἐστιν αὐτοῖς ἀντάλλαγμα, ὅτι οὐκ ἐφοβήθησαν τὸν Θεόν. Οὐκ ἔστι, φησὶν, αὐτοῖς ἀναλλαγὴ, ἀπὸ τῆς κακίας εἰς ἀγαθωσύνην· ἀλλ' ἀμετάβλητοι μένουσιν· οὕτω γὰρ ὁ Σύμμαχος ἐξέδωκε. Λέγοιντο δ' ἂν ταῦτα καὶ κατὰ τῶν χριστοκτόνων Ἰουδαίων· ἐπαρασάμενος γὰρ αὐτοῖς ἄνω, φησὶ νῦν, ὅτι Εἰσακούσεταί μου ὁ Χριστὸς, καὶ ταπεινώσει αὐτούς. Καὶ γὰρ οἱ μὲν ἀνῃρέθησαν· οἱ δὲ, περιλειφθέντες, τεταπεινωμένοι, παντὶ ἔθνει δουλεύουσι τὰς ἐσχάτας ὑπηρεσίας. Ὁ *ὑπάρχων* δὲ *πρὸ τῶν αἰώνων*, κατὰ τὴν θεότητα· καὶ γὰρ αὐτοὶ ἠργμένον ἐκ τῆς μητρὸς ἔλεγον αὐτόν· τὸ δὲ, *Οὐ γάρ ἐστιν αὐτοῖς ἀντάλαγμα*, προσεπινοεῖται(92) καὶ ἄλλως ἐπὶ τούτων· ὅτι αὐτὸς ἦν τὸ δεδομένον ὑπὲρ πάντων ἀνθρώπων ἀντάλαγμα· ὃν ἐπειδὴ οὐκ ἐδέξαντο, οὐκ ἔστιν αὐτοῖς ἕτερον ἄξιον ἀντάλαγμα.

Non est enim eis commutatio, neque timuerunt Deum. Immutatio, inquit, nulla eis est, a malitia ad bonitatem, a vitio ad virtutes, sed immutabiles permanent. Ad hunc enim sensum Symmachus reddidit. Possunt etiam hæc verba proferri adversus Christi occisores, Judæos, contra quos, cum superius imprecatus fuerit, modo ait: Exaudiet me Christus, et humiliabit eos: quemadmodum factum videmus. Alii etenim eorum sublati sunt, cæteri vero, qui relicti fuere, dispersi per orbem, abjecti atque humiliati, omnibus serviunt nationibus. Et quod ait: *Qui est ante sæcula*, ad Christi divinitatem referatur. Ipsi enim Judæi ex sola Jesu matre principium habuisse affirmabant. Et quod sequitur, *Non est illis commutatio*, alium sensum habet, intelligendo etiam de Judæis. Quia enim Christus pro universo genere humano in commutationem datus est, et Judæi commutationem hanc, hoc est, ipsum Dominum Jesum recipere noluerunt, restat, inquit Propheta, ut nulla amplius alia eis sit commutatio.

Ἐξέτεινε τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐν τῷ ἀποδιδόναι.

Extendit manum suam in retribuendo. Extendit

[11] Psal. XL, 11.

Variæ lectiones.

(92) Al. προσέτι νοεῖται.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Deus potestatem ac vires suas in puniendo, ut condigna nimirum peccatoribus retribuat supplicia.

Vers. 22. *Profanaverunt testamentum ejus.* Saul et complices profanaverunt, hoc est, spreverunt legem Dei, qua mandatur : *Diliges proximum tuum* [12], et alia hujusmodi. Christi autem occisores spreverunt Evangelium. Profanum autem appellatur, quod commune est et non sacrum.

Divisi sunt ab ira vultus ejus, et appropinquaverunt corda eorum. Judæi, inquit, divisi sunt ab ira vultus Christi, quia cum Romani eos obsiderent, inter se divisi sunt. Quidam enim eorum illa se pati dicebant propter Christum, inter quos erat Josephus, qui etiam in illo opere suo de expugnatione Jerusalem, Christum fere Deum esse testatus est. Et corda eorum veritati appropinquaverunt, dum cogitarent, quod Christus esset Deus. Appropinquare enim illi dicuntur veritati, qui saltem dubitare incipiunt.

Molles facti sunt eorum sermones super oleum, et ipsi sunt jacula. Hoc de omnibus Christi interfectoribus in universum dictum est : qui antequam eum occiderent, blandos ei ac leves sermones loquebantur, Rabbi eum appellantes, et dicentes : *Scimus quia verax es, et verbum Dei in veritate doces* [13], et alia hujusmodi. Qui tamen re ipsa erant veluti acutissima quædam jacula, et illius sanguinem appetebant. Dici etiam possunt hæc verba de Saule, qui Prophetæ nostro blande, sed simulate loquens dicebat : *Fili David*, et alia hujusmodi.

Vers. 23. *Jacta cogitatum tuum in Domino, et ipse te enutriet.* Omnibus, qui insidiis impetuntur, communem admonitionem præbet. Ipse enim, inquit, Dominus, si in eo fiduciam habueris, enutriet te ; quod si nutriet, induet etiam ; et si induet, custodiet insuper et liberabit.

Non dabit in sæculum fluctuationem justo. Non ad multum, inquit, tempus dabit justo tempestatem, aut procellam tentationum. Ait enim Apostolus : *Fidelis Deus, qui non permittet nos tentari supra id, quod possumus* [14]. Dixit autem Deum non daturum tentationes, non quia ipse eas immittat, sed quia permittens eas a dæmone nobis inferri, ipse illas quodammodo videtur immittere, cum prohibere potuisset et non prohibuerit.

Vers. 24. *Tu autem, Deus, deduces eos in puteum interitus.* Eos dico, qui adversus innocentes tendunt insidias. Per puteum autem interitus, vastas quasdam ac veluti ob loci profunditatem inevitabiles pœnas intelligit ; quia si quis in puteum ceciderit, non de facili illinc exitus pateat.

Viri sanguinum, et dolosi non dimidiabunt dies suos. Atqui in psalmo septuagesimo secundo de hujusmodi hominibus Propheta dicit, quod *dies pleni* invenientur in eis. Verum ibi plenos dies dixit, respiciens non ad vitæ, sed ad vitiorum ac

A Ἐξέτεινεν ὁ Θεὸς τὴν κολαστικὴν αὐτοῦ δύναμιν, ἐπὶ τῷ ἀποδιδόναι αὐτοῖς τὴν ὀφειλομένην τιμωρίαν.

Ἐβεβήλωσαν τὴν διαθήκην αὐτοῦ. Οἱ περὶ τὸν Σαοὺλ μὲν, ἐβεβήλωσαν, εἴτουν περιεφρόνησαν τὸν νόμον, ὅς φησιν· Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου, καὶ ὅσα τοιαῦτα· οἱ δὲ χριστοκτόνοι, τὸ Εὐαγγέλιον. Βέβηλον γὰρ, τὸ κοινὸν καὶ ἀνίερον.

Διεμερίσθησαν ἀπὸ ὀργῆς τοῦ προσώπου αὐτοῦ, καὶ ἤγγισαν αἱ καρδίαι αὐτῶν. Ἀπὸ ὀργῆς δηλαδὴ τοῦ Χριστοῦ· τοῦ Ῥωμαϊκοῦ γὰρ πολέμου πολιορκοῦντος αὐτοὺς, διεμερίσθησαν· τινὲς γὰρ αὐτὸν ἔλεγον διὰ τὸν Ἰησοῦν ταῦτα πάσχειν, ὧν εἷς ἦν καὶ Ἰώσηπος, μικροῦ Θεὸν αὐτὸν ὁμολογήσας B ἐν τῇ βίβλῳ τῆς ἁλώσεως Ἱερουσαλήμ. Καὶ ἤγγισαν αἱ καρδίαι αὐτῶν τῇ ἀληθείᾳ, λογιζομένων, ὅτι ἴσως Θεὸς ἦν· ἐγγύτης γὰρ, ὁ ἐνδοιασμός.

Ἠπαλύνθησαν οἱ λόγοι αὐτῶν ὑπὲρ ἔλαιον, καὶ αὐτοί εἰσι βολίδες. Τοῦτο κοινῶς περὶ πάντων τῶν χριστοκτόνων· οἳ πρὸ τοῦ ἀνελεῖν αὐτὸν ἐν ὑποκρίσει λόγους αὐτῷ προσέφερον ἁπαλοὺς, Ῥαββὶ καλοῦντες καὶ λέγοντες· Οἴδαμεν ὅτι ἀληθὴς εἶ, καὶ τὴν ὁδὸν τοῦ Θεοῦ ἐν ἀληθείᾳ διδάσκεις, καὶ τὰ τοιαῦτα. Αὐτοὶ δὲ ἦσαν ἔνδον ἠκονημένα βέλη, ὀρεγόμενα τοῦ αἵματος αὐτοῦ. Λέγοιτο δ' ἂν ταῦτα καὶ περὶ τοῦ Σαοὺλ, ὃς ὑποκρινόμενος ἔλεγε· Τέκνον Δαβὶδ, καὶ εἴ τι τοιοῦτον. C

Ἐπίρριψον ἐπὶ Κύριον τὴν μέριμνάν σου, καὶ αὐτός σε διαθρέψει. Κοινὴν ποιεῖται πρὸς ἅπαντας ἐπιβουλευομένους παραίνεσιν· αὐτὸς γάρ σε διαθρέψει, καὶ κατὰ σῶμα καὶ κατὰ ψυχήν· εἰ δὲ διαθρέψει, καὶ ἐνδύσει· εἰ δὲ καὶ ἐνδύσει, καὶ φυλάξει καὶ ῥύσεται.

Οὐ δώσει εἰς τὸν αἰῶνα σάλον τῷ δικαίῳ. Οὐ δώσει μέχρι πολλοῦ κλύδωνα τῷ δικαίῳ· φησὶ γὰρ ὁ Ἀπόστολος, ὅτι Πιστὸς ὁ Θεὸς, ὃς οὐκ ἐάσει ἡμᾶς πειρασθῆναι ὑπὲρ ὃ δυνάμεθα. — Οὐ δώσει δὲ εἶπεν, ὅτι παραχωρῶν ἐπάγεσθαι ὑπὸ διαβόλου τοὺς πειρασμοὺς, δοκεῖ αὐτὸς τούτους ἐπάγειν, ὅτι κωλῦσαι δυνάμενος, οὐκ ἐκώλυσε. D

Σὺ δὲ, ὁ Θεὸς, κατάξεις αὐτοὺς εἰς φρέαρ διαφθορᾶς. Τοὺς ἐπιβουλεύοντας τοῖς ἀθῴοις· φρέαρ γὰρ διαφθορᾶς εἶπεν τὸ βαθὺ καὶ ἄφυκτον τῆς τιμωρίας· τοιοῦτον γὰρ τὸ φρέαρ.

Ἄνδρες αἱμάτων καὶ δολιότητος οὐ μὴ ἡμισεύσωσι τὰς ἡμέρας αὐτῶν. Καὶ μὴν ἐν τῷ οβ' ψαλμῷ περὶ τῶν τοιούτων λέγει, ὅτι καὶ ἡμέραι πλήρεις εὑρεθήσονται ἐν αὐτοῖς. Δῆλον οὖν ὅτι ἐν ἐκείνῳ πλήρεις τὰς ἡμέρας φησὶν, οὐ πρὸς μέτρον

[12] Deut. vi, 5 ; Matth. xix, 9. [13] Matth. xxii, 16. [14] I Cor. x, 13.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τῆς ζωῆς, ἀλλὰ πρὸς τὴν κακίαν, ὅτι αἱ ἡμέραι αὐτῶν πλήρεις τῆς κακίας. Ἐνταῦθα δέ φησιν, ὅτι προειδὼς ὁ Θεὸς τὴν ἀμετρίαν τῆς κακίας αὐτῶν, προεκθερίζει τούτους, ἵνα μὴ πλεῖον ἁμάρτωσι, καὶ γίνεται φιλανθρωπία ἡ τιμωρία. Ὁ δὲ λόγος οὐκ ἔστι καθολικὸς, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ πλεονάζοντος· ἐπεί τινες τοιοῦτοι, τῇ κακίᾳ συγκατεγήρασαν. Εἶπεν δὲ τοῦτο, ἐκδειματῶν τοὺς φονικοὺς, καὶ δολίους· ἄνδρες δὲ αἱμάτων καὶ δολιότητος εἴρηκεν, ὡς ἀνδριζομένους εἰς φόνους καὶ δόλους· διὰ δὲ τοῦ δόλου, πᾶσαν κακίαν ἠνίξατο. Ἄλλως τε, ὥσπερ ἄνθρωπον εἰρήνης λέγει τὸν εἰρηνικὸν, οὕτω καὶ ἄνδρα αἱμάτων, τὸν αἱμοχαρῆ, καὶ ὅσα τοιαῦτα.

malitiæ mensuram. Illorum enim dies vitiis pleni erant; hoc autem in loco ait, quod prævidens Deus scelerum immensitatem, eos ante tempus evellet, ne scilicet magis peccent: unde divina castigatio eis efficitur in misericordiam. Et sermo iste non universalis, tametsi in pluribus id contingat. Nonnullos enim cum suis vitiis videmus consenescere. Hoc autem dixit, ut sanguinolentos ac dolosos viros perterrefaceret. Viros autem sanguinum et dolosos dixit, veluti viriliter agentes circa dolos et cædes: et per dolum omne vitium intelligit. Et quemadmodum sæpenumero virum pacis, dictum reperimus apud Scripturam, pro viro pacifico, ita et virum sanguinum nunc poni videmus, pro viro sanguinario, hoc est, pro eo qui sanguine delectatur. Et alia ejusdem modi.

Ἐγὼ δὲ, Κύριε, ἐλπιῶ ἐπὶ σέ. Τοῦτο σύνηθες ἀεὶ ἐπιφώνημα τῷ Δαβὶδ· ἅπαξ γὰρ πειραθεὶς τοῦ καρποῦ τῆς εἰς Θεὸν ἐλπίδος, καὶ ἐλπίζει διόλου, καὶ ἐλπίζειν ὁμολογεῖ. Ἁρμόσει δ' ἂν καὶ ἡμῖν ὁ ψαλμὸς, (93) χωρὶς ὀλίγων ῥητῶν, ἃ καὶ προϊόντες σημειωσόμεθα. Τὰ μὲν οὖν εὐληπτα, παρήσομεν νοεῖσθαι, κατὰ τὴν (94) προαποδεδομένην ἐξήγησιν· τὰ δυσχερέστερα δὲ, μεταχειρισόμεθα. Ἐλυπήθην ἐν τῇ ἀδολεσχίᾳ μου, δηλαδὴ, τῇ πρὸς τοὺς ἐμπαθεῖς λογισμοὺς ὁμιλίᾳ μου· λύπην γὰρ ὕστερον ἐκ μεταμελείας ἐπιφέρει· ἢ τῇ πρὸς τοὺς τυχόντας ἀνθρώπους ἀκαιρολογίᾳ μου· καὶ ἐταράχθην, ἀπὸ τῆς ὑποβολῆς τοῦ ἐχθροῦ μου καὶ ἁμαρτωλοῦ δαίμονος· ἐμάκρυνα δὲ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, κολληθεὶς τοῖς δαίμοσι, διὰ τῆς τοῦ βίου μου μιαρότητος· καὶ ηὐλίσθην ἐν τῇ ἐρημίᾳ, καὶ ἀκαρπίᾳ. Καταπόντισον, Κύριε, καὶ καταδιελε τὰς γλώσσας αὐτῶν, τῶν δαιμόνων, ὥστε μὴ δύνασθαι συμφωνεῖν εἰς τὰς κατ' ἐμοῦ ἐπιβουλὰς, Ὅτι εἶδον ἀνομίαν καὶ ἀντιλογίαν ἐν τῇ πόλει, ἤγουν, ἐν τῇ πολιτείᾳ αὐτῶν. Ἀνομοῦσι γὰρ ἁμαρτάνοντες, καὶ ἀντιλέγουσι τοῖς σοῖς προστάγμασι· τείχη δὲ αὐτῆς, οἱ ἰσχυρότεροι ἐξ αὐτῶν· κόπος δὲ ἐν μέσῳ αὐτῆς, διὰ τοὺς στερρῶς αὐτοῖς ἀνταγωνιζομένους· πλατεῖαι δὲ αὐτῆς, αἱ ὁδοὶ αὐτῶν, ὡς ἀντικείμεναι τῇ στενῇ ὁδῷ τοῦ Θεοῦ· τόκος δὲ, ἡ προσθήκη καὶ ἐπαυξις τῆς (95) προθυμίας· τὸ δὲ, Ὅτι εἰ ὁ ἐχθρὸς ὠνείδισέ με, καὶ τὰ ἑξῆς, ἄχρι τοῦ, Ἐλθέτω δὴ θάνατος ἐπ' αὐτοὺς, προσώπῳ τοῦ Χριστοῦ (96) λέγονται, κατὰ τοῦ Ἰούδα, καθὼς εἰρήκαμεν· ἐλθέτω δὲ θάνατος ἐπὶ τοὺς δαίμονας, ἤτοι παντελὴς ἀνενεργησία. Τὸ δὲ ἑξῆς προηρμήνευται. Παροικίαι δὲ αὐτῶν, οἱ πλησιασμοὶ αὐτῶν πρὸς ἡμᾶς. Τοὺς αὐτοὺς δὲ νόει μοι καὶ ἐγγίζοντας, ὡς ἀεὶ προσβάλλοντας ἡμῖν. Ἐν πολλοῖς δὲ ἦσαν σὺν ἐμοὶ, ἀντὶ τοῦ Σὺν πολλοῖς ἦσαν ἐν ἐμοὶ, κατ' ἐναλλαγὴν τῶν προθέσεων· ὅ ἐστι, Πολλοὶ συνῆλθον κατ' ἐμοῦ. Οὐκ ἔστι δὲ αὐτοῖς ἀντάλλαγμα (97) τουτέστιν, ἀνταλλαγὴ ἀπὸ κακίας εἰς ἀγαθωσύνην, ὡς προαποδέδοται. Ἐδεδήλωσαν δὲ

Ego autem sperabo in te, Domine, Hæc est consueta invocatio beati David: qui cum sæpius illius spei fructum expertus fuerit, quæ in Deum est, imposterum et stabilem in eo spem collocat, et collocasse eam confitetur. Congruit etiam hic psalmus omnibus fidelibus, paucis tantum exceptis, quæ in progressu declarando significabimus; verum non omnia rursum exponemus, sed obscuriora tantum. Nam quæ facilia sunt, sinemus intelligi juxta expositionem jam traditam: *Contristatus sum in meditatione mea*, hoc est, in conversatione, quam habui dum in cogitationibus essem perturbatissimis, affectibusque ac passionibus plenis. Hujusmodi enim cogitationes meæ, subsecuta pœnitentia, dolorem mihi afferunt. Vel [quia, ut superius diximus, Græca dictio ἀδολεσχία non tantum meditationem, sed nugacitatem etiam, aut argutationem significat, juxta alium sensum, dic:] Contristatus sum intempestivo sermone meo, quo assidue in quotidianis colloquiis superflue utor, *et turbatus sum* ab inimici mei, et ab inqui ac peccatoris dæmonis suggestione: *Elongatus etiam sum a Deo*, et adhæsi diabolo, pravis nimirum actionibus meis; et *mansi in solitudine*, seu [ut expressius in Græco habetur] *in eremo*, hoc est, in deserto, atque in sterilitate virtutum. *Demerge, Domine, et divide linguas eorum*; dæmonum nimirum; ita ut conspirare amplius non possint, aut contexere insidias adversum me: *Quoniam vidi iniquitatem, et contradictionem in civitate*, hoc est, in communi illorum conversatione. Inique enim agunt, dum peccant: et divinis contradicunt mandatis, dum ea transgrediuntur; per muros autem civitatis, eos dæmones intelligere possumus, qui inter illos potentiores sunt. Et quod ait laborem esse in medio illius civitatis, propter eos dictum est, qui strenue cum illis decertant. Plateæ item illius civitatis, dæmonum viæ sunt, utpote divinæ illi viæ oppositæ, quam arctam esse legimus in Evangelio. Usura

Variæ lectiones.

(93) Al. Δι' ὀλίγων.
(94) Al. προδεδομένην.
(95) Al. ἁμαρτίας.
(96) Al. λέγομεν.
(97) Al. ἤτουν ἐναλλαγή.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

etiam, quæ augmentum sorti apponit, augmentum significat priorum scelerum. Quod vero ait : *Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi*, et quæ sequuntur usque ad illa verba : *Veniat super illos mors*, dicta sunt ex persona Christi adversus Judam, ut diximus. *Veniat autem mors super eos*, dæmones nimirum, hoc est, ad omnimodam prorsus redigantur inefficaciam. Et quod sequitur : *Et descendant*, etc., jam superius exposuimus. Et quod ait : *Quoniam malitia in habitaculis eorum*, alio modo legi potest : *Quoniam malitia in peregrinationibus eorum*. [Dictio enim Græca παροικία, peregrinationem et incolatum significat.] per peregrinationes igitur dæmoniorum, illorum insultus atque appropinquationes intelligit, quas in nos faciunt. Eosdem etiam esse intellĭgit, quos appropinquitates appellat : eo quod impetu semper in nos feruntur : et quod ait, *et in multis erant mecum*, immutatis præpositionibus expone, procum multis erant in me, hoc est, adversus me, ac si dicat : et multi contra me convenerunt. Non est illis commutatio, hoc est, immutatio a malitia ad bonum, ut prædiximus. *Profanaverunt testamentum ejus*, pro Spreverunt. *Et appropinquaverunt nobis corda eorum*, hoc est, eorum consilia. *Et molles ac lenes nobis facti sunt eorum sermones;* dum sua nobis instillant consilia. Initio etenim, nobis, inanibus quibusdam verbis blandiuntur, sed re ipsa tandem desinunt in malum.

A τὴν διαθήκην αὐτοῦ, ἀντὶ τοῦ (98) Ἐξωλόθρευσαν. Ἤγγισαν δὲ ἡμῖν αἱ καρδίαι αὐτῶν, ἤτουν τὰ βουλεύματα αὐτῶν. Ἠπαλύνθησαν δὲ οἱ λόγοι αὐτῶν, ἐν τῷ συμβουλεύειν · σαίνουσι μὲν γὰρ τὸ (99) χρηστόν · τελευτῶσι δὲ εἰς πονηρόν.

In finem pro populo, qui a sanctis elongatus est : ipsi David, in tituli inscriptionem, cum tenerent eum Allophyli in Geth.

B *Εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ τοῦ λαοῦ τοῦ ἀπὸ τῶν ἁγίων μεμακρυμμένου · τῷ Δαβὶδ εἰς στηλογραφίαν, ὁπότε ἐκράτησαν οἱ ἀλλόφυλοι αὐτὸν ἐν Γέθ.*

PSALMUS LV.

ΨΑΛΜΟΣ ΝΕ'.

Quemadmodum conjunctim positos vidimus eos psalmos, quibus inscriptum est *intelligentiæ*, ita etiam conjuncti habentur ii quibus inscribitur : *in tituli inscriptionem*, quorum præsens primus est qui ad populum pertinet Judaicum, quoniam captivus erat in Babylone, et elongatus fuerat a sanctis, hoc est, a templo atque ab omnibus sacris, quæ erant in Jerusalem, quam ob causam etiam *in finem* inscribitur, quia ad finem eorum tendebat, quæ in eo de populo prædicta fuerant. Nomine vero populi, omnes in universum intelligere possumus, qui ad tempus a sanctis hominibus elongati sunt, dum captivi sub peccati jugo detinentur. Et quod, ait, *Pro populo*, idem sibi vult ac si dixisset, Ex persona populi. Deinde secunda sequitur inscriptio : *Ipsi David in tituli inscriptionem*, etc., ita ut duplex etiam sit psalmi argumentum. Diximus in psalmo XLIII, quod beatus David fugiens Saulem, profectus est in Geth ad Achis Philistæorum regem, quodque cum suspicio orta esset, eum esse David, qui Goliam occiderat, et periclitari cœpisset, insaniam finxit : quodque, quasi comitili morbo laboraret, dimissus est, et præter opinionem servatus. Eo igitur tempore, hunc psalmum præsentibus suis tunc, et futuris populi afflictionibus accommodatum conscripsit. Cupiens præterea tam amplum Dei in se beneficium perpetuo prædicari debere, ea psalmo, quæ vidimus, verba præposuit : *In tituli*, seu potius in statuæ, aut columnæ *inscriptionem* [quemadmodum per Græcam dictionem στηλογραφίαν verius alibi diximus significari] ; ac si diceret : In sempiternam hujus facti memoriam. Hunc autem loquendi modum sumptum putamus, ex metaphora eorum, qui lapideis, aut æneis columnis verba quædam inscribebant, in æternum posteris monumentum.

Ὡσπερ οἱ ψαλμοὶ ὅσοις ἐπεγέγραπτο *συνεσεως*, ἐχόμενα ἀλλήλων ἐτέθησαν, οὕτω καὶ οἱ ἐπιγεγραμμένοι τὸ, *Εἰς στηλογραφίαν*, ὧν ὁ παρὼν πρῶτος. Λαὸν δὲ λέγει τὸν Ἰουδαϊκὸν, ὃς δορυάλωτος παρὰ Βαβυλωνίοις δουλεύων, μεμακρυμμένος ἦν ἀπὸ τῶν ἁγίων, εἴτουν ἀπὸ τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις ναοῦ. Διὸ καὶ *Εἰς τέλος* ἐπιγέγραπται, ὡς εἰς τέλος ἐπειγόμενος τῶν ἐν τούτῳ περὶ τοῦ λαοῦ προφητευθέντων. Νοεῖται δὲ λαὸς, καὶ πάντες ἁπλῶς οἱ πρὸς καιρὸν μεμακρυμμένοι ἀπὸ τῶν ἁγίων ἀνδρῶν, διὰ τὸ αἰχμαλωτισθῆναι ταῖς ἁμαρτίαις. *Ὑπὲρ τοῦ λαοῦ* δὲ, ἀντὶ Τοῦ προσώπου τοῦ λαοῦ. Εἶτα καὶ δευτέρα πρόσκειται ἐπιγραφὴ · *Τῷ Δαβὶδ εἰς στηλογραφίαν*, καὶ τὰ ἑξῆς · ὡς εἶναι διπλῆν τὴν ὑπόθεσιν τοῦ ψαλμοῦ. Προείρηται δὲ ἡμῖν ἐν τῷ λγ' ψαλμῷ, ὅτι φεύγων τὸν Σαοὺλ, ἀπῆλθεν εἰς Γὲθ πρὸς τὸν Ἀγχοὺς, καὶ ὑποπτευθεὶς ὅστις ἦν, κινδυνεύειν ἔμελλε. Εἶτα μανίαν ὑποχριθεὶς, ὡς ἐπίληπτος, ἀφείθη(1), καὶ διεσώθη παραδόξως. Τηνικαῦτα τοίνυν καὶ τοῦτον ἔγραψε τὸν ψαλμὸν, ἁρμόζοντα καὶ τοῖς τότε ἑαυτοῦ πάθεσι, καὶ τοῖς τοῦ λαοῦ μετέπειτα. Βουλόμενος δὲ ἀεὶ κηρύττεσθαι τὴν θείαν εὐεργεσίαν, ἐπέγραψε τὸ, *Εἰς στηλογραφίαν*, τουτέστιν, εἰς ἀνέκλειπτον γραφὴν, ἐκ μεταφορᾶς τῶν λιθίναις, ἢ χαλκαῖς στήλαις ἐγγραφόντων ῥήματά τινα εἰς μνήμην διηνεκῆ.

C

D

Vers. 2. *Miserere mei, Deus, quoniam conculcavit me homo.* Conculcavit, expone, pro Contrivit.

Ἐλέησόν με, ὁ Θεὸς, ὅτι κατεπάτησέ με ἄνθρωπος. Κατεπάτησεν, ἀντὶ τοῦ Συνέτριψεν. Ἀπὸ

Variæ lectiones.

(98) Al. ἐξουδένωσαν.
(99) Τῷ χρηστῷ, idem.

(1) Al. ἀφέθη.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

μὲν τοῦ δορυαλώτου λαοῦ λεγόμενος ὁ λόγος, ἄνθρωπον καλεῖ τὸν Βαβυλώνιον βασιλέα· ἀπὸ δὲ τῶν ἐν ἁμαρτίαις, τὸν διάβολον· οὕτω γὰρ αὐτὸν πολλάκις ἡ Γραφὴ ὀνομάζει διὰ τὸ φιλήδονον αὐτοῦ, ὡς ἐπὶ τῆς παραβολῆς τῶν ζιζανίων ἐχθρὸν αὐτὸν ἄνθρωπον ἐκάλεσεν· ἀπὸ δὲ τοῦ Δαβὶδ, αἰνίττεται τὸν Σαούλ. Τὸ μέντοι *Κατεπάτησεν*, σημαίνει καὶ τὸ Καταφρόνησεν, ὡς τό· *Ὁ τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καταπατήσας*.

A Quod si sermo ex captivi populi persona proferatur, per hominem, Babyloniorum regem intellige; si vero ex peccatorum persona, diabolum, quem aliquando Scriptura sub hominis appellatione expressit, veluti in parabola zizaniorum. *Inimicus* enim, inquit, *homo hoc fecit* [15]. Postremo, si ex beati David persona legeris, per hominem Saulem intellige. Et tunc, quod ait, *conculcavit*, expone, pro, Sprevit; juxta quod alibi scriptum est: *Qui Filium Dei conculcavit* [16].

Ὅλην τὴν ἡμέραν πολεμῶν ἐθλιψέ-με. Ὅλην τὴν ἡμέραν, ἀντὶ τοῦ, Καθ' ἡμέραν· *Πολεμῶν* δὲ, ἀντὶ τοῦ *Ἐπηρεάζειν ἐπιτιθέμενος*.

Tota die bellans afflixit me. Tota die dixit pro Quotidie. *Bellans*, autem, hoc est, lædens, seu impetum faciens.

Κατεπάτησάν με οἱ ἐχθροί μου ὅλην τὴν ἡμέραν. Οἱ περὶ τὸν Βαβυλώνιον, ἢ αἱ περὶ τὸν δαίμονα ἀποστατικαὶ δυνάμεις, ἢ οἱ περὶ τὸν Σαούλ.

VERS. 3. *Conculcaverunt me inimici mei tota die.* Sive Babylonios intelligas, sive diabolicas potestates sive ipsum Saulem.

Ὅτι πολλοὶ οἱ πολεμοῦντές με ἀπὸ ὕψους. Ὕψος ἐνταῦθα, τὴν δυναστείαν λέγει, ἢ τὴν εὐστοχίαν· οἱ γὰρ ἀπὸ ὕψους ἄνωθεν βάλλοντες, τοὺς κάτω καὶ ταπεινότερον ἑστῶτας εὐστοχοῦσιν.

Quoniam multi bellantes adversum me ab alto. Per altitudinem hoc in loco potestatem ac vires intelligit. Vel ideo dixit: *Alto*, quoniam qui ex alto pugnant certiori ictu feriunt eos qui inferius sunt.

Ἡμέρας οὐ φοβηθήσομαι· ἐγὼ δὲ ἐλπιῶ ἐπὶ σέ. Ἡμέρας νῦν, τὰς εὐημερίας λέγει τῶν ἐχθρῶν· ἀνακτώμενος γὰρ ἑαυτὸν, καὶ τὴν ἀπαλλαγὴν προφητεύων, φησὶν ὅτι Οὐ φοβηθήσομαι τὰς τοιαύτας εὐημερίας.

VERS. 4. *Dies non timebo, ego autem sperabo in te, Domine.* Dies, hoc est, felicitatem ac prosperam fortunam. Consolans enim seipsum, liberationem suam prædicit, affirmans minime se inimicorum suorum prosperitates formidare.

Ἐν τῷ Θεῷ ἐπαινέσω τοὺς λόγους μου. Τὸ Ἐπαινέσω νῦν, ἀντὶ τοῦ Κοσμήσω παρείληπται. Καὶ ἐπαινετοὺς, φησὶ, ποιήσω τοὺς λόγους μου, ἐν τῷ περὶ Θεοῦ λέγειν. Μόνος γὰρ κοσμεῖται λόγος, ὁ μνημονεύων Θεοῦ. Ἡ ἐπειδὴ ἐκαυχήσατο εἰπὼν, *Ἡμέρας οὐ φοβηθήσομαι*, θεραπεύει τὸν λόγον, ὅτι *Ἐν τῷ Θεῷ ἐπαινέσω*, τουτέστιν Ὑγκώσω, εἰς μεγαλορρημοσύνην τοὺς λόγους μου.

VERS. 5. *In Deo laudabo sermones meos.* — *Laudabo* hic posuit pro Ornabo. Laudabiles, inquit, eos faciam in eo, dum loquuntur de Deo. Solus quippe ille sermo merito videri potest ornatus, qui Dei meminerit. Vel aliter: quia gloriatus fuerat beatus David, dicens: *Dies non timebo*, castigat nunc sermonem suum, dicens: *In Deo laudabo*, hoc est, Extollam, et magnificabo sermones meos.

Ἐπὶ τῷ Θεῷ ἤλπισα, οὐ φοβηθήσομαι τί ποιήσει μοι σάρξ. Σὰρξ, εἴτουν ἄνθρωπος ἐμπαθής.

In Deo speravi; non timebo quid faciat mihi caro. Carnem dicit, pro carnali homine, qui affectibus ac passionibus subjectus sit.

Ὅλην τὴν ἡμέραν τοὺς λόγους μου ἐβδελύσσοντο. Κατεφρόνουν, εἴ τι καὶ εἶπον, ἅπαξ ἐμοῦ καταφρονήσαντες.

VERS. 6. *Tota die sermones meos abominabantur.* Hoc est, despiciebant, si quid nimirum ego dixissem. Id autem agebatur eo quod negligerent me.

Κατ' ἐμοῦ πάντες οἱ διαλογισμοὶ αὐτῶν εἰς κακόν. Εἰς τὸ κακῶσαί με.

Adversum me omnes cogitationes eorum in malum. Ut mihi mala inferrent, ut me affligerent.

Παροικήσουσι καὶ κατακρύψουσι. Παραμενοῦσι, καὶ κατακρύψουσί μοι ἐνέδρας καὶ παγίδας.

VERS. 7. *Inhabitabunt et abscondent.* Assidebunt mihi; atque insidias et laqueos occulte disponent.

Αὐτοὶ τὴν πτέρναν μου φυλάξουσι. Τὴν πορείαν τοῦ βίου μου ἐπιτηρήσουσιν, ὥστε συσχεῖν με ταῖς παγίσιν· ἐμφαίνει δὲ διὰ τούτων τὰς ποικίλας αὐτῶν ἐπιβουλάς.

Ipsi calcaneum meum observabunt. Iter, inquit, vitæ meæ investigabunt, ut suis me laqueis comprehendant: quibus verbis varias illorum indicat insidias.

Καθάπερ ὑπέμειναν τὴν ψυχήν μου, ὑπὲρ τοῦ μηδενὸς ὦσεις αὐτούς. Ὥσπερ αὐτοὶ ἐνεδρεύοντες περιέμεινάν με, κατὰ περίφρασιν, οὕτω καὶ σὺ ὦσεις αὐτοὺς, εἴτουν, ἀπελάσεις· ἡ δὲ *Ὑπὲρ* πρόθεσις, ἀντὶ τῆς *Ἀντὶ* κεῖται νῦν. Οἷον, Ἀντ' οὐδενὸς ὦσεις αὐτοὺς, ὅ ἐστι, ῥᾳδίως, ὡς οὐδὲν ὄντας.

VERS. 8. *Sicut sustinuerunt animam meam, pro nihilo impelles eos.* Quemadmodum illi, inquit, latentes in insidiis exspectaverunt me, ita et tu impelles eos, hoc est, expelles, et quod ait, *Pro nihilo*, idem est quod, De facili, tanquam nihil exsistentes.

Ἐν ὀργῇ λαοὺς κατάξεις. Μόνον ὀργισθεὶς, πλήθη ὅλα κατάξεις, εἴτουν συντρίψεις.

In ira populos confringes. Tu iratus, victos exercitus, et innumerabilem populorum multitudinem conteres.

[15] Matth. xv, 28. [16] Hebr. x, 29.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Deus, vitam meam annuntiavi tibi. Conversationem tibi meam significavi, secundum quam jamdiu vivo.

Posuisti lacrymas meas in conspectu tuo, quemadmodum, et in promissione tua. Tu vidisti, inquit, lacrymas meas, quemadmodum pollicitus olim es in promissione tua. Legem enim statuens, dixisti de omnibus qui injuriam patiuntur : *Clamabit ad me, et ego exaudiam eum, misericors enim sum* [17].

Convertentur inimici mei retrorsum. Hoc est, fugient. Prædicit enim, quod futurum erat. Secundum anagogen vero dicere possumus, quod quemadmodum dæmones præire nos solent, quoties nos superaverint et viam nobis ostendere quæ ducit ad perditionem : ita quoties a nobis victi fuerint, retro, post nos consequuntur oblatrantes.

In quacunque die invocavero te, ecce cognovi quod tu Deus meus es. Quoties, inquit, ardenti te animo aliquando invocavero, statim cognovi, hoc est, cognosco, quod tu Deus meus es. Posuit enim tempus pro tempore. Sed quomodo cognosco ? dum scilicet exaudies.

Vers. 11. *In Deo laudabo verbum, in Domino laudabo sermonem.* Verbum *Laudabo*, eumdem hic sensum habet, quem superius diximus in versiculo : *In Deo laudabo sermones meos ;* et per verbum, breviorem orationem intelligit, per sermonem vero, longiorem.

In Deo speravi, non timebo quid faciat mihi homo. Ille nimirum homo, de quo in principio dixit : *Quoniam conculcavit me homo.*

Vers. 12. *In me sunt, Deus, vota, quæ reddam laudationis tuæ.* In mea, inquit, memoria illæ laudationis tuæ promissiones sunt, quas me redditurum affirmo. Pollicitus enim fuerat beatus David, se Deum benefactorem suum laudaturum esse.

Vers. 13. *Quoniam eripuisti animam meam de morte.* Animam meam, hoc est, meipsum. Quod si animam vi sua significari velis intelligere, per mortem peccatum intellige, veluti quod primo omnium parenti mortis causa exstiterit.

Oculos meos a lacrymis, pedes meos a lapsu. Per lapsum, aut præceps aliquod intellige, aut laqueum, et per pedes, hujus vitæ viam.

Placebo coram Domino in lumine viventium. [Illud primo animadvertendum ducimus, quod Græca dictio εὐαρεστήσω non solum significat *placebo*, sed etiam *gratum faciam*]. Juxta quem sensum, Quæ Deo, inquit, grata sunt, faciam, donec lucem hanc video, quæ viventibus lucet. Nam post mortem nullum erit amplius gratificandi tempus. Et aliter, per viventium lucem, mandata Dei intelligit. *Præceptum* enim *Domini*, inquit, *lucidum illuminans oculos.* Item, *Lucerna pedibus meis verbum tuum ;* vel, Gratus atque acceptus apparebo in æterna illorum luce, qui perpetuo victuri sunt.

[17] Psal. xc, 15.

A

B

C

D

Ὁ Θεός, τὴν ζωήν μου ἐξήγγειλά σοι. Τὴν πολιτείαν μου ἐφανέρωσά σοι, ἣν ἄρτι πολιτεύομαι.

Ἔθου τὰ δάκρυα ἐνώπιόν σου, ὡς καὶ ἐν τῇ ἐπαγγελίᾳ σου. Ἐπεῖδες τὰ δάκρυά μου, ὡς καὶ ἐν τῇ ἐπαγγελίᾳ σου ὑπέσχου. Νομοθετῶν γὰρ, ἐπηγγείλατο περὶ τοῦ ἀδικουμένου, ὅτι *Στενάξει πρός με, καὶ ἐπακούσομαι αὐτοῦ · ἐλεήμων γάρ εἰμι.*

Ἐπιστρέψουσιν οἱ ἐχθροί μου εἰς τὰ ὀπίσω. Ἀποστραφήσονται εἰς τὰ ὀπίσω, τουτέστι, φεύξονται · προφητεία δὲ τοῦτο. Ἀναγωγικῶς δὲ, κυριεύοντες μὲν ὑμῶν οἱ δαίμονες προηγοῦνται, ὑποδεικνύοντες ἡμῖν τὴν εἰς ἀπώλειαν φέρουσαν ὁδόν · ἡττώμενοι δὲ, ἕπονται καθυλακτοῦντες.

Ἐν ᾗ ἂν ἡμέρᾳ ἐπικαλέσωμαί σε, ἰδοὺ ἔγνων ὅτι Θεός μου εἶ σύ. Ὅταν δὲ, φησὶν, ἐπικαλέσωμαι θερμῶς, εὐθὺς ἔγνων, ἀντὶ τοῦ Γινώσκω, ὅτι Θεός μου εἶ σύ · ἀντιχρονίᾳ. Πῶς δὲ γινώσκω ; Πάντως ἐν τῷ εἰσακούεσθαι.

Ἐπὶ τῷ Θεῷ ἐπαινέσω ῥῆμα, ἐπὶ τῷ Κυρίῳ ἐπαινέσω λόγον. Τὸ Ἐπαινέσω κάνταῦθα τοιοῦτόν ἐστιν, οἷον εἴπομεν καὶ τὸ, Ἐν τῷ Θεῷ ἐπαινέσω τοὺς λόγους μου. Ῥῆμα μὲν οὖν λέγει, τὸν βραχὺν λόγον · λόγον δὲ, τὸν μείζονα.

Ἐπὶ τῷ Θεῷ ἤλπισα, οὐ φοβηθήσομαί τί ποιήσει μοι ἄνθρωπος. Ὃν εἶπεν ἐν ἀρχῇ ἄνθρωπον, Ὅτι κατεπάτησέν με ἄνθρωπος, τοῦτον καὶ νῦν λέγει.

Ἐν ἐμοὶ, ὁ Θεὸς, εὐχαὶ, ἃς ἀποδώσω αἰνέσεώς σου. Ἐν τῇ μνήμῃ σου εἰσὶν αἱ ὑποσχέσεις τῆς αἰνέσεώς σου, ἃς ἀποδώσω · ὑπέσχετο γὰρ αἰνέσαι τὸν εὐεργέτην Θεόν.

Ὅτι ἐῤῥύσω τὴν ψυχήν μου ἐκ θανάτου. — Τὴν ψυχήν μου, ἀντὶ τοῦ Ἐμὲ, περιφραστικῶς. Εἰ δὲ καὶ τὴν ψυχὴν αὐτὴν θέλεις νοῆσαι, θάνατον καλέσεις τὴν ἁμαρτίαν, ὡς αἰτίαν θανάτου καταρχὰς γενομένην τῷ πρωτοπλάστῳ.

Τοὺς ὀφθαλμούς μου ἀπὸ δακρύων, καὶ τοὺς πόδας μου ἀπὸ ὀλισθήματος. Ὀλίσθημα νόει μοι τὸν κρημνὸν, ἢ τὴν παγίδα · ὥσπερ καὶ πόδας, εἰ βούλει, τὴν πορείαν τοῦ βίου.

Εὐαρεστήσω ἐνώπιον Κυρίου, ἐν φωτὶ ζώντων. Εὐάρεστα πράξω, ἕως ἂν τὸ φῶς τοῦτο βλέπω, τὸ φαῖνον τοῖς ζῶσι. Μετὰ γὰρ θάνατον, εὐαρέστησις οὐκ ἔστι. Καὶ ἄλλως, φῶς ζώντων ἐστὶν αἱ ἐντολαὶ τοῦ Θεοῦ· Ἡ ἐντολὴ γὰρ, φησὶ, *Κυρίου τηλαυγὴς, φωτίζουσα ὀφθαλμούς* · καὶ, *Λύχνος τοῖς ποσί μου ὁ νόμος σου* · ἤ, Εὐάρεστος ὀφθήσομαι ἐν τῷ αἰωνίῳ φωτὶ τῶν ἀεὶ ζώντων.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Εἰς τὸ τέλος, μὴ διαφθείρῃς, τῷ Δαβὶδ εἰς στηλογραφίαν, ἐν τῷ αὐτὸν ἀποδιδράσκειν ἀπὸ προσώπου Σαοὺλ εἰς τὸ σπήλαιον.

ΨΑΛΜΟΣ ΝϚ'.

Καὶ τὸ ἐν τῷ σπηλαίῳ τῆς ἐρήμου Γαδδὶ κίνδυνον παραδόξως διαφυγὼν, ὅτε ἐγκεκρυμμένου αὐτοῦ ἐπεισῆλθε Σαοὺλ, καὶ ἐνηυλίσατο, καθὼς προειρήκαμεν, τὸν ψαλμὸν τοῦτον συνέταξε, καὶ ὁμοίως δὲ τῷ πρὸ αὐτοῦ *Εἰς στηλογραφίαν* ἐπέγραψεν, δι' ἣν αἰτίαν εἰρήκαμεν· *Εἰς τὸ τέλος* δὲ οὗτος, ὡς ἐπειγόμενος εἰς τέλος τῶν ἐν τούτῳ περὶ τῆς Ἐκκλησίας τῶν ἐθνῶν προφητευθέντων· τὸ δὲ *Μὴ διαφθείρῃς*, ἰδίᾳ καὶ καθ' ἑαυτὸν ἀναγνωστέον· ἐν τῇ νυκτὶ γὰρ ἐκείνῃ κοιμωμένῳ τῷ Σαοὺλ ἐπελθὼν ξιφήρης, τοῦτο τὸ πρόσρημα κατεπάδων ἑαυτῷ συνεχέστερον, κατέστειλε τὸν θυμὸν, καὶ οὐκ ἀνεῖλεν αὐτόν. Ὅθεν ἔγραψε καὶ τοῦτο· ἅμα μὲν, διδάσκων, πῶς αὐτὸς ἐκράτησεν τοῦ θυμοῦ· ἅμα δὲ, καὶ παραινῶν παντὶ μὴ διαφθείρειν τὴν ἀνεξικακίαν. Χρὴ δὲ γινώσκειν, ὅτι τοῦτον μὲν τὸν ψαλμὸν ἐξελθὼν ἀπὸ τοῦ σπηλαίου συνέγραψεν· τὸν δὲ ρμα' ἔτι ἐνὼν αὐτῷ καὶ ἀγωνιῶν, ὡς ἤδη συγκεκλεισμένος.

In finem ne corrumpas ipsi David in tituli inscriptionem cum fugeret a facie Saul in speluncam.

PSALMUS LVI.

Psalmum hunc conscripsit beatus David, cum præter omnem spem periculum effugisset, quod sustinuerat in spelunca deserti Gad : quando scilicet ipso illic latitante, ingressus etiam eo est Saul, et pernoctavit, ut prædiximus. Inscribitur etiam hic ut proxime præcedens, *In tituli inscriptionem*, eadem nimirum ratione, quam ibi diximus. Item *in finem*, quia ad finem eorum tendebat, quæ de gentium Ecclesia in eo prædicuntur. Et quod legimus : *Ne corrumpas*, seu [ut aliter exponi potest Græca dictio] μὴ διαφθείρῃς, *ne perdas*, per se privatim legendum est. Ea enim nocte beatus David cum gladio ira commotus supra Saulem astabat. Verum hujusmodi verba crebro canens, furorem atque iram omnem repressit, et inimico parcens non interemit. Hujusmodi igitur verba etiam psalmo inscripsit, docens quomodo ipse iram superaverit, et admonens hoc pacto cæteros omnes ne corrumpant seu perdant, hoc est ne abigant patientiam. Illud scire oportet quod hunc psalmum conscripsit postquam de spelunca egressus est ; centesimum vero et quadragesimum primum, cum adhuc in spelunca esset atque in angustiis, et quasi ab inimicis conclusus.

Ἐλέησόν με, ὁ Θεὸς, ἐλέησόν με, ὅτι ἐπὶ σοὶ πέποιθεν ἡ ψυχή μου. Ὁ διπλασιασμὸς τοῦ *Ἐλέησόν με*, τὴν ἐπίτασιν ἐμφαίνει τῆς δεήσεως. Οὐ πέποιθα, φησὶ, ἐπ' ἄλλῳ τινὶ τῶν ἀπάντων, εἰ μὴ ἐπὶ μόνῳ σοί. Διὸ ἐλέησόν με, τὸν οὕτω καταδιωκόμενον.

Vers. 2. *Miserere mei, Deus, miserere mei, quia in te confidit anima mea.* Repetitio illa, *miserere mei*, intentum supplicantis animum indicat. In nullo alio, inquit, confido, nisi in te solo. Miserere ergo mei, postquam hujusmodi persecutionem sustineo.

Καὶ ἐν τῇ σκιᾷ τῶν πτερύγων σου ἐλπιῶ, ἕως οὗ (2) *παρέλθῃ ἡ ἀνομία.* Σκιὰν πτερύγων λέγει τὴν σκέπην, περὶ ἧς εἰρήκαμεν σαφῶς ἐν τῷ ις' ψαλμῷ, εἰς τό· *Ἐν τῇ σκέπῃ τῶν πτερύγων σου σκεπάσεις με.* Ἀνομίαν δὲ, *Τὴν ἐπιβουλὴν*, ὡς ὁ Ἀκύλας ἐξέδωκεν. Νοοῖτο δ' ἂν, ἢ παρά τε τῶν ὁρατῶν καὶ ἀοράτων ἐχθρῶν. Παρέλθῃ δὲ πάντως, ὅταν πρὸς Θεὸν ἀναλύσῃ στεφανωθησόμενος.

Et in umbra alarum tuarum sperabo, donec transeat iniquitas. Per umbram alarum Dei, divinam protectionem, atque custodiam intelligit, de qua multa diximus in psalmo XIV, ibi : *In protectione alarum tuarum proteges me.* Aquila autem *insidias* dixit, quod LXX hic *iniquitatem* reddiderunt. Insidias vero eas intelligere possumus, quas invisibiles æque atque visibiles adversum nos inimici struunt. Omnino autem tunc transibunt, quando resoluto corpore, a Deo quis in cœlo coronabitur.

Κεκράξομαι πρὸς τὸν Θεὸν, τὸν ὕψιστον, τὸν Θεὸν τὸν εὐεργετήσαντά με. Ὕψιστον μὲν, ὡς ἐπουράνιον· εὐεργετήσαντα δὲ, ὡς πρότερον καὶ νῦν ἀξιώσαντα βοηθείας.

Vers. 3. *Clamabo ad Deum altissimum Deum, qui benefecit mihi.* Altissimum appellat, quod cœlos omnes longe transcendat. Qui benefecit mihi, eo quod antea etiam, dignum me sue fecerit auxilio.

Et Ephraim fortitudo capitis mei. Per caput hoc loco imperium intelligit, quemadmodum ipse etiam Symmachus transtulit, et sensus est : quod potentissima pars regni Judæorum, in iis consistit militibus, qui sunt de genere Ephraim. Hoc autem pronomine, *meus*, vindicare sibi videtur Deus eorum regnum, tanquam proprius ille sibi sit populus, ex quo majorem illius etiam fiduciam præstat.

B *Καὶ Ἐφραὶμ, κραταίωσις τῆς κεφαλῆς μου.* Κεφαλὴν ἐνταῦθα, τὴν ἀρχὴν ὀνομάζει· οὕτω γὰρ ὁ Σύμμαχος ἐξέδωκε. Φησὶν οὖν, ὅτι κραταιὸν μέρος τῆς Ἑβραίων βασιλείας ἔσονται οἱ ἀπὸ γένους Ἐφραὶμ. Διὰ δὲ τῆς *μου* ἀντωνυμίας οἰκειοῦται τὴν βασιλείαν αὐτῶν ὁ Θεὸς, ὡς οἰκεῖον λαὸν, θαῤῥύνων αὐτούς.

Vers. 9. *Judas Rex meus.* Ex tribu Juda erit Rex populo Israel. Nam et post captivitatem, Zorobabel qui de tribu Juda erat, Rex constitutus est. Hoc etiam in loco, pronomen : *meus*, regnum illud proprium quodammodo ipsius Dei esse ostendit.

Ἰούδας βασιλεύς μου. Καὶ ἀπὸ τῆς Ἰούδα φυλῆς ἔσται ὁ βασιλεὺς αὐτῶν. Ὁ Ζοροβάβελ γὰρ ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίαν ἐβασίλευσεν αὐτῶν ἐκ τῆς τοιαύτης φυλῆς καταγόμενος. Κάνταῦθα δὲ τὸ *μου*, οἰκείωσιν ἐμφαίνει τῆς τοιαύτης βασιλείας.

C

Moab lebes spei meæ. Lebes genus est vasis ad ministeria : per quod indicare videtur, quod Moabitarum populus sibi subjiciendus esset, et ministraturus. *Spei meæ*, hoc est, ministraturus iis qui in me speraverint, vel iis in quibus ego spero, quod mei futuri sunt.

Μωὰβ λέβης τῆς ἐλπίδος μου. Ὑπηρετικόν ἐστι σκεῦος ὁ λέβης· αἰνίττεται δὲ, ὅτι τὸ Μωαβιτῶν ἔθνος ὑποταγήσεται αὐτοῖς, καὶ ὑπηρετοῦν ἔσται. *Τῆς ἐλπίδος μου*, ἀντὶ τοῦ, τῶν ἐλπιζόντων εἰς ἐμέ· ἢ ἐν οἷς ἐλπίζω, ὅτι ἐμοὶ ἔσονται.

In Idumæam extendam calceamentum meum. Per calceamentum iter intelligit. Hanc, inquit, Idumæam populo meo pariter subjiciam, cum eo ad bellum simul proficiens.

Ἐπὶ τὴν Ἰδουμαίαν ἐκτενῶ τὸ ὑπόδημά μου. Ὑπόδημα τὴν πορείαν λέγει, τουτέστι καὶ ταύτην ὑποτάξω λαῷ μου, συνεκστρατεύσας αὐτῷ.

Mihi alienigenæ subditi sunt. Moabitæ, et Idumæi, de quibus diximus, et alii circumvicini populi. Et quod ait : *Subditi sunt*, Prophetico more dixit, præteritum pro futuro tempus ponens.

Ἐμοὶ ἀλλόφυλοι ὑπετάγησαν. Οἵ τε ῥηθέντες Μωαβῖται καὶ Ἰδουμαῖοι, καὶ οἱ πέριξ. Τὸ δὲ *Ὑπετάγησαν*, κατὰ προφητικὸν ἰδίωμα εἴρηται, διὰ τὸ μέλλον.

Vers. 10. *Quis deducet me in civitatem munitionis?* Sermo est ex captivorum persona. Munitionis autem civitas dicebatur Jerusalem, quia fortissimis erat mœnibus circumdata, et undique bene munita. Præ summa autem lætitia hæc verba proferre introducuntur, cum antea in captivitate detinerentur, unde nulla fugæ spes apparuerat.

D *Τίς ἀπάξει με εἰς πόλιν περιοχῆς ;* Προσώπῳ τῶν αἰχμαλώτων ὁ λόγος· πόλις δὲ περιοχῆς, ἡ Ἱερουσαλὴμ ἐκαλεῖτο, διὰ τὸ εὐτειχίστον αὐτῆς, καὶ ὠχυρωμένον. Ὑπὸ περιχαρείας δὲ τοῦτο λέγουσιν, ὅτι καὶ (12) ἐν ἀφύκτῳ κατείχοντο παρὰ τῇ αἰχμαλωσίᾳ.

Quis deducet me usque in Idumæam? Ita ut non tantum in patriam restituamur, sed proximos etiam circumquaque vicinos populos subjugemus.

Τίς ὁδηγήσει με ἕως τῆς Ἰδουμαίας ; Ὡς μὴ μόνον τὴν πατρίδα ἀπολαβεῖν, ἀλλὰ καὶ τοὺς πέριξ ἐχθροὺς δουλώσασθαι.

Vers. 11. *Nonne tu, Deus, qui repulisti nos?* Per interrogationem hoc legendum est, et simili modo

Οὐχὶ σύ, ὁ Θεὸς, ὁ ἀπωσάμενος ἡμᾶς ; Τοῦτο κατ' ἐρώτησιν ἀναγνωστέον· ὁμοίως δὲ καὶ τὸ ἑξῆς

Variæ lectiones.

(12) Al. Καὶ ἐν ἀφύκτῳ λέγοντες κατείχοντο.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ρητόν. Ἐρωτῶσι δὲ, ὡς οὐδαμόθεν ἄλλοθεν προσδοκῶντες τοιαύτης σωτηρίας τυχεῖν. A subsequens versiculus. Interrogant autem, quasi aliunde futuram hujusmodi salutem non exspectarent, quam a Deo.

Καὶ οὐκ ἐξελεύσῃ ὁ Θεὸς ἐν ταῖς δυνάμεσιν ἡμῶν. Τοῦτο τὸ ῥητὸν κεῖται ἐν τῷ μς' ψαλμῷ, καὶ ἐν ἐκείνῳ εὑρήσεις τὴν ἐξήγησιν.

Et non egredieris, Deus, in virtutibus nostris. Hujusmodi verba vidimus in psalmo XLIII, ubi ea exposuimus.

Δὸς ἡμῖν βοήθειαν ἐκ θλίψεως, καὶ ματαία σωτηρία ἀνθρώπου. Περιττὸς ὁ καὶ σύνδεσμος ἐνταῦθα· ὁ γὰρ Σύμμαχος οὕτως ἐξέδωκε· *Σὺ δὸς ἡμῖν βοήθειαν· ματαία γὰρ, ἡ παρὰ ἀνθρώπου σωτηρία.*

Vers. 12. *Da nobis auxilium de tribulatione, et vana salus hominis.* Hoc in loco superflua est conjunctio illa, *et*; Symmachus enim ita reddidit: *Tu da nobis auxilium: vana est enim salus ab homine.*

Ἐν τῷ Θεῷ ποιήσομεν δύναμιν, καὶ αὐτὸς ἐξουδενώσει τοὺς θλίβοντας ἡμᾶς. Τὸ *Ποιήσομεν*, ἀντὶ τοῦ, κτησόμεθα· ἐν αὐτοῖς γὰρ ἀσθενοῦμεν. B Ἀλλ' οὕτω μὲν περὶ τῶν κατὰ τὸν Ζοροβάβελ αἰχμαλώτων· προσαρμοστέον δὲ τὸν ψαλμὸν καὶ τοῖς πρὶν οὖσιν ἐν αἰχμαλωσίᾳ τῶν δαιμόνων Χριστιανοῖς· *Ὁ Θεὸς, ἀπώσω ἡμᾶς, πρὸ τῆς πίστεως, καὶ καθεῖλες ἡμᾶς, παραχωρήσας φθείρεσθαι πολέμοις, καὶ ἀλληλοφονίαις, καὶ τοιούτοις κακοῖς. Καὶ ὠργίσθης μὲν, ὅτι σὲ τὸν πλάστην ἡμῶν ἠγνοήσαμεν· ᾠκτείρησας δὲ ἡμᾶς, ὅτι παρὰ τῶν δαιμόνων ἠπατήθημεν. Συνέσεισας δὲ τὴν γῆν καὶ συνετάραξας αὐτὴν, ὅτε ἐπὶ γῆς πολιτευόμενος, ἐδίδασκες. Τότε γὰρ ἡ φήμη τῶν ἔργων καὶ λόγων σου πάντας τοὺς ἐπὶ γῆς διεθορύβησε. Ἴασαι γοῦν τὰς κακώσεις αὐτῶν, ὅτι παρετράπησαν τοῦ δέοντος. Ἔδειξας ἡμῖν διὰ τοῦ Εὐαγγελίου *σκληρὰν ὁδὸν*, τὴν C στενὴν λέγω καὶ τεθλιμμένην. Ἐπότισας ἡμᾶς *οἶνον κατανύξεως*, τὸ κήρυγμα, *οἶνον* μὲν λεγόμενον διὰ τὸ εὐφραίνειν, *κατανύξεως* δὲ, διὰ τὸ φέρειν εἰς μετάνοιαν τῶν ἡμαρτημένων. *Ἔδωκας τοῖς φοβουμένοις σε σημείωσιν*, τὴν σφραγῖδα τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, καὶ τὸν τύπον τοῦ ζωηφόρου σταυροῦ· ὥστε δι' αὐτοῦ φυγεῖν ἀπὸ τοῦ ποικίλου τόξου τῶν δαιμόνων, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἔτι δὲ τὸ, *Ὁ Θεὸς ἐλάλησεν ἐν τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ*, καθὼς προηρμήνευται, νοήσεις· πλὴν ὅτι *Θεὸς* τὸν Χριστὸν ἐκδέξῃ· ὁμοίως καὶ τὸ, *Ἀγαλλιάσομαι. Διαμεριῶ* δὲ *Σίκιμα*, τῶν Ἑβραίων, τῷ ἐμῷ λαῷ, τοῖς Χριστιανοῖς, καὶ τὴν κοιλάδα τῶν σκηνῶν διαμετρήσω αὐτοῖς· πάντα γὰρ ὕστερον οἱ Χριστιανοὶ κατέσχον, καὶ ἐκκλησίας ἐν τοῖς χωρίοις ἐπῆξαντο. Τὸ δὲ, D *Ἐμὸς ἐστι Γαλαὰδ, καὶ ἐμός ἐστι Μανασσῆς*, καὶ τὰ ἑξῆς, ὁ Χριστός φησι, διδάσκων, ὅτι συγγενὴς αὐτῶν ἐστι, κατὰ τὸ ἀνθρώπινον. Καὶ οἰκειοῦται αὐτοὺς, διὰ τὴν αἰτίαν ταύτην. Ἢ καὶ ἄλλως, ἰδιοποιεῖται τοὺς Ἰσραηλίτας, διὰ τοὺς ἐξ αὐτῶν πιστεύσαντας· ὑπόδημα δὲ τῆς αὐτοῦ θεότητος, ἡ θεοφόρος σὰρξ, δι' ἧς ἐπεδήμει τοῖς κατὰ χώραν ἀνθρώποις, καὶ τοῖς ἀλλοφύλοις, ὑποτάσσων αὐτούς, καὶ εἰς πίστιν ἄγων. Εἶτα ὁ προφήτης ἐπιθυμήσας ἰδεῖν καὶ αἰσθητῶς, ἃ εἶδε τῷ πνεύματι, φησί· Τίς ἀπάξει με εἰς τὴν πόλιν τὴν τῶν πιστῶν Ἐκκλησίαν, τὴν πολιτευομένην μὲν τοῖς νόμοις τοῦ Εὐαγγελίου, τετειχισμένην δὲ τῷ αἵματι τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῷ βαπτίσματι, καὶ τῷ σταυρῷ, ἢ τοῖς ἀγγέλοις, καὶ τοῖς

Ἐν τῷ Θεῷ ποιήσομεν δύναμιν, καὶ αὐτὸς ἐξουδενώσει τοὺς θλίβοντας ἡμᾶς. Vers. 13. *In Deo faciemus virtutem, et ipse ad nihilum deducet omnes tribulantes nos.* — *Faciemus*, pro, adipiscemur seu possidebimus. Nam ex nobis infirmi sumus. Et hoc pacto quidem primam expositionem exegimus, de captivis in Babylone tempore regis Zorobabel: aptari autem possunt, ut diximus, hujus psalmi verba ipsis etiam fidelibus, qui olim sub dæmonum captivitate detinebantur, ita ut ex eorum persona dictum sit: *Tu, Deus, repulisti nos olim*, antequam fidem haberemus; et destruxisti nos, permittens bellis et mutuis cædibus nos perimi, ac multis aliis hujuscemodi malis. *Et iratus quidem es*, quia te creatorem nostrum ignoravimus, *et misertus es nostri*, cum antea a dæmonibus deciperemur. *Concussisti* autem *terram, et conturbasti eam*, quando nimirum tu in terra nobiscum conversabaris, et docebas populos. Fama etenim operum et sermonum tuorum tunc omnes conturbavit qui erant in terra. Sana igitur afflictiones eorum, quas ideo sustinent, qui a recta via declinarunt. *Tu ostendisti nobis* per Evangelium *vias duras*, arctam illam nimirum viam et conculcatam. *Et potasti nos vino compunctionis* evangelico. Prædicatio etenim compunctionis vinum dicitur, quia et lætificat, et ad peccatorum pœnitentiam pariter adducit. *Dedisti metuentibus te significationem*, illam nimirum quæ per sigillum divini baptismatis fidelibus omnibus insignitur, et figuram vivificæ crucis: ita ut tanto signo muniti, a maligni dæmonis arcu effugerimus. Et quæ sequuntur simili modo expone. Illa etiam verba: *Deus locutus est in sancto*, expone ut jam prædiximus, eo tamen excepto, quod per Deum Christum intelliges. Similiter et verba illa: *Exsultabo. Partibor* etiam *Sichimam* (Judæorum civitatem) fideli meo populo Christiano, et vallem tabernaculorum etiam dimetiar. Christiani etenim omnia loca postmodum possederunt, et ibidem ecclesias erexerunt. Quod vero ait: *Meus est Galaad, et meus est Manasses*, et quæ sequuntur, ex persona Christi dicta sunt, docentis se secundum hominem Judæorum affinem esse: hac etenim de causa suos esse dicit. Vel aliter, dic quod Christus illos sibi assumit, suos esse eos dicens, propter fideles, qui ex eis crediderunt. Calceamentum autem divinitatis humana Christi caro erat, quæ ferebat Deum, et ad varia

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

accedebat loca, et ad varias gentes etiam alienigenas, subjiciens eos ac ducens ad fidem. Cupiens deinde Propheta ea oculis atque ipso sensu cernere, quæ in spiritu viderat : Quis, inquit, deducet me in Ecclesiam fidelium Evangelii legibus bene moderatam, Christique sanguine, baptismate, cruce, angelis et doctrina munitam (13) ? Quæ ecclesia munitionis civitas, seu [ut propius poscit Græca dictio] civitas complexus dici potest, eo quod omnes complectatur virtutes. Et quis deducet me in terram infidelium, ut ex infideli videam fieri fidelem ? Nonne tu, Deus, qui repulisti nos ? hoc est, qui cognatos ac posteros meos Judæos, ut Christi interfectores projecisti. Reliqua ex fidelium persona dicta sunt, exceptis paucis, ut supra diximus.

A διδασκάλοις, ἢ καὶ τὴν περιέχουσαν αὐτῇ πᾶσαν ἀρετήν ; καὶ τίς ὁδηγήσει με, καὶ ἀπαγάγῃ εἰς τὴν γῆν τῶν ἀπίστων, ἵνα ἴδω αὐτὴν πιστεύσασαν ; Οὐχὶ σὺ, ὦ Θεὸς, ὁ ἀπωσάμενος ἡμᾶς ; ἤγουν, ὁ τοὺς ἐξ ἐμοῦ καταγομένους χριστοκτόνους Ἰουδαίους ἀποβαλών. Τὸ δὲ ἐξῆς, προσώπῳ τῶν πιστῶν ὧν πλὴν ὡς προαποδέδοται.

In finem, in hymnis, psalmus ipsi David.

PSALMUS LX.

Εἰς τὸ τέλος ἐν ὕμνοις ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

ΨΑΛΜΟΣ Ξ'.

In finem etiam hic psalmus nos jubet aspicere, ob prophetias quæ in eo traduntur : effertur**que** ex populi persona, qui captivus detentus est in Babylone. Illorum enim reditum in patriam prædicit. *Inhabitabo*, inquit, *in tabernaculo tuo in sæcula.* Atque ideo summa consequentia post superiorem collocatus est. Christiano etiam populo recte accommodatur. *In hymnis* inscribitur, quia benefactorem Deum laudat, et illius beneficia commemorat. Observandum vero est, quod psalmi, quibus inscriptum est, *in hymnis* tantum, ipso humano ore canebantur, absque organorum modulatione : illi autem quibus inscribitur : *In hymnis psalmi*, una cum musico canebantur instrumento.

B Εἰς τὸ τέλος καὶ ὁ παρὼν ψαλμὸς παρεγγυᾷ βλέπειν τῆς ἐν τούτῳ προφητείας. Εἴρηται γὰρ καὶ οὗτος προσώπῳ τοῦ ἐν Βαβυλῶνι αἰχμαλώτου λαοῦ. Προαγορεύει γὰρ τὴν ἐπάνοδον. *Παροικήσω γὰρ*, φησὶν, *ἐν τῷ σκηνώματί σου εἰς τοὺς αἰῶνας.* Διὸ καὶ ἀκολούθως τῷ προλαβόντι τέτακται. Ἁρμόζει δὲ καὶ τῷ λαῷ τῶν Χριστιανῶν, ὁμοίως ἐκείνῳ. *Ἐν ὕμνοις* δὲ ἐπιγέγραπται, ὅτι ὑμνεῖ τὸν εὐεργέτην, ἐν οἷς διηγεῖται τὰς εὐεργεσίας αὐτοῦ. Παρατηρητέον δὲ, ὅτι ἔνθα μὲν ἐπιγέγραπται τὸ *ἐν ὕμνοις* μόνον, ἀπὸ στόματος ἐκεῖνος ὁ ὕμνος ᾄδετο, χωρὶς ὀργανικῆς μελῳδίας, ἔνθα δὲ τὸ *ἐν ὕμνοις ψαλμοῦ*, μετ' ὀργάνου τινὸς οὗτος ἐμελῳδεῖτο.

Vers. 2. *Exaudi, Deus, deprecationem meam, intende orationi meæ.* De his verbis, *exaudi* et *intende*, diximus in psalmo xvi.

C *Εἰσάκουσον, ὁ Θεὸς, τῆς δεήσεώς μου, πρόσχες τῇ προσευχῇ μου.* Περὶ τοῦ *εἰσάκουσον* καὶ *πρόσχες*, εἴρηται ἐν τῷ ις' ψαλμῷ.

Vers. 3. *A finibus terræ ad te clamavi.* Per fines terræ juxta historiæ sensum Babylonem intelligit, quæ in ultimis mansuetioris hujus regionis nostræ partibus sita est ; juxta anagogem vero cogitationes terrenas, quæ efficiunt ut procul elongemur a Deo.

Ἀπὸ τῶν περάτων τῆς γῆς πρὸς σὲ ἐκέκραξα. Πέρατα τῆς γῆς ἱστορικῶς λέγει τὴν Βαβυλῶνα, διὰ τὸ ἐσχάτην αὐτὴν κεῖσθαι τῆς ἡμερωτέρας οἰκουμένης. Εἶεν δ' ἂν ἔσχατα γῆς ἀναγωγικῶς αἱ μακρύνουσαι ἀπὸ τοῦ Θεοῦ γήϊνοι φροντίδες.

Dum triste esset cor meum, in petra exaltasti me. Per petram fidem intelligit, quam in Deum habet : propter illius nimirum soliditatem securitatemque ac sublimitatem. Quoties enim, inquit, ob præsentes angustias fatigatus aut contristatus sum, ad summam quamdam a Deo mihi immissam spem evehebar, veluti ad solidissimam quamdam petram, atque ad tutissimum refugium.

Ἐν τῷ ἀκηδιάσαι τὴν καρδίαν μου, ἐν πέτρᾳ ὕψωσάς με. Πέτραν ὀνομάζει τὴν πρὸς αὐτὸν ἐλπίδα, διά τε τὸ στερρὸν καὶ ἀσφαλὲς, καὶ διὰ τὸ ὑψηλὸν καὶ μετεωρίζον αὐτῆς. Ὀσάκις, φησὶν, ἠκεδίασα, ἀποκαμὼν ταῖς θλίψεσιν, ἀνῆγές με ἐπὶ τὴν ἐλπίδα σου, ὡς εἰς πέτραν τινά.

D

Vers. 4. *Deduxit me quia factus es spes mea.* Dux mihi olim fuisti ad bona. Te enim unicum salutis meæ auctorem futurum sperabam.

Ὡδήγησάς με, ὅτι ἐγενήθης ἐλπίς μου. Ὡδήγησάς με πάλαι ἐπὶ τὰ καλά. Καὶ γὰρ σὲ μόνον ἔσχον ἐλπίδα σωτηρίας.

Turris fortitudinis a facie inimici. A communi sensu sumendum est verbum, *factus es.* — *Turris* autem *fortitudinis a facie inimici*, dixit pro, turris fortis coram inimico, adeo ut illum arcere possit.

Πύργος ἰσχύος, ἀπὸ προσώπου ἐχθροῦ. Ἀπὸ κοινοῦ ληπτέον τὸ *ἐγενήθης*. *Πύργος* δὲ *ἰσχύος*, ἀντὶ τοῦ, πύργος ἰσχυρός. Ἐνώπιον ἐχθροῦ, ὥστε κωλύειν αὐτόν.

Vers. 5. *Inhabitabo in tabernaculo tuo in sæcula.* Jam diximus in his verbis prophetiam contineri de

Παροικήσω ἐν τῷ σκηνώματί σου εἰς τοὺς αἰῶνας. Τοῦτο προφητεία περὶ τῆς ἐπανόδου καὶ

Variæ lectiones.

(13) Simplicius et fidelius, *et omnigena virtute circumseptam.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἀποκαταστάσεως. Σκήνωμα δὲ τοῦ Θεοῦ λέγει τὸν Θεῖον ναόν, ὡς πολλάκις εἰρήκαμεν. *Εἰς τοὺς αἰῶνας* δὲ, ἀντὶ τοῦ, διαπαντός. Ἐφ' ἡμῖς δὲ ἡ πρόρρησις αὕτη μετέπεσε, διὰ τὴν δυστροπίαν τῶν Ἰουδαίων. Ἐκεῖνοι γὰρ ὑπὸ Ῥωμαίων ἀφανισθέντες, οὐκ ἔτι τῷ ναῷ παρῴκησαν, καὶ αὐτῷ ῥιζόθεν καταστραφέντι. Ὁ Χριστιανικὸς δὲ λαὸς ἀεὶ τῷ κατὰ τόπον ἕκαστον παροικεῖ ναῷ τοῦ Θεοῦ. Πανταχοῦ γὰρ θεῖοι ναοὶ καθίδρυνται.

A reditu populi ex Babylone, et restitutione in patriam. Per tabernaculum autem templum Dei intelligit. Et, *in sæcula* dixit pro, perpetuo. Verum hujusmodi prophetia propter pravos Judæorum mores in nos cecidit. Illi enim jamdiu perditi a Romanis in templo amplius non habitant, quod ab ipsis prorsus fundamentis eversum est, sed fidelis ac Christianus populus in templo Dei semper et ubique inhabitat : cum ab eo per totum orbem Christo erecta sint templa in quibus assidue Deum colit.

Σκεπασθήσομαι ἐν τῇ σκέπῃ τῶν πτερύγων σου. Τοῦτο ἔοικε τῷ, *Ἐν τῇ σκέπῃ τῶν πτερύγων σου σκεπάσεις με*, περὶ οὗ εἰρήκαμεν ἐν τῷ ις' ψαλμῷ.

Protegar in protectione alarum tuarum. Simile est quod legimus in psalmo XVI, ibi : *Et in protectione alarum tuarum protreges me*, quæ verba ibi exposuimus.

Ὅτι σὺ, ὁ Θεὸς, εἰσήκουσας τῶν εὐχῶν μου. Ὅτε δηλαδὴ ἐπεκαλεσάμην σε. B

VERS. 6. *Quoniam tu, Deus, exaudisti orationes meas.* Quando scilicet invocavi te.

Ἔδωκας κληρονομίαν τοῖς φοβουμένοις τὸ ὄνομά σου. Κληρονομίαν ἱστορικῶς μὲν λέγει τὴν κάτω Ἱερουσαλὴμ, ἀναγωγικῶς δὲ, τὴν ἄνω. Δεῦτε γὰρ, φησὶν, *οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου· κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν.*

Dedisti hæreditatem timentibus nomen tuum. Per hæreditatem, juxta historiæ sensum, inferiorem hanc Jerusalem intelligit, et supernam, juxta anagogen. *Venite* enim, inquit, *benedicti Patris mei, hæreditate paratum vobis regnum*[22].

Ἡμέρας ἐφ' ἡμέρας τοῦ βασιλέως προσθήσεις. Ἡμέρας περισσὰς προσθήσεις ἐπὶ ταῖς ἡμέραις τοῦ βασιλέως; Ζοροβάβελ, διὰ τὴν θεοφιλίαν αὐτοῦ καὶ τὴν σύνεσιν. Τὰ δὲ ἑξῆς, οὐχ ἁρμόζουσι Ζοροβάβελ, ἀλλὰ τῷ νέῳ Ζοροβάβελ, κατὰ σάρκα, Χριστῷ. Ἐπεὶ καὶ Ζοροβάβελ, τύπος ἐγένετο Χριστοῦ. Ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνος τὴν ἀπὸ Βαβυλῶνος αἰχμαλωσίαν εἰς τὴν πατρῴαν ἐπανήγαγεν γῆν, οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς τὴν ἀπὸ τῆς πλάνης τῶν εἰδώλων αἰχμαλωσίαν εἰς τὸν οὐρανὸν ἐπανήγαγεν, ὅπου ἦν αὐτῶν ἡ πατρίς. Ἄνωθεν γὰρ τοῖς ἀνθρώποις ἡ ψυχὴ δέδώρητσι. C

Annos ejus usque ad diem generationis et generationis. Erunt, inquit, anni ejus usque ad ultimum diem duarum generationum : antiqui nimirum populi et novi, hoc est, ad ipsam usque consummationem. Eo usque enim hæc atque illa extenderetur generatio.

Τὰ ἔτη αὐτοῦ ἕως ἡμέρας γενεᾶς καὶ γενεᾶς. Ἔσονται, φησὶ, τὰ ἔτη αὐτοῦ, ἕως τῆς τελευταίας ἡμέρας τῶν δύο γενεῶν, τοῦ τε παλαιοῦ λαοῦ καὶ τοῦ νέου, τουτέστιν, ἕως συντελείας. Ἄχρι γὰρ τότε ἐκταθήσεται αὕτη κἀκείνη ἡ γενεά.

VERS. 8. *Permanebit in sæculum in conspectu Dei.* Verba hæc superiorem versiculum declarant. Ex omnibus autem regibus qui a sæculo fuerunt, solus Christus vivit coram Deo; nam etsi mortuus sit, resurrexit tamen post tres dies, et sedet a dextris Dei.

Διαμενεῖ εἰς τὸν αἰῶνα ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. Τοῦτο σαφήνισμὸς τοῦ προλαβόντος στίχου· ἐκ πάντων δὲ τῶν ἀπ' αἰῶνος βασιλέων μόνος ὁ Χριστὸς ζῇ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. Εἰ γὰρ καὶ ἀπέθανεν, ἀλλὰ ἀνέστη μετὰ τρεῖς ἡμέρας, καὶ ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ. D

Misericordiam et veritatem ejus quis exquiret? Quis intelliget? Vere nullus. Est enim quoddam misericordiæ pelagus; adeo autem veridicus est ut Veritas ipsa appelletur. Verum de illius misericordia et veritate dictum est in psalmo LVI.

Ἔλεος καὶ ἀλήθειαν αὐτοῦ τίς ἐκζητήσει; Τίς κατανοήσει; Οὕτως οὐδείς· πέλαγος γάρ ἐστιν ἐλέους, καὶ αὐτὸς Ἀλήθεια λέγεται. Προείρηται δὲ περὶ τοῦ ἐλέους καὶ τῆς ἀληθείας καὶ ἐν τῷ νς' ψαλμῷ.

VERS. 9. *Sic psallam nomini tuo in sæcula.* Psallens tibi, inquit, ut nunc facio, in perpetuum te laudabo.

Οὕτως ψαλῶ τῷ ὀνόματί σου εἰς τοὺς αἰῶνας. Οὕτως ὥσπερ νῦν ψάλλων σοι, ὑμνήσω σοι διαπαντός.

Ut reddam vota mea de die in diem. Hoc est, Ut successivis diebus adimpleam quæ pollicitus sum.

Τοῦ ἀποδοῦναι τὰς εὐχάς μου ἡμέραν ἐξ ἡμέρας. Ὥστε ἀποδοῦναί μέ σοι τὰς ὑποσχέσεις μου,

[22] Matth. XXV, 34.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Premiserat autem beatus David sæpe in præcedentibus psalmis, se perpetuo Deum laudaturum esse.

καθ' ἡμέραν ἐξ ἡμέρας, εἴτουν ἐν διαδοχῇ ἡμερῶν. Ὑπέσχετο γὰρ πολλάκις ἐν τοῖς προλαβοῦσι ψαλμοῖς ἀεὶ ὑμνεῖν τὸν Θεόν.

In finem pro Idithum psalmus ipsi David.

PSALMUS LXI.

Εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ Ἰδιθοὺμ ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

ΨΑΛΜΟΣ ΞΑ'.

In finem inscribitur propter finem prophetiæ, quæ in eo continetur. Machabæorum enim pugnam prædicit, quam pro religione susceperunt. Et quod ait, *pro Idithum*, idem sibi vult ac si dixisset, Ad Idithum ; ab eo enim decantatus est hic psalmus. Erat autem *Idithum* princeps chori, ut in procœmio operis prædiximus. Exhortatur etiam nos Propheta hoc psalmo ad patientiam atque ad spem in Deo collocandam.

Εἰς τὸ τέλος μὲν, διὰ τὸ τέλος τῆς ἐν τούτῳ προφητείας. Προαγορεύει γὰρ τὴν τῶν Μακκαβαίων ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἔνστασιν. Τὸ δὲ, *ὑπὲρ Ἰδιθοὺμ*, ἀντὶ τοῦ, παρὰ Ἰδιθούμ. Παρ' αὐτοῦ γὰρ ἐμελῳδήθη. Χοράρχης δὲ ἦν ὁ Ἰδιθοὺμ, ὡς ἐν τῷ προοιμίῳ τῆς βίβλου τῶν Ψαλμῶν παραδεδώκαμεν. Ἔστι δὲ ὁ ψαλμὸς οὗτος προτροπή τις εἰς ὑπομονὴν καὶ εἰς ἐλπίδα τὴν εἰς Θεόν.

VERS. 2. *Nonne Deo subjecta erit anima mea? ab ipso enim salutare meum.* Verba hæc proferuntur ex persona cœtus Machabæorum, adversus inimicos tyrannos conantes avertere eos a lege Dei atque a moribus patriis. Et iis omnibus insuper accommodari possunt, qui imitati fuerint illorum pro virtute constantiam. Per interrogationem vero proferenda sunt. Nonne, inquiunt, Deo potius obtemperabimus, jubenti non recedendum esse ab ejus legibus? Certe obtemperabimus : ab illo enim universa pendet nostra salus.

Οὐχὶ τῷ Θεῷ ὑποταγήσεται ἡ ψυχή μου ; παρ' αὐτοῦ γὰρ τὸ σωτήριόν μου. Προσώπῳ τοῦ συστήματος τῶν εὐσεβῶν Μακκαβαίων ταῦτα εἴρηται πρὸς τοὺς τυραννοῦντας ἐχθροὺς, πειρωμένους ἀποστῆσαι τούτους τῶν νόμων τοῦ Θεοῦ, καὶ τῶν πατρίων ἐθῶν. Ἁρμόζουσι δὲ καὶ πᾶσι τοῖς μιμουμένοις τὴν ὑπὲρ ἀρετῆς ἔνστασιν αὐτῶν. Κατ' ἐρώτησιν δὲ ὁ λόγος, ὅτι Οὐχὶ πεισθήσομαι μᾶλλον τῷ Θεῷ κελεύοντι μὴ ἀποστῆναι τῶν νόμων αὐτοῦ; Ναὶ · παρ' αὐτῷ γὰρ κεῖται ἡ σωτηρία μου.

VERS. 3. *Etenim ipse Deus meus, salvator meus, et adjutor meus, non fluctuabo amplius.* Amodo, inquit, non timebo, tametsi antequam in hujusmodi calamitates inciderem, humano more timuerim. Fluctuationem enim hic timorem appellavit.

Καὶ γὰρ αὐτὸς Θεός μου καὶ σωτήρ μου, καὶ ἀντιλήπτωρ μου, οὐ μὴ σαλευθῶ ἐπὶ πλεῖον. Οὐ μὴ φοβηθῶ ἔτι, εἰ καὶ, πρὸ τοῦ ἐμπεσεῖν τοῖς πειρασμοῖς, ἀνθρωπίνως ἐφοβήθην· σάλον γὰρ νῦν τὴν δειλίαν ἐκάλεσεν.

VERS. 4. *Quousque irruitis in hominem? interficitis omnes vos tanquam parieti inclinato, et maceriæ impulsæ?* Quousque, inquit, in infirmum hominem eo modo impetum facitis quo irruit quis in parietem ad ruinam vergentem, aut in maceriam concussam? In hæc etenim irruere solemus, ut prorsus evertantur. Et quod ait, *quousque*, illos indicat persæpe irruisse. Deinde iis quæ in medio dicta sunt, per parenthesim a communi sensu addenda est dictio, *quousque*, ut hujusmodi efficiatur sententia : *Quousque vos omnes interficitis* [quousque sanguini ac cædibus vacatis?] Propriam vero infirmitatem fatentur (parieti inclinato et depulsæ maceriæ se comparantes), quia in Deum peccaverant, et idcirco multa mala passi fuerant, et internecione deleti sunt.

Ἕως πότε ἐπιτίθεσθε ἐπ' ἄνθρωπον ; φονεύετε πάντες ὑμεῖς ὡς τείχῳ κεκλιμένῳ, καὶ φραγμῷ ὠσμένῳ ; Ἕως πότε ἐπεμβαίνετε ἐπ' ἄνθρωπον ἀσθενῆ, ὡς ἐπεμβαίνει τις τείχῳ κεκλιμένῳ εἰς πτῶσιν, καὶ φραγμῷ ἐκτετιναγμένῳ, ἵνα τέλεον καταστραφῶσι ; Τὸ δὲ, *ἕως πότε*, δηλοῖ ὅτι πολλάκις ἐπέθεντο. Εἶτα τὸ ἐν μέσῳ, ἀπὸ κοινοῦ λαμβανομένου τοῦ, *ἕως πότε* · οἷον, *Ἕως πότε φονεύετε πάντες ὑμεῖς ;* ἀσθένειαν δὲ ὁμολογοῦσιν, ὡς ἡμαρτηκότες εἰς Θεόν · καὶ διὰ τοῦτο πολλὰ παθόντες καὶ προκατεργασθέντες.

VERS. 5. *Verumtamen honorem meum cogitaverunt repellere.* Inimici mei, inquit, meditati sunt ut a me abjicerent servitutem quam in Deum habeo, et illa me potissimum re studebant spoliare quæ summo mihi honori est et gloriæ. Nam si servo honori est, ut regi deserviat, quanto magis si quis serviat Deo?

Πλὴν τὴν τιμήν μου ἐβουλεύσαντο ἀπώσασθαι. Οἱ ἐχθροὶ, φησὶν, οὗτοι ἐμελέτησαν ἀπ' ἐμοῦ ῥίψαι τὴν δουλείαν τοῦ Θεοῦ, καὶ γυμνῶσαι ταύτης, ἥτις ἐστὶν ἐμοὶ τιμὴ, διὰ ταύτην δοξαζομένῳ. Εἰ γὰρ τὸ δουλεύειν βασιλεῖ, τιμὴ τῷ δούλῳ · πολλῷ μᾶλλον τὸ δουλεύειν Θεῷ.

Cucurrerunt in siti. Non simpliciter, inquit, me aggressi sunt, sed summo cum desiderio festinarunt. Desiderium enim sitim appellavit. Omni autem artificio Antiochus et ministri ejus machinati sunt, ut Machabæis persuaderent Deum suum contemnere, quemadmodum in historia tradit Josephus, qui de Machabæis conscripsit.

Ἔδραμον ἐν δίψῃ. Οὐχ ἁπλῶς ἐπεχείρησαν, ἀλλ' ἔσπευσαν ἐν ἐπιθυμίᾳ πολλῇ · τοῦτο γὰρ δίψαν ὠνόμασε. Πάντα γὰρ τόπον ἐκίνησαν οἱ περὶ τὸν Ἀντίοχον, ἵνα πείσωσιν αὐτοὺς ἀθετῆσαι τὸν Θεὸν, ὡς φησιν Ἰώσηπος ἐν τοῖς Μακκαβαϊκοῖς λόγοις.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Τῷ στόματι αὐτῶν εὐλόγουν, καὶ τῇ καρδίᾳ αὐτῶν κατηρῶντο. Τῷ στόματι αὐτῶν εὐφήμουν με, κολακεύοντες· τῇ δὲ καρδίᾳ αὐτῶν ὕβριζον ὡς ἐχθρὸν, διὰ τὸ διάφορον τῆς πίστεως· καὶ τῷ φαινομένῳ μὲν συνεβούλευον ὡς φίλοι· κεκρυμμένῳ δὲ ἠπάτων ὡς ἐχθροί.

Ore suo benedicebant, et corde suo maledicebant. Proprie ore adulantes me laudabant, corde vero contemnebant, quod alteram fidem sectarer : et palam quidem consilium suum mihi impertiri videbantur, et mecum eadem sentire ; secreto tamen veluti inimicissimi, fallacias componebant.

Πλὴν τῷ Θεῷ ὑποτάγηθι, ἡ ψυχή μου, ὅτι παρ' αὐτοῦ ἡ ὑπομονή μου. Παρ' αὐτῷ ἐστιν ὑπομονή μου, καὶ αὐτός μοι δίδωσι τὴν ἐν ταῖς θλίψεσι καρτερίαν. Ταῦτα δὲ συνεβούλευον ἑαυτοῖς, εἰς εὐψυχίαν ἀλείφοντες.

VERS. 6. *Verumtamen Deo subjecta esto, anima mea : quoniam ab ipso patientia mea.* Ab ipso est patientia : quia inter calamitates mihi constantiam præstat. Hæc autem mutuo inter se consilia agitabant, ad majorem se magnanimitatem alter alterum excitantes.

Ὅτι αὐτὸς Θεός μου καὶ σωτήρ μου, ἀντιλήπτωρ μου, οὐ μὴ μεταναστεύσω. Οὐ μὴ μεταναστεύσω ἀπὸ τῆς δουλείας τοῦ Θεοῦ πρὸς τὴν τοῦ βασιλέως Ἀντιόχου.

VERS. 7. *Quoniam ipse est Deus meus, et salvator meus, et adjutor meus, non recedam.* A servitute, inquit, Dei ad Antiochi jugum nunquam descivero.

Ἐπὶ τῷ Θεῷ τὸ σωτήριόν μου καὶ ἡ δόξα μου. Ἐπὶ τῷ Θεῷ κεῖται καὶ τὸ σώζεσθαί με, καὶ τὸ δοξάζεσθαι, καὶ οὐκ ἐπ' ἀνθρώπῳ. Ἢ ἐν τῷ Θεῷ ἔχω καὶ τὴν σωτηρίαν, καὶ τὴν δόξαν, καὶ οὐκ ἐν οἱῳδήτινι ἄλλῳ πράγματι.

VERS. 8. *In Deo salutare meum et gloria mea.* In Deo, inquit, situm est, quod ego salutem et gloriam consequar, et non in hominibus. Vel, in Deo habeo salutem et gloriam, et nulla alia in re.

Ὁ Θεὸς τῆς βοηθείας μου. Ὁ Θεὸς ὁ βοηθός μου. Καλοῦσι γὰρ αὐτὸν ὑφ' ἡδονῆς τῶν περὶ αὐτοῦ λόγων.

Deus auxilii mei. O Deus, adjutor meus. Vocant enim eum sæpius præ summa voluptate, quam ex sermonibus de eo habitis consequebantur.

Καὶ ἡ ἐλπίς μου ἐπὶ τῷ Θεῷ. Τὰ αὐτὰ λέγουσιν, ἐνηδόμενοί τε καὶ παῤῥησιαζόμενοι· εἶτα καὶ τοὺς ἄλλους ἐγείρουσιν εἰς τὸν ὅμοιον ζῆλον, ἐν τῷ λέγειν·

Et spes mea in Deo est. Eamdem, ob summam lætitiam, sententiam repetunt, palam ac libere spem in Deo suam profitentes. Alios præterea ad sui æmulationem excitantes, addunt :

Ἐλπίσατε ἐπ' αὐτὸν, πᾶσα συναγωγὴ λαῶν, ἐκχέατε ἐνώπιον αὐτοῦ τὰς καρδίας ὑμῶν, ὅτι ὁ Θεὸς βοηθὸς ἡμῶν. Καρδίας ἐνταῦθα λέγει τὰς δεήσεις· *Ἐκχεῶ* γὰρ, φησὶν, *ἐνώπιον αὐτοῦ τὴν δέησίν μου.* Ἡ γὰρ εἰλικρινὴς δέησις ἐκ μέσης καρδίας εἴωθεν ἀποπέμπεσθαι. *Ἐκχέατε* δὲ εἶπεν, ὅτι ῥεῖ ὁ λόγος ἀπὸ τοῦ στόματος. Καὶ ἄλλως δὲ, Κενώσατε ἐνώπιον αὐτοῦ τὰ τῆς καρδίας κρυπτὰ πάθη δι' ἐξομολογήσεως.

VERS. 9. *Sperate in eo, omnis congregatio populorum, effundite coram illo corda vestra : quoniam Deus, adjutor noster.* Per corda hoc in loco preces atque obsecrationes intelligit ; unde alibi ait : *Effundam coram eo orationem meam*[13] ; sincera etenim supplicatio de medio solet cordis proficisci. Effundi autem dicuntur preces, eo quod sermo effluere quodammodo videtur ab ore. Vel aliter : Educite atque evacuate coram eo occultos cordis vestri affectus, sinceram agentes confessionem.

Πλὴν μάταιοι οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων. Τὸ *πλὴν*, ἄνω μὲν περιττὸν κεῖται· ἐνταῦθα δὲ τὸ *ἀληθῶς* ἀποσημαίνει. Παραινέσας γὰρ, εἶτα συνεὶς, ὅτι οἱ πονηροὶ οὐ πεισθήσονται, γνωμολογεῖ, ὅτι ὄντως μάταιοί εἰσιν οἱ ἄνθρωποι, ἐπὶ ματαίοις πονοῦντες. Μάταιον δὲ, τὸ ἀνόητον καὶ ἄκαρπον.

VERS. 10. *Verumtamen vani filii hominum.* Dictio *verumtamen* superius quidem superflua jacet, sed hoc in loco idem significat, quod *vere*. Cum enim admonuerit Propheta universum humanum genus quid facto opus sit, et deinde intellexerit pravos homines sibi obtemperaturos non esse, sententiam adversus eos profert, dicens quod vere vani sunt filii hominum, veluti qui in vanissimis rebus perverse operantur. Vanum autem est quod inutile est et infructuosum.

Ψευδεῖς οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων ἐν ζυγοῖς τοῦ ἀδικῆσαι. Ψευδεῖς εἰσιν ἐν ταῖς διακρίσεσι. Ταύτας γὰρ καλεῖ ζυγούς. Διέφθορε αὐτοὺς, φησὶ, τὸ κριτήριον. Ἀνθαιροῦνται γὰρ τῶν ἑστώτων τὰ ἄστατα, καὶ τοῦ καλοῦ τὸ κακόν. Ψευδεῖς δέ εἰσιν, ὥστε ἀδικῆσαι· ἀδικοῦσι δὲ πρὸ πάντων ἑαυτοὺς, ἀποστεροῦντες τῆς ἀρετῆς· ἀφορεῖ δὲ ὁ λόγος καὶ πρὸς πάντας μὲν τοὺς πονηροὺς, μάλιστα δὲ τοὺς περὶ τὸν Ἀντίοχον, ἀδικοῦντας διὰ πλεονεξίαν τοὺς Ἰουδαίους.

Mendaces filii hominum in stateris, ut injuste agant. Mendaces sunt in eorum judiciis. Per stateras enim judicia ipsa intelligit. Corrupta est in eis, inquit, judicii sedes. Instabilia etenim eligunt pro stabilibus, et mala pro bonis : et adeo mendaces sunt, ut se ipsos in primis injuria afficiant, dum virtutibus se privant. Sermo autem hic pravos omnes in universum tangit, sed præcipue Antiochum et socios, qui ob avaritiam Judæis injuriam inferebant.

[13] Psal. CXLI, 3.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Ipsi ex vanitate in idipsum. Ex vanitate, inquit, hoc est ob vanitatem, ipsi eadem sentiunt, ut injuriam inferant. (In idipsum enim omnes feruntur, eadem ducti vanitate.)

Αὐτοὶ ἐκ ματαιότητος ἐπὶ τὸ αὐτό. Ἐκ ματαιότητος ὁμονοοῦσιν, ὥστε ἀδικεῖν.

VERS. 11. *Nolite sperare in injustitia, et in rapinas nolite concupiscere.* Admonet beatus David omnes homines in universum, et divitias injustitiam appellat (14), eo quod ut plurimum ex injustitia proveniant. Quod vero ait : *et in rapinas*, præpositio, *in*, est superflua, ut sensus sit : Rapinas ne concupiscatis.

Μὴ ἐλπίζετε ἐπ' ἀδικίαν, καὶ ἐπὶ ἅρπαγμα μὴ ἐπιποθεῖτε. Πρὸς πάντας ἀνθρώπους ποιεῖται τὴν παραίνεσιν Δαβίδ· ἀδικίαν γὰρ λέγει τὸν ἐξ ἀδικίας πλοῦτον. Τῷ δὲ ἐπὶ ἅρπαγμα, περιττὴ ἡ πρόθεσις, ἵνα ᾖ· Καὶ ἅρπαγμα μὴ ἐπιποθῆτε.

Divitiæ si fluant, nolite cor apponere. Si divitiæ, inquit, ab his ad illos transferantur, ut persæpe accidit, cum instabilem et fluxam habeant naturam, vel si ab aliis fluant in vos, nolite ullo modo affligere eis cor vestrum, ut studiose eis incumbatis. Quædam vero exemplaria habent : *Nolite corde apponi*, ac si dicat : Nolite ex toto corde atque animo eis prorsus inhærere.

Πλοῦτος ἐὰν ῥέῃ, μὴ προστίθεσθε καρδίαν. Ἐὰν μεταφέρηται ἀπὸ τούτων εἰς ἐκείνους ὡς ῥοώδη φύσιν ἔχων καὶ ἄστατον, ἢ ἀπ' ἄλλων εἰς ὑμᾶς, μὴ προσηλοῦτε αὐτῷ τὴν καρδίαν, ὥστε καὶ προσπάσχειν αὐτῷ· τινὰ δὲ τῶν ἀντιγράφων *καρδίας* γράφουσιν, ὃ δῆλοί ὅτι Μὴ πρόσκεισθε αὐτῷ ἐκ καρδίας, ἤγουν ὁλικῶς.

VERS. 12. *Semel locutus est Deus ; duo hæc audivi, quod potestas Dei est, et tua, Domine, misericordia.* Verba hæc nonnulli de Dei sententia dicta esse intellexerunt, et sensum esse, quod simul cum minatoria Dei sententia una semper auditur illius comminationis solutio. Hac etenim ratione Deus comminatur, ut commutato delinquentium proposito nullus minis amplius relinquatur locus (15). Aut hæc potest esse interpretatio : Potest autem qui semel loquitur plura eodem sermone proferre, et sermonis series plura continere (16). (Quocirca duo hæc, quæ se audisse asserit Propheta, ad eumdem debent sermonem referri, quem semel, hoc est, una quadam vice Deus locutus est.) Tametsi hæc dictio *semel* hoc in loco melius exponi possit, pro constanter. Deus, inquit, constantissime mihi per sanctum Spiritum locutus est. Quænam autem sint duo hæc, postmodum declarat dicens quod solus Deus potens est, et quod solus misericors. Quo sermone hoc indicare nobis voluit Propheta, quod Deus potens est, qui inimicos nostros repellat, et qui nostri miseretur : et docet pariter, quod veluti potentem eum timere debemus, et ad eum confugere tanquam ad misericordem. Intelligere etiam possumus simpliciter, Deum duo hæc locutum esse ad Moysem ; hujusmodi enim sententiam sæpenumero ab eo Moysi dictam legimus, ut eam populo annuntiaret.

Ἅπαξ ἐλάλησεν ὁ Θεὸς, δύο ταῦτα ἤκουσα, ὅτι τὸ κράτος τοῦ Θεοῦ, καὶ σοῦ, Κύριε, τὸ ἔλεος. Τοῦτό τινες περὶ τῆς θείας ἀποφάσεως ἐνενόησαν, ὅτι τῇ ἀπειλητικῇ ἀποφάσει τοῦ Θεοῦ συνδιακούεται πάντοτε καὶ λύσις αὐτῆς. Διὰ τοῦτο γὰρ ἀπειλεῖ, ἵνα μεταβληθέντων τῶν ἁμαρτανόντων μὴ γένηται τὰ τῆς ἀπειλῆς. Ἡ δὲ ἐξήγησις τούτων αὕτη· Ἔστι καὶ ἅπαξ λαλήσαντα περὶ πλειόνων εἰπεῖν. Τὸ μὲν γὰρ *ἅπαξ* ἐπὶ τῆς ὁμιλίας ὅλης· ἡ δὲ ὁμιλία, διαφόρων περιεκτική. Βέλτιον δὲ νῦν τὸ *ἅπαξ*, ἀντὶ τοῦ *βεβαίως* λαβεῖν. Βεβαίως, φησὶν, ἐλάλησέ μοι διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ὁ Θεός. Τίνα δέ εἰσι τὰ δύο ; Ὅτι μόνος κραταιὸς ὁ Θεὸς, καὶ ὅτι μόνος ἐλεήμων. Τί δὲ θέλει ταῦτα δηλοῦν; Ὅτι δυνατός ἐστιν ἀπώσασθαι μὲν τοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν, ἐλεῆσαι δὲ ἡμᾶς. Καὶ ἵνα, ὡς μὲν κραταιὸς, φοβηθῶμεν· ὡς ἐλεήμων δὲ, προδράμωμεν· νοεῖται δὲ καὶ ἁπλῶς τὸ, *Ἐλάλησε*. Πολλάκις γὰρ τοιαῦτα πρὸς Μωσῆν εἴρηκεν, ὥστε ἀναγγεῖλαι τῷ λαῷ.

Quoniam tu reddes unicuique secundum opera sua. Tu enim futuro judicio condigna unicuique pro operibus retribues, sive bona ea fuerint, seu mala.

Ὅτι σὺ ἀποδώσεις ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. Σὺ γὰρ ἐν τῷ μέλλοντι κριτηρίῳ ἀπονείμῃς ἑκάστῳ τὰ πρὸς ἀξίαν, ὧν ἔπραξε καλῶν ἢ κακῶν.

Psalmus ipsi David cum esset in deserto Judææ.

Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ ἐν τῷ εἶναι αὐτὸν ἐν τῇ ἐρήμῳ τῆς Ἰουδαίας.

PSALMUS LXII.

Fugiens Saulem beatus David, occupavit desertum quod Siccitatis dicitur, seu Squalloris, ubi hunc psalmum composuit : quo et summum omni-

ΨΑΛΜΟΣ ΞΒ'.

Φεύγων ὁ Δαβὶδ τὸν Σαοὺλ, κατέλαβε τὴν ἔρημον, τὴν λεγομένην Αὐχμώδη, ἐν ᾗ τὸν παρόντα συνέταξε ψαλμὸν, διδάσκων, ὁποῖον εἶχε πρὸς Θεὸν ἔρωτα,

Variæ lectiones.

(14) Minus recte. Græce : *Injustitiam appellat civilias injustitiæ partas.*

(15) Non videtur interpres vim textus assecutus esse. Græce habetur : *Ne eveniant quæ minatus est.*

(16) Ad verbum : *Potest a. q.s. l. de pluribus dicere.* Semel *enim ad universum sermonem refertur : sermo vero varia complectitur ;* cætera interpretis.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

καὶ προαγορεύων τὸν ὄλεθρον τῶν καταδιωκόντων αὐτόν· ἵνα καὶ ἡμῶν πρὸς Θεὸν οὕτω διακειμένων ἐν τῇ ἐρημίᾳ τῶν ἡδέων, ὀλοθρεύωνται οἵ τε ὁρατοὶ καὶ ἀόρατοι ἐχθροὶ ἡμῶν. Τινὰ δὲ τῶν ἀντιγράφων, *ἐν τῇ ἐρήμῳ τῆς Ἰδουμαίας* γράφουσιν. Εἰκὸς δὲ τὴν ἔρημον ἐκείνην, πρὸ τοῦ τῆς Ἰδουμαίας γῆς οὖσαν, ὕστερον γενέσθαι μέρος τῆς Ἰουδαίας.

A bus amorem declaravit, quem erga Deum habebat, et persecutorum suorum pariter ruinam prædixit, docens, quod nobis hoc pacto in deserto ac sterilitate voluptatum erga Deum affectis, destruentur ac fugabuntur similiter tam invisibiles quam visibiles inimici. Quædam vero exemplaria habent, *in deserto Idumææ*; verisimile est autem desertum illud antea Idumææ regionis fuisse, et deinde Judææ partem effectum esse.

Ὁ Θεός, ὁ Θεός μου, πρὸς σὲ ὀρθίζω. Πρὸς σὲ λέγων ὄρθριον τῆς ἡμέρας διάγω. Ἀγρυπνιζόμενος γὰρ, πρὸς σὲ γίνομαι τοῖς λογισμοῖς, πρὸ παντὸς λόγου καὶ ἔργου τὴν πρὸς σὲ ποιούμενος ὁμιλίαν, καὶ ἀρχήν σοι τῆς ἡμέρας τὴν τοιαύτην ὁμιλίαν ἀνατιθείς.

Vers. 2. *Deus, Deus meus, ad te de mane surgo.* Ad te, inquit, tempestivus festino, qui et diluculum et mane diei diceris. Experrectus enim a somno statim cogitationibus meis tibi adsum, conversationemque hanc et sermonem, quem tecum habeo, quibuscunque aliis rebus et negotiis præpono, et pro totius diei primitiis tibi offero.

B

Ἐδίψησέ σοι ἡ ψυχή μου. Διὰ τοῦ δίψους, τὴν σφοδρότητα τῆς ἀγάπης ἠνίξατο. Εἴρηται δὲ περὶ τούτου ἐν τῷ τρίτῳ στίχῳ τοῦ μα' ψαλμοῦ.

Sitivit in te anima mea. Per sitim, dilectionis vehementiam significat, do qua dictum est in psalmo XLI (in tertio versiculo).

Ποσαπλῶς ἡ σάρξ μου. Τὸ *ποσαπλῶς*, *ποσαχῶς* ἐξέδωκεν ὁ Θεοδοτίων. Φησὶν οὖν, ὅτι *Ποσαχῶς σοι εἰς ἀγάπην ἐγώ.* Ψυχὴν γὰρ ἑαυτοῦ καὶ σάρκα ἑαυτοῦ ἀδιαιρέτως ἑαυτὸν λέγει, κατὰ περίφρασιν· διὰ δὲ τοῦ *ποσαχῶς* τὸ πολλαπλῶς, καὶ τὸ ὑπερβαλλόντως εἰσάγεται.

Quam multipliciter tibi caro mea. Pro, *quam multipliciter*, Theodotion transtulit, *quam sæpissime*, hoc est, assidue. Tibi, inquit, assidue intentus in tui dilectionem feror. Per carnem enim suam et per animam suam circumloquendo seipsum passim intelligit. Dictio autem, *quam multipliciter*, immensitatem demonstrat dilectionis.

Ἐν γῇ ἐρήμῳ, καὶ ἀβάτῳ, καὶ ἀνύδρῳ. Οὕτω δὲ ἔχω ἐν ταύτῃ τῇ ἐρήμῳ ὢν, ὥστε τὸ ἀπαρηγόρητον τοῦ παρόντος τόπου τὸν πρὸς σέ μου πόθον οὐκ ἠμείψεν.

Vers. 3. *In terra deserta, et invia, et inaquosa.* In hoc, inquit, deserto, ubi nunc moror, ita me C gero, ut locus qui alioqui omni prorsus vacat solatio, meum erga te desiderium minime imminuat.

Οὕτως ἐν τῷ ἁγίῳ ὤφθην σοι. Οὕτως ἔχων ὤφθην σοι ἐν τῇ σκηνῇ, ὅτε ἐλάτρευον, ὡς ὁ νόμος πᾶσιν ἐκέλευεν· ταύτην γὰρ ἅγιον καλεῖ· οὕτως ὡς ἔχω νῦν. Λέγει δὲ ὅτι Καὶ ἐκεῖ εὐχόμενος καὶ ἐνταῦθα, ἴσην φυλάττω τὴν διάθεσιν.

Sic in sancto apparui tibi. Hoc pacto dispositus apparui tibi in tabernaculo cum, ut lex mandat, colerem te (per *sanctum* enim ipsum intelligit tabernaculum), ut nunc affectus sum, et sensus est: quod in tabernaculo, et nunc in deserto, æqualem erga Deum affectionem et benevolentiam conservavit.

Τοῦ ἰδεῖν τὴν δύναμίν σου καὶ τὴν δόξαν σου Τοῦτο δὲ ποιῶ, ὥστε ἰδεῖν τὴν δύναμίν σου, ἐν τῷ τροπωθῆναι τοὺς ἐχθρούς μου· τὴν δὲ δόξαν σου, ἐν τῷ πάντας δοξολογῆσαί σε τὸν βοηθοῦντα τοῖς εἰς σὲ ἐλπίζουσιν.

Ut viderem virtutem tuam et gloriam tuam. Hoc autem facio ut virtutem ac potentiam tuam videam adversus inimicos meos, quos a te fugandos spero: et similiter, ut videam gloriam tuam, dum omnes te glorificant, quod adjuves sperantes D in te.

Ὅτι κρεῖσσον τὸ ἔλεός σου ὑπὲρ ζωάς. Ζωὰς λέγει τοὺς τρυφηλοὺς βίους καὶ τὰς ἀπολαυστικὰς διαίτας. Κρεῖσσόν μοι, φησὶν, ἐν ἐρήμῳ ἐλεεῖσθαι παρὰ σοῦ, ἢ ἐν τρυφῇ καὶ ἀπολαύσει τῶν ἀνθρωπίνων ἡδέων διάγειν.

Vers. 4. *Quoniam melior est misericordia tua super vitas.* Vitas deliciis deditas dicit et voluptatibus. Præstat, inquit, ut in deserto tuam consequar misericordiam, quam si in deliciis ac voluptatibus humanis degam.

Τὰ χείλη μου ἐπαινέσουσί σε. Διὰ τοῦτο καὶ ὑμνήσω σε.

Labia mea laudabunt te. Et ideo, inquit, ego te laudabo.

Οὕτως εὐλογήσω σε ἐν τῇ ζωῇ μου. Οὕτως ὡς νῦν, τουτέστιν εἰλικρινῶς, τουτέστιν, ἐξ ὅλης ψυχῆς.

Vers. 5. *Sic benedicam te in vita mea.* Sic, ut nunc facio, sincere nimirum atque ex tota anima.

Ἐν τῷ ὀνόματί σου ἀρῶ τὰς χεῖράς μου. Εἰς σὲ μόνον ἐκτενῶ τὰς χεῖράς μου. Ἢ τὸ σὸν ὄνομα ἐπικαλούμενος ἐκτενῶ αὐτὰς, καὶ οὐχ ἕτερόν τινα τῶν ἁπάντων.

In nomine tuo levabo manus meas. Ad te unum, inquit, manus meas extendam. Vel, invocato tuo nomine eas extendam, et nullum aliud poscam auxilium.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

VERS. 6. *Quasi adipe et pinguedine repleatur anima mea.* Eo pacto, quo adipe quis repletur et pinguedine, eodem opto, ut anima mea tua repleatur misericordia. De ea etenim sermo erat.

Et labiis exsultationis laudabit os meum. Et de cætero, inquit, exsultantibus labiis te laudabo.

VERS. 7. *Si memor eram tui super stratum meum, in matutinis meditabar in te.* Si memor tui sum cubans in lecto, in matutinis etiam meditor in te, hoc est, invenior cogitare de te; et sensus est, quod memor Dei erat, et cum somnum caperet, et rursus cum expergefieret, ita ut somnus Dei memoriam minime interciperet. Optimum est igitur, ut qui somnum vult capere, cum Dei memoria id faciat, quæ pravas ac turpes solet imaginationes avertere. Immutatum est autem tempus verborum: *Memor eram*, et *meditabar*, pro *Memor sum, et meditor.*

Quoniam fuisti adjutor meus. Hoc autem facio quia te unum adjutorem habeo: et deinceps aliud mihi opus non est, quam ut tui memor sim. Cætera enim omnia, et superflua reputo, et inutilia.

VERS. 8. *Et in protectione alarum tuarum exsultabo.* De alarum protectione diximus in psalmo XVI.

Adhæsit anima mea post te. Desiderii nimirum vinculo adeo alligata, ut a tui memoria divelli nusquam possit.

Me autem adjuvit dextera tua. Ex hoc loco prædicere incipit auxilium sibi a Deo præstitum, Saulisque ac cæterorum inimicorum interitum.

VERS. 10. *Ipsi vero in vanum quæsierunt animam meam.* Cum auxilio mihi sit Deus.

Introibunt in inferiora terræ. Mortui etenim descendent in infernum.

VERS. 11. *Tradentur in manus gladii.* Dixit eos interituros; nunc et mortis genus narrat. Gladium autem metaphorice manus habere finxit, ut illius ictum inevitabilem esse indicaret (veluti qui quasi manu quadam illos apprehensurus atque adacturus sit).

Partes vulpium erunt. Ubi, inquit, occisi fuerint, vulpes sibi in cibum eorum dividentur cadavera. Vel ideo partes vulpium futuros dicit, quia non a fortibus et generosis occidendi essent inimicis, sed a pusillis quibusdam imbecillibusque atque dolosis, quales esse vulpes novimus. Ab hujusmodi itaque, inquit, inimicis dilaniabuntur; et Palæstinos mihi videtur populos subsignare (a quibus Saul cum filiis, atque exercitu trucidatus est).

VERS. 12. *Rex vero lætabitur in Deo.* Seipsum regem appellat, veluti divina sententia jam unctum in regem. Lætabitur autem non in eorum morte, quemadmodum postea re ipsa declaravit, lugens ac plangens; sed lætabitur in Deo, qui liberavit diligentes se. Per regem etiam hoc in loco (17) quem-

Ὡς ἐκ στέατος καὶ πιότητος ἐμπλησθείη ἡ ψυχή μου. Ὥσπερ ἐκ στέατος καὶ λίπους ἐμπιμπλᾶταί τις· πιαντικὰ γὰρ ταῦτα· οὕτως ἐμπλησθείη ἡ ψυχὴ μου τοῦ ἐλέους σου. Περὶ τούτου γὰρ ἦν ὁ λόγος.

Καὶ χείλη ἀγαλλιάσεως αἰνέσει τὸ στόμα μου. Καὶ λοιπὸν ἐν χείλεσιν ἀγαλλιωμένοις αἰνέσω σε.

Εἰ ἐμνημόνευόν σου ἐπὶ τῆς στρωμνῆς μου, ἐν τοῖς ὄρθροις ἐμελέτων εἰς σέ. Εἰ ἐν στρωμνῇ κείμενος μνημονεύω σου, ἐν τοῖς ὄρθροις μελετῶ εἰς σὲ, τουτέστιν, εὑρίσκομαι λογιζόμενος περὶ σοῦ. Λέγει δὲ ὅτι Μετὰ τῆς σῆς μνήμης ὑπνῶν, μετὰ τῆς αὐτῆς πάλιν ἀφυπνίζομαι, καὶ οὐδ' ὁ ὕπνος διακόπτει ταύτην. Μέγα γοῦν ἀγαθὸν, τὸ μετὰ τῆς τοῦ Θεοῦ μνήμης ὑπνοῦν, καὶ τῶν αἰσχρῶν φαντασιῶν ἀλεξίκακον. Ἐνήλλακται δὲ ὁ χρόνος τοῦ *μνημονεύω*, καὶ τοῦ *μελετῶ*.

Ὅτι ἐγενήθης βοηθός μου. Τοῦτο δὲ ποιῶ, ὅτι σὲ μόνον ἔχω βοηθόν. Καὶ λοιπὸν, οὐ χρεία μοι ἕτερόν τι διὰ μνήμης ἔχειν. Περιττὰ γὰρ ταῦτα καὶ ἀνόητα.

Καὶ ἐν τῇ σκέπῃ τῶν πτερύγων σου ἀγαλλιάσομαι. Περὶ τῆς σκέπης τῶν πτερύγων εἴρηται ἐν τῷ ις' ψαλμῷ.

Ἐκολλήθη ἡ ψυχή μου ὀπίσω σου. Ἐδέθη τῷ δεσμῷ τοῦ πόθου σου, κατόπιν σου, ὡς μηδέ ποτε χωρισθῆναι τῆς μνήμης σου.

Ἐμοῦ ἀντελάβετο ἡ δεξιά σου. Ἐντεῦθεν προφητεύει τὴν ἑαυτοῦ μὲν βοήθειαν, τῶν δὲ περὶ Σαοὺλ ἐχθρῶν αὐτοῦ ἀπώλειαν.

Αὐτοὶ δὲ εἰς μάτην ἐζήτησαν τὴν ψυχήν μου. Ὁ γὰρ Θεὸς βοηθεῖ μοι.

Εἰσελεύσονται εἰς τὰ κατώτατα τῆς γῆς. Ἀποθανόντες κατελεύσονται εἰς ᾅδην.

Παραδοθήσονται εἰς χεῖρας ῥομφαίας. Εἰπὼν ὅτι ἀποθανοῦνται, λέγει καὶ τὸν τρόπον. Χεῖρας δὲ ῥομφαίας εἶπε μεταφορικῶς, διὰ τὸ ἄφυκτον τοῦ ξίφους.

Μερίδες ἀλωπέκων ἔσονται. Ἀποσφαγέντας αὐτοὺς αἱ ἀλώπεκες εἰς θοίνην διαμερίσονται. Ἢ ὅτι οὐδὲ γενναῖοι τούτους διαφθεροῦσιν ἐχθροὶ, ἀλλ' εὐτελεῖς καὶ ἀσθενεῖς καὶ δολεροί. Τοιοῦτον γὰρ ἡ ἀλώπηξ· τῶν τοιούτων οὖν διασπαράγματα ἔσονται. Αἰνίττεται δὲ τοὺς παροίκους ἀλλοφύλους.

Ὁ δὲ βασιλεὺς εὐφρανθήσεται ἐπὶ τῷ Θεῷ. Ἑαυτὸν λέγει, ὡς Θεοῦ ψήφῳ κεχρισμένον. Εὐφρανθήσεται δὲ, οὐχ ἐπὶ τῇ ἀναιρέσει αὐτῶν, ὡς καὶ ὕστερον ἔδειξε, θρηνῶν καὶ κοπτόμενος, ἀλλ' ἐπὶ τῷ Θεῷ, ὡς ῥυσαμένῳ τοὺς ἀγαπῶντας αὐτόν. Ἢ βασιλέα μὲν νοήσεις τὸν καταχυρισύοντα τῶν

Variæ lectiones.

(17) Græce obscurius: *Aut regem quidem intellige qui cupiditatibus dominatur, laudandum vero* (quod ad sequentem versiculum pertinet) *qui polliceatur Deo*, etc.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

παθῶν, ἐπαινούμενον δὲ τὸν ἐπαγγελλόμενον τῷ Θεῷ, ἤτοι τῷ Θεῷ τὸν ἐνάρετον βίον ἐπαγγελλόμενον καὶ βεβαιοῦντα τὴν ὁμολογίαν διὰ τῶν ἔργων. A libet intelligere potes, qui affectibus ac passionibus propriis dominatur : juxta quem sensum expone sequentem versiculum : quod illi etiam laudandi sunt, qui juraverint in Deo, id est, qui vitam Deo pollicentur virtute præditam, et qui quod pollicititi sunt, operibus confirmant.

Ἐπαινεσθήσεται πᾶς ὁ ὀμνύων ἐν αὐτῷ. Ἔθος ἦν ἐν τῷ βασιλεῖ ὀμνύειν, οἷον, Μὰ τὴν σωτηρίαν τοῦ βασιλέως. Ἀλλὰ ζῶντος γὰρ Σαοὺλ, ἐκακίζετο καὶ ἐκινδύνευεν, εἴ τις ἐτόλμησεν ὀμνῦναι ἐν τῷ βασιλεῖ Δαβίδ· μετὰ δὲ τὴν τελευτὴν αὐτοῦ μᾶλλον ἐπῃνεῖτο, ὡς φιλῶν αὐτόν.

Laudabuntur omnes, qui jurant in eo. Olim mos fuit ut jurarent per reges, veluti : Per salutem, aut caput regis. Vivente igitur Saule periculum ei fuisset, qui per Davidi regis salutem jurasset. Mortuo, inquit, Saule ille laudabitur amicus et benevolus, qui per David regis salutem juraverit.

Ὅτι ἐνεφράγη στόμα λαλούντων ἄδικα. Ἐνεφράγη τῷ θανάτῳ· λαλούντων δὲ ἄδικα κατ' αὐτοῦ, ἐν τῷ συκοφαντεῖν καὶ διασύρειν αὐτὸν, καὶ ἐν τῷ ἐντέλλεσθαι ἀλλήλοις τὸν ἑαυτοῦ θάνατον· ἀλλ' οὕτω μὲν καὶ ἐπὶ τῶν ὁρατῶν ἐχθρῶν· ἐπὶ δὲ τῶν ἀοράτων (18), εἰσελεύσονται εἰς τὰ κατώτατα τῆς γῆς, ἤτοι εἰς τὸν Τάρταρον· φησὶ γὰρ Πέτρος ὁ ἀπόστολος, ὅτι Ὁ Θεὸς αὐτοὺς ταρταρώσας παρέδωκεν εἰς κρίσιν· λέγεται γὰρ ὑπὸ γῆν εἶναι τὸν Τάρταρον· ῥομφαίαν δὲ νοήσεις ἐπὶ τούτων τὴν τιμωρίαν. B *Quoniam obstructum est os loquentium injusta.* Morte nimirum obstructum est os hominum loquentium injusta adversus ipsum David, cum calumniarentur, eique detraherent, atque invicem de illius morte tractarent. Et hæc quidem expositio ad visibiles inimicos pertinet. Cæterum de invisibilibus simili modo exponi potest ; verum quod hic legimus : *Introibunt in inferiora terræ*, tunc expone, hoc est, in ipsum Tartarum. Quia, ut dicit apostolus Petrus [a], missos illos Deus tradidit in Tartarum ad judicium. Tartarum vero sub terra esse dicunt. *Gladium* etiam tunc expones, pro supplicio.

Εἰς τὸ τέλος Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

ΨΑΛΜΟΣ ΞΓ'.

Καὶ οὗτος ὁ ψαλμὸς τῆς αὐτῆς ἔχεται ὑποθέσεως. Διηγεῖται γὰρ τὰς τῶν ἀνωτέρω ῥηθέντων ἐχθρῶν ἐπιβουλὰς, καὶ προφητεύει τὴν τούτων ἀπαλλαγὴν, C ἧς ἕνεκεν *Εἰς τὸ τέλος* ἐπιγέραπται.

In finem Psalmus ipsi David.

PSALMUS LXIII.

Hic psalmus eamdem, quam præcedens tractat materiam. Easdem beatus David inimicorum insidias carpit, et ab eis se liberandum prædicit, atque ideo etiam *In finem* inscribitur.

Εἰσάκουσον, ὁ Θεὸς, τῆς προσευχῆς μου ἐν τῷ δέεσθαί με πρὸς σὲ, ἀπὸ φόβου ἐχθροῦ ἔξελοῦ τὴν ψυχήν μου, σκέπασόν με ἀπὸ συστροφῆς πονηρευομένων, ἀπὸ πλήθους ἐργαζομένων ἀδικίαν. Τὰ μὲν ἄλλα, σαφῆ· συστροφὴν δὲ λέγει, τὸ σύστημα καὶ τὸ σύνταγμα.

Vers. 2, 3. *Exaudi, Deus, vocem meam, dum oro ad te : a timore inimici eripe animam meam, protege me a conventu malignantium, a multitudine operantium injustitiam.* Per conventum, congregationem, atque ordinem militum intelligit. Cætera vero per se clara sunt.

Οἵτινες ἠκόνησαν ὡς ῥομφαίαν τὰς γλώσσας αὐτῶν. Εἰς τὸ ῥᾳδίως συκοφαντεῖν καὶ σκευάζειν ἐπιβουλάς. Ἔοικε δὲ ὁ λόγος τῷ, Καὶ ἡ γλῶσσα αὐτῶν, μάχαιρα ὀξεῖα, περὶ οὗ εἴρηται ἐν τῷ νς' ψαλμῷ.

Vers. 4. *Quoniam exacuerunt, ut gladios, linguas suas.* Ut de facili nimirum calumniari possent et contexere insidias. Et similia videntur hæc verba iis quæ vidimus in psalmo LVI : *Lingua eorum gladius acutus.*

Ἐτέτειναν τόξον, πρᾶγμα πικρὸν, τοῦ κατατοξεῦσαι ἐν ἀποκρύφοις ἄμωμον. Ἄμωμον λέγει τὸν ἀθῶον, εἴτουν ἑαυτόν. Καθ' ὑπερβατὸν δὲ ἡ σύνταξις, οἷον, Ἠτρέπισαν τόξον αὐτῶν, ὥστε κατατοξεῦσαι ἐν τῷ λεληθότι τὸν ἀναίτιον, ὅπερ ἐστὶ πρᾶγμα πικρὸν, τουτέστι χαλεπὸν, ἢ δολερόν· λέγω δὴ τὸ ἐν ἀποκρύφοις τοξεύειν, διὰ τὸ ἀφύλακτον· τόξον δὲ αὐτῶν τὴν γλῶσσαν αὐτῶν καλεῖ· ῥομφαίαν μὲν γὰρ εἶπεν αὐτὴν, ὡς τοὺς πλησίον ἀναιροῦσαν, τόξον δὲ, ὡς καὶ τοὺς πόῤῥω βάλλουσαν. Ἐκ τοῦ προφανοῦς γὰρ ἐπαινοῦντες, λαθραίως συνεσκευάζοντο. D *Intenderunt arcum suum, rem amaram, ut sagittent in occultis immaculatum.* Immaculatum dixit, pro *innocentem*, et seipsum intelligit. Ordo autem sit per hyperbaton, hoc modo : Paraverunt arcum suum, ut latenter sagittarent innocentem hominem, et amaram rem, hoc est gravem ac molestam esse ait, quod hujusmodi usi sint apparatu (apositive enim id dictum est, et per parenthesim); grave etenim est et dolosi cujuspiam opus, ut in occulto sagittis quempiam impetat, qui sibi nihil cavet (19). Per arcum vero linguam intelligit, quam et gladium appellavit, veluti quæ proximum adeo lædit, ut pene interimat : et arcum similiter, quia de longe ferit. In aperto etenim laudabant eum inimici, ac benedicebant, clam vero ac latenter mala conspirabant.

[a] II Petr. II, 4.

Variæ lectiones.

(18) Subaudi νοήσεις.

(19) Ad verbum : *Quod quidem amarum est, hoc est grave ac dolosum, nimirum* in occultis sagittare, *cum præcaveri non possit.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Vers. 5. *Subito sagittabunt eum, et non timebunt.* Statim, inquit, nec præcaventem eum *sagittabunt*, nullam, aut Dei iram, aut humani juris legem timentes.

Exaπίνα κατατοξεύσουσιν αὐτὸν, καὶ οὐ φοβηθήσονται. — *Ἐξάπινα* μὲν, ἀντὶ τοῦ, ἀλλοφνιδίως, μὴ προηγουμένων· οὐ φοβηθήσονται δὲ, οὔτε τὴν παρὰ Θεοῦ ὀργὴν, οὔτε τὴν παρὰ ἀνθρώπων κατάγνωσιν.

Stabiliverunt sibi sermonem pravum. Pravum insidiarum consilium sequi decreverunt, ut omnino perficiendum.

Ἐκραταίωσαν ἑαυτοῖς λόγον πονηρόν. Ἐκύρωσαν παρ' αὐτοῖς τὸν λόγον τῆς ἐπιβουλῆς, ὡς βεβαίως ἀποτελεσθησόμενον.

Vers. 6. *Narraverunt ut absconderent laqueos.* Symmachus reddidit : *Consuluerunt.* Consuluerunt etenim, ut laqueos absconderent et plagas, dum collocarent insidias.

Διηγήσαντο τοῦ κρύψαι παγίδας. — Εἰσηγήσαντο, ἐξέδωκεν ὁ Σύμμαχος. Συνεβούλευσαν γὰρ, ὥστε κρύψαι θήρατρα, ἐν τῷ καθίσαι λόχους.

Dixerunt : Quis videbit eos? Quis ultor nimirum, aut vindex illius erit, quem occidere conantur? ac si dicant : Nullus hujusmodi vindex eos videbit.

Εἶπαν· Τίς ὄψεται αὐτούς; Τίς ὄψεται αὐτοὺς, ἔκδικος τοῦ ἐπιβουλευομένου; ὅ ἐστιν, οὐδείς.

B

Vers. 7. *Scrutati sunt iniquitatem.* Perquisiverunt iniquitatem, ut ea uterentur.

Ἐξηρεύνησαν ἀνομίαν. Ἐζήτησαν ὥστε χρήσασθαι αὐτῇ.

Defecerunt scrutantes scrutinia. Hoc est, defatigati sunt, quærentes dolosas artes et struentes insidias.

Ἐξέλιπον ἐξερευνῶντες ἐξερευνήσεις. Ἠτόνησαν ζητοῦντες ζητήσεις δολερὰς, καὶ μηχανώμενοι μηχανάς.

Vers. 8. *Accedet homo, et cor profundum, et exaltabitur Deus.* Ad pravos istos talia molientes accedet homo aliquis, illorum pravitati adversum me inserviturus : et homo iste *erit cor profundum*, hoc est, magni ac profundi consilii et vergentis ad malum. Nam et profunda inveniuntur ad malum consilia. Cum vero apparuerit hujusmodi hominem consilium suum non posse perficere, tunc magnificabitur Deus, qui comprehendit sapientes in astutia eorum [25], qui inefficaces fuisse ostendet eorum insidias. Verisimile est autem aliquos fuisse qui ut inimicis gratificarentur, accesserint, et operam suam adversus justum polliciti sint.

Προσελεύσεται ἄνθρωπος, καὶ καρδία βαθεῖα, καὶ ὑψωθήσεται ὁ Θεός. Προσελεύσεται αὐτοῖς μηχανωμένοις ἄνθρωπος, ὑπηρετήσων κατ' ἐμοῦ τῇ πονηρίᾳ αὐτῶν. Καὶ οὗτος ἔσται *καρδία βαθεῖα*, τουτέστιν, βαθυγνώμων, ἀλλ' ἐπὶ κακῷ. Ἔστι γὰρ καὶ ἐπὶ καλῷ (20) βαθυγνώμων· καὶ μηδὲ τούτου ἀνύοντος, ἔτι μεγαλυνθήσεται ὁ δρασσόμενος τοὺς σοφοὺς ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν, καὶ δεικνύων ἀπράκτους τὰς ἐπιβουλὰς αὐτῶν. Εἰκὸς γάρ τινας, C χαριζομένους τοῖς ἐχθροῖς, προσιέναι καὶ ἐπαγγέλλεσθαι κατὰ τοῦ δικαίου.

Vers. 9. *Sagittæ parvulorum, facta sunt verbera eorum.* Inefficaces nimirum. Hujusmodi enim sunt parvulorum ictus. Vel etiam, propter percutientium infirmitatem. Per verbera autem hic afflictiones intellige.

Βέλος νηπίων ἐγενήθησαν αἱ πληγαὶ αὐτῶν. Ἀνενέργητοι· τοιαῦται γὰρ αἱ παρὰ τῶν νηπίων βολαί. Ἢ διὰ τὴν ἀσθένειαν τῶν βαλλόντων. Πληγὰς δὲ λέγει, τὰς κακώσεις.

Et infirmatæ sunt contra eos linguæ eorum. Per linguas ipsas intelligit calumnias et conspirationes, quæ per linguam contexuntur. Hæc etenim sunt linguæ opera. Infirmatæ igitur sunt linguæ eorum in eis : nequeuntes scilicet aliquod amplius facere.

Καὶ ἐξησθένησαν ἐπ' αὐτοὺς αἱ γλῶσσαι αὐτῶν. Γλώσσας καλεῖ τὰς συκοφαντίας καὶ συσκευὰς, αἳ διὰ γλώσσης ῥάπτονται, καὶ γλώσσης εἰσὶν ἀποτελέσματα. Ἐξησθένησαν οὖν ἐπ' αὐτοῖς, μηδέν τι πλέον ἀνῦσαι δυνάμεναι.

D

Vers. 10. *Turbati sunt omnes qui videbant eos.* Ii, inquit, qui tales ac tantos homines conatibus suis omnibus frustratos viderunt, non mediocriter perturbati sunt.

Ἐταράχθησαν πάντες οἱ θεωροῦντες αὐτούς. Ἐθορυβήθησαν οἱ θεωροῦντες τοὺς τοιούτους καὶ τοσούτους τῶν ἐπιχειρημάτων ἀποτυγχάνοντας.

Et timuit omnis homo. Omnis homo qui eos viderat, in se ipso conterritus est, cognoscens quod Deus eorum omnium vindex esset, qui injuria opprimerentur.

Καὶ ἐφοβήθη πᾶς ἄνθρωπος. Πᾶς τῶν θεωρούντων αὐτοὺς ἐφοβήθη καθ' ἑαυτὸν, γνοὺς, ὅτι ὁ Θεὸς ἐκδικητής ἐστι τῶν ἀδικουμένων.

Et annuntiaverunt opera Dei. Et alii miracula omnia annuntiaverunt, quæ propter me Deus operatus est.

Καὶ ἀνήγγειλαν τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ. (21) Ἀνήγγειλε πρὸς ἕτερον τὰ δι' ἐμὲ γενόμενα τέρατα.

[25] Job. v, 13; I Cor. III, 19.

Variæ lectiones.

(20) Apparet interpretem legisse ἐπὶ κακῷ pro ἐπὶ καλῷ *ad bonum.*
(21) Videtur præponendum ἕτερος.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Καὶ τὰ ποιήματα αὐτοῦ συνῆκαν. Καὶ ἔγνωσαν οἷα ποιεῖ βοηθῶν τοῖς δούλοις αὐτοῦ· ὡς γενόμενα δὲ εἶπε τὰ γενησόμενα, νόμῳ προφητείας. A

Εὐφρανθήσεται δίκαιος ἐν τῷ Κυρίῳ, καὶ ἐλπιεῖ ἐπ' αὐτόν. Εὐφρανθήσεται καὶ ἐλπιεῖ, βλέπων τὴν ἐπ' ἐμοὶ κηδεμονίαν αὐτοῦ.

Καὶ ἐπαινεθήσονται πάντες οἱ εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ. Ἐπαινεθήσονται παρὰ τῶν ἀνθρώπων οἱ μηδὲν σκολιὸν ἐν τῇ καρδίᾳ φέροντες, οἷος ἦν αὐτὸς, ὡς τοῖς τοιούτοις βοηθοῦντος αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ. Ὡς ἀγαθὸς γὰρ, φησὶν, ὁ Θεὸς τοῖς εὐθέσι τῇ καρδίᾳ. Τινὲς δὲ περὶ τοῦ Ἰούδα προειρῆσθαί φασιν τὸ, *Προσελεύσεται ἄνθρωπος*, ὃς, παμπόνηρος ὢν, προσῆλθεν τοῖς ἐχθροῖς τοῦ Χριστοῦ, καὶ ὑπέσχετο B προδοῦναι αὐτόν. Ἐμεγαλύνθη δὲ μᾶλλον ὁ Χριστὸς, φοβερά τε παρὰ τὸν καιρὸν τῆς σταυρώσεως θαυματουργήσας, καὶ ἀναστὰς ἐκ τῶν νεκρῶν. Αἵ τε τιμωρίαι ἃς ἐπήγαγον αὐτῷ, εἰς οὐδὲν ἐλογίσθησαν, διά τε τὸ τῆς θεότητος ἀπαθὲς, καὶ διὰ τὸ μὴ δυνηθῆναι ἀφανίσαι αὐτὸν, ὡς ἐκεῖνοι ᾤοντο. Πάντες δὲ οἱ ἐν τοῖς ἔθνεσι θεωροῦντες τοὺς χριστοκτόνους, παραδοθέντας τοῖς Ῥωμαίοις εἰς ὄλεθρον, ἐθορυβήθησαν, καὶ ἐφοβήθησαν τὸν Χριστὸν, δι' ὃν οὗτοι πεπόνθασι. Δικαίους δὲ νοήσεις τοὺς ἐξ ἐθνῶν, ὡς δικαιωθέντας διὰ πίστεως· οἱ καὶ εὐφρανθήσονται ἐπὶ τῷ Χριστῷ· τοὺς αὐτοὺς δ' ἂν εἴποις, καὶ εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ, ὡς ἐν τῇ καρδίᾳ μὴ παρεγκλίναντας, ἧς μετέχον, ὀρθῆς πίστεως.

Et facta ejus intellexerunt. Et cognoverunt qualia faciat Dominus adjuvans servos suos. Futura autem dixit, ut jam facta, lege scilicet prophetiæ.

Vers. 11. *Lætabitur justus in Domino, et sperabit in eo.* Lætabitur et sperabit, ubi magnum Dei studium in me viderit.

Et laudabuntur omnes recti corde. Il, inquit, qui obliquum nihil, aut tortuosum ferunt in corde, qualis erat beatus David, ab omnibus semper laudabuntur, veluti eis Deus præsto semper futurus sit. *Quam bonus* enim, inquit, *Deus Israel iis, qui recto sunt corde* [16]! Quidam ea verba : *Accedet homo*, intelligunt dicta esse de Juda : qui, cum depravato esset animo, ad Christi adversarios profectus est et pollicitus se illum eis traditurum esse. Verum Christus ex eo magis magnificatus atque exaltatus est. Multa siquidem et summa admiratione digna miracula tam morieus, quam resurgens, operatus est, quæ illius gloriam prædicant. Nam quod supplicia sustinuerit, ejus gloria non minuitur, cum et divinitas ipsa minime læsa sit, et humanitatis excellentia ac nomen ejus tolli ideo non potuerit, ut putarant. Hæc autem omnia cum cernerent gentiles, et insuper ipsos Christi crucifixores tradi viderent Romanis in interitum, turbati sunt, et timuerunt Christum Dominum, ob quem Judæorum genus tantis affectum est suppliciis. Et juxta hunc sensum per justos, fideles omnes ex gentibus intelliges, qui per fidem justificati sunt, qui etiam ut recti corde lætabuntur in Christo, eo quod in corde suo nunquam a recta illa fide declinaverunt, quam semel professi sunt.

Εἰς τὸ τέλος Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.
ΨΑΛΜΟΣ ΞΔ'.

Εἰς τὸ τέλος καὶ οὗτος, ὅτι προφητεύει περί τε τῆς ἐπανόδου τῶν ἐν Βαβυλῶνι αἰχμαλώτων, ὧν καὶ προσώπῳ συντέτακται, καὶ περὶ τῆς εὐσεβείας τῶν ἐθνῶν. Τί δέ ἐστι *ψαλμὸς ᾠδῆς*, παραδέδοται ἐν τῷ προοιμίῳ τῆς βίβλου τῶν Ψαλμῶν.

Σοὶ πρέπει ὕμνος, ὁ Θεὸς, ἐν Σιών. Ἐν Σιὼν σοι πρέπει, φησὶν, ὁ ὕμνος· ἐκεῖ γὰρ λατρεύειν προσέταξας.

Καὶ σοὶ ἀποδοθήσεται εὐχὴ ἐν Ἰερουσαλήμ. Ὅρα τὴν περὶ τῆς ἐπανόδου πρόῤῥησιν. Εἴη δ' ἂν καὶ κατὰ λόγον ἀναγωγῆς Σιὼν καὶ Ἰερουσαλὴμ, ἥ τε καθολικὴ Ἐκκλησία τῶν πιστῶν, καὶ οἱ κατὰ D μέρος ναοί.

Εἰσάκουσον τῆς προσευχῆς μου. Τῆς περὶ ὧν ἀεὶ παρακαλῶ.

Πρὸς σὲ πᾶσα σὰρξ ἥξει. Τοῦτο προφητεία περὶ τῶν ἐθνῶν. Σάρκα δὲ αὐτοὺς ἐκάλεσεν, ἢ ὡς ἀπὸ μέρους τὸ πᾶν, ἢ ὡς σαρκικῶς ζῶντας. Ἢ καὶ περὶ τῆς καθολικῆς ἀναστάσεως ὁ λόγος.

In finem psalmus cantici ipsi David.
PSALMUS LXIV.

In finem etiam inscribitur hic psalmus, quia captivorum reditum prædicit, qui in Babylone erant, ex quorum persona fuit a Propheta conscriptus. Futuram etiam gentilium religionem ac fidem interserit (quæ omnia ad finem suum tendebant). Quid autem sit *psalmus cantici* in procœmio operis dictum est.

Vers. 2. *Te decet hymnus, Deus, in Sion.* Illic etenim te coli debere mandasti.

Et tibi reddetur votum in Jerusalem. Vide prophetiam de reditu. Juxta anagogen per Sion et per Jerusalem, universalis fidelium Ecclesia intelligitur, et templa etiam, quæ privatim erecta sunt in variis mundi partibus.

Vers. 3. *Exaudi orationem meam.* Orationem de his rebus, pro quibus semper ad te preces fundo.

Ad te omnis caro veniet. Prophetia hic traditur de salute gentium ; per carnem etenim ipsas gentes intelligit, ut totum a parte : vel quia olim vivebant carnaliter. Vel fortassis sermo est de universali corporum resurrectione.

[16] Psal. LXXII, 1.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

VERS. 4. *Verba iniquorum prævaluerunt super nos.* Blasphemiæ inimicorum quas adversum nos atque adversus ipsum Deum fundunt, prævaluerunt super nos, hoc est, oppresserunt nos, cum non auderemus contradicere, veluti servi effecti. (Et quia in Græco, pro verbo, *prævaluerunt*, legimus, ὑπερεδυνάμωσαν) potest id verbum aliter exponi, ut sensum etiam contrarium faciat, et sententia sit : Verba iniquorum valde fortes nos reddiderunt, ita ut fiduciam præstiterint, quod Deus hujusmodi injurias inultas non dimittet. Quædam autem exemplaria habent : *Verba iniquorum valde infirmos nos reddiderunt.* A Λόγοι ἀνόμων ὑπερεδυνάμωσαν ἡμᾶς. Αἱ εἰς Θεὸν καὶ εἰς ἡμᾶς βλασφημίαι τῶν ἐχθρῶν ὑπὲρ ἡμᾶς ἐδυνήθησαν, τουτέστι, κατεδυνάστευσαν ἡμῶν, μὴ τολμώντων ἀντειπεῖν, οἷα δεδουλωμένων. Ἢ τοὐναντίον· Λίαν ἰσχυροποίησαν ἡμᾶς θαῤῥήσαντας, ὅτι οὐ περιόψει ταύτας ἀνεκδικήτους. Τινὰ δὲ τῶν ἀντιγράφων ὑπερηδυνάμωσαν γράφουσιν, ὃ ἐστιν, ἀσθενεῖς ἐποίησαν ἡμᾶς.

Et impietatibus nostris tu propitiaberis. Tu, inquit, iis ignosces peccatis, propter quæ nos effecti sumus captivi, unde etiam liberabis nos. Καὶ ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν σὺ ἱλάσῃ. Καὶ ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν, δι' ἃς ἠχμαλωτίσθημεν, σὺ συγνωμονήσεις, καὶ ἐλευθερώσεις ἡμᾶς.

VERS. 5. *Beatus quem elegisti et assumpsisti : habitabit in aulis tuis.* Juxta sensum historicum : Beatus, inquit, Judæorum populus qui ex omnibus B gentibus a te electus est, et tuus populus appellatur. Ex captivitate etenim revocatus, rursum cum honore habitabit in Jerusalem : quam aulas Dei esse dixit, propter celeberrimum templum quod in ea Deo dicatum erat. Juxta anagogen vero, de novo loquitur populo, quem Dominus ex gentibus sibi in hæreditatem elegit ; et per aulas, ecclesias intelligit, quæ ubique locorum Christo erectæ sunt. Intelligi etiam possunt hæc verba, ut unicuique aptentur fideli, qui pie ac religiose vivat, qui electus dicetur et assumptus ad cœlestem Jerusalem, ubi aulæ Dei sunt mansiones justorum. Μακάριος ὃν ἐξελέξω καὶ προσελάβου. Κατασκηνώσει ἐν ταῖς αὐλαῖς σου. Καθ' ἱστορίαν μὲν, Ζηλωτὸς, φησὶν, ὁ τῶν ἄλλων ἐθνῶν ἐκκλεγεὶς λαὸς τῶν Ἰουδαίων, καὶ σὸς χρηματίσας· ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας γὰρ ἐντίμως ἀναχθεὶς, κατασκηνώσει πάλιν ἐν τῇ πόλει σου Ἱερουσαλήμ. Ταύτην γὰρ αὐλὰς τοῦ Θεοῦ καλεῖ, διὰ τὸν ἐν αὐτῇ περιώνυμον ναόν. Ἀναγωγικῶς δὲ αἰνίττεται τὸν νέον λαὸν, τὸν ἐξ ἐθνῶν ἐκλεγέντα τῷ Χριστῷ εἰς κληρονομίαν. Αὐλὰς δὲ αὐτοῦ τὰς κατὰ χώραν, ἐκκλησίας ὑπολαπτέον. Νοεῖται δὲ καὶ περὶ παντὸς ἐν εὐσεβείᾳ τελειοῦντος τὴν ζωήν. Ἐκλεγεὶς γὰρ προσλαμβάνεται εἰς τὴν ἄνω Ἱερουσαλήμ, ὅπου αἱ αὐλαί εἰσιν, αἱ μοναὶ τῶν δικαίων.

VERS. 6. *Replebimur in bonis domus tuæ.* Per domum Dei et inferiorem hanc, et supernam Jerusalem intellige, et templa, quæ ubique locorum C sunt. Bona autem domus Dei sacra sunt dogmata, ac cætera spiritualia ac temporalia bona, quibus frui ac delectari Deus hominibus tribuit. Illis autem bonis replendum etiam populum Propheta asserit, simul ac ab inimicorum servitute fuerit liberatus. Πλησθησόμεθα ἐν τοῖς ἀγαθοῖς τοῦ οἴκου σου. Οἶκος Θεοῦ ἡ Ἱερουσαλὴμ, ἥ τε κάτω καὶ ἡ ἄνω, καὶ οἱ κατὰ τόπον ναοί. Ἀγαθὰ δὲ αὐτοῦ, τὰ θεῖα δόγματα, καὶ ὅσα πρὸς ἀπόλαυσιν καὶ τέρψιν, ὧν, φησὶ, πλησθησόμεθα, ἐλευθερωθέντες τῆς δουλείας τῶν ἐχθρῶν.

Sanctum est templum tuum, mirabile in justitia. Per templum similiter et illud intellige, quod est in inferiori Jerusalem, et quod in superna : et alia etiam templa quæ variis mundi locis sunt Christo dicata. Sanctum autem templum appellat, quod illius esse dicitur, qui sanctus est, et quia plenum est sanctimonia. Et mirabile in justitia, propter justos viros, qui in eo versantur. Vel templum Dei esse intelligit viros omnes virtute præditos, qui habitaculum Dei merito dici possunt : et sancti quidem sunt, ob vitæ munditiam, mirabiles vero ob summam integritatem ac summam justitiam. Ὅτι ὁ ναός σου ἅγιος θαυμαστὸς ἐν δικαιοσύνῃ. Ναὸς Θεοῦ πάλιν, ὁ ἐν τῇ κάτω Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἐν τῇ ἄνω, καὶ ὁ κατὰ τόπον οἶκος τοῦ Θεοῦ. Ἅγιος μὲν οὖν, ὡς τοῦ ἁγίου ναὸς, καὶ ὡς ἁγιασμοῦ πλήρης. Θαυμαστὸς δὲ ἐν τῇ δικαιοσύνῃ τῶν ἐμπολιτευομένων αὐτῇ δικαίων ἀνδρῶν. Ἢ ναὸν Θεοῦ λέγει τὸν ἐνάρετον, ὃς ἐστιν οἰκητήριον Θεοῦ. Καὶ ἅγιος μὲν, διὰ τὴν ἁγνείαν τῶν παθῶν· θαυμαστὸς δὲ, ἐπὶ τῇ δικαιοσύνῃ.

VERS. 7. *Exaudi nos, Deus, Salvator noster, spes omnium finium terræ, et eorum, qui in mari sunt procul.* Est et hæc prophetia de gentibus, quæ crediderunt. Exaudi, inquit, tu nos, qui in posterum futurus es omnium spes. Fines autem terræ homines appellat qui terræ fines incolunt. Per eos vero quos in mari procul esse dicit, insulanos intelligit. Dictio autem *procul* distantiam seu intervallum a terra denotat. [Disjunctæ enim sunt insulæ a terra continenti.] D Ἐπάκουσον ἡμῶν, ὁ Θεὸς, ὁ Σωτὴρ ἡμῶν, ἡ ἐλπὶς πάντων τῶν περάτων τῆς γῆς, καὶ τῶν ἐν θαλάσσῃ μακράν. Καὶ τοῦτο πρόῤῥησις τῆς πίστεως τοῦ ἐξ ἐθνῶν λαοῦ. Ἐπάκουσον, φησὶν, ἡμῶν, ὁ ὕστερον ἐσόμενος ἐλπὶς πάντων. Πέρατα μὲν οὖν τῆς γῆς οἱ τὰ πέρατα τῆς γῆς οἰκοῦντες· ἐν θαλάσσῃ δὲ, καὶ οἱ ἐν ταῖς νήσοις· τὸ δὲ μακρὰν ἐπίῤῥημά ἐστι, σημαῖνον τὸ πόῤῥω τῆς ἠπείρου.

VERS. 8. *Præparans montes in fortitudine sua.* Ἑτοιμάζων ὄρη ἐν τῇ ἰσχύϊ αὐτοῦ. Περὶ τῆς τοῦ

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Θεοῦ διέξεισι δυνάμεως, ἀνυμνῶν αὐτήν. Τὸ δὲ *ἑτοιμάζων, ἑδράζων* ἐξέδωκεν ὁ Σύμμαχος. Συνεξακούεται δὲ τὸ, *ἔστιν*. Ἑδράζει τὰ ὄρη, φησὶν, οὕτως ἀσφαλῶς, ὡς μηδέ ποτε σαλευθῆναι ταῖς σφοδροτάταις καὶ διηνεκέσιν ἐμβολαῖς τῶν ἀγρίων ἀνέμων.

A De divina nunc pertractat potentia, collaudans eam atque extollens. Quod vero ait : *præparans*, Symmachus dixit, *stabiliens*. Subintelligitur autem substantivum verbum, *est*. Deus, inquit, ille est, qui stabiles reddit montes, ita ut nullis, tametsi validissimis, ventorum flatibus dimoveri possint, aut fluctuare.

Περιεζωσμένος ἐν δυναστείᾳ. ωικην ζώνης κεκυκλωμένος ἐν δυναστείᾳ, ἤτοι ἐν δυνάμει ἀπείρων κατὰ πάντα κτιστῶν, καὶ ἐν παντὶ πράγματι. Ἀλλαχοῦ δέ φησιν · *Ἐνεδύσατο Κύριος δύναμιν καὶ περιεζώσατο.*

Accinctus in potentatu. Zonæ instar, inquit, circumdatus es, in potentatu, hoc est, in immensa potentia, tam in iis quæ ad creatas res pertinent, quam ad quæcumque alia. Alibi etiam hujusmodi fere utitur sermone, cum dicit : *Indutus est Dominus fortitudinem et præcinxit se* [97].

Συνταράσσων τὸ κύτος τῆς θαλάσσης. Τὸ βάθος, ὥστε κάτωθεν ψάμμον ἀναφέρεσθαι τοῦ τοσούτου χάους αἰφνίδιον ἐκμοχλευομένου. Σκόπει δὲ ὅτι προστάγματι τοῦ Θεοῦ τὴν θάλασσαν οἱ ἄνεμοι συνταράσσουσιν.

Qui conturbas profundum maris. Maris profundum ita conturbat, ut arena, quæ illic jacet, sursum feratur, tanta perturbatione commota. Illud igitur ex hujusmodi Prophetæ nostri verbis considerandum est : quod venti [nulla propria virtute, sed] mandato Dei mare atque alia elementa conturbant.

Ἤχους κυμάτων αὐτῆς τίς ὑποστήσεται ; Βαρεῖς ὄντας καὶ φοβεροὺς, καὶ ἀφορήτους.

Sonos fluctuum ejus quis sustinebit ? Cum graves videlicet sint, terribilesque et ferri nequeant.

Ταραχθήσονται τὰ ἔθνη. Διὰ τὸ ξένον καὶ ἄηθες τοῦ κηρύγματος, καὶ διὰ τὸ καταλύεσθαι τὸ πατρῷον σέβας αὐτῶν, καὶ τὴν πολιτείαν τούτων ἀμείβεσθαι.

Vers. 9. *Turbabuntur gentes.* Propter novum atque insuetum prædicationis genus, quo majorum religio et antiqua patriæ consuetudo destruetur, atque in alia immutabitur.

Καὶ φοβηθήσονται οἱ κατοικοῦντες τὰ πέρατα ἀπὸ τῶν σημείων. Αὐτοὶ οἱ ἐν ταῖς ἐσχατιαῖς τῆς γῆς φοβηθήσονται ἀπὸ τῶν ἑκάστοτε γινομένων θαυματουργιῶν σου. Εἰ δὲ οἱ ἐν ταῖς ἐσχατιαῖς, πολλῷ μᾶλλον οἱ ἐν τῷ μέσῳ τῆς γῆς. Ἡμεῖς μὲν οὖν περὶ τῶν κατὰ Χριστὸν θαυμάτων εἰρῆσθαι ταῦτά φαμεν · Ἑβραῖοι δὲ περὶ τῶν κατὰ Μωσῆν · εἴργονται δὲ διὰ τῶν ἑξῆς.

Et timebunt qui habitant fines a signis tuis. Ii, inquit, qui extremos terræ fines incolunt, timebunt præ multitudine miraculorum, quæ passim in tuo fient nomine. Quod si ii timebunt, qui extremas orbis partes habitant, quanto illi magis, qui in medio ejus versantur ? Et nos quidem hæc de admirandis Christi operibus prædicta fuisse affirmamus : Hebræi vero de iis quæ a Moyse gesta sunt ; verum reprobantur atque convincuntur ex sequentibus.

Ἐξόδους πρωΐας καὶ ἑσπέρας τέρψεις. Τέρψεις τὸν λαόν σου καὶ κατὰ τὰς ἐξόδους τῆς πρωΐας, ὅταν ἄρχηται τρέχειν ἡ πρωῒα τῆς ἡμέρας, καὶ πάλιν ἑσπέρας, ἤγουν ἐν τῇ ἑσπέρᾳ. Ἀττικὸν δὲ τὸ *ἑσπέρας*, γενικὴ ἀντὶ δοτικῆς. Προφητεύει δὲ ὁ λόγος, ὅτι τερφθήσονται καὶ ἐν τῇ ἀρχῇ τῆς ἡμέρας, καὶ ἐν τῷ τέλει αὐτῆς · τερφθήσονται δὲ θείοις ὕμνοις καὶ ἱεροῖς μελῳδήμασι. Τινὲς δὲ καλοῦσιν ἐξόδους μὲν πρωΐας τὰ ἀνατολικὰ μέρη τῆς γῆς. Ἐξόδους δὲ ἑσπέρας τὰ δυτικὰ, ὅτι ἐν ἐκείνοις μὲν δοκεῖ γεννᾶσθαι ἡ πρωῒα, ἐν δὲ τούτοις ἡ νύξ. Εὐφρανεῖς οὖν, φησὶ, καὶ τοὺς ἐπὶ τῆς ἀνατολῆς οἰκοῦντας, καὶ τοὺς ἐπὶ τῆς δύσεως, ἐνανθρωπήσας καὶ πολιτευσάμενος ἐπὶ τῆς γῆς. Τὰ δὲ ἑξῆς ῥητὰ πρῶτον ἱστορικῶς ἑρμηνευτέον, εἶτα ἀναγωγικῶς · ἁρμοδιώτερα τούτοις τὰ τῆς ἀναγωγῆς, ὡς αὐτίκα δειχθήσεται.

Exitus matutini et vesperæ delectabis. Populum, inquit, tuum delectabis, tam in exitu matutini temporis, quando et mane diei dicitur et dies progredi incipit, quam etiam in exitu vesperæ, hoc est in ipso vespere. Est autem ἑσπέρας Attice positum, genitivus pro dativo ; prædicitur autem hoc sermone quod delectabuntur tam in principio quam in fine diei. Delectabuntur autem in divinis laudibus, atque in sacris canticis. Aliqui per exitus matutini, et per exitus vesperæ, orientales atque occidentales terræ partes intelligunt. In altera enim parte mane oriri videtur, in altera prodire nox. Incarnatione atque conversatione tua, inquit, tam eos delectatione afficies, qui Orientem habitant, quam eos qui Occidentem. Quæ sequuntur primo juxta historiæ sensum exponemus, deinde juxta anagogen. Aptiora his, quæ per anagogen ; quemadmodum brevi ostendetur.

Ἐπεσκέψω τὴν γῆν, καὶ ἐμέθυσας αὐτήν. Μετὰ τὴν ἐκ Βαβυλῶνος, φησὶν, ἐπάνοδον ἀντελάβου τῆς Ἰουδαίας, ἀποχερσωμένης ἤδη, καὶ ἐμέθυσας αὐτὴν ὑετῷ.

Vers. 10. *Visitasti terram et inebriasti eam.* Post reditum, inquit, e Babylone, tu regionis Judææ curam suscepisti, quæ jam pene exaruerat. Aqua etenim et pluvia eam inebriasti.

[97] Psal. xcii, 1.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Multiplicasti locupletare eam. Multiplicasti pluviam, ut uberiorem eam redderes frugum copia. A

Flumen Dei impletum est aquis. Jordanis etenim inundavit, quod celeberrimum est Judææ flumen.

Parasti cibum eorum, quoniam ita est præparatio. Cibum eis, inquit, præparasti, qui e Babylone reversi sunt. Hoc pacto etenim fit præparatio; subauditur autem *est* vel *fit*, terra nimirum antea a te per pluviam inebriata.

VERS. 11. *Sulcos ejus inebria, multiplica germina ejus.* Cum terræ feracitatem prædixerit, eam postmodum fieri rogat.

In guttis suis lætabitur germinans. Lætabitur, B inquit, terra in guttis suis, hoc est, in iis aquis quæ propter eam mittuntur. Ob rorem quippe qui super eam cadet, multam herbam germinabit. Quod autem ait: *Lætetur terra*, metaphorice dictum est.

VERS. 12. *Benedices coronæ anni bonitatis tuæ.* Sanctificabis, inquit, totum illius anni circulum, illius anni dico, qui a tua nobis donandus est bonitate.

Et campi tui implebuntur ubertate. Ubertate, hoc est fructuum abundantia.

VERS. 13. *Pinguescent speciosa deserti.* Per desertum hoc in loco ipsam intelligit Hierosolymam, a Babyloniis in desertum ac solitudinem redactam. Per speciosa vero deserti, eas regionis partes quæ C omnibus anni temporibus aptiores atque elegantiores sunt magis fructiferæ. Vel [quia Græca dictio ὡραῖα non tantum speciosa significat, sed tempestiva], dic, quod per tempestiva deserti, fructus ipsos intelligit, veluti tempestive ad maturitatem perductos.

Et exsultationes colles accingentur. Metaphoricus etiam sermo est: et est sensus, quod ex omni latere universi homines passim exsultabunt. Et quia campos et speciosa deserti dixerat, nunc addit et colles, et paulo post ulterius progrediens, ipsas etiam valles addit.

VERS. 14. *Induti sunt arietes ovium.* Induti nimirum lanarum copia, quæ de pascuorum provenit pinguedine. Per arietes vero omnifariam greges significavit. D

Et valles abundabunt frumento. Hoc per se clarum est.

Clamabunt, etenim hymnum dicent. Quod reliquum est, inquit, ii qui et libertate, et tanta a te frugum copia donati fuerint, ex intimo corde tibi gratias agentes, clamabunt. Laudabuntque te, veluti Salvatorem ac benefactorem suum. Abundat enim hoc in loco dictio *enim*. Verum hæc juxta historiæ sensum dicta sunt, juxta anagogen vero omnia hæc prophetiam continent de prædicatione evangelica. Illa etiam verba: *Visitasti terram*, possunt ad Unigeniti personam referri, qui universam terram,

Ἐπλήθυνας τοῦ πλουτῆσαι αὐτήν. Ἐπλήθυνας τὸν ὑετὸν, ἵνα πλουτίσῃς αὐτὴν εὐθηνίᾳ καρπῶν.

Ὁ ποταμὸς τοῦ Θεοῦ ἐπληρώθη ὑδάτων. Ὁ Ἰορδάνης ἐπλημμύρησεν· οὗτος γὰρ ὁ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, ἐπισημότατος.

Ἡτοίμασας τὴν τροφὴν αὐτῶν, ὅτι οὕτως ἡ ἑτοιμασία. Παρεσκεύασας, ἀπήρτησας τὴν τροφὴν αὐτῶν, τῶν ἐκ Βαβυλῶνος ἐπανελθόντων. Καὶ γὰρ οὕτως ἡ ἑτοιμασία. Συνεξακούεται δὲ τὸ ἐστὶν, ἢ γίνεται. Μεθυούσης δηλονότι τῆς γῆς ὑετῷ.

Τοὺς αὐλακας αὐτῆς μέθυσον, πλήθυνον τὰ γενήματα αὐτῆς. Προθεσπίσας τὴν εὐετηρίαν τῆς γῆς, εἶτα παρακαλεῖ γενέσθαι ταῦτα.

Ἐν ταῖς ὑταγόσιν αὐτῆς εὐφρανθήσεται ἀνατέλλουσα. Εὐφρανθήσεται ἐν ταῖς σταγόσι, ταῖς δι' αὐτὴν, εἴτουν ἐν τῇ δρόσῳ ἀνατέλλουσα πόαν. Μεταφορικὸν δὲ τὸ Εὐφρανθήσεται.

Εὐλογήσεις τὸν στέφανον τοῦ ἐνιαυτοῦ τῆς χρηστότητός σου. Ἁγιάσεις τὸν κύκλον ὅλον τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐκείνου, τοῦ τῆς ἀγαθότητός σου. Δῶρον γὰρ οὗτος τῆς σῆς ἔσται χρηστότητος.

Καὶ τὰ πεδία σου πλησθήσονται πιότητος. — Πιότητος, εἰς τὸ καρποφορῆσαι.

Πιανθήσονται τὰ ὡραῖα τῆς ἐρήμου. Ἔρημον νῦν τὴν Ἱερουσαλὴμ λέγει, ὡς ἐρημωθεῖσαν παρὰ Βαβυλωνίων. Ὡραῖα δὲ αὐτῆς, τὰ ἐπιτήδεια ταῖς ὥραις τοῦ ἐνιαυτοῦ μέρη τῆς γῆς, ἤγουν τὰ καρποφόρα. Ἢ ὡραῖα λέγει τοὺς καρποὺς αὐτῆς ὡς καθ' ὥραν ἐνιαύσιον γινομένους.

Καὶ ἀγαλλίασιν οἱ βουνοὶ περιζώσονται. Μεταφορικὸν ἐνταῦθα τὸ, Ἀγαλλίασιν οἱ βουνοὶ περιζώσονται. Λέγει δὲ, ὅτι ἀγαλλιασθήσονται κύκλῳ καὶ πανταχόθεν. Εἰπὼν δὲ, ὅτι τὰ πεδία καὶ τὰ ὡραῖα, ἐπήγαγε καὶ τοὺς βουνούς. Ἔτι δὲ προϊὼν, προσάγει τὰς κοιλάδας.

Ἐνεδύσαντο οἱ κριοὶ τῶν προβάτων. Ἐνεδύσαντο πλῆθος μαλλῶν, ὃ γίνεται ἀπὸ τῆς πιότητος τῆς νομῆς. Διὰ δὲ τῶν κριῶν πάντα τὰ πολύμνια δεδήλωκε.

Καὶ αἱ κοιλάδες πληθυνοῦσι σῖτον. Τοῦτο σαφές.

Κεκράξονται, καὶ γὰρ ὑμνήσουσι. Λοιπὸν κεκράξονται, ἐκ καρδίας εὐχαριστοῦντες, οἱ πρὸς τῇ ἐλευθερίᾳ ἔτι καὶ τοιαύτης εὐετηρίας ἀξιωθέντες. Καὶ ὑμνήσουσί σε τὸν Σωτῆρα καὶ εὐεργέτην αὐτῶν. Περιττεύει δὲ ὁ γὰρ σύνδεσμος. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν, καθ' ἱστορίαν. Κατὰ δὲ ἀναγωγὴν, προφήσεις ἐστὶ ταῦτα περὶ τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος. Λέγοιτο δ' ἂν πρὸς τὸν μονογενῆ Υἱόν· Ἐπεσκέψω τὴν γῆν, δηλαδὴ πᾶσαν· (ἀπὸ δὲ τῆς γῆς, νόει μοι τὰ ἐπὶ γῆς οἰκοῦντα ἔθνη· (22) Ἐπεσκέψατο γὰρ,

Variæ lectiones.

(22) Ad verbum: *Pro terra autem gentes intellige terram incolentes*; Visitavit *enim, inquit alias*, etc.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

φησὶ, *ἡμᾶς ἀνατολὴ ἐξ ὕψους*)· *καὶ ἐμέθυσας αὐτὴν τῷ οἴνῳ τῆς κατανύξεως*, ὡς ἐν τῷ ς' στίχῳ τοῦ νθ' ψαλμοῦ κατὰ ἀναγωγὴν ἐξηγησάμεθα. Ἐπλήθυνας τὴν εὐαγγελικὴν ἀρδείαν, ἵνα πλουτίσῃς τὴν εἰρημένην γῆν ἀρεταῖς. Ποταμὸς δὲ τοῦ Θεοῦ ὁ Σωτὴρ ἡμῶν Ἰησοῦς. Ὕδατα δὲ αἱ διδασκαλίαι αὐτοῦ. *Τοῦ ποταμοῦ* γὰρ, φησὶ, *τὰ ἐρμήματα εὐφραίνουσι τὴν πόλιν τοῦ Θεοῦ*, ὡς ἐν τῷ ζ' στίχῳ τοῦ με' ψαλμοῦ προδιελάβομεν· ἀπὸ τούτου δὲ τοῦ ποταμοῦ ὀχετοὶ ἐρρύησαν, οἱ ἀπόστολοι, καὶ ἤρδευσαν ὅλην τὴν οἰκουμένην. Ἡτοίμασας δὲ τὴν λογικὴν τροφὴν αὐτῶν τῶν ἐθνῶν. Αὐτὸς γὰρ αὐτὴν σκευάσας, διὰ τῶν θεοπρεπῶν δογμάτων, παρέδωκας τοῖς ἀποστόλοις ἐντειλάμενος, πῶς δεῖ τρέφειν πεινώσας ψυχάς· ὅτι οὕτως ἐστὶν ἡ ἀληθὴς ἑτοιμασία τῆς ἀληθινῆς τροφῆς, ὡς αὐτὸς ἡτοίμασας, καὶ οὐκ ἄλλως. Αὔλακες δὲ τῆς δηλωθείσης γῆς, τὰ βάθη τῶν καρδιῶν τῶν ἀνθρώπων, ἃς ἄγαν ἀρδευθῆναι παρακαλεῖ, ὡς ἐκδαχχευθῆναι πρὸς τὸν εἰς Θεὸν ἔρωτα, καὶ ἐκστῆναι μὲν πάσης σκληρότητος, ἁπαλυνθῆναι δὲ πρὸς ἡμερότητα. Γεννήματα δὲ αὐτῆς αἱ ἀρεταὶ, ὡς καρπὸς τῆς πίστεως. Σταγόνες δὲ αὐτῆς, αἱ ἀπὸ τῶν διδασκαλιῶν στάζουσαι ψεκάδες τῆς διδαχῆς· ἢ καὶ τὰ ἀπὸ τῶν θείων Γραφῶν ἐκτασζόμενα νοήματα, ἃ καὶ ὡς δρόσος πιαίνουσι, ὑφ' ὧν εὐφρανθήσεται θάλλουσα καὶ αὐξανομένη· καὶ ἐνιαυτὸς μὲν χρηστότητος, ὁ χρηστότατος καιρὸς τοῦ κηρύγματος. Στέφανος δὲ αὐτοῦ ὁ Χριστὸς, ὡς κοσμήσας καὶ καθωραΐσας αὐτὸν ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ. Πρὸς τὸν Πατέρα δὲ τὸν λόγον ἀνοίσεις, ὅτι εὐλογήσεις, ὃ ἐστιν, εὐφημήσεις καὶ ἐπαινέσεις. Οὕτω γὰρ καὶ πεποίηκεν εἰπών· *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ ηὐδόκησα*. Περὶ δὲ τῶν πεδίων, καὶ τῶν βουνῶν, καὶ τῶν κοιλάδων ἁπλῷ λόγῳ φαμὲν, ὅτι προαγορεύει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ὡς ἄρα πᾶς τόπος ὑποδέξεται τοὺς πιστούς. Τὰ πεδία μὲν, τοὺς κληρικοὺς τῶν ἐκκλησιῶν· τὰ ὄρη δὲ, τοὺς ἀναχωρητάς· αἱ κοιλάδες δὲ, τοὺς σπηλαιώτας· οἳ καὶ πιότης τοῖς τοιούτοις ἔσονται τόποι, καὶ ἀγαλλίασις, καὶ σῖτος· Εἶεν δ' ἂν καὶ ἄλλως πεδία μὲν, αἱ ταπειναὶ ψυχαὶ, τῷ μηδὲν φρονεῖν ὑψηλόν· ὄρη δὲ, αἱ ἐπηρμέναι τῇ ματαίᾳ σοφίᾳ· κοιλάδες δὲ, αἱ εἰς βάθος ἁμαρτιῶν κατολισθήσασαι· ὡραῖα δὲ τῆς κατ' ἀρετὴν ἐρήμου γῆς, αἱ ἐπιτήδειοι ψυχαὶ πρὸς καρποφορίαν· κριοὶ δὲ τῶν προβάτων, οἱ ἀπόστολοι, ὡς ἔξαρχοι τῶν λογικῶν τοῦ Χριστοῦ θρεμμάτων, οἳ καὶ ἐνεδύσαντο τὴν χάριν τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἐν τῷ καιρῷ τῆς Πεντηκοστῆς, κατὰ τό· *Ὑμεῖς δὲ καθίσατε ἐν τῇ πόλει Ἱερουσαλὴμ, ἕως ἂν ἐνδύσησθε δύναμιν ἐξ ὕψους*· ἢ καὶ οἱ κατὰ τόπους ἐπίσκοποι καὶ ἱερεῖς, οἳ ἐνεδύσαντο διὰ τοῦ βαπτίσματος τὸν Χριστόν· *Ὅσοι* γὰρ, φησὶν, *εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε, Χριστὸν ἐνεδύσασθε*. Χρὴ δὲ καὶ τοῦτο εἰπεῖν, ὅτι οὐχ εὑρίσκομεν καθ' ἱστορίαν τοιαύτης ἀξιωθέντας εὐετηρίας τοὺς ἐπανελθόντας

A et omnes gentes in ea habitantes visitavit, et de quo dictum est quod *Visitavit nos oriens ex alto* [28]; qui etiam inebriavit terram vino illo compunctionis, de quo in sexto versiculo diximus psalmi LIX, sensum tradentes anagogicum. Multiplicavit præterea irrigationem evangelicam, ut terram illam, quam diximus, virtutum fructibus fecundaret. Flumen autem Dei Salvator noster est Jesus, et aquæ fluminis multiplices sunt ejus doctrinæ. *Fluminis* enim, inquit, *impetus lætificat civitatem Dei*, quemadmodum in XLV psalmo, versiculo 7, declaravimus. Ab hoc flumine rivuli quidam defluxerunt, sancti nimirum apostoli, qui universam postmodum terram irrigarunt. Tu etiam præparasti, inquit, rationalem cibum, sacris ac divinis dogmatibus tuis confectum, et tradidisti eum apostolis, modum nimirum ac rationem docens, quibus esurientes pascere animas oporteret: quoniam veri cibi præparatio hujusmodi est, ut eo nimirum modo conficiatur, quo tu præparasti et non aliter. Per sulcos etiam illius terræ, profunda hominum corda intelligimus: quos sulcos adeo irrigari jubet Propheta, ut divino amore inebrientur, utque ab omni recedant duritie, et ad mansuetudinem molliantur. Ejusdem præterea germina virtutes sunt, veluti elegantissimi fidei fructus; et guttas ejus eas esse intelligimus, quæ a doctrina sacræ stillant disciplinæ, vel sublimiores sensus a divinis emanantes Scripturis, qui roris instar fidelium animas impinguant, et præterea quibus terra illa, quam dicimus, germinans lætabitur. Annus item benignitatis optimum prædicationis tempus significat, cujus anni corona Christus est, eo quod ipsius tantum Christi sermonibus atque operationibus prædicationis tempus ornatur, ac decentissimum redditur. Hæc autem verba ad Patrem referenda sunt: Tu, inquit, Pater, ei benedices, hoc est, laudabis eum, sicut et fecisse eum legimus, quando ait: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui* [29]. De campis autem, collibusque, et vallibus, in summa id dicendum videtur, quod universo illo sermone sancti Spiritus annuntiatur adventus, eo quod, adveniente Spiritu, loca omnia fidelibus replenda erant: campi quidem ecclesiarum ministris; montes autem, anachoretis; valles vero iis sanctis qui habitant in speluncis. Omnes autem hujusmodi fideles pinguedo quædam et fertilitas his locis futuri erant, et exsultationem atque abundantiam præstituri. Vel aliter, per campos, humiles animas intelligere possumus, quæ sublime nihil cogitant: et per montes, elatiores alias, quæ ad inanes doctrinas et ad exteriorem hanc mundi sapientiam elevatæ sunt; per valles vero, dejectiores quasdam animas, quæ in profundum peccatorum prolapsæ sunt. Speciosa autem illius terræ, quæ deserta esse dicitur virtutibus, animæ illæ sunt,

[28] Luc. I, 78. [29] Matth. III, 17.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

quas aptas atque ideneas esse dicimus ad ferendos fructus. Arietes etiam ovium, apostoli sunt, veluti duces quidam ac principes rationalium Christi gregum : qui arietes induti sunt sancti Spiritus gratiam, quæ in die Pentecostes in omnes fideles diffusa est ; juxta quod legimus ad eos dictum fuisse a Domino : *Vos autem sedete in civitate Jerusalem, donec induamini potentiam ex alto* [29]. Vel episcopi et sacerdotes, qui ubique terrarum sunt, quique induerunt Christum per baptisma. *Quicunque* enim, inquit, *in Christum baptizati estis, Christum induistis* [30]. Illud etiam dicere oportet, quod nullibi in historia reperimus, quod populus qui ex Babylone reversus est, hujusmodi abundantiam habuerit : ex quo sequitur, quod anagogicus sensus huic psalmo magis congruere videtur.

A ἐκ Βαβυλῶνος. Καὶ λοιπὸν ἁρμόζει τῷ τῆς ἀναγωγῆς.

In finem canticum psalmi resurrectionis.

PSALMUS LXV.

In finem inscribitur propter prophetias, quæ in eo continentur, quæ ad finem tendebant, ut alibi diximus. Prædicit autem et gentium fidem, et martyria quæ pro Christo multi fidelium passuri erant. Quid autem sit canticum psalmi, dictum est in proœmio operis. *Resurrectionis* vero dixit pro *transmutationis* (23). In eorum enim personam conscriptus est, qui a Babylonica servitute in propriam patriam translati fuerant, ita ut ab unoquoque eorum qui reversi sunt proferri possit. Et nihilominus congruit etiam unicuique resurgenti, hoc est, commutato a peccatis, in quibus olim, veluti passionum sagittis confossus, captivus detinebatur a dæmone.

B

Εἰς τὸ τέλος ᾠδὴ Ψαλμοῦ ἀναστάσεως.

ΨΑΛΜΟΣ ΞΕ'.

Εἰς τὸ τέλος μέν, διὰ τὴν ἐν τούτῳ προφητείαν, ὡς καὶ ἐπὶ ἄλλων τῶν οὕτως ἐπιγεγραμμένων εἰρήκαμεν· προφητεύει γὰρ περὶ τῆς πίστεως τῶν ἐθνῶν, ἔτι δὲ καὶ περὶ τῶν τοῦ Χριστοῦ μαρτύρων. Τί δέ ἐστιν ᾠδὴ ψαλμοῦ, προαποδεδώκαμεν ἐν τῷ προοιμίῳ τῆς βίβλου τῶν Ψαλμῶν. Ἀναστάσεως δὲ, ἀντὶ τοῦ, περὶ τῆς ἀναστάσεως (24) τῶν αἰχμαλώτων ἀπὸ τῆς ἐν Βαβυλῶνι δουλείας ἐπὶ τὴν οἰκείαν πατρίδα. Εἰς τὴν μετάστασιν γὰρ ἐκείνην ὁ ψαλμὸς πεποίηται, οἷον τίνας ἂν εἴποι τοὺς λόγους ἕκαστος τῶν ἀψαμένων ἤδη τῆς ἐπανόδου. Πρέπει δ' ἂν καὶ παντὶ μεθισταμένῳ, ἢ ἀνισταμένῳ ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας, εἰς ἣν κατεσύρη τοῖς βέλεσι τῶν παθῶν, αἰχμαλωτισθεὶς ὑπὸ τῶν δαιμόνων.

Ver. 2. *Jubilate Deo, omnis terra.* Quid sit jubilatio diximus in secundo versiculo psalmi XLVI. Jubet autem Propheta victoriæ laudes Deo canere, qui et inimicos, a quibus acti fuerant in captivitatem, formidine affecit, et ipsos Judæos a durissima servitute liberavit. Per omnem autem terram omnes homines intelligit qui sunt in terra. Et hoc pacto Symmachus reddidit. In his autem verbis prophetia continetur vocationis gentium.

C

Ἀλαλάξατε τῷ Κυρίῳ, πᾶσα ἡ γῆ. Τί μέν ἐστιν ἀλαλαγμὸς, εἰρήκαμεν ἐν τῷ στίχῳ β' τοῦ μς' ψαλμοῦ. Προτρέπεται δὲ ἐπινίκιον ὕμνον ᾆσαι τῷ Θεῷ, τῷ φοβήσαντι τοὺς αἰχμαλωτίσαντας, καὶ ῥυσαμένῳ τοὺς αἰχμαλώτους ἐκ τῆς δουλείας αὐτῶν. Πᾶσα δὲ ἡ γῆ, ἀντὶ τοῦ, πάντες οἱ ἐπὶ γῆς. Οὕτω γὰρ ὁ Σύμμαχος ἐξέδωκεν. Ὅρα δὲ τὴν κλῆσιν τῶν ἐθνῶν.

Psallite nomini ejus. Expositionem vide in quarto versiculo IX psalmi.

Psάλατε δὴ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ. Περὶ τούτου ζήτει τὴν ἐξήγησιν τοῦ δ' στίχου τοῦ θ' ψαλμοῦ.

Date gloriam laudi ejus. Hoc est honorem et magnificentiam. Et sensus est, quod gloriose ac magnifice eum laudent, et non humano more.

Δότε δόξαν ἐν αἰνέσει αὐτοῦ. Δότε τῇ αἰνέσει αὐτοῦ δόξαν, εἴτουν τιμὴν, μεγαλοπρέπειαν. Λέγει δὲ, ὅτι Ἐνδόξως αἰνέσατε αὐτὸν, καὶ μὴ ὡς αἰνεῖτε τοὺς ἀνθρώπους.

Ver. 3. *Dicite Deo, Quam terribilia sunt opera tua.* Quæ nimirum olim tam in Ægypto, quam alibi gentium operatus es.

In multitudine virtutis tuæ mentientur te inimici tui. Et sensus est, quod cognitione Dei ubique gentium divulgata, multi veritatis inimici summam illius potestatem timentes, quam habet in regno fidelium, mentientur, seu simulabunt Deum, hoc est, fidem ipsam [quam in eo habere se falso asserent]. Ipsam etenim hypocrisim ac simulationem hoc in loco mendacium appellavit. Et sane quamplurimos hujusmodi simulatores videre licet tam gentiles quam hæreticos.

D

Εἴπατε τῷ Θεῷ· Ὡς φοβερὰ τὰ ἔργα σου! Ὅσα ἐν Αἰγύπτῳ ἐτερατούργησας, καὶ ὅσα πρὸ τούτων, καὶ ὅσα μετὰ ταῦτα.

Ἐν τῷ πλήθει τῆς δυνάμεώς σου ψεύσονταί σε οἱ ἐχθροί σου. Τοιοῦτον ἔχει τὸ ῥητὸν νοῦν, ὅτι Πανταχοῦ τῆς θεογνωσίας ἁπλωθείσης, πολλοὶ τῆς ἀληθείας ἐχθροὶ φοβηθέντες τὴν πολλήν σου δύναμιν τὴν ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν εὐσεβῶν, ὑποκριθήσονταί σε! εἴτουν τὴν εἰς σὲ πίστιν. Ψεῦδος γὰρ ἐνταῦθα τὴν ὑπόκρισιν ὀνομάζει· καὶ δὴ πολλοὺς τοιούτους εὑρίσκομεν Ἕλληνας καὶ αἱρετικοὺς ἑκάστοτε.

[29] Luc. XXIV 49. [30] Galat. III, 27.

Variæ lectiones.

(23) Potius *transmigrationis.*

(24) Videtur legendum μεταστάσεως, ut vertit interpres : cum subdat εἰς τὴν μετάστασιν.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Πᾶσα ἡ γῆ προσκυνησάτωσάν σοι, καὶ ψαλλάτωσάν σοι. Ἐκδηλοτέρα τῶν ἐθνῶν ἡ κλῆσις, ἐνταῦθα. Προσκυνησάτωσαν δὲ πρῶτον ὑποταγέντες· εἶτα ψαλλάτωσαν· προστάσσει δὲ τοῦτο θαρσαλέως ὁ Προφήτης οἷα πεπληροφορημένος περὶ τοῦ πράγματος. A

Ψαλλάτωσαν δὴ τῷ ὀνόματί σου, Ὕψιστε. Τοῦτο ἔοικε τῷ δ' στίχῳ τοῦ θ' ψαλμοῦ· ὑπὸ δὲ τῆς ἄγαν περιχαρείας, ὑπομιμνήσκεται τῶν τοῦ Θεοῦ τεραστίων, καὶ παρακελεύεται πᾶσι ψάλλειν καὶ ὑμνεῖν τὸν λυτρωτὴν Θεόν.

Δεῦτε καὶ ἴδετε τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ. Ἃ καθεκάστην ποιεῖ παραδόξως. Συγκαλεῖ δὲ πάντα τὰ ἔθνη.

Ὡς φοβερὸς ἐν βουλαῖς ὑπὲρ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων.—Ἐν μηχαναῖς ἐξέδωκεν ὁ Σύμμαχος. Λίαν οὖν φοβερὸς ἐν μηχαναῖς, διὰ τὸ φοβερὰ μηχανᾶσθαι, ὅταν ἐθέλῃ σῶσαι τὸν λαὸν αὐτοῦ. Ὑποῖα γὰρ κατὰ τῶν Αἰγυπτίων ἐμηχανήσατο· νικῶν ἀεὶ τὰ σοφίσματα καὶ τὰς ἀντεπιχειρήσεις τῶν ἀνθρώπων. Εἶτα καταλέγει τὰ πάλαι θαύματα. B

Ὁ μεταστρέφων τὴν θάλασσαν εἰς ξηράν. Τοῦτο γέγονεν ἐπὶ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης, ὡς ἡ βίβλος τῆς Ἐξόδου διδάσκει. Ἀντιχρονικῶς δὲ εἶπεν, *Ὁ μεταστρέφων*, ἀντὶ τοῦ, Ὁ μεταστρέψας.

Ἐν ποταμῷ διελεύσονται ποδί. Καὶ τοῦτο γέγονεν ἐπὶ τοῦ Ἰορδάνου, διαβαινούσης τῆς Κιβωτοῦ. Ἀντιχρονία δὲ κάνταῦθα, ἀντὶ τοῦ, Διῆλθον οἱ πρόγονοι ἡμῶν. *Ποδὶ* δὲ, ἀντὶ τοῦ, Πεζῇ. Πεζεύειν δὲ, τὸ διὰ ξηρᾶς ὁδεύειν. (25) Τῶν κατὰ τὴν ἄνοδον δὲ θαυμασίαν, ὑπομιμνήσκει τὸν Θεὸν, διὰ τὴν προκειμένην καὶ αὐτοῖς ἄνοδον, ἵνα συνήθως καὶ αὐτοῖς ταύτην Ἐξευμαρίσῃ. Ὁ μέντοι Σύμμαχος ἐτήρησε τὸν χρόνον· ἐξέδωκε γὰρ, *Ὁ μεταβαλὼν τὴν θάλασσαν* καὶ πάλιν, *Ποταμὸν διέβησαν.* C

Ἐκεῖ εὐφρανθησόμεθα ἐπ' αὐτῷ τῷ δεσπόζοντι ἐν τῇ δυναστείᾳ αὐτοῦ τοῦ αἰῶνος. Ἐκεῖ, ἀντὶ τοῦ, Ἐν τῷ τόπῳ, εἰς ὃν ἐπειγόμεθα. Δυναστείαν δὲ Θεοῦ νοοῦμεν, τὴν ἄπειρον καὶ ἀνυπόστατον δύναμιν. Δεσπόζει δὲ ὁ Θεὸς καὶ τοῦ παρόντος καὶ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος, ὡς ἀπέραντον ἔχων βασιλείαν. D

Οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ἐπὶ τὰ ἔθνη ἐπιβλέπουσιν. Ὡς μέλλοντος αὐτὰ κληρονομῆσαι, καὶ οἰκειώσασθαι διὰ πίστεως. Νόησον, Ἰουδαῖε, ὅτι μετέστησεν ἀπὸ σοῦ τὴν ἐπισκοπὴν αὐτοῦ.

Οἱ παραπικραίνοντες μὴ ὑψούσθωσαν ἐν ἑαυτοῖς. Λοιπὸν οἱ Ἰουδαῖοι, μὴ ἐπαιρέσθωσαν ἐν αὐτοῖς. Ἦγουν παρ' ἑαυτοῖς, ὡς μόνοι τῷ Θεῷ γινωσκόμενοι· τούτους γὰρ λέγει παραπικραίνοντας, ὡς ἀεὶ γογγύζοντας καὶ ἀντιλέγοντας· καὶ ἄλλοι

VERS. 4. *Omnis terra adoret te, et psallat tibi* Clarius atque apertius hic traditur gentium vocatio. Adorent autem primo, hoc est, tibi subjiciantur, et deinde psallant. Summa autem fiducia hæc fieri mandavit Propheta, veluti qui certus erat futuri judicii.

Psallant nomini tuo, Altissime. Simile est quod legimus in IV versiculo IX psalmi. Præ grandi autem lætitia, reminiscitur prodigiorum Dei, et psallere omnes jubet, ac redemptorem Deum laudare.

VERS. 5. *Venite et videte opera Dei.* Quæ ubique gentium operatus est, summa admiratione digna. Advocat autem universas gentes.

Quam terribilis in consiliis super filios hominum. Symmachus reddidit *in machinationibus*. Multum igitur terribilis in machinationbus eo quod magnis quibusdam artificiis utitur, quoties ei placuerit populum suum salvare : veluti ea sunt quæ adversus Ægyptios adinvenit, conatus atque astutias omnes humanas semper vincens. Antiqua deinde connumerat miracula.

VERS. 6. *Qui convertit mare in aridam.* Hoc factum est in mari Rubro, ut habetur in Exodo. Posuit autem tempus pro tempore. Nam dictio, *Convertit*, præsentis est temporis hic, ut ex Græca dictione perspicitur, et posita est pro præterito.

In flumine pertransibunt pede. Hoc vero accidit in Jordane cum transiret Arca : et tempus etiam hoc loco posuit pro tempore, *Pertransibunt*, pro Pertransierunt, majores nostri nimirum. *Pede* autem, hoc est, pedestres. Et dum pedestres incessisse eos dicit per flumen, per siccam eos ambulasse significat. Illorum autem miraculorum meminit, quæ in eo reditu facta sunt, putans gestarum illic rerum memoriam ad præsentem reditum in patriam pertinere, dum exemplo eorum, quæ tunc gesta sunt, faciliorem hunc reditum demonstrat. Symmachus vero hic tempus servavit, transtulit etenim, *Qui transmutavit mare in aridam* ; item : *Flumen pertransierunt.*

VERS. 7. *Ibi lætabuntur in ipso dominante, in potentatu suo sæculi.* Ibi, hoc est, in eo loco ad quem festinamus. Per potentatum vero Dei, divinam intelligit potentiam, veluti immensam, atque invictam. Dominatur autem Deus tam præsenti quam futuro sæculo, veluti is, cujus regnum infinitum est.

Oculi ejus in gentes respiciunt. Tanquam ad eos quos in hæreditatem est possessurus, et vindicaturus per fidem. Agnoscas igitur, o Judæe, quomodo protectionem et custodiam suam Deus a te avertit (et ad gentes transtulit).

Qui exasperant, non exaltentur in semetipsis. Quod reliquum est, inquit, Judæi in seipsis, hoc est, apud seipsos non eleventur, quasi soli ipsi sint, qui a Deo sint cogniti. Exacerbantes autem eos appellat, veluti qui semper murmurabant ad-

Variæ lectiones.

(25) Ad verbum : *Ea porro miracula quæ in eo reditu facta sunt in memoriam revocat Deo, ob reditum et ipsis propositum, ut ad illud exemplum præsentem ipsis reditum facilem sternat,*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

versus Deum, atque ei contradicebant. Similiter et alii prophetæ *exacerbantem domum* eos appellavere. Vel aliter, Judæi illi exacerbantes dici possunt (seu potius, ut Græca dictio magis proprie significat, amaricantes), qui Christo in cibum amarissimum fel dederunt, et acetum in potum. Ænigmatica autem, atque admodum obscura sunt hæc Prophetæ verba, ob eas rationes quas alibi prædiximus. Quicunque etiam fuerit fidelis, qui Deum sui custodem habeat, exacerbantes appellare potest tam ipsos dæmones, quam inimicas ac barbaras gentes.

A δὲ προφῆται, *οἶκον παραπικραίνοντα* τούτους ὠνόμασαν. Καὶ ἄλλως δὲ λέγοιντο ἂν παραπικραίνοντες, ὡς δεδωκότες εἰς τὸ βρῶμα τοῦ Χριστοῦ χολήν· καὶ εἰς τὴν δίψαν αὐτοῦ ποτίσαντες αὐτὸν ὄξος. Αἰνιγματώδη δὲ τὰ προφητικὰ καὶ ἀσαφῆ, δι' ἃς προέφημεν, αἰτίας· σὺ δὲ παραπικραίνοντας λέγε, καὶ τὰ βάρβαρα ἔθνη, καὶ τοὺς δαίμονας, ἔχων ἔφορον σεαυτοῦ τὸν Θεόν.

Vers. 8. *Benedicite, gentes, Deum nostrum.* Gentes dico, ad quas custodia et protectio Dei pertransivit.

Εὐλογεῖτε, ἔθνη, τὸν Θεὸν ἡμῶν. Ἔθνη ἐφ' ἃ μετέστη ἡ ἐπισκοπὴ τοῦ Θεοῦ.

Et auditam facite vocem laudis ejus. Hoc est majori voce extollite. Vel auditam facite vocem laudis iis hominibus, qui post vos futuri sunt.

Καὶ ἀκουτίσατε τὴν φωνὴν τῆς αἰνέσεως αὐτοῦ. Ἀκουστὴν ποιήσατε· τουτέστιν, ἐξάρατε μεγαλοφωνότερον· ἢ ἐνωτίσατε ταύτην εἰς τοὺς μεθ' ὑμᾶς.

Vers. 9. *Qui posuit animam meam ad vitam.* Per vitam libertatem intelligit, quoniam servitus, ut sapientes dicunt, morti similis est.

Et qui non dedit in fluctuationem pedes meos. Qui conversationem ac vitam meam a pietate ac religione ad impietatem perverti non permisit.

Τοῦ θεμένου τὴν ψυχήν μου εἰς ζωήν. Ἐπεὶ ἡ δουλεία θανάτῳ ἔοικεν, ὡς οἱ σοφοί φασι, ζωὴν λέγει νῦν, τὴν ἐλευθερίαν.

Καὶ μὴ δόντος εἰς σάλον τοὺς πόδας μου. Καὶ μὴ παραχωρήσαντος δοθῆναι εἰς παρατροπὴν εὐσεβείας τὴν πολιτείαν μου.

Vers. 10. *Quoniam probasti nos, Deus.* Hæc verba præstantissimis quibusdam sanctis accommodari possunt, quales fuere Daniel, et tres pueri, et alii hujusmodi. Deinde connumerat genera disciplinæ. Probasti nos, inquiunt, in tentationibus, hoc est, Exquisivisti quonam modo fidem ac patientiam haberemus.

Ὅτι ἐδοκίμασας ἡμᾶς, ὁ Θεός. Προηγουμένως (26) ἀπὸ τῶν ἐναρέτων ὁ λόγος, οἷον τοῦ Δανιὴλ καὶ τριῶν παίδων, καὶ τῶν τοιούτων. Καταλέγων τὰ εἴδη τῆς παιδείας· Ἐδοκίμασας ἡμᾶς, φησὶν, ἐν τοῖς πειρασμοῖς· τουτέστιν, Ἐξήτασας ὅπως ἔχωμεν πίστεως καὶ ὑπομονῆς.

C

Igne nos examinasti sicut examinatur argentum. Hoc propter caminum ignis dictum est, in quo fuerunt tres pueri. Possumus etiam per ignem, ipsam tribulationem atque calamitatum flammam intelligere.

Ἐπύρωσας ἡμᾶς καθὼς πυροῦται τὸ ἀργύριον. Τοῦτο διὰ τὴν ἐξαφθεῖσαν τοῖς τρισὶ παισὶ κάμινον· εἴη δ' ἂν πῦρ, καὶ ἡ φλὸξ τῶν θλίψεων.

Vers. 11. *Induxisti nos in laqueum.* Hoc propter lacum leonum dictum videtur, in quem Daniel immissus est: tametsi omne aliud afflictionis genus intelligi possit.

Εἰσήγαγες ἡμᾶς εἰς τὴν παγίδα. Τοῦτο, διὰ τὸν λάκκον τῶν λεόντων, εἰς ὃν ἐνεβλήθη ὁ Δανιήλ· εἴη δ' ἂν καὶ πᾶσα συνοχὴ κακώσεως.

Posuisti tribulationes in dorso nostro. Plagas nimirum et verbera, quibus premebamur. Verisimile est autem eos verberibus sæpe fuisse afflictos. Vel per tribulationes, omne calamitatum genus significat, per dorsum autem, totum hominem, veluti totum a parte.

Ἔθου θλίψεις ἐπὶ τὸν νῶτον ἡμῶν. Μάστιγας θλιβούσας. Εἰκὸς γὰρ αὐτοὺς καὶ τύπτεσθαι. Ἢ θλίψεις λέγει τὰ βάρη τῶν πειρασμῶν· (27) νώτους δὲ ἑαυτοὺς, ὡς ἀπὸ μέρους τὸ πᾶν.

D

Imposuisti homines super capita nostra. Subjecisti nos inimicis nostris, dedistique eis, ut conculcaremur. Metaphoricus enim sermo est. Olim namque reges qui aliquos devicerant, solebant in triumphis captivorum capita conculcare.

Ἐπεβίβασας ἀνθρώπους ἐπὶ τὰς κεφαλὰς ἡμῶν. Ὑπέταξας ἡμᾶς τοῖς ἐχθροῖς· πατεῖσθαι ἡμᾶς ἔδωκας. Μεταφορικὸς δὲ ὁ λόγος. Πάλαι γὰρ τῶν βασιλέων οἱ νικῶντες ἐχθροὺς, θριαμβεύοντες ἐπάτουν τὰς κεφαλὰς τῶν ἐζωγρημένων.

Vers. 12. *Transivimus per ignem et aquam.* Per ignem et aquam, varias calamitates intellige, et quia animam incendunt, et quia demergunt et suffocant. Illud quærendum videtur, cur Deum potius accusent Judæi, eique calamitatum suarum causam ascribant, potius quam Babyloniis a qui-

Διήλθομεν διὰ πυρὸς καὶ ὕδατος. Πῦρ καὶ ὕδωρ, νόει τὰς συμφοράς. Τοῦτο μὲν, ὡς ἐμπιμπρώσας τὴν ψυχήν· τοῦτο δὲ, ὡς ἐπικλυζούσας καὶ ἀποπνιγούσας. Ἄξιον δὲ ζητῆσαι πῶς, τῶν Βαβυλωνίων αὐτοὺς κακωσάντων, αὐτοὶ τὸν Θεὸν αἰτιῶνται μᾶλλον· *Ἐπύρωσας ἡμᾶς*, λέγοντες, *καὶ εἰσ-*

Variæ lectiones.

(26) An ἀπὸ pro περί.

(27) Græce *tentationum.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἡγαγες εἰς τὴν παγίδα, καὶ τὰ τοιαῦτα. Ἔστι δὲ λύσις τοῦ ζητήματος, ὅτι τὸν Θεὸν ἐγίνωσκον (28) αἴτιον, ὧν πεπόνθασι, παραχωρήσαντα τοῖς ἐχθροῖς, οὕτω χρήσασθαι τοῖς δούλοις αὐτοῦ.

bus afflicti fuerant. Deo etenim dicunt : *Igne nos examinasti ;* item : *Induxisti nos in laqueum*, et alia hujusmodi. Ad quod dicendum est illos Deo omnia hæc ascribere quia cognoscebant ab illo fuisse, ut inimici tanta potuissent adversus se ; permittit autem sæpenumero servos suos castigari.

Ἐξήγαγες ἡμᾶς εἰς ἀναψυχήν. Καὶ ὅμως ἐλεήσας ἡμᾶς, ἐξήγαγες εἰς ἀνάπαυσιν. Χρὴ δὲ γινώσκειν ὅτι τό· Ἐδοκίμασας ἡμᾶς, καὶ τὰ ἑξῆς, ἄχρι τοῦ Καὶ ἐξήγαγες ἡμᾶς εἰς ἀναψυχήν, προσώπῳ μάλιστα τῶν τοῦ Χριστοῦ μαρτύρων προηγορεύθη· καθώς φησι καὶ Παῦλος ὁ ἀπόστολος· ἐπεὶ καὶ πάντα κατὰ μέρος ὑπέστησαν.

Et eduxisti nos in refrigerium. Et tamen tu nostri misertus in refrigerium nos postea adduxisti. Illud etiam animadvertendum, quod verba illa : *Probasti nos*, et quæ sequuntur, usque ad illa : *Eduxisti nos*, ut Paulus docet [31], prædicta sunt ex persona martyrum Christi. Hæc etenim omnia Christi martyres divisim saltem sustinuerunt.

Εἰσελεύσομαι εἰς τὸν οἶκόν σου ἐν ὁλοκαυτώμασιν. Καθ' ἱστορίαν μὲν σαφὴς ὁ λόγος. Ἀναγωγικῶς δὲ οἶκος Θεοῦ ὁ οὐρανός· ὁλοκαυτώματα δὲ, αἱ ὁλοτελεῖς ἐργασίαι τῶν ἀρετῶν, ἃς θύουσι τῷ Θεῷ πάντες οἱ δίκαιοι.

VERS. 13, 14. *Introibimus in domum tuam in holocaustis.* Juxta historiam verba clara sunt, juxta anagogen domus Dei cœlum est. Holocausta autem perfectæ sunt operationes virtutum, quas justi ac sancti viri Deo sacrificant.

Ἀποδώσω τὰς εὐχάς μου, ἃς διέστειλε τὰ χείλη μου, καὶ ἐλάλησε τὸ στόμα μου ἐν τῇ θλίψει μου. Εὐχὰς καλεῖ νῦν τὰς ὑποσχέσεις· τὸ δὲ Ἐλάλησεν, ἑρμηνευτικόν ἐστι τοῦ Διέστειλεν.

Reddam tibi vota mea quæ distinxerunt labia mea, et locutum est os meum in tribulatione mea. Per vota promissiones intelligit. Quod vero ait : *Locutum est os meum*, declarando, dixit, priora illa verba : *Distinxerunt labia mea.*

Ὁλοκαυτώματα μεμυελωμένα ἀνοίσω σοι. Οὐχ ἁπλῶς ὁλοκαυτώματα : ἀλλὰ πίονα. Πίων δὲ ἐργασία ἀρετῆς ἡ ἐξαίρετος.

VERS. 15. *Holocausta medullata offeram tibi.* Non simpliciter dixit holocausta, sed pinguia. Est autem pinguis illa virtutis operatio, quæ excellens est, et præ omnibus præcipua.

Μετὰ θυμιάματος καὶ κριῶν ἀνοίσω σοι βόας μετὰ χιμάρων. Κατὰ μὲν τὴν ἱστορίαν, ὡς εἴρηται, δῆλα τὰ εἴδη τῶν θυσιῶν. Πάντα γὰρ τὰ ῥηθέντα προσεφέρετο. Κατὰ δὲ τὸν λόγον τῆς ἀναγωγῆς, εἶεν ἂν θυμιάματα μὲν, ἡ ἀποπνέουσα τῆς καθαρᾶς ψυχῆς εὐωδία· κριοὶ δὲ, οἱ ἡγεμονικοὶ τῆς ψυχῆς λογισμοὶ, κερατίζοντες τὰ πάθη· βόες δὲ, αἱ ἐνέργειαι τοῦ σώματος. Γῆς μὲν γὰρ ἐργάτης ὁ βοῦς· ἐκ γῆς δὲ τὸ σῶμα, καὶ περὶ γῆν ἐνεργεῖ· χίμαροι δὲ, αἱ ὑπὲρ ἁμαρτιῶν δεήσεις. Πάλαι γὰρ ὁ χίμαρος ὑπὲρ ἁμαρτιῶν ἐθύετο. Λέγει τοίνυν ὅτι Πάντα ταῦτα ἀνοίσω σοι, ἀπαλλάξαντί με τῆς δουλείας τῶν ἐχθρῶν.

Cum incenso arietum offeram tibi boves cum hircis. Juxta historiam quidem, ut alibi diximus, manifesta sunt sacrificiorum genera. Offerebantur enim omnia quæ hic commemorantur, in sacrificiis. Juxta anagogen vero, incensum dici potest, bonus ille odor, qui ab anima munda ac pura spirat : Arietes vero, principaliores animæ cogitationes, quæ veluti cornu quodam carnales feriunt pssiones; et boves, ipsius corporis operationes. Est enim bos terræ operator, et hominis corpus e terra creatum est, et terram colit. Per hircos autem supplicationes intelligimus pro peccatis, quoniam pro peccatis hirci olim immolabantur. Omnia hæc, inquit, tibi offeram, ubi me ab inimicorum servitute liberaveris.

Δεῦτε, ἀκούσατε, καὶ διηγήσομαι, πάντες οἱ φοβούμενοι τὸν Θεὸν, ὅσα ἐποίησε τῇ ψυχῇ μου. Καθ' ὑπερβατὸν ἡ τῶν ῥητῶν τούτων σύνταξις, ἵνα εἴη τοιαύτη· Δεῦτε, ἀκούσατε, πάντες οἱ φοβούμενοι τὸν Θεὸν, καὶ διηγήσομαι ὑμῖν ὅσα ἐποίησε τῇ ψυχῇ μου· οἷον, ὁπόσα ἐποίησέ μοι καλά. Εἶτα διέξεισι, πῶς εὐεργετήθη.

VERS. 16. *Venite, audite, et narrabo vobis, omnes, qui timetis Deum, quanta fecit animæ meæ.* Ordo hujus versiculi fit per hyperbaton, ut sit sensus : Venite, et audite omnes, qui timetis Deum : et narrabo vobis quanta fecit animæ meæ, hoc est, quanta fecerit mihi; vel per se simpliciter legendum est : Quæcunque fecit animæ meæ, hoc est, quæcunque fecit mihi bona ; deinde narrat, quomodo hæc sibi præstiterit beneficia.

Πρὸς αὐτὸν τῷ στόματί μου ἐκέκραξα, καὶ ὑψωσα ὑπὸ τὴν γλῶσσάν μου. Ὕψωσα δηλονότι τὴν φωνήν μου, καλοῦσαν αὐτὸν εἰς ἀντίληψιν. Παρα-

VERS. 17. *Ad ipsum ore meo clamavi, et exaltavi sub lingua mea.* Exaltavi, inquit, linguam meam, invocando illum mihi in auxilium. Observandum

[31] Hebr. xi, 39.

Variæ lectiones.

(28) Græce unico et continuo sensu : *Quod intelligebant eorum quæ passi essent auctorem esse Deum, qui dedisset inimicis tantopere servis suis abuti posse.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

vero est, quod præpositio, *sub*, posita est pro præpositione *in*, ac si diceret : In lingua mea ; et simile est, quod alibi legimus : *Sub lingua ejus labor et dolor* [33]; item : *Venenum aspidum sub labiis eorum* [34].

A τηρητέον δὲ τὴν ὑπὸ πρόθεσιν, ἀντὶ τῆς ἐν πάντως κειμένην, οἷον Ἐν τῇ γλώσσῃ μου · τοιοῦτόν ἐστι καὶ τό · Ὑπὸ τὴν γλῶσσαν αὐτοῦ κόπος καὶ πόνος · καὶ τό · Ἰὸς ἀσπίδων ὑπὸ τὰ χείλη σου, καὶ τὰ τοιαῦτα.

Vers. 18. *Injustitiam si aspexi in corde meo, non exaudiat me Dominus.* Quando, inquit, Deum rogabam, injustum tunc aut iniquum quippiam in corde meo non considerabam, sermonique suo Propheta fidem faciens, per imprecationem, ait : Si hujusmodi alicujus rei mihi fui conscius, nunquam me imposterum Deus exaudiat, quando eum invocabo.

Ἀδικίαν εἰ ἐθεώρουν ἐν καρδίᾳ μου, μὴ εἰσακουσάτω Κύριος. Ὅτι δὲ, φησὶ, τοῦτον παρεκάλουν, οὐκ ἐθεώρουν ἐν τῇ καρδίᾳ μου, κακίαν τινά · καὶ πιστοῦται τὸν λόγον ἐπαρώμενος, ὅτι, Εἰ συνεγίνωσκον αὐτῇ τοιοῦτόν τι, μὴ εἰσακουσάτω μου Κύριος τοῦ λοιποῦ, ὁσάκις ἂν αὐτὸν ἐπικαλέσωμαι.

Vers. 19. *Propterea exaudivit me Deus.* Quoniam scilicet puro ac mundo corde ei preces obtuli. Si aliquid ab eo igitur consecuturi sumus, munda nos cum conscientia oportet ad eum supplicantes accedere.

B

Διὰ τοῦτο εἰσήκουσέ μου ὁ Θεός. Διότι μετὰ καθαρᾶς καρδίας ἐδεόμην. Χρὴ δὲ καὶ ἡμᾶς, εἰ μέλλοιμεν ἐπιτυγχάνειν (29), μετὰ καθαροῦ συνειδότος παρακαλεῖν τὸν Θεόν

Intendit voci orationis meæ. Simile est quod legimus in tertio versiculo quinti psalmi.

Προσέσχε τῇ φωνῇ τῆς δεήσεώς μου. Ὅμοιόν ἐστι τῷ τρίτῳ στίχῳ τοῦ πέμπτου ψαλμοῦ.

Vers. 20. *Benedictus Deus qui non amovit orationem meam.* A se, inquam, eam non amovit.

Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς, ὃς οὐκ ἀπέστησε τὴν προσευχήν μου. Ἀφ' ἑαυτοῦ δηλονότι.

Et misericordiam suam a me. A communi sensu sumendum est verbum : *Non amovit.*

Καὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἀπ' ἐμοῦ. Ἀπὸ κοινοῦ κἀνταῦθα, τὸ, Ὃς οὐκ ἀπέστησεν.

In finem in hymnis Psalmus Cantici ipsi David.

Εἰς τὸ τέλος ἐν ὕμνοις Ψαλμὸς ᾠδῆς τῷ Δαβίδ.

PSALMUS LXVI.

ΨΑΛΜΟΣ ΞϚ'.

In finem inscribitur, quoniam Dei Verbi incarnationem prædicit, ad cujus finem respicere lectorem jubet : *in hymnis* vero, quia laudandum illum esse admonet. Quid autem sit *psalmus cantici*, diximus in proœmio operis.

C

Ἐς τὸ τέλος μὲν, ὅτι προκηρύττει τοῦ Λόγου καὶ Θεοῦ τὴν ἐνανθρώπησιν · ἧς τινος εἰς τὸ τέλος ἀφορᾷν ὑποτίθεται τοὺς ἐντυγχάνοντας. Ἐν ὕμνοις δὲ, ὅτι καὶ ὑμνεῖν αὐτὸν παρακελεύεται · τὸ δὲ Ψαλμὸς ᾠδῆς προηρμηνεύσαμεν ἐν τῷ προοιμίῳ τῆς παρούσης βίβλου.

Vers. 2. *Deus misereatur nostri, et benedicat nobis.* Prævidens Propheta divinæ incarnationis mysterium, adimpleri supplicat, quod prævidet. Et primo quidem Deum petit ; ut humanæ misereatur naturæ, quæ sub sæva dæmonis detinebatur tyrannide : deinde benedici etiam, hoc est, sanctificari eam rogat. Quid autem sit benedicere, vide in quinto versiculo psalmi xx.

Ὁ Θεὸς οἰκτειρήσαι ἡμᾶς, καὶ εὐλογήσαι ἡμᾶς. Προεγνωκὼς τὸ τῆς θείας ἀνανθρωπήσεως μυστήριον, εὔχεται πληρωθῆναι ταύτην · καὶ πρῶτον μὲν οἰκτειρηθῆναι τὴν τῶν ἀνθρώπων φύσιν, πικρῶς τυραννουμένην ὑπὸ τοῦ διαβόλου. Εἶτα εὐλογηθῆναι, εἴτουν ἁγιασθῆναι. Ζήτει δὲ τὰ σημαινόμενα τῆς εὐλογίας ἐν τῇ ἐξηγήσει τοῦ ε' στίχου τοῦ εἰκοστοῦ ψαλμοῦ.

Appareat vultus ejus super nos. Vultus seu facies Patris, Filius est. *Qui vidit* enim, inquit, *me, vidit et Patrem meum* [35]. Optantis igitur in morem Propheta ait : *Appareat vultus ejus*, hoc est, utinam D illuceat nobis vultus Patris, ipse scilicet Filius, sua nimirum incarnatione : et super nos illuceat, qui in terra sumus. Vel, *Vultus ejus*, hoc est, vultus Christi secundum carnem : ipse videlicet Christus nobis illuceat.

Ἐπιφάναι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς. Πρόσωπον τοῦ Πατρὸς, ὁ Υἱός · Ὁ ἑωρακὼς γὰρ, φησὶν, ἐμὲ, ἑώρακεν τὸν Πατέρα. Εὐκτικῶς οὖν φησιν, Ἐπιφάναι · τουτέστιν, Ἐπιφανείη τὸ πρόσωπον τοῦ Πατρὸς, εἴτουν ὁ Υἱὸς, ἐφ' ἡμᾶς τοὺς ἐπὶ γῆς, διὰ σαρκώσεως. Ἢ καὶ τοῦ Χριστοῦ τὸ κατὰ σάρκα πρόσωπον, ὅ ἐστιν αὐτὸς κατὰ περίφρασιν.

Et misereatur nostri. Bis Deum rogat ut sui misereatur ; veluti optatæ rei valde cupidus.

Καὶ ἐλεήσαι ἡμᾶς. Ταὐτὸν τὸ οἰκτειρήσαι τῷ ἐλεήσαι (30) · διὸ οὖν τόδε λέγει, γλιχόμενος τυχεῖν, οὗ ἐζήτει.

Vers. 3. *Ut cognoscant in terra viam tuam.* Hoc, inquit, atque illud fieri opto, ut homines qui in

Τοῦ γνῶναι ἐν τῇ γῇ τὴν ὁδόν σου. Εἴη, φησὶ, τόδε, καὶ τόδε ἐπὶ τῷ γνῶναι τοὺς ἐν τῇ γῇ, τὴν

[33] Psal. x, 17. [34] Psal. cxxxix, 3 ; 139, 4. [35] Joan. xiv, 9.

Variæ lectiones.

(29) Videtur subaudiendum τινός.

(30) *Idem est* enim οἰκτειρήσαι *ac* ἐλεήσαι, ut est in textu. Quod consulto omisit interpres.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ὁδὸν τῆς πολιτείας σου, ἣν αὐτὸς βαδίσας, ὑποδείξεις τοῖς μαθηταῖς.

Ἐν πᾶσιν ἔθνεσιν τὸ σωτήριόν σου. Καὶ τοὺς ἐν πᾶσιν ἔθνεσιν ἀνθρώπους (31) τὴν δι' ἡμᾶς ἐνανθρώπησίν σου. Ταύτην γὰρ καλεῖ σωτήριον, ὅτι δι' αὐτῆς σωζόμεθα· λείπει δὲ ἐν τοῖς ἔθνεσι τὸ ἄρθρον· ὥσπερ καὶ ἐν τῷ ὄπισθεν στίχῳ, λείπει τὸ ἄρθρον, τῇ γῇ (32).

Ἐξομολογησάσθωσάν σοι λαοί, ὁ Θεός, ἐξομολογησάσθωσάν σοι λαοὶ πάντες. Λαοὶ μὲν ἁπλῶς οἱ ἐκ περιτομῆς· λαοὶ δὲ πάντες οἱ ἐξ ἐθνῶν, ὡς πλείους ἐκ πολλῶν γενῶν. *Ἐξομολογησάσθωσάν σοι* δέ, ἀντὶ τοῦ Εὐχαριστείτωσαν, καὶ ὑμνείτωσαν, ὧν ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ ἐνανθρώπησεις.

Εὐφρανθήτωσαν καὶ ἀγαλλιάσθωσαν ἔθνη. Ταῦτα σαφῆ. Περὶ γὰρ τῆς εὐφροσύνης καὶ ἀγαλλιάσεως, διαφόρως προειρήκαμεν. Εἶτα ἐπάγει καὶ τὴν αὐτὴν αἰτίαν τῆς χαρᾶς.

Ὅτι κρινεῖς λαοὺς ἐν εὐθύτητι, καὶ ἔθνη ἐν τῇ γῇ ὁδηγήσεις. Διότι κατακρινεῖς μὲν δικαίως τοὺς Ἰουδαίους, τοὺς ποτὲ λαούς σου, οἷα μὴ παραδεξαμένους σε. Ὁδηγήσεις δὲ ἐν τῇ γῇ ὢν τὰ ἔθνη. Ἢ τὰ ἔθνη τὰ ἐν τῇ γῇ, κατ' ἔλλειψιν ἄρθρου δευτέρου.

Ἐξομολογησάσθωσάν σοι λαοί, ὁ Θεός, ἐξομολογησάσθωσάν σοι λαοὶ πάντες. Τὰ αὐτὰ πάλιν ἐπανέλαβεν, ἐπιταχύνων τοὺς λαοὺς καὶ προθυμοτέρους ἀπεργαζόμενος.

Γῆ ἔδωκε τὸν καρπὸν αὐτῆς. Τῶν ἀνθρώπων εὐλογηθέντων, καὶ ἡ γῆ δαψιλῶς ἐκαρποφόρησεν. Ἢ γῆς καρπὸν λέγει τοὺς ἐκ γῆς μὲν φῦντας ἀνθρώπους, τῷ Θεῷ δὲ καρποφορηθέντας διὰ θλίψεως ἢ ἀσκήσεως· ἢ αὐτὸν τὸν Χριστόν.

Εὐλογήσαι ἡμᾶς ὁ Θεός, ὁ Θεὸς ἡμῶν, εὐλογήσαι ἡμᾶς ὁ Θεός. Γράφεται καὶ οὕτως· *Εὐλογήσαι ἡμᾶς ὁ Θεός, εὐλογήσαι ἡμᾶς ὁ Θεός, εὐλογήσαι ἡμᾶς, ὁ Θεός.* Ὅρα παραγυμνούμενον τὸ τῆς ἁγίας Τριάδος μυστήριον, τῷ τριπλασμῷ τοῦ Θεὸς, καὶ Θεὸς, καὶ Θεός.

Καὶ φοβηθήτωσαν αὐτὸν πάντα τὰ πέρατα τῆς γῆς. Διὰ μὲν τοῦ τριπλασμοῦ τὸ τρισυπόστατον ἐνέφηνε· διὰ δὲ τοῦ εἰπεῖν ἐνικῶς *αὐτὸν*, τὸ ἑνιαῖον τῆς Θεότητος. Εἰ γὰρ καὶ Θεὸς ἕκαστον τῶν τριῶν προσώπων, ἀλλ' εἷς Θεὸς λέγεται τρισυπόστατος.

Εἰς τὸ τέλος τῷ Δαβὶδ ψαλμὸς ᾠδῆς.

ΨΑΛΜΟΣ ΞΖ'.

Εἰς τὸ τέλος μέν, ὅτι καὶ οὗτος προαναχηρύττει τοῦ Σωτῆρος τὴν ἐπιφάνειαν ἐκδηλότερον, καὶ τὴν

terra sunt, cognoscant viam vitæ, ac conversationis tuæ, per quam tu ambulasti, et quam tu ostendisti discipulis.

In omnibus gentibus salutare tuum. Atque ut homines, inquit, in omnibus gentibus cognoscant incarnationem tuam, quæ propter nos facta est. Hanc etenim salutare appellat, quia propter eam salvamur.

Vers. 4. *Confiteantur tibi populi, Deus, confiteantur tibi populi omnes.* Populi quidem simpliciter dicti, ii intelligendi sunt, qui ex circumcisione : populi autem omnes, ii qui ex gentibus credidere, veluti plures ex multis nationibus congregati. *Confiteantur* autem, hoc est, Gratias agant, et laudent, quod propter eorum salutem humanam carnem assumpturus es.

Vers. 5. *Lætentur, et exsultent gentes.* Hæc clara sunt. De lætitia autem, et exsultatione, plerumque alibi diximus. Deinde causam lætitiæ addit.

Quoniam judicabis populos in rectitudine, et gentes in terra diriges. Quoniam Judæos, qui olim populi tui fuerunt, juste judicabis : eo quod te non susceperint. Et exsistens in terra, diriges gentes ad semitam virtutum. Vel, diriges gentes, quæ in terra sunt, omisso articulo.

Vers. 6. *Confiteantur tibi populi, Deus, confiteantur tibi populi omnes.* Eamdem rursus sententiam repetit, ut celeres populos faciat, et promptiores eos reddat.

Terra dedit fructum suum. Hominibus etenim a Deo benedictis, terra abunde fructificavit. Vel fructum terræ homines appellat, qui e terra nati sunt, quique per tribulationes, et virtutum exercitationes Deo in fructum dati sunt. Vel per fructum, ipsum Christum intelligit.

Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus. Scribitur etiam hoc modo : *Benedicat nos Deus, benedicat nos Deus, benedicat nos Deus.* Vide apertum ac denudatum sanctissimæ Trinitatis mysterium, hac triplicatione : Deus, Deus, Deus.

Et metuant eum omnes fines terræ. Ea triplicatione quidem, ut diximus, tres expressit Personas, singulari autem sermone, *eum*, non *eos* adorari jubens, divinitatis unitatem significavit. Nam et si unaquæque Personarum Deus sit, omnes tamen Personæ non tres dii, sed unus esse Deus dicuntur.

In finem psalmus cantici ipsi David.

PSALMUS LXVII.

In finem quidem inscribitur, quia Salvatoris adventum, et dæmonum destructionem manifestius

Variæ lectiones.

(31) Supple γνῶναι.

(32) Hic quoque vertenda non duxit interpres nonnulla quæ nisi ab iis qui Græce sciunt, intelligi non possunt. *Drest autem dictioni* ἐν τοῖς ἔθνεσιν *articulus, ut et in superiore versiculo dictioni* ἐν τῇ γῇ (utrobique τούς).

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

prænuntiat, quid autem sit *Psalmus cantici*, jam alibi diximus.

A κατάλυσιν τῶν δαιμόνων. Τί δ' ἐστὶ Ψαλμὸς ᾠδῆς προείρηται.

Vers. 2. *Exsurgat Deus, et dissipentur inimici ejus.* Cum dæmones in humanum genus tyrannidem exercerent, nec homo aliquis, nec angelus captivis hominibus opem ferret, vocat Propheta in auxilium ipsum omnium Creatorem, rogans eum ut celeriter exsurgat. Surrectionem autem in Deo sane et digne Deo intelliges, motum quemdam esse ad delinquentium vindictam. Et licet verbum, *exsurgat*, imperativi sit modi (ut ex Græca lectione aperte dignoscitur), sensum optantis habet hoc in loco : et simili modo alia sequentia verba, quemadmodum et multis aliis in locis reperitur, ubi etiam diximus. Inimici autem Dei, proprie dæmones sunt, veluti rebelles, ac Deo adversantes.

Ἀναστήτω ὁ Θεὸς καὶ διασκορπισθήτωσαν οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ. Τῶν δαιμόνων τυραννούντων, καὶ μήτε ἀγγέλου, μήτε ἀνθρώπου βοηθοῦντος τοῖς καταδουλωθεῖσιν, αὐτὸν τὸν Πλάστην τῶν τυραννουμένων καλεῖ πρὸς ἄμυναν. Ἀνάστασιν δὲ θεοπρεπῶς νοήσεις τὴν κίνησιν εἰς ἐκδίκησιν. Εἰ δὲ καὶ προστακτικῶς ἐσχημάτισται τὸ, Ἀναστήτω, καὶ τὰ ἑξῆς, ἀλλ' εὐκτικοῦ λόγου σημασίαν ἔχουσιν, ὡς ἐν ἄλλοις εἰρήκαμεν. Ἐχθροὶ δὲ τοῦ Θεοῦ κυρίως οἱ δαίμονες, ὡς ἀποστάται καὶ ἀντικείμενοι.

Et fugiant, qui oderunt eum a facie ejus. Fugiant a præsentia et conspectu Dei, illius vultum in carne ferre nequeuntes. Quod etiam reipsa accidisse videmus : cum sicubi Christus coleretur, illius adeo præsentiam fugerent dæmones, ut retro nunquam converterentur.

B Καὶ φυγέτωσαν ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ οἱ μισοῦντες αὐτόν. Ἀπὸ τῆς ἐπιφανείας αὐτοῦ μὴ φέροντες τὴν διὰ σαρκὸς αὐτοῦ παρουσίαν. Ἔνθα γὰρ παρείη, ἐδραπέτευον ἀμεταστρεπτί.

Vers. 3. *Sicut deficit fumus, deficiant.* Quemadmodum deficit fumus spirante vento, ita etiam hi dæmones deficiant, impulsi nimirum ac dissipati a sancto Spiritu.

Ὡς ἐκλείπει καπνὸς, ἐκλειπέτωσαν. Ὥσπερ ὁ καπνὸς ἐκλείπει τῷ πνεύματι τοῦ ἀνέμου, οὕτω καὶ οὗτοι τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ ἐλαυνόμενοί τε καὶ σκεδαννύμενοι.

Sicut liquefit cera a facie ignis, sic pereant peccatores a facie Dei. Quemadmodum, inquit, aspectu ignis cera liquescit, ita dæmones a conspectu Christi qui ignis est consumens [35] improbitatem, defluentes evanescant. Et quod ait : *Pereant*, non ideo dixit, quia prorsus delendi sint dæmones, C ita, ut amplius nulli sint, sed quia in eisdem amplius locis non regnabunt. Eosdem etiam dæmones Propheta peccatores appellat, quia et primi omnium in Deum peccarunt, et quia peccatorum inventores merito dici possunt et magistri.

Ὡς τήκεται κηρὸς ἀπὸ προσώπου πυρὸς, οὕτως ἀπολοῦνται οἱ ἁμαρτωλοὶ ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ. Ὥσπερ ὁ κηρὸς τήκεται τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ πυρὸς, οὕτως οὗτοι τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ Χριστοῦ, ὃς προσαγορεύεται πῦρ καταναλίσκον τὴν μοχθηρίαν, ταχήσονται ὑποῤῥέοντες· τὸ δὲ Ἀπολοῦνται, οὐ τὴν εἰς τὸ μὴ ὂν ὅλως, αὐτῶν ἀφάνειαν βούλεται σημαίνειν, ἀλλὰ τὴν εἰς τὸ μὴ εἶναι ἐν τοῖς τόποις ἐκείνοις ἔτι. Ἁμαρτωλοὶ δὲ οἱ δαίμονες, ὡς πρῶτοι ἁμαρτήσαντες, καὶ τῆς ἁμαρτίας εὑρεταὶ, καὶ διδάσκαλοι.

Vers. 4. *Et justi lætentur.* Per justos, eos intelligit, qui per fidem in Christum erant justificandi. Hi igitur destructa dæmonum tyrannide lætentur.

Καὶ οἱ δίκαιοι εὐφραν θήσονται. Καὶ λοιπὸν οἱ δικαιωθέντες διὰ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως, καταλυθείσης τῆς τυραννίδος τῶν δαιμόνων, εὐφρανθήτωσαν.

Exsultent in conspectu Dei et delectentur in lætitia. In conspectu Dei, qui eos nimirum protegit, et custodit, juxta illud : *Oculi Domini super justos* [36]. Verba autem *Exsultent*, *delectentur*, et *lætentur*, idem significant : conjuncta tamen summam gaudii indicant intensionem. D

Ἀγαλλιάσθωσαν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ· τερφθήτωσαν ἐν εὐφροσύνῃ. Ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ ἐπισκοποῦντός αὐτοὺς ἀεί· Ὀφθαλμοὶ γὰρ, φησὶ, Κυρίου ἐπὶ δικαίους. Τὸ δὲ Εὐφραν θήτωσαν καὶ Ἀγαλλιάσθωσαν καὶ Τερφθήτωσαν ἐν εὐφροσύνῃ ταὐτὸν σημαίνοντα, τὴν ἐπίτασιν τῆς χαρᾶς ἐμφαίνουσιν.

Vers. 5. *Cantate Deo.* Vos, qui hujusmodi gaudio digni facti estis.

Ἄσατε τῷ Θεῷ. Οἱ τῆς τοιαύτης χαρᾶς ἀξιούμενοι.

Psallite nomini ejus. Hoc declaravimus in tertio versiculo VIII psalmi.

Ψάλατε τῷ ὀνόματι αὐτοῦ. Περὶ τούτου προείρηται ἡμῖν ἐν τῷ γ' στίχῳ τοῦ ψαλμοῦ η'.

Iter facite ei, qui ascendit super occasus, Dominus nomen illi. Ad apostolos est sermo, quo jubentur ut ad gentes excurrant, et viam animarum, ipsarum scilicet gentium, per prædicationem advenienti Christo præparent. Simile illud est, quod apud Isaiam ex persona Præcursoris dictum legimus : *Parate viam Domino* [37]. Viam, inquit,

Ὁδοποιήσατε τῷ ἐπιβεβηκότι ἐπὶ δυσμῶν Κύριος ὄνομα αὐτῷ. Πρὸς τοὺς ἀποστόλους οὗτος ὁ λόγος, κελεύων δραμεῖν εἰς τὰ ἔθνη, καὶ τὴν ὁδὸν τῶν ψυχῶν αὐτῶν εὐτρεπίσαι, τῇ ἐπιδημίᾳ τοῦ Χριστοῦ, διὰ τοῦ κηρύγματος. Τοῦτο δὲ ἴσον ἐστὶ τῷ Ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου. Ὁδοποιήσατε, φησὶ, τῷ Χριστῷ, πᾶν σκῶλον ἐξάραντες. Τῷ ἐπιβεβηκότι

[35] Deut. IV, 24 ; Hebr. XII, 29. [36] Psal. XXXIII, 16. [37] Isa. XL, 3 ; Matth. III, 3.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

δὲ εἶπεν ἐπὶ *δυσμῶν*, διότι φῶς ὢν ἀπρόσιτον, καὶ Ἥλιος δικαιοσύνης, ἐπέβη τῶν ψυχῶν τῶν ἀνθρώπων, ἐνοικήσας αὐταῖς· διὰ πίστεως· αἱ δυσμοὶ ἦσαν, ἤτοι νύκτες, διὰ τὸ ἀλαμπὲς καὶ τὸν ζόφον τῆς πλάνης τὸν πάλαι κατακεχυμένον αὐτῶν. Ἢ δυσμὸς ὁ κόσμος, κατά· *Τὸ φῶς ἐν τῇ σκοτίᾳ φαίνει*· εἶτα λέγει, καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ· ὅτι Κύριος πάντων ἁπλῶς, ὅ ἐστι Θεός.

A Christo facite, omne impedimentum ex ea, atque offendiculum auferentes. Ascendere autem eum dixit super occasus, quia cum inaccessibilis lux sit, et Sol justitiæ, super hominum animas ascendit, et per fidem in his animabus habitavit, quæ antea occasus, hoc est noctes merito dici poterant, propter obscuritatem atque caliginem erroris, quo olim circumfusæ detinebantur. Vel, occasus dixit. pro universo mundo, juxta illud : *Et lux in tenebris lucet* (*et tenebræ eam non comprehenderunt* [34]. Tenebras etenim illic evangelista universum orbem, hoc est, universos mundi homines appellavit); deinde etiam illius nomen dicit, quod scilicet Dominus omnium ac Deus est ille, qui ascendit, ut diximus.

Καὶ ἀγαλλιᾶσθε ἐνώπιον αὐτοῦ. Τοῦτο μικρὸν ἀνωτέρω τῷ ἑβδόμῳ στίχῳ συνδιερμηνεύεται.

Vers. 6. *Et exsultate in conspectu ejus.* Hoc paulo superius in tertio versiculo exposuimus.

Ταραχθήτωσαν ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ. Τοῦτο πάλιν τῷ δευτέρῳ στίχῳ.

B *Turbentur a facie ejus.* Quod ait, *A facie ejus*, exposuimus superius in secundo versiculo.

Τοῦ πατρὸς τῶν ὀρφανῶν καὶ κριτοῦ τῶν χηρῶν (33). Διὰ πρώτου κώλου, τὸ κηδεμονικὸν αὐτοῦ παρέστησε, διὰ δὲ τοῦ δευτέρου στίχου, τὸ δικαστικόν· ὅτι καὶ κηδεμών ἐστι τῶν ἀπροστατεύτων, καὶ κριτὴς τῶν ἀδικουμένων. Ἢ ὀρφανοὺς καὶ χήρας καλεῖ τοὺς ἐξ ἐθνῶν πιστεύσαντας· τὸ μὲν ὡς ἀποβεβληκότας τὸν πάλαι πατέρα αὐτῶν διάβολον· τὸ δὲ ὡς χηρωθέντας τοῦ αὐτοῦ πάλιν, ὃν εἶχον καὶ νυμφίον, ὡς προσκολληθέντες αὐτῷ. Μετὰ δὲ τὸ κήρυγμα πατέρα καὶ νυμφίον ἀντέλαβον τὸν Θεόν· πατέρα μὲν ὡς κηδεμόνα· νυμφίον δὲ, ὡς συναφθέντες αὐτῷ διὰ πίστεως.

Patris orphanorum ac judicis viduarum. Patris et judicis appellatione, et summam illum Providentiam, et curam habere demonstravit, et judicandi insuper potestatem exercere. Nam et curam eorum habet Deus, qui omni videntur ope destituti, et judex etiam eorum est, qui per alicujus injuriam opprimuntur. Orphanos præterea, ac viduas eos appellat, qui ex gentibus crediderunt, alterum quidem, eo quod patrem olim suum, diabolum videlicet, abjecerunt; alterum vero, quia fideles animæ, quæ crediderunt, ipso prorsus viduatæ sunt diabolo, quem antea sponsum habebant, et cui adhæserant. Quippe cum post prædicationem et baptisma, (alium) patrem (aliumque) sponsum, (loco priorum) receperint (ipsum nimirum) Deum, quem in patrem quidem acceperunt veluti curatorem, et providentiam necessariorum omnium habentem, atque in sponsum, cui ut castæ virgines conjungantur per fidem.

Ὁ Θεὸς ἐν τόπῳ ἁγίῳ αὐτοῦ. Ἐν τῷ οὐρανῷ· λείπει δὲ, τὸ *ἔστιν*. Εἰρηκὼς γὰρ *Ἀναστήτω ὁ Θεὸς, καὶ ὁδοποιησάτω τῷ ἐπιβεβηκότι ἐπὶ δυσμῶν*, ἀναγκαίως ἐπήγαγεν· *Ὁ Θεὸς ἐν τόπῳ ἁγίῳ αὐτοῦ*· διδάσκων ὅτι ἐν τῷ οὐρανῷ, ὅς ἐστιν ἅγιος τόπος αὐτοῦ, ἀνίσταται καὶ πρὸς ἄμυναν, καὶ ἐπιβαίνει ἐπὶ δυσμῶν, καὶ ἃ βούλεται οἰκονομεῖ· οὐ μεταβάσει τοπικῇ χρώμενος· ἀπερίγραπτος γάρ ἐστι. Τοιοῦτο δέ ἐστι καὶ τό· *Οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς, ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ.* Κάτω γὰρ πολιτευόμενος, καὶ ἐν τῷ οὐρανῷ, ἀχώριστος ἦν τοῦ Πατρός. Εἰ δ' ἂν ἅγιος τόπος Θεοῦ, καὶ ἡ Ἐκκλησία τῶν πιστῶν, καὶ πᾶς θεοφιλής.

C *Deus in loco sancto suo.* In cœlo nimirum, et subintelligitur, verbum, *est*. Nam cum dixerit : *Exsurgat Deus :* item : *Iter facite ei qui ascendit super occasus*, necessario subdidit : *Deus in loco sancto suo*, ut doceret, quod ille Deus, qui existit in cœlo, ubi locum sanctum suum esse dicimus, idem ille est, qui exsurgit in auxilium, et qui ascendit super occasus, et qui administrat quæcunque ei grata sunt, nulla utens loci mutatione, nullo transitu. Est etenim incircumscriptus Deus. Simile etiam illud est : *Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, Filius hominis, qui est in cœlo* [35]. In terra etenim conversans Dei Filius, in cœlo erat indivisus a Patre. Dicitur etiam locus sanctus Ecclesia fidelium, et quilibet fidelis vir religiosus, ac Deo gratus.

Ὁ Θεὸς κατοικίζει μονοτρόπους ἐν οἴκῳ. Μονοτρόπους φησὶ τοὺς δικαίους· ὡς μηδεμίαν διπλόην πονηρίας ἔχοντας, μὴ δ' ἐπιπλοκὴν κακίας, ἀλλ' ἕνα σκοπὸν τὴν θεραπείαν τοῦ Θεοῦ μεταδιώκοντας· οὓς καὶ κατοικίζει ἐν οἰκίᾳ περὶ ἧς εἴρηκε Παῦλος, ὅτι *Οἰκοδομὴν ἐκ Θεοῦ ἔχομεν, οἰκίαν ἀχειροποίητον,*

D

Vers. 7. *Deus habitare facit unius moris homines in domo.* Unius moris homines eos esse intellige, qui justi sunt ac virtute præditi, veluti omni prorsus malitiæ duplicitate, ac doli complicatione carentes, uni tantum rei, hoc est, divino cultui incumbentes. Hos etenim homines Deus in ea domo

[34] Joan. I, 5. [35] Joan. III, 13.

Variæ lectiones

(33) Ad verbum : *Priore membro ejus providentiam, altero judicandi potestatem demonstrat.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

habitare facit, de qua Apostolus Paulus dicit : quod *habitationem ex Deo habemus non manu factam, æternam in cælis* [40]. Symmachus vero pro hominibus, quos unius moris esse dixit Propheta, seu unanimes, *monachos* reddidit, quasi ab omni mundano negotio prorsus segregatos, ac solitarios : quosque singulariter Deus habitare facit in parvis domiciliis. Et juxta hunc sensum prædicare videtur Propheta anachoretarum vitam.

A *ἐν τοῖς οὐρανοῖς αἰώνιον. Ὁ δὲ Σύμμαχος Μοναχοὺς ἐξέδωκεν, ὡς μεμονωμένους παντὸς βιωτικοῦ πράγματος· οὓς κατοικίζει ἐν οἰκητηρίῳ καταμόνας. Προαγορεύει δὲ τὴν πολιτείαν τῶν ἀναχωρητῶν.*

Educens vinctos in fortitudine. Educens, hoc est, liberans eos nimirum, qui peccatorum suorum catenis, et dæmonum vinculis, hoc est, affectibus seu passionibus, ac peccatorum perturbationibus vincti, atque alligati sunt : quo sermone fideles intelligit, qui ex gentibus congregandi erant. Educit autem eos in fortitudine, hoc est, in divina virtute, ac potentia, qua tyrannum devicit. Vel etiam, in virtute sermonis evangelici.

Ἐξάγων πεπεδημένους ἐν ἀνδρίᾳ. Ἐξάγων· εἴτουν ἐλευθερῶν, τοὺς πεπεδημένους ταῖς σειραῖς τῶν ἁμαρτημάτων, ἢ τοῖς δεσμοῖς τοῦ δαίμονος· ἃ εἰσι τὰ πάθη. Λέγει δὲ τοὺς ἐξ ἐθνῶν πιστεύσαντας· ἐξάγων δὲ τοὺς ἐν ἀνδρίᾳ, ἤγουν ἐν ἰσχύϊ Θεότητος, καταγωνιζομένη τὸν τύραννον· ἢ καὶ ἐν δυνάμει λόγων τῶν εὐαγγελικῶν.

Similiter eos, qui exasperant, qui habitant in sepulcris. Non solum, inquit, tu gentiles educis e vinculis, sed et ipsos etiam ex circumcisione Judæos, quos *exasperantes* appellat, seu exacerbantes, ea ratione quam diximus in psalmo LXV. Possunt etiam verba hæc ita intelligi, ut prophetiam contineant, de universali mortuorum resurrectione : quod scilicet Deus ex monumentis omnes vinctos mortis vinculo educet, ac suscitabit, et quod similiter educet Judæos. Illa autem verba : *Qui habitant in sepulcris*, ad majorem declarationem dicta sunt, et per ea omnes homines significare voluit, aut in terra, aut in mari, aut in igne.

B *Ὁμοίως τοὺς παραπικραίνοντας τοὺς κατοικοῦντας ἐν τάφοις.* Οὐ μόνον δὲ τούτους, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐκ περιτομῆς· τοὺς Ἰουδαίους γὰρ καλεῖ *παραπικραίνοντας*, ὡς ἐν τῷ ξε' ψαλμῷ προδιελάβομεν. Εἴη δ' ἂν ταυτὶ τὰ ῥητὰ καὶ προφητεία περὶ τῆς παγκοσμίου τῶν νεκρῶν ἀναστάσεως, ὅτι πάντας ἐξάγη τῶν τάφων τοὺς πεπεδημένους, νεκρικῶς· ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς Ἰουδαίους· εἶτα ἡ ἐπεξήγησις, ὅτι *τοὺς κατοικοῦντας ἐν τάφοις*· διὰ τούτων δὲ, καὶ τοὺς ἐν πυρὶ, καὶ θαλάσσῃ, καὶ ὅπως δήποτε διαφθαρέντας ἐδήλωσεν.

Vers. 8, 9. *Deus, cum egredereris in conspectu populi tui, cum pertransires in deserto, terra mota est : etenim cæli distillaverunt.* Quando dixisti ad Judæos : *Ecce dimittitur domus vestra deserta* [41] ; et quando Jeremiæ prophetia ex persona Christi prolata, finem accepit, quæ dicit : *Quoniam dereliquerunt domum meam, dimisi hæreditatem meam* [42]. Tunc etenim postquam egressus es, recedens a conspectu populi, qui eousque tuus fuerat, et pertransisti ad Ecclesiam ex gentibus congregatam, quæ olim deserta erat, ac nuda omni scientia, atque cognitione Dei, sterilisque, atque infructuosa germine virtutum; tunc, inquam, postquam existi, terra commota est, passionis nimirum, et resurrectionis tempore. Et cœli distillaverunt, descendente sancto Spiritu in apostolos, in die Pentecostes. Vel terra commota est, pertranseuntibus gentibus ab errore ad veritatem : et stillaverunt apostoli aquam prædicationis, qua fideles irrigabantur animæ. Apostoli etenim cœli esse dicuntur, et quia cœlestia sapiunt, et quia quibuscunque terrenis rebus supereminent. Illa autem conjunctio, *enim*, superflua est.

C *Ὁ Θεὸς, ἐν τῷ ἐκπορεύεσθαί σε ἐνώπιον τοῦ λαοῦ σου, ἐν τῷ διαβαίνειν σε ἐν τῇ ἐρήμῳ, γῆ ἐσείσθη· καὶ γὰρ οἱ οὐρανοὶ ἔσταξαν. Ὅτε εἶπας πρὸς Ἰουδαίους· Ἰδοὺ ἀφίεται ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος, τέλος ἤδη λαμβανούσης τῆς Ἱερεμίου προφητείας, ἐκ προσώπου σου, Χριστὲ, φήσαντος, ὅτι Ἐγκατέλιπον τὸν οἶκόν μου· ἀφῆκα τὴν κληρονομίαν μου.* Τότε μετὰ τὸ ἐκπορευθῆναί σε καὶ ἀναχωρῆσαι ἐνώπιον τοῦ μέχρι τότε, λαοῦ σου, καὶ διαβλῆναί σε εἰς τὴν ἀθροισθησομένην Ἐκκλησίαν τῶν ἐθνῶν τὴν ἔρημον θεογνωσίας, καὶ ἄκαρπον ἀρετῆς, ἡ γῆ μὲν ἐσείσθη κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους, καὶ τῆς ἀναστάσεως· οἱ οὐρανοὶ ἔσταξαν τὴν κάθοδον τοῦ ἁγίου Πνεύματος εἰς τοὺς ἀποστόλους, ἐν τῷ καιρῷ τῆς Πεντηκοστῆς. Ἡ ἐσείσθη μὲν ἡ γῆ μεταβάντων τῶν ἐθνῶν ἀπὸ τῆς πλάνης εἰς τὴν ἀλήθειαν· ἔσταξαν δὲ οἱ ἀπόστολοι τὸ ὕδωρ τοῦ κηρύγματος, ἀρδεῦον ψυχάς. Οὐρανοὶ γὰρ καὶ οὗτοι, διὰ τὸ φρονεῖν οὐράνια, καὶ τὸ ὑπερκεῖσθαι παντὸς γηρεοῦ πράγματος. Ὁ δὲ σύνδεσμος ὁ *γὰρ*, περιττεύει.

D

A facie Dei Sinai, a facie Dei Israel. — A facie Dei circumloquendo dixit, pro ab ipso Deo, ut sit sensus : Hæc facta sunt ab eo, qui est Deus montis Sinai. Ipse etenim idem est, qui et Deus Sinai dicitur, et Deus Israel. Horum autem nominum

Ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ Σινᾶ, ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ Ἰσραήλ. Περιφραστικῶς τὸ, *Ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ*, τουτέστιν· ὅτι ταῦτα γεγόνασιν ὑπὸ τοῦ ὄντος Θεοῦ, τοῦ Σινᾶ ὄρους. Αὐτὸς γάρ ἐστι καὶ τοῦ Σινᾶ Θεὸς, καὶ τοῦ Ἰσραήλ. Ἐμνημό-

[40] II Cor. v, 1. [41] Matth. XXIII, 37. [42] Jerem. XII, 7.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

νευσε δὲ τούτων, δεικνὺς ὅτι ὁ ἐν Σινᾷ τερατουργήσας καὶ τῷ Ἰακὼβ φαντασθείς, αὐτὸς καὶ ταῦτα ποιεῖ· καὶ οὐκ ἔστι Θεὸς ἕτερος, παρ' ἐκεῖνον.

meminit Propheta, quia et in monte Sina Deus miracula operatus est, et quia apparuit Israel, hoc est, patriarchæ Jacob. Est enim idem Deus, qui hæc omnia operatur, et non est alius Deus præter eum.

Βροχὴν ἑκούσιον ἀφορίεις ὁ Θεὸς τῇ κληρονομίᾳ σου. Κληρονομία μὲν Θεοῦ, τὰ ἔθνη, κατὰ τό· *Καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου.* Βροχὴ δὲ ὁ λόγος τοῦ Εὐαγγελίου ἀπαλύνων, καὶ ἀρδεύων τὰς ψυχάς. Ἑκούσιος δὲ βροχὴ αὕτη, διότι ὁ μὲν Μωσαϊκὸς νόμος, οὐ κατὰ θέλησιν Θεοῦ, ἀλλὰ κατ' οἰκονομίαν· οὐ γὰρ ἔχρῃζε τῶν θυσιῶν, οὐδὲ τοιούτων ἄλλων παρατηρημάτων. *Τίς γὰρ, φησὶ, ταῦτα ἐξεζήτησε;* Καὶ πάλιν· *Μωσῆς πρὸς τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν ἔγραψεν·* ὁ δὲ τοῦ κηρύγματος λόγος κατ' εὐδοκίαν ἐστὶ Θεοῦ· ἢ ὅτι ἐκεῖνος μὲν καὶ ἄκοντας ἐκείνους ἠνάγκαζεν φυλάττειν τὰς ἐντολάς· λιθοβολῶν, καίων, καὶ πικρῶς ἀναιρῶν· οὗτος δὲ, οὐδένα βιάζεται, ἀλλὰ θέλουσιν αὐτοῖς προσφέρεται.

VERS. 10. *Pluviam voluntariam segregabis, Deus, hæreditati tuæ.* Per hæreditatem Dei, gentes intelligit, juxta illud : *Postula a me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam* [43] : Per pluviam vero evangelicum sermonem, quo duriores irrigantur ac molliuntur animæ : quam Evangelii pluviam, appellat voluntariam, eo quod Mosaica lex non data erat ex mera Dei voluntate, sed potius ex dispensatione. Neque enim optabat, aut volebat Deus sacrificia, aut alias ejusmodi varias observationes, quæ habentur in lege : *Quis enim*, inquit, *hæc exquisivit ?* Et rursus alibi Dominus : *Ad duritiam vestram Moyses hæc scripsit* (*ab initio autem non erat sic* [44]). Evangelicæ autem prædicationis sermo divinæ prorsus congruit voluntati. Vel voluntariam ideo appellat, quia lex etiam invitos jubebat legem servare, alioquin lapidabat, cædebat, incendio perdebat, et sævissime denique occidebat. Prædicatio autem evangelica neminem cogit, sed volentibus tantum offertur.

Καὶ ἠσθένησε, σὺ δὲ κατηρτίσω αὐτήν. Ἠσθένησε πάλιν συντριβεῖσα τυραννίδι τῶν εἰδώλων. Σὺ δὲ ἀρτίαν αὐτὴν ἐποίησας, ἀνακαινίσας αὐτὴν διὰ τῆς παλιγγενεσίας τοῦ βαπτίσματος, καὶ στερεώσας ἐπὶ τὴν ἄσειστον πέτραν τῶν ἐντολῶν σου.

Et infirmata est, tu vero perfecisti eam. Infirmata est, et debilitata, ac diu oppressa idolorum tyrannide. Tu vero sanam eam, et perfectam reddidisti, per baptismi regenerationem, renovans nimirum eam, et super solidam mandatorum tuorum petram stabiliens.

Τὰ ζῶά σου κατοικοῦσιν ἐν αὐτῇ. Οἱ παρὰ σοῦ πνευματικῶς τρεφόμενοι καὶ ζῶντες τὴν ἐν σοὶ ζωήν. Ἡ ζῶα τοῦ Χριστοῦ οἱ ἀπόστολοι, οὓς ὁ Ἀββακοὺμ *ἵππους* ὠνόμασεν· *Ἐπεβίβασας*, λέγων, *εἰς θάλασσαν τοὺς ἵππους σου·* θάλασσαν καλέσας τὴν πικρὰν ἀπιστίαν.

VERS. 11. *Animalia tua habitabunt in ea.* Ii nimirum qui a te spirituali cibo aluntur, quique animam, hoc est, vitam habent in te. Vel, per *animalia Christi* apostolos intellige, quos Habacuc equos appellavit : *Induxisti*, inquiens, *in mare equos tuos*, mare appellans, amaram (salsuginosamque, ac sterilem olim gentium) infidelitatem

Ἡτοίμασας ἐν τῇ χρηστότητί σου τῷ πτωχῷ, ὁ Θεός. Πτωχὸς ὁ τῶν ἐθνῶν λαὸς, ὡς μηδένα πλοῦτον πνευματικὸν δεξάμενος. Οὐ γὰρ νόμον εἶχεν, οὐ προφητείας· ἀλλ' ὁ Θεὸς δι' οἰκείαν χρηστότητα, ἡτοίμασεν αὐτῷ πλοῦτον ἄλλον, τὴν δηλωθεῖσαν ἑκούσιον βροχήν.

Parasti in bonitate tua pauperi, Deus. Per pauperem, gentilem populum intelligit, qui nullas olim spirituales divitias acceperat. Neque enim legem habebat, aut prophetas, sed præ summa Dei benignitate, aliæ eis paratæ fuerunt divitiæ : illa nimirum pluvia voluntaria.

Κύριος δώσει ῥῆμα, τοῖς εὐαγγελιζομένοις δυνάμει πολλῇ. Τοῦτο εἶπε περὶ τῶν ἀποστόλων· οἳς ἁλιεῦσι καὶ ἰδιώταις οὖσιν, ὁ Θεὸς ἐχορήγησεν λόγον σοφίας. *Δυνάμει δὲ πολλῇ* εἶπεν, ὅτι τοῖς ῥήμασιν αὐτῶν, παρείπετο θεία δύναμις θαυματουργοῦσα ὅσα καὶ βούλοιντο.

VERS. 12. *Dominus dabit verbum evangelizantibus virtute multa.* Hoc ad apostolos pertinet, quibus, cum piscatores essent, atque idiotæ, subministravit Deus sapientiæ verbum : atque hoc tanta cum virtute, ut multa etiam, atque admirabilia operarentur miracula.

Ὁ βασιλεὺς τῶν δυνάμεων τοῦ ἀγαπητοῦ. Ἀγαπητὸν λέγει τὸν μονογενῆ Υἱὸν καὶ Θεόν. Φησὶ γὰρ, ὅτι *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός·* δυνάμεις δὲ αὐτοῦ τοὺς ἀποστόλους, ὡς στρατιώτας αὐτοῦ, κατὰ τῶν ἀντιτεταγμένων δυνάμεων παρατεταγμένους· ὧν ἐστι βασιλεὺς ὁ Πατὴρ, βασιλεύσας αὐτῶν διὰ τῆς τοῦ Υἱοῦ σπουδῆς.

VERS. 13. *Rex virtutum dilecti.* Dilectum appellat unigenitum Filium Deum, de quo dictum legimus a Patre : *Hic est Filius meus dilectus* [45]. Per *virtutes* vero *dilecti*, ipsos apostolos intellige, veluti illius milites. Eos etenim ut milites susceperat, ut summa vi ac potentia adversus dæmonum impetum resisterent. Harum autem virtutum ipse Deus Pater, Rex dicitur esse, regno hoc nimirum sibi per Filium parato.

Τῇ ὡραιότητι τοῦ οἴκου σου διελέσθαι σκῦλα.

Speciei domus dividere spolia. Dabit, inquit, eis

[43] Psal. II, 8. [44] Matth. XIX, 8. [45] Matth. III, 17.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Deus verbum, ut inimicorum exuvias dividant, ipsas nimirum gentes. Devictis enim dæmonibus exspoliarunt eos apostoli, et ab illis homines eos abstulerunt, qui illis antea inserviebant. Dabit, dico, Deus apostolis verbum, ut inimicorum spolia dividant, formosissimæ ac speciosissimæ fidelium Ecclesiæ : in qua, veluti in decentissima domo Christus Dominus habitat, quemadmodum et nos divisa ea esse conspicimus. Apostolorum enim alter gentem illam, et alter alteram ad fidem adduxit. Possumus etiam per speciem domus, Evangelii pulchritudinem intelligere, quo veluti quopiam instrumento apostoli hæc spolia diviserunt (verum tunc non speciei legendum est, sed *specie*. Utraque enim lectio Græcis potest verbis accommodari).

A Δώσει αὐτοῖς ῥῆμα, εἰς τὸ διαμερίσασθαι λάφυρα τῶν ἐχθρῶν, ἃ εἰσὶ τὰ ἔθνη· νικήσαντες γὰρ τοὺς δαίμονας, ἐλαφυραγώγησαν, ἀφελόμενοι τοὺς δεδουλωμένους αὐτοῖς· διειλέσθαι δὲ αὐτὰ τῇ ὡραιοτάτῃ Ἐκκλησίᾳ τῶν πιστῶν, ᾗ ἐνοικεῖ ὁ Θεός. Καὶ μέντοι διείλοντο, ὁ μὲν τόδε τὸ ἔθνος, ὁ δὲ τόδε προσαγαγών. Εἴη δ' ἂν ὡραιότης τῆς Ἐκκλησίας, τὸ Εὐαγγέλιον, δι' οὗ τούτους διείλοντο.

Vers. 14. *Si dormiatis inter medios cleros.* Dormire in præsenti loco posuit pro *mori*. Sermo enim Prophetæ est ad apostolos, dicentis : Ita demum adducentur vobis hæc spolia, si moriemini inter medios cleros, hoc est, inter medias gentes, quæ in clerum, hoc est, in sortem vobis datæ sunt. Et sane quidem prædicantes occisi sunt. Vel aliter, Si dormieritis, hoc est, si immorati fueritis. Immoratur enim et diutius permanet, qui dormit.

B *Ἐὰν κοιμηθῆτε ἀνὰ μέσον τῶν κλήρων.* Κοιμηθῆναι ἐπὶ τοῦ παρόντος ῥητοῦ, τὸ ἀποθανεῖν νοήσομεν. Φησὶ γὰρ πρὸς αὐτοὺς ὁ Προφήτης, ὅτι, Προσαχθήσονται ταῦτα τὰ σκῦλα, ἐὰν ἀποθανῆτε ἀνὰ μέσον τῶν κλήρων, ἤτοι τῶν κληροδοτηθέντων ὑμῖν ἐθνῶν. Καὶ μέντοι κηρύσσοντες, ἀνῃρέθησαν. Ἢ καὶ ἄλλως, ἐὰν χρονίσητε· χρονίζει γὰρ ἀκινήτως ὁ κοιμώμενος.

Alæ columbæ deargentatæ, et posteriora dorsi ejus in pallore auri. Columbam putamus Christum esse, ob ejus nimirum mansuetudinem ac patientiam. Per hujus autem columbæ alas, Christi corpus intelligere possumus, veluti exteriorem, seu magis extremam partem : per posteriora autem dorsi [quæ Græci unico vocabulo μετάφρενα dicunt et nos possumus scapulas dicere] animam Christi C intelligit, tanquam interiorem, ac magis tectam partem. Splendidum, inquit, atque elegans est Christi corpus, et argenti instar refulget : omni enim caret peccati macula ; verum ipsa etiam anima, non minori luce ac fulgore splendescit, cum purissimo possit auro comparari. Ab ipsa enim divinitate, cui unita atque conjuncta est, hujusmodi lucis radios sumit. Pallorem vero auri dixit, quia pallere solet aurum, quod purissimum est. Alii præcedentem versiculum huic conjungentes, ita exponunt : Si stabiliti fueritis in medio duorum Testamentorum, Veteris nimirum, et Novi. Stabilis enim ac immobilis permanere videtur, ut diximus, qui dormit : et sortes merito appellari possunt duo Testamenta, cum illud antiquo populo D ante crucem, alterum novo populo, post crucem, in sortem data sint. Si igitur constiteritis in medio utriusque Testamenti, et quod novum est, veteri consonum crediderit, Vetus etenim figura est, et Novum veritas : tunc alæ columbæ, hoc est exteriores ac simpliciores sancti Spiritus sensus, splendidi esse vobis videbuntur : et scapulæ, hoc est, interiores, et magis mysticæ contemplationes, instar pallidissimi ac purissimi auri fulgorem ac lucem suam vobis demonstrabunt. Et quanquam utrumque ex his metallis splendidissimum sit, auri tamen splendor intensiorem præsefert fulgorem.

Πτέρυγες περιστερᾶς περιηργυρωμέναι, καὶ τὰ μετάφρενα αὐτῆς ἐν χλωρότητι χρυσίου. Περιστερὰν οἰόμεθα τὸν Χριστὸν, διὰ τὸ φιλάνθρωπον καὶ ἀνεξίκακον, οὗ πτέρυγες μὲν εἴη ἂν τὸ σῶμα, ὡς ἀκρότατον, μετάφρενα δὲ ἡ ψυχὴ, ὡς ἐνδότερον. Λέγει δὲ, ὅτι λελαμπρυσμένον μὲν τὸ σῶμα αὐτοῦ, ὡς ἀναμάρτητον· λαμπρὸς γὰρ ὁ ἄργυρος· ἐν χλωρότητι δὲ χρυσίου ἡ ψυχὴ αὐτοῦ, ὡς ἡνωμένη τῇ Θεότητι. Τὸ χλωρὸν γὰρ χρυσίον, καθαρώτατόν ἐστιν. Ἄλλοι δὲ τὸ πρὸ τούτου ῥητὸν τῷ παρόντι συντάττοντες, φασὶν ὅτι, Ἐὰν στερεωθῆτε ἀνὰ μέσον τῶν δύο Διαθηκῶν, τῆς τε Παλαιᾶς καὶ τῆς Νέας· ἑστερέωται γὰρ ἀκινήτως ὁ κοιμώμενος· καὶ ἀποκεκλήρωνται αἱ Διαθῆκαι, ἡ μὲν τῷ πάλαι λαῷ πρὸ τοῦ σταυροῦ, ἡ δὲ τῷ νέῳ μετὰ τὸν σταυρόν· ἐὰν οὕτω, φησὶ, ποιήσητε (36), μεσάζοντες καὶ συμβιβάζοντες τὴν Νέαν πρὸς τὴν Παλαιὰν· ἐκείνη μὲν γὰρ τύπος, αὕτη δὲ ἀλήθεια· τότε τῆς περιστερᾶς, ἤτοι τοῦ ἁγίου Πνεύματος αἱ μὲν πτέρυγες, εἴτουν τὰ ἁπλούστερα, καὶ ἀκρότατα νοήματα, λαμπρὰ φανήσονται· τὰ δὲ μετάφρενα, τουτέστιν τὰ ἐνδότερα καὶ μυστηριωδέστερα, δίκην χλωρότητος χρυσοῦ καθαρώτερα· εἰ δὲ λαμπρὸς μὲν ὁ ἄργυρος, λαμπρὸς δὲ καὶ ὁ χρυσὸς, ἀλλ' ἡ τοῦ χρυσοῦ λαμπρότης βαθυτέρα ἐστί· περιστερὰν δὲ νοοῦσι τὸ ἅγιον Πνεῦμα, ὅτι καὶ ἐν εἴδει περιστερᾶς κατῆλθεν ἐπὶ τὸν Χριστὸν βαπτιζόμενον.

Varie lectiones.

(34) Fidelius *nec loco moveatur quid.*

(35) Græce aridius : *splendidum dicit ejus corpus, utpote peccati expers. Splendet autem argentum : anima vero ejus in pallore auri, utpote divinitati adhærens. Aurum porro pallens purissimum est.*

(36) Clarius et fidelius, *et alterum cum altero conciliaritis.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Per columbam vero, sanctum Spiritum intelligunt qui in columbæ specie super Christum descendit, cum baptizaretur.

Ἐν τῷ διαστέλλειν τὸν ἐπουράνιον, βασιλεῖς ἐπ' αὐτῆς χιονωθήσονται ἐν Σελμών. Βασιλεῖς νῦν τοὺς ἀποστόλους ὠνόμασεν, ὡς κληρονόμους τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν· οὓς καὶ ἐν τῷ μδ' ψαλμῷ ἄρχοντας προσηγόρευσε. Προλέγει δὲ ἐνταῦθα τὴν εἰς αὐτοὺς γενομένην ἐν τῷ καιρῷ τῆς Πεντηκοστῆς ἐπιφοίτησιν τοῦ ἁγίου Πνεύματος· φησὶν οὖν ὅτι ἐν τῷ τὸν ἐπουράνιον Θεὸν ἀποστέλλειν ἢ διαιρεῖν, καὶ διακληροῦν βασιλεῖς ἐπ' αὐτῆς· φημὶ δὴ, τῆς προῤῥηθείσης κληρονομίας, ἤτοι ἐστὶ τὰ ἔθνη· *Πορευθέντες* γὰρ, φησὶ, *μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη.* Χιονωθήσονται, ὅ ἐστι λευκανθήσονται καὶ λαμπρυνθήσονται, διὰ τῆς (37) αἴγλης τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Προσέθηκε δὲ καὶ τὸν τόπον· *Σελμὼν* γὰρ Ἱερουσαλὴμ ἐκαλεῖτο, ἔνθα ἐκάθηντο ἕως ἂν ἐνεδύσαντο δύναμιν ἐξ ὕψους. Παρατηρητέον δὲ τὴν *ἐν* πρόθεσιν, πολλάκις ὑστεροχρονίαν σημαίνουσαν, ὡς ἐπὶ τοῦ παρόντος· *Ἐν τῷ διαστέλλειν* γὰρ, ἀντὶ τοῦ Μετὰ τὸ διαστεῖλαι. Ταύτην δὲ τὴν παρατήρησιν παραδεδώκαμεν καὶ ἐν τῇ ἐπιγραφῇ τοῦ ν' ψαλμοῦ.

A

B

Vers. 15. *Dum discernit cœlestis reges super eam, quasi nive dealbabuntur in Selmon.* Per reges, ipsos etiam apostolos intelligit, eo quod cœli regnum hæreditarunt : quos etiam in Psalmo XLIV principes appellavit. Prædicit igitur futurum in die Pentecostes sancti Spiritus in apostolos adventum. Quando cœlestis, inquit, Deus mittet ac dividet, hoc est, quando sortietur reges super eam ; super eam, inquam, hæreditatem, hoc est, super gentes, quæ hæreditas Christi sunt ; quod tunc futurum erat, quando ad apostolos diceretur : *Euntes docete omnes gentes* [46], tunc reges illi, veluti nive quadam dealbabuntur, hoc est, clari ac splendidi fient, per gratiam scilicet sancti Spiritus. Et locum etiam addidit, dicens : *In Selmon.* Ipsam autem intelligit Jerusalem, ubi post Domini assumptionem, discipuli consederunt, donec *induti sunt virtutem ex alto.* Observandum est autem, quod dictio, *dum*, sæpenumero futurum tempus designat, ut in præsenti loco : *Dum discernit*, hoc est, *postquam discreverit.* Hanc autem observationem tradidimus etiam in inscriptione psalmi quinquagesimi.

Ὄρος τοῦ Θεοῦ, ὄρος πῖον, ὄρος τετυρωμένον, ὄρος πῖον. Ὄρος τοῦ Θεοῦ καλεῖ τὴν Ἐκκλησίαν τῶν πιστῶν· ὄρος μὲν, ὡς ὑπερκειμένην τῶν γηρῶν, καὶ εἰς οὐρανὸν ἀνατεινομένην διὰ θεωρίας καὶ πράξεως· τοῦ Θεοῦ δὲ, ὡς ᾠκειωμένης τῷ Θεῷ· πῖον δὲ, διὰ τὴν δαψίλειαν καὶ εὐχρηστίαν τῆς ἐν αὐτῇ πνευματικῆς νομῆς· τετυρωμένον δὲ, διὰ τὸ συνεστὸς καὶ στερεὸν τῶν ἐν αὐτῇ δογμάτων τῆς πίστεως· πεπηγὼς (38) γὰρ ὁ τυρός. Εἶτα πάλιν πῖον, τῇ δαψιλείᾳ τῶν χαρισμάτων τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Ἐξυμνεῖ δὲ ποικίλως τὸ τοιοῦτον ὄρος, διὰ τὴν ποικιλίαν τῶν δυνάμεών αὐτοῦ.

C

Vers. 16. *Mons Dei, mons pinguis, mons coagulatus, mons pinguis.* Montem Dei Ecclesiam fidelium appellat, veluti a terrenis elevatam, et contemplatione atque actionibus suis tendentem in cœlum. Dei etiam eam esse dicit, quasi propriam ejus effectam, atque in illius potestatem delapsam : pinguem etiam ob spiritualis pabuli, quod in ea est, tum abundantiam, tum etiam excellentiam [a] et deinde coagulatam, seu [ut magis poscit Græca dictio] caseatam eam esse dicit ob soliditatem dogmatum; quæ in ea sunt. Caseus etenim sicuti a coeundo dictus est, aut a lacte coacto, ita etiam soliditatem quamdam significat. Postremo pinguem rursus appellat, ob charismatum ac donorum sancti Spiritus abundantiam. Variis vero laudibus hunc montem laudat atque exornat Propheta ob varias nimirum ac multiplices illius virtutes.

Ἵνα τί ὑπολαμβάνετε ὄρη τετυρωμένα; Πρὸς τοὺς ἐχθροὺς τῆς Ἐκκλησίας ἀποτείνεται φάσκων, ὅτι Διὰ τί ὑπολαμβάνετε ἕτερα ὄρη τετυρωμένα, παρὰ ταῦτα;

Vers. 17. *Quare suspicamini montes coagulatos?* Ad Ecclesiæ inimicos est sermo. Quare, inquit, suspicamini? hoc est, quare opinamini, alios etiam montes caseatos, quam hunc nostrum montem?

Τὸ ὄρος ὃ εὐδόκησεν ὁ Θεὸς κατοικεῖν ἐν αὐτῷ. Τοῦτό ἐστι τὸ ὄρος, φησὶν, ὃ ἠθέλησεν ὁ Θεὸς, εἰς τὸ κατοικεῖν ἐν αὐτῷ. *Αὕτη* γὰρ, φησὶν, *ἡ κατάπαυσίς μου εἰς αἰῶνα αἰῶνος.*

D

Mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo. Mons, inquit, quem Deus voluit suum esse, ut illic habitaret, *Hæc*, inquiens, *requies mea in sæculum sæculi* [47].

Καὶ ὁ Κύριος κατασκηνώσει εἰς τέλος. Κατασκηνώσει ἐν αὐτῷ εἰς τέλος, ἀντὶ διαπαντός. Τί δ' ἂν εἴποιεν οἱ Ἰουδαῖοι περὶ τούτου; οὐκ εἰς τέλος γὰρ κατῴκησεν ἐν Σιὼν, ἀλλὰ ῥητὸν χρόνον.

Etenim Dominus habitabit in finem. In finem, hoc est, perpetuo. Quid ad hoc dicent Judæi? neque enim habitavit perpetuo Dominus in Sion, sed certo ac finito tantum tempore.

Τὸ ἅρμα τοῦ Θεοῦ μυριοπλάσιον. Εἰπὼν ἄνω·

Vers. 18. *Currus Dei in infinitum multiplicatus.*

[46] Matth. XXVIII, 18. [47] Psal. CXXXI, 14.

Variæ lectiones.

(37) Græce *splendorem.*

(38) Ἐτυμολόγον se facit interpres noster. Quod eum minime decebat ; tutius erat adhærere textui : *Caseus enim compactus est*, quod nemo negaverit.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Cum superius dixerit : *Iter facite ei qui ascendit super occasus*, nunc in specie, currus Dei meminit. Per currum vero Dei, eos omnes intelligere possumus, qui fidei habenas suscepere, quique ad suave Christi jugum juncti sunt, ascensoremque et aurigam eum habent. Hujusmodi enim homines, currus Dei dici possunt : quin imo et currus multiplicatus ab antiquo illo justorum curru, qui inter Judæos erant.

A Ὁδοποιήσατε τῷ ἐπιβεβηκότι, νῦν οἰκείως, ἅρματος ἐμνημόνευσεν. Εἶεν δ' ἂν ἅρμα Θεοῦ πάντες οἱ τὸν χαλινὸν τῆς πίστεως δεξάμενοι, καὶ ὑποζυγέντες τῷ Χριστῷ ζυγῷ τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἐπιβάτην καὶ ἡνίοχον, αὐτὴν ἔχοντες. Τοῦτο δὲ τὸ ἅρμα μυριοπλάσιον εἶναι λέγει, τοῦ παλαιοῦ ἅρματος τῶν ἐν Ἰουδαίοις δικαίων.

Millia abundantium. Subintellige verbum *sunt*. Abundantium vero ubertate ac fertilitate virtutum.

Χιλιάδες εὐθηνούντων. Λείπει τὸ εἰσίν· εὐθηνούντων δὲ, τῇ καρποφορίᾳ τῶν ἀρετῶν.

Dominus in eis in Sina erat in sancto. Subintellige relativum, *qui*, ut sit sensus : Ille Dominus in eis est, qui olim erat in sancto Sina, et abundat altera præpositio, *in*. Unus igitur atque idem Deus est ille, qui tunc in Sina, et qui modo legem statuit. Sanctum autem Sina appellat, veluti sanctificatum ipsius Dei præsentia, atque ei dicatum.

B Κύριος ἐν αὐτοῖς ἐν Σινὰ ἦν ἐν τῷ ἁγίῳ. Λείπει δὲ τὸ ὅς, ἵνα ᾖ τοιοῦτον· Κύριος ἐν αὐτοῖς ἐστιν, ὃς ἐν τῷ Σινὰ ἦν πάλαι τῷ ἁγίῳ. Περιττευούσης τῆς ἐν τῷ ἁγίῳ προθέσεως· εἷς γὰρ ὁ καὶ ἐκεῖ καὶ ἐνταῦθα νομοθετῶν· ἅγιον δὲ τὸ Σινᾶ, ὡς ἁγιασθὲν, τῇ ἐπιδημίᾳ τοῦ Θεοῦ, καὶ ὡς Θεῷ ἀνακείμενον.

Vers. 19. *Ascendisti in altum, captivasti captivitatem.* In altum, hoc est, in crucem, vel in cœlum. Ascensus autem hic, libertatem ostendit, dum ait : *Ascendisti*, sponte tua nimirum. Tu etiam ipsum diabolum, qui tyrannidem in nos exercebat, crucis jaculo confodisti, et gentium captivitatem captivasti, quam ille antea captivaverat, eos sibi in servitutem redigens. Propterea ipse Dominus alibi ait : *Cum autem exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me* [48].

Ἀνέβης εἰς ὕψος, ᾐχμαλώτευσας αἰχμαλωσίαν. Εἰς τὸ ὕψος τοῦ σταυροῦ. Ἢ εἰς τὸν οὐρανὸν, ἐν τῷ καιρῷ τῆς Ἀναλήψεως· Ἀνέβης δὲ, διὰ τὸ ἑκούσιον τῆς ἀναβάσεως. Τῷ δόρατι δὲ τοῦ σταυροῦ καθελὼν τὸν τυραννοῦντα διάβολον, ᾐχμαλώτευσας τὴν αἰχμαλωσίαν τῶν ἐθνῶν ἣν ἐκεῖνος πρότερον ᾐχμαλώτευσεν ἑαυτῷ ταῦτα καταδουλωσάμενος. Εἴρηκε γὰρ ὁ Χριστός· Ὅταν ὑψωθῶ, ἑλκύσω πάντα πρὸς ἐμαυτόν.

Cepisti dona in hominibus. Verum apostolus Paulus hunc referens versiculum [49], non *Cepisti*, ait, sed *Dedisti*, et utrumque factum est. Nam ab iis qui ad se accedunt Deus fidem et gratiarum actionem capit, et eis contra multiplicia tribuit charismatum dona.

C Ἔλαβες δόματα ἐν ἀνθρώποις. Ὁ δὲ Ἀπόστολος, Δόματα ἔδωκεν, εἶπεν. Ἀμφότερα δὲ γεγένηνται· λαμβάνων γὰρ παρὰ τῶν προσιόντων πίστιν καὶ εὐχαριστίαν, ἐδίδου χαρίσματα διάφορα.

Etenim non credentes ut inhabitares. Accepisti enim eos homines, qui primum non credebant. Accepisti autem eos, ut inhabitares in eis, si te dignum effecti essent habitaculum.

Καὶ γὰρ ἀπειθοῦντας τοῦ κατασκηνῶσαι. Καὶ γὰρ αὐτοὺς ἐκείνους ἔλαβες, τοὺς πρότερον ἀπειθοῦντας ἀνθρώπους, ἔλαβες δὲ αὐτοὺς, ἐπὶ τῷ κατασκηνῶσαι ἐν αὐτοῖς (39), γενομένοις ἀξιόν σου κατοικητήριον.

Vers. 20, 21. *Dominus Deus benedictus, benedictus Dominus de die in diem.* Vide sermonem de sancta Trinitate : Dominus Deus et Dominus. Sic enim Moyses dixerat : *Audi, Israel : Dominus Deus tuus Deus unus est* [50]. Et cum laudandum eum esse dixisset *de die*, hoc est, per totam diem, dictionum obscuritatem declaravit, addens, *In diem*. verba hæc, *De die in diem*, simpliciter intelligunt, Alii autem pro, Semper, et per dierum successionem.

D Κύριος ὁ Θεὸς εὐλογητὸς, εὐλογητὸς Κύριος ἡμέραν καθ' ἡμέραν. Ὅρα τὸν περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος λόγον· Κύριος, καὶ ὁ Θεὸς, καὶ Κύριος. Οὕτω γὰρ καὶ Μωσῆς εἴρηκεν· Ἄκουε, Ἰσραήλ· Κύριος ὁ Θεός σου, Κύριος εἷς ἐστιν. Εἰπὼν δὲ ὅτι εὐφημητέος ἐστὶν ἡμέραν, ἢ συνεξακούεται, τὸ Ἀνὰ πᾶσαν, ἐσαφήνισε τὴν δυσχέρειαν τῶν λέξεων, προσθεὶς, τὸ Καθ' ἡμέραν· τινὲς δὲ τὸ Ἡμέραν καθ' ἡμέραν, ἁπλῶς νοοῦσιν, ἀντὶ τοῦ Ἡμέρας ἐξ ἡμέρας. Ὃ ἐστιν, ἀεὶ, κατὰ διαδοχὴν ἡμερῶν.

Prosperum iter nobis faciat Deus salutarium nostrorum, Deus noster, Deus salutis. Hoc etiam in loco contemplari licet sermonem de Trinitate. Nam ter hic invocatur Dei nomen. Et quia in Græca lectione dictio *salutarium*, et dictio *salutum*, solo ac-

Κατευοδώσαι ἡμῖν ὁ Θεὸς τῶν σωτηρίων ἡμῶν, ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ Θεὸς τοῦ σώζειν. Ὅρα κἀνταῦθα τὸν περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος λόγον. Τρὶς γὰρ τέθειται τὸ, Ὁ Θεός. Οὐκ ἀπεικὸς δὲ καὶ σωτηριων, περισπωμένως ἀναγινώσκειν. Οὐδετέρως μὲν γὰρ

[48] Joan. XII, 32. [49] Ephes. IV, 8. [50] Deut. VI, 4.

Variæ lectiones.

(39) Græce *factis dignum te habitaculum*.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/ЕК

παροξυτονεῖται · θηλυκῶς δὲ περισπᾶται · λέγομεν γὰρ καὶ τὸ *σωτήριον*, καὶ ἡ *σωτηρία*. Τὸ δὲ *Ὁ Θεὸς τῶν σωτηρίων ἡμῶν*, καὶ τὸ, *Ὁ Θεὸς τοῦ σώζειν*, τὸ αὐτὸ σημαίνουσιν · ὅτι, Ὁ Κύριος τῶν σωτηρίων ἡμῶν, ὁ Κύριος τοῦ σώζειν · ἤ, Ὁ Θεὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν, ὁ Θεὸς ὁ σώζων.

A centu differunt, aliqui etiam Deum *salutum* legunt, et sensus idem est. Et quod sequitur : *Deus salutis*, ad eumdem sensum pertinet, ac si diceret : Deus salvator noster, et Deus salvans.

Καὶ τοῦ Κυρίου αἱ διέξοδοι τοῦ θανάτου. Τῆς δυνάμεως τοῦ Θεοῦ ἐστι τὸ ἐξάγειν ἐκ θανάτου εἰς ζωήν. Θάνατον δὲ νόει καὶ τὸν φυσικὸν, καὶ τὴν ἁμαρτίαν. Ὁ μὲν γὰρ νεκροῖ τὸ σῶμα πρὸς τὰς φυσικὰς ἐνεργείας · ὁ δὲ τὴν ψυχὴν, πρὸς τὰς ἐναρέτους. Εἰη δ' ἂν τοῦτο καὶ *πρόρρησις* περὶ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως, τοῦ Σωτῆρος · τοῦ γὰρ αὐτοῦ γέγονε πρῶτον ἡ διέξοδος τοῦ θανάτου. διεξελθόντος αὐτοῦ, καὶ ἀναστάντος σαρκί.

Et Domini exitus mortis. Ad potestatem, inquit, Dei pertinet, ut a morte quis ad vitam educatur. Per mortem vero, et illam intelligere potes, quæ corporis operationes exstinguit : ipsam nimirum naturalem mortem ; et illam, quæ virtutum operationes in anima mortificat, quam appellamus peccatum. Ab utraque enim morte potest Deus nos liberare. Intelligi etiam possunt hæc verba, ut prophetiam contineant de Salvatoris resurrectione, B qui primus exiit a morte. Ea etenim superata in sua carne, rursus resurrexit.

Πλὴν ὁ Θεὸς συνθλάσει κεφαλὰς τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ. Τὰς κυριωτάτας δυνάμεις τῶν δαιμόνων · ἐν τῇ κεφαλῇ γὰρ αἱ κυριώταται δυνάμεις τοῦ σώματος. Περιττεύει δὲ κάνταῦθα τὸ *Πλήν*. (40) Συντόμως δὲ εἰπεῖν, συνθλάσει νοητῶς τὰς νοητὰς αὐτῶν κεφαλάς.

Vers. 22. *Verumtamen Deus confringet capita inimicorum suorum.* Principaliores, inquit, atque efficaciores dæmonum potentias confringet, quas capita ideo appellavit, quia in capite potiores, ac præcipue sunt nostri corporis vires. Abundat hoc in loco dictio, *verumtamen*. Hujusmodi autem confractionem capitum, non intelliges corporalem esse, cum corporibus careant dæmones, sed intellectualiter, cum et ipsi intellectuales sint substantiæ.

Κορυφὴν τριχὸς διαπορευομένων ἐν πλημμελείαις αὐτῶν. Τῶν διαπορευομένων, εἴτουν καταπατούντων τὴν κορυφὴν τῆς κόμης (41) τῶν ἁμαρτιῶν · τρίχα γὰρ νῦν τὴν κόμην νοήσεις. Καταπατούντων δὲ αὐτὴν, ἐν τῷ πλημμελεῖν αὐτούς. Ὅτε γὰρ ἁμαρτάνουσιν ἄνθρωποι, τότε οἱ δαίμονες καταπατοῦσιν αὐτοὺς ὑποτεταγμένους ἤδη. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλως εἰπεῖν · τῶν (42) διαπορευομένων, ὅ ἐστι διερευνωμένων ἐν ταῖς πλημμελείαις τῶν ἀνθρώπων, τρίχα κορυφῆς κατ' ἐναλλαγήν · τουτέστι, τὸ λεπτότατον ἁμάρτημα τοῦ ἀνθρώπου. Ἐξετάζουσι γὰρ καὶ τὰ τοιαῦτα, κατὰ τὸν καιρὸν τῶν λογοθεσίων τῆς ψυχῆς.

Verticem capilli perambulantium in delictis eorum. Confringet, inquit, capita inimicorum perambulantium verticem capilli, hoc est, conculcantium verticem comæ, comæ dico quorumlibet delinquentium. Capillum enim hic dixit pro coma. C Conculcare vero delinquentium comam dicuntur dæmones, eo quod peccatores quosque veluti sibi subjectos conculcant. Possumus etiam, immutato sermone, aliter exponere, quod confringet Dominus capita hominum perambulantium, hoc est, investigantium in delictis humanis capillum verticis, hoc est, tenuissima quæque hominum peccata. Exquirunt etenim dæmones etiam hæc minima, quoties animam viderint rationem Deo esse reddituram.

Εἶπε Κύριος · Ἐκ Βασὰν ἐπιστρέψω. Ἡ Βασὰν, *αἰσχύνην* ἑρμηνεύει · ἐπέστρεψεν οὖν τοὺς ἐξ ἐθνῶν ἀπὸ τῆς αἰσχύνης τῶν εἰδώλων, καὶ τῆς *αἰσχύνης* τῆς ἁμαρτίας.

Vers. 23. *Dixit Dominus : Ex Basan convertam.* Basan confusionem significat, seu sordes. Convertit igitur Deus eos qui fideles fuerunt ex gentibus ab idolorum confusione, atque a sordibus peccatorum.

Ἐπιστρέψω ἐν βυθοῖς θαλάσσης. Ἐπέστρεψε δὲ αὐτοὺς ἀπὸ τῆς δηλωθείσης αἰσχύνης, διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος · τοῦτο γὰρ καλεῖ βυθοὺς θαλάσσης, διὰ τὸ βυθίζειν τὴν ἁλμυρὰν, καὶ πικρὰν ἁμαρτίαν. Φησὶ γὰρ καὶ Μιχαίας · *Αὐτοὺς ἐπιστρέψει, καὶ ἐλεήσει ἡμᾶς, καὶ κατακλύσει τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν. Καὶ ἀποῤῥιφθήσονται εἰς τὰ βάθη τῆς θαλάσσης.* Εἶεν δ' ἂν βυθοὶ θαλάσσης, καὶ τὰ βάθη τῆ: ἁμαρτίας, εἴτουν τὰ χαλεπώτατα πλημμελήματα · ἀφ' ὧν ἐπέστρεψεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς, ἐξαγα-

Convertam in profundis maris. Convertit autem eos Deus a sordibus, ut diximus, atque hoc in D sacro baptismatis lavacro, quod profunda maris appellavit. In eo etenim Deus amarum ac salsuginosum demersit peccatum, quemadmodum et Michæas propheta prædixit : *Ipse*, inquiens, *convertet nos, et miserebitur nostri, et dissolvet peccata nostra et projicientur in profunda maris* [61]. Per profunda etiam maris, peccatorum profunditatem, hoc est, gravissima quæque delicta, possumus in-

[61] Mich. vii, 19.

Variæ lectiones.

(40) Συντόμως et fidelius εἰπεῖν, vertendum erat : *Confringet autem, ut breviter dicam, intellectualiter, intellectualia ipsorum capita.*

(41) Mallem ἁμαρτωλῶν, ut vertit interpres.

(42) τό *hominum* quod interpres addidit de suo, satis ostendit, eum auctoris sensum minime assecutum esse. Neque enim de hominibus sermo est, verum de dæmonibus, ut legenti patet.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

telligere : a quibus delictis convertit nos Deus, ad virtutis lucem adducens. Et juxta hunc sensum quod dicit *In profundis*, expones, pro *Ex profundis*, ut sit præpositio pro præpositione.

A γῶν εἰς φῶς ἀρετῆς. Ἐνταῦθα δὲ τὸ Ἐν βυθοῖς, ἀντὶ τοῦ Ἐκ βυθῶν λῆψῃ· πρόθεσιν ἀντὶ προθέσεως.

Vers. 24. *Ut intingatur pes tuus in sanguine.* Hoc autem facies, o Domine, ut sævos prorsus superes dæmones. Est enim sermo metaphoricus, et tractus a strenuorum militum certamine, qui cum fuerint victores, cæsorum hostium cadavera conscendunt, et in defluenti sanguine pedes intinguunt. Hujusmodi translatione utitur Isaias, ex persona Christi dicens : *Conculcavi eos in furore meo, et deduxi sanguinem eorum in terram, et aspersa sunt vestimenta mea in victoria* [52]. Sensus igitur præsentis versiculi est, quod eos prorsus superabit. Vel aliter, intelligendo de Christo, per Christi pedem ipsam possumus Ecclesiam intelligere, quæ per fidem eum ubique fert. Ipsius etenim Ecclesiæ caput est Christus, et ipsa rursus Christi pedum vicem præstat. Hæc igitur Ecclesia intincta est in Christi sanguine, eo nimirum signata atque intincta, ut quemadmodum ferrum tinctura, sic et ipsa ejus sanguine consolidata fuerit ac roborata, vel etiam martyrum sanguine : tametsi intellectualiter occisorum, possis etiam intelligere.

Ὅπως ἂν βαφῇ ὁ ποῦς σου ἐν αἵματι. Τοῦτο δέ, ὦ Κύριε, ποιήσεις, ὅπως ἂν τέλεον νικήσῃς τοὺς δαίμονας· μεταφορικὸς δὲ ὁ λόγος. Οἱ γὰρ νικῶντες ἐν τῷ ἀριστεύειν ἐπεμβαίνοντες τοῖς σώμασι τῶν ἀντῃρημένων ἐχθρῶν βάπτονται τοὺς πόδας, ἐν τῷ καταῤῥέοντι τούτων αἵματι. Φησὶ γὰρ καὶ Ἡσαΐας ἐκ προσώπου τοῦ Χριστοῦ· *Συνεπάτησα αὐτοὺς ἐν τῷ θυμῷ μου, καὶ κατήγαγον εἰς γῆν, τὸ αἷμα αὐτῶν, καὶ κατερράντισθη τῷ καταγικήματι αὐτῶν τὰ ἱμάτιά μου.* Ταῦτα γὰρ τὰ ῥητὰ τοῦτο βούλονται σημαίνειν, ὅτι τέλεον αὐτοὺς ἐνίκησε. B Καὶ ἄλλως δὲ ποῦς τοῦ Χριστοῦ ἡ Ἐκκλησία λέγοιτ' ἄν, βαστάζουσα τοῦτον διὰ πίστεως· ἐπεὶ καὶ ταύτης κεφαλὴ αὐτὸς ὁ Χριστός· αὕτη οὖν ἐβάφη τῷ αἵματι τοῦ Χριστοῦ, σφραγισθεῖσα τούτῳ, καὶ τειχισθεῖσα, καὶ στομωθεῖσα καθάπερ τῇ βαφῇ σίδηρος· ἢ καὶ τῷ αἵματι τῶν τοῦ Χριστοῦ μαρτύρων· ἢ καὶ τῶν νοητῶν αἵματι τῶν δαιμόνων, νοητῶς ἀποσφαττομένων.

Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso. A communi sensu rursum sumendum est verbum *Ut intingatur*. Canes autem Christi, episcopi sunt, qui insidiatores expellunt, et rationales greges custodiunt. Horum igitur canum intellectualis lingua intincta est, in sanguine nimirum, qui perfluebat C ex inimicis. Subaudiendum est enim aliquid ex præcedenti versiculo, ita ut ordo ac sensus perfectus sit : Ut intingatur, inquit, eorum lingua ex inimicorum sanguine, ab ipso Deo Patre nimirum adjuta. Est autem hic sermo metaphoricus. Cæsis siquidem inimicis, cædentium canes lambere solent occisorum sanguinem, et illorum cadavera dilaniare.

Ἡ γλῶσσα τῶν κυνῶν σου ἐξ ἐχθρῶν παρ' αὐτοῦ. Ἀπὸ κοινοῦ πάλιν, τὸ Ὅπως ἂν βαφῇ· κύνες δὲ τοῦ Χριστοῦ οἱ (43) ἀπόστολοι, καθυλακτοῦντες τῶν νοητῶν λύκων, καὶ τοὺς ἐπιβούλους ἀποσοβοῦντες, καὶ τὰ λογικὰ ποίμνια φυλάττοντες· καὶ τούτων ἂν ἡ νοητὴ γλῶσσα ἐβάφη λάπτουσα ἐκ τῶν ἐχθρῶν· συνεξακουομένου κἀνταῦθα τοῦ αἵματος. Βαφῇ δὲ ἡ γλῶσσα αὐτῶν, ἐκ τοῦ αἵματος τῶν ἐχθρῶν παρ' αὐτοῦ, τουτέστι, παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς βοηθουμένη. Καὶ τοῦτο δὲ μεταφορικόν. Τῶν γὰρ ἐχθρῶν ἀναιρεθέντων, καὶ οἱ κύνες τῶν ἀνελόντων, λάπτουσι τῷ αἵματι αὐτῶν, καὶ τὰ τούτων διασπαράττουσι σώματα.

Vers. 25. *Visi sunt incessus tui, Deus.* Per incessus hic actiones Christi in carne conversationemque, ac vitam ejus intelligit, quorum omnium spectatores apostolos fuisse legimus, juxta quod per alium Prophetam dicitur. *Post hæc in terra visus est, et cum hominibus conversatus est* [53].

Ἐθεωρήθησαν αἱ πορεῖαί σου, ὁ Θεός. Αἱ ὁδοὶ καὶ ἀναστροφαὶ καὶ διατριβαὶ τῆς ἐνσάρκου πολιτείας σου. Αὐτόπται γὰρ τούτων οἱ ἀπόστολοι ἐχρημάτισαν. *Μετὰ τοῦτο* γάρ, φησὶν, *ἐπὶ γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναναστράφη.*

C

Incessus Dei mei, Regis mei, qui est in sancto. Vide quam ingenue beatus David, Christum fateatur Deum esse, veluti qui certissimam futurorum habebat scientiam. Sanctum autem Patrem ipsum appellat, in quo Filius ineffabiliter est : *Ego enim, inquit, in Patre, et Pater in me est* [54].

Αἱ πορεῖαι τοῦ Θεοῦ μου τοῦ βασιλέως τοῦ ἐν τῷ ἁγίῳ. Ὅρα ὅπως (44) γνησίως ὁ Δαβὶδ τὸν Χριστὸν ὁμολογεῖ Θεὸν, ὡς ἤδη πεπληροφορημένος. Ἅγιον δὲ νῦν λέγει τὸν Πατέρα, ἐν ᾧ ἦν ἀῤῥήτως. Ἐγὼ γάρ, φησὶν, *ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί.*

Vers. 26. *Prævenerunt principes conjuncti psallentibus.* Apostolos principes appellat, quemadmodum et alibi : *Constitues*, inquit, *eos principes su-*

Προέφθασαν ἄρχοντες, ἐχόμενα ψαλλόντων. Ἄρχοντας καλεῖ τοὺς ἀποστόλους. *Καταστήσεις* γάρ, φησὶν, *αὐτοὺς ἄρχοντας ἐπὶ πᾶσαν τὴν*

[52] Isa. LXIII 4. [53] Baruch III, 38. [54] Joan. XIV, 10.

Variæ lectiones.

(43) Græce *apostoli*.

(44) Melius *quam certe*.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

γῆν. Ὡς ἐν τῷ μδ' ψαλμῷ παραδεδώκαμεν. Οὗτοι οὖν προέλαβον πάντας τοὺς ἐξ ἐθνῶν, πρῶτοι πιστεύσαντες. Ψάλλοντας δὲ λέγει, τοὺς προφήτας ὡς φωνοῦντας τὰ περὶ Χριστοῦ· ὧν ἐχόμενα, τουτέστι σύνεγγυς γεγόνασιν οἱ ἀπόστολοι. Ἐξεχόμενοι αὐτῶν, ὅ ἐστιν, ἀκολουθοῦντες αὐτοῖς, καὶ τῷ χρόνῳ καὶ τῷ κηρύγματι.

per omnem terram [45]; ut diximus in psalmo XLIV. Illi igitur principes, omnes alios credentes in fide prævenerunt. Per *Psallentes* vero, ipsos prophetas intelligit, eo quod omnia cecinerint, ac prædixerint, quæ ad Christum pertinebant. His igitur prophetis apostoli conjuncti fuerunt, hoc est, proximi ac vicini exstiterunt : quia et tempore et prædicatione illos consecuti sunt.

Ἀνὰ μέσον νεανίδων τυμπανιστριῶν. Ἐν μέσῳ τῶν Ἰουδαϊκῶν συναγωγῶν· νεάνιδες μὲν, διὰ τὸ ἀτελὲς τῆς πολιτείας αὐτῶν· τυμπανίστριαι δὲ, διὰ τὸ σωματικὸν τῆς πρὸς Θεὸν λατρείας. Ἐκ σώματος γὰρ, τὸ τύμπανον. Ἢ ἐν μέσῳ τῶν κατὰ τόπους Ἐκκλησιῶν. Αἱ νεάνιδες μὲν, διὰ τὸ νεαρὸν καὶ καθαρὸν τῆς πίστεως, τυμπανίστριαι δὲ διὰ τὸ νεκροῦν τὸ σῶμα κατὰ Θεόν. Νεκρὸν γὰρ σῶμα τὸ τύμπανον.

In medio juvencularum tympanistriarum. In medio Judaicarum synagogarum, quæ propter vitæ atque conversationis imperfectionem, adolescentulæ adhuc, hoc est, imperfectiores fuisse dicuntur; et tympanistriæ, quia non tam spirituale quam corporale obsequium, atque cultum Deo in religione sua exhibebant. Ex corporea enim pelle conficitur tympanum. Vel, in medio ecclesiarum, quæ ubique locorum sunt. Quæ adolescentulæ etiam dici possunt, ob novam puramque ac sinceram fidem : et tympanistriæ, quia in Dei obsequium corpus suum mortificant. Tympana etenim ex mortui corporis pelle confici solent.

Ἐν ἐκκλησίαις εὐλογεῖτε τὸν Θεόν. Τοῦτο τὸ ῥητὸν τῆς νομικῆς μὲν λατρείας προαναφωνεῖ τὴν παῦλαν· τῶν δὲ κατὰ τόπον Ἐκκλησιῶν πρυθεσπίζει τὸ πλῆθος· εἷς γὰρ ἦν πάλαι τοῖς πᾶσιν Ἰουδαίοις ναός.

VERS. 27. *In ecclesiis benedicite Deo.* Hic sermo, legalis cultus cessationem prædicit, et Ecclesiarum multitudinem, quæ in variis orbis partibus erigendæ erant. Nam olim unicum tantum erat omnibus Judæis templum.

Κυρίῳ ἐκ πηγῶν Ἰσραήλ. Τὸν Κύριον εὐλογεῖτε πάλιν ἐκ τῶν νομικῶν καὶ προφητικῶν βίβλων. αὗται γὰρ πηγαὶ τοῦ Ἰσραηλιτικοῦ λαοῦ, πηγάζουσαι αὐτῷ τὴν θεογνωσίαν. Καὶ μέντοι ἐξ ἐκείνων τῶν βίβλων ἀρυσάμενοι, τοὺς ὕμνους τῷ Θεῷ συνέθηκαν οἱ θεοφόροι Πατέρες

Domino ex fontibus Israel. Domino rursum benedicite ex legis ac prophetarum libris, ex quibus veluti quibusdam fontibus perennibus, Israelitico populo, Dei doctrina, atque cognitio perpetuo scaturiebat : ex quibus fontibus sancti Patres ac Deo pleni multa haurientes, hymnos in Dei laudem composuerunt.

Ἐκεῖ Βενιαμὶν νεώτερος ἐν ἐκστάσει. Ἐκεῖ, ποῦ; Ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις. Βενιαμὶν δὲ λέγει, τὸν ἀπόστολον Παῦλον, ὡς ἐκ φυλῆς ὄντα τῆς Βενιαμίτιδος· νεώτερος δὲ, ὡς ὕστερον τῶν ἄλλων ἀποστόλων πιστεύσας· ἐν ἐκστάσει δὲ διὰ τὴν εἰς τρίτον οὐρανὸν ἁρπαγὴν αὐτοῦ, περὶ ἧς φησιν· *Εἴτε ἐν σώματι, οὐκ οἶδα· εἴτε ἐκτὸς τοῦ σώματος, οὐκ οἶδα· ὁ Θεὸς οἶδεν.* Εἰς τοῦτον γὰρ, καὶ τὰ τῆς περὶ τοῦ Βενιαμὶν προφητείας πεπλήρωται. *Βενιαμὶν λύκος ἅρπαξ, τὸ πρωὶ ἔδεται, καὶ τὸ ἑσπέρας διαδίδωσι τροφήν.* Λύκου γὰρ δίκην ὁ Παῦλος τὴν Ἐκκλησίαν διήρπαζε· καὶ πρότερον μὲν, κατήσθιεν αὐτὴν τῷ θυμῷ, καὶ τῷ φόνῳ· ὕστερον δὲ τροφὴν τοῖς ἄλλοις ἐδίδου πνευματικὴν, τὸν οὐράνιον ἄρτον διανέμων αὐτοῖς.

VERS. 28. *Ibi Benjamin adolescentulus in mentis excessu.* Illic, inquit, in Ecclesiis Benjamin aderat, apostolus scilicet Paulus, qui de tribu fuit Benjamin, et adolescentulus [seu, ut magis poscit, Græca dictio, junior] dicitur, quia ultimus omnium apostolorum ad fidem accessit. Et in mentis excessu [seu ut proprie est Græca dictio, in extasi] propter raptum ejus ad tertium cœlum, de quo ipse ait : *Sive in corpore, sive extra corpus nescio : Deus scit* [46]. Nam et in beato Paulo ea impleta sunt quæ de Benjamin a Jacob patriarcha (in Benedictionibus) prædicta fuerant : *Benjamin lupus rapax mane comedet, vespere dividet cibum.* Ipse siquidem Paulus ab initio, lupi instar, Ecclesiam vastabat, furore atque cædibus pene eam devorans, et tandem conversus (non tantum his cædibus abstinuit, sed) spiritualem cibum atque cœlestem panem Ecclesiæ fidelibus, per universum orbem, ut fidelis ac prudens distributor, divisit.

Ἄρχοντες Ἰούδα ἡγεμόνες αὐτῶν· ἄρχοντες Ζαβουλὼν, ἄρχοντες Νεφθαλείμ. Ἡγεμόνες, φησὶν, αὐτῶν τῶν Ἐκκλησιῶν ἔσονται οἱ ἀπόστολοι. Οὓς καὶ διὰ τῶν φυλάρχων ἐδήλωσεν. Ἰάκωβος μὲν γὰρ καὶ οἱ λοιποὶ ἀδελφοὶ τοῦ Κυρίου, τὸν Ἰούδαν εἶχον πατριάρχην· Πέτρος δὲ, καὶ Ἀνδρέας, καὶ Φίλιπ-

Principes Juda duces eorum, principes Zabulon, et principes Nephthalim. Ipsarum, inquit, Ecclesiarum duces erunt apostoli. Apostolos enim intelligit dum trium harum tribuum principes nominat. Nam et Jacobus et cæteri fratres Domini e Judæ tribu fuerunt : Petrus, Andreas, Joannes, et Phi-

[45] Psal. XLIV, 17. [46] II Cor. XII, 2, 3.

Variæ lectiones et notæ.

(45) Græce. *Illic, ubi? in Ecclesiis. Benjamin autem vocat Ap. P.*

Digitized by Google Распознавание текста ABKFR

lippus ex vico erant Bethsaida : Matthæum, et Jacobum Alphæi degisse legimus in Capharnaum : Simon autem Zelotes Chananæus fuit. Omnia autem hæc loca in Galilæa erant regione, quæ Zabulon, et Nephthalim tribubus in sortem obvenerat. Similiter et alii apostoli ex his tribubus originem trahebant. Et principes eos appellavit, non quod civitatibus et locis illis dominarentur, sed quia excellentiores atque honoratiores erant, animi nobilitate. Vel subintellige dictionem, *ex* ; ut sit sensus, quod principes fuerunt ex tribu Juda, ex tribu Zabulon, ex tribu Nephthalim.

A πος, καὶ Ἰωάννης, ἀπὸ Βηθσαϊδᾶ τῆς κώμης ἦσαν· Ματθαῖος καὶ Ἰάκωβος, ὁ τοῦ Ἀλφαίου, ἐν Καπερναοὺμ διάγειν ἱστορεῖνται· Σίμων δὲ ὁ Ζηλωτὴς, Κανανίτης ὢν ἐτύγχανε. Ταυτὶ δὲ πάντα χωρία τῆς Γαλιλαίας ἦσαν. Ἡ δὲ Γαλιλαία τῷ Ζαβουλὼν καὶ τῷ Νεφθαλεὶμ ἐκληροδοτήθη. Καὶ οἱ ἄλλοι δὲ πάλιν ἐκ τῶν τοιούτων ὥρμηντο. Ἄρχοντας δὲ αὐτοὺς εἶπεν, οὐχ ὡς ἄρχοντας τῶν πατρίδων, ἀλλ' ὡς ἐξαιρέτους καὶ τιμιωτέρους, διὰ τὴν ψυχικὴν εὐγένειαν· ἢ ἄρχοντας ἐξ Ἰούδα, καὶ ἄρχοντας ἐκ Ζαβουλὼν, καὶ ἄρχοντας ἐκ Νεφθαλείμ· ἔξωθεν λαμβανομένης τῆς προθέσεως.

Vers. 29, 30. *Manda, Deus, virtuti tuæ.* Hæc ad Patrem dicta sunt, ut Filio mandet ea quæ ad prædicationem pertinent. *A me ipso* etenim, inquit Christus, *nihil loquor, sed quæcunque audiero a Patre* [57]. Quod autem Christus virtus Dei dicatur, Apostolus docuit, dicens de eo, quod Dei virtus est et Dei sapientia [58].

B *Ἔντειλαι, ὁ Θεὸς, τῇ δυνάμει σου.* Τοῦτο πρὸς τὸν Πατέρα, ἵνα ἐντείληται τῷ Υἱῷ τὰ περὶ τοῦ κηρύγματος. *Ἀπ' ἐμαυτοῦ* γὰρ, φησὶν, *οὐδὲν λαλῶ· ἀλλ' ὅσα ἂν ἀκούσω παρὰ τοῦ Πατρός.* Χριστὸς δὲ Θεοῦ δύναμις καὶ Θεοῦ σοφία.

Confirma hoc, Deus, quod operatus es in nobis, a templo tuo in Jerusalem. Hæc ad Filium dicta sunt, ut Evangelii prædicationem, quod in nos, vel propter nos operatus est, validiorem ac potentiorem reddat. Vel confirma quod operatus es a templo tuo, hoc est, quod perfecisti per assumptam humanitatem, quæ templum dicitur, ac tabernaculum divinitatis. Nam quod ait, *A templo tuo*, exponi debet, Per templum tuum : quod templum, hoc est, quod corpus tuum, habitavit et prædicavit in Jerusalem : *Ego enim*, inquit, *constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, prædicans præceptum ejus* [59].

Δυνάμωσον, ὁ Θεὸς, τοῦτο ὃ κατειργάσω ἐν ἡμῖν, ἀπὸ τοῦ ναοῦ σου ἐπὶ Ἱερουσαλήμ. Τοῦτο πρὸς τὸν Υἱὸν, ἵνα κραταιώσῃ τὸ κήρυγμα τοῦ Εὐαγγελίου· ὃ κατειργάσατο εἰς ἡμᾶς, ἢ δι' ἡμᾶς. Κατειργάσατο δὲ, τουτέστιν ἀπήρτισε τοῦτο, διὰ τοῦ προσλήμματος αὐτοῦ. Τοῦτο γὰρ *Ναὸς*, καὶ σκήνωμα τῆς θεότητος. *Ἀπὸ τοῦ ναοῦ σου* γὰρ, ἀντὶ τοῦ, Διὰ τοῦ ναοῦ σου, τοῦ ἐπὶ Ἱερουσαλὴμ ἀναστραφέντος καὶ κηρύξαντος· *Ἐπὶ Σιὼν* γὰρ, φησὶ, *τὸ ὄρος τὸ ἅγιον αὐτοῦ, διαγγέλλων τὸ πρόσταγμα Κυρίου.*

C

Tibi offerent reges munera. Gentium nimirum reges. Munera autem, quæ obtulerunt hi reges, templa sunt, et prædia Deo dicata, et varia alia dona ab eis divino cultui pie oblata. Hæc autem munera statim offerent, cum primum te immortalem eorum esse Regem, et Deum cognoverint. Quanquam et immutato versiculorum ordine, aliter possimus exponere, ut sensus sit : Ab hoc terrestri tuo templo, reges ferent tibi dona, in supernam Jerusalem : quia per terrestrium horum munerum oblationem, accessum et gratiam apud Deum in cœlo consequentur.

Σοὶ οἴσουσι βασιλεῖς δῶρα. Οἱ βασιλεῖς τῶν ἁπανταχοῦ ἐθνῶν. Δῶρα δὲ οἱ ναοὶ, καὶ τὰ καθιερωθέντα τούτοις χωρία, καὶ τὰ παντοδαπὰ ἀναθήματα. Οἴσουσι δὲ ταῦτα, ἐπιγνόντες σὲ βασιλέα ἑαυτῶν ἀθάνατον, ὡς Θεόν. Νοεῖται δὲ καὶ ἄλλως κατ' ἐναλλαγὴν τῶν ῥητῶν, ὅτι Ἀπὸ τοῦ κατὰ χώραν ναοῦ σου ἐπὶ τὴν ἄνω Ἱερουσαλὴμ, οἴσουσί σοι δῶρα, οἱ βασιλεῖς. Τοῖς γὰρ ναοῖς αἰσθητῶς τὰ δῶρα κομίζοντες, νοητῶς δι' αὐτῶν εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνάγουσι τὴν προσαγωγὴν, καὶ χάριν τῶν δώρων.

Vers. 31. *Increpa feras arundinis.* Fac obmutescere, inquit, intellectuales leones : immites nimirum ac sævos dæmones, qui veluti quidam leones in arundinibus latent, dum in levitate ac sterilitate instabilium atque inconstantium in fide hominum, latebras ac nidos suos faciunt : juxta quod de diabolo scriptum legimus apud beatum Job, quod *sub omni dormit arbore apud arundinem, et papyrum, et caricem* [60]. Hujusmodi etenim sermone, requiescere dæmonem intelligimus in iis hominibus, qui plantarum, quas supra commemoravimus proprietates servant : qui scilicet aridi sunt, ad ferendas virtutes, et qui succum atque humorem multum habent ad nutriendas voluptates. Hujusmodi etenim proprietatis et naturæ sunt papyrus et carex.

D *Ἐπιτίμησον τοῖς θηρίοις τοῦ καλάμου.* Φίμωσον τοὺς νοητοὺς δαίμονας· εἴτουν τοὺς ἀγρίους καὶ ἀπηνεῖς δαίμονας, οἵτινες ὡς αἰσθητοὶ λέοντες καλάμῳ, οὕτως ἐμφωλεύουσι τῇ κουφότητι καὶ ἀκαρπίᾳ τῶν ἀστηρίκτων εἰς πίστιν ἀνθρώπων. Φησὶ δὲ καὶ Ἰὼβ περὶ τοῦ διαβόλου οὕτως· *Ὑπὸ πᾶν δένδρον κοιμᾶται, παρὰ κάλαμον, καὶ πάπυρον, καὶ βούτομον*, δηλῶν ὅτι ἐπαναπαύεται τοῖς ἔχουσι τὰς ἰδιότητας τῶν εἰρημένων φυτῶν, ξηρότητα πρὸς ἀρετὴν, καὶ ὑγρότητα πρὸς φιληδονίαν· τοιαῦτα γὰρ ὁ πάπυρος καὶ τὸ βούτομον.

[57] Joan. xiv, 10. [58] I Cor. i, 24. [59] Psal. ii, 6. [60] Job xl, 16.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Ἡ συναγωγὴ τῶν ταύρων ἐν ταῖς δαμάλεσι τῶν λαῶν, τοῦ ἐκκλεισθῆναι τοὺς δεδοκιμασμένους τῷ ἀργυρίῳ. Ταύρους λέγει τοὺς ἀρχιερεῖς καὶ Γραμματεῖς, καὶ λοιποὺς ἄρχοντας τῶν Ἰουδαίων, ὡς θρασεῖς καὶ κερατιστάς, δαμάλεις δὲ τὰ ὑποτεταγμένα τούτοις πλήθη τῶν λαῶν· ἄρχει μὲν γὰρ ὁ ταῦρος, ὑποτέτακται δὲ ἡ δάμαλις. Φησὶν οὖν ὅτι οἱ προέχοντες ἐν μέσῳ τῶν λαῶν ἐγένοντο, ἵνα τῷ ἐγκλεῖσαι, εἴτουν κωλῦσαι τοὺς δεδοκισμασμένους εἰς πίστιν καὶ ἀρετὴν ἀποστόλους, ἐπειγομένους εἰς τὸ κηρύττειν. Προσκαλεσάμενοι γάρ, φησὶ, τοὺς ἀποστόλους, δείραντες, παρήγγειλαν μὴ λαλεῖν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ Ἰησοῦ. *Τῷ ἀργυρίῳ* δὲ, ἀντὶ τοῦ, ὡς ἀργύριον· *ἰδίωμα* γὰρ καὶ τοῦτο Ἑβραϊκόν. Ἢ λείπει τὸ, παραπλησίως.

A *Congregatio taurorum in vaccis populorum, ut excludantur qui probati sunt argento.* Per tauros pontifices et Scribas et reliquos Judæorum principes intelligit, veluti temerarios ac cornu ferientes : per vaccas vero (seu ut potius Græca dictio significat per juvencas populorum) plebis multitudinem intelligit, quæ illis suberat. Præsunt enim in armentis tauri, et subsunt juvencæ. Et sensus est, quod ii qui cæteris dignitate præeminebant fuerunt in medio populorum, ut apostolos excluderent, hoc est, ut impedirent eos a prædicatione verbi ; apostolos dico qui argento, hoc est, qui in fide aut virtute probati sunt. Legimus enim in Actis, quod cum principes sacerdotum et seniores vocassent apostolos, et verberibus cæcidissent, jusserunt ne loquerentur in nomine Jesu [61]. *Argento* autem probatos dixit, pro, probatos tanquam argentum ; est enim Hebraicæ linguæ proprium idioma. Vel subintelligendo dictionem *quasi* alia potest reddi lectio, ut sit : Qui probati sunt, quasi argentum.

Διασκόρπισον ἔθνη τὰ τοὺς πολέμους θέλοντα. Καὶ τὰ νοητὰ, καὶ τὰ αἰσθητά.

B *Dissipa gentes quæ bella volunt.* Intellectuales nimirum et sensibiles gentes.

Ἥξουσι πρέσβεις ἐξ Αἰγύπτου. Αἴγυπτόν μοι νόει πᾶσαν γῆν τῶν ἐθνῶν, ὅσης ἐκυρίευεν ὁ νοητὸς Φαραὼ διάβολος, ἀφ' ἧς πάσης ἥξειν πρὸς Χριστὸν πιστοὺς προφητεύει, πρεσβεύοντας ὑπὲρ ὅλου τοῦ κόσμου παντός.

VERS. 32. *Venient legati ex Ægypto.* Per Ægyptum omnes gentium regiones intellige, quibus intellectualis Pharao dæmon dominatur. Ex hac etenim Ægypto venturos esse prædicit fideles ad Christum, pro toto orbe intercessuros.

Αἰθιοπία προφθάσει χεῖρα αὐτῆς τῷ Θεῷ. *Προφθάσει*, ἀντὶ τοῦ, φθάσει, ὅ ἐστιν, ἐκτενεῖ· ὁ γὰρ φθάνων ἐκτείνων τὴν χεῖρα, φθάνει τὸ πόρρω. Ἀπὸ τοῦ ἑπομένου τοίνυν τὸ ἡγούμενον ἐσήμανεν. Ἐξέτεινε γὰρ εἰς Χριστὸν τὸν Κανδάκην, ὃν καὶ χεῖρα αὐτῆς ὁ λόγος ἐκάλεσεν· ἐν τῇ χειρὶ γὰρ ἡ τοῦ ἀνθρώπου δύναμις· ἐπεὶ καὶ τῇ βασιλίσσῃ παρεδυνάστευε. Περιττὴ δὲ ἡ πρόθεσις (46). Τινὲς δὲ λέγουσι διὰ μὲν τῆς Αἰγύπτου πᾶσαν γῆν δηλοῦσθαι· C πάσης γὰρ γῆς ὁ νοητὸς Φαραὼ κεκράτηκε· διὰ δὲ τῆς Αἰθιοπίας καὶ αὐτὰ τὰ τοῦ κόσμου πέρατα· ἔσχατοι γὰρ πάντων ἀνθρώπων, οἱ ἐν ἀνατολῇ καὶ δύσει Αἰθίοπες. *Μνησθήσονται* γὰρ, φησὶ, *καὶ ἐπιστραφήσονται πρὸς Κύριον πάντα τὰ πέρατα τῆς γῆς*· ἐνταῦθα δὲ τὸ, *προφθάσει χεῖρα*, ἁπλῶς λαμβάνομεν, ἀντὶ τοῦ, Ἐκτενεῖ τὰς χεῖρας ἐν τῷ εὔχεσθαι πρὸς Χριστὸν, ἤδη πιστεύσασα.

Æthiopia præveniet manum suam Deo. Præveniet, hoc est, extendet ; nam qui manum extendit, prævenire quodammodo illud videtur quod procul jacebat. Ab eo igitur quod consequitur, significavit id quod præcedit. Extendit autem Æthiopia Candacem illum, quem manum nunc propheta appellat, veluti potentem inter Æthiopes. Vis etenim ac robur hominis in manu potissimum dignoscitur. Potens autem erat ille Candaces, cum post reginam in imperio primus haberetur ; vacat autem præpositio. Aliqui per Ægyptum universum dicunt orbem significari, eo quod intellectualis Pharao totius orbis dominaretur, et per Æthiopiam ejusdem orbis fines denotari. Sunt enim Æthiopes in orbe omnium hominum extremi, qui Orientem incolunt et Occidentem. *Reminiscentur enim*, inquit, *et convertentur ad Dominum universi fines terræ* [62]. Et juxta hujusmodi expositionem, quod ait : *Præveniet manum suam*, simpliciter ac juxta litteram intellige, quod supplices ad Christum manus extendet fidelis scilicet jam effecta.

Αἱ βασιλεῖαι τῆς γῆς ᾄσατε τῷ Θεῷ, ψάλατε τῷ Κυρίῳ. Τοῦτο τῶν δηλωθέντων δύο ῥητῶν ἑρμηνευτικὸν, καθολικῶς πᾶσιν ἔθνεσιν ἐγκελευόμενον ᾄδειν καὶ ψάλλειν Χριστῷ. D

VERS. 33. *Regna terræ, cantate Deo, psallite Domino.* Hic versiculus ad duorum præcedentium declarationem consequitur. Universas etenim gentes promiscue canere Christo jubet, et psallere.

Τῷ ἐπιβεβηκότι ἐπὶ τὸν οὐρανὸν τοῦ οὐρανοῦ κατὰ ἀνατολάς. Τῷ ἀναβεβηκότι εἰς τὸν οὐρανὸν οὐρανοῦ ἐν ἀνατολαῖς, εἴτουν φανερῶς· κάτωθεν ὁρώντων ἀποστόλων, ἄνωθεν δὲ τῶν ἀσωμάτων δυνάμεων. Ἐκ μὲν γὰρ τοῦ οὐρανοῦ πρὸς γῆν κατελθὼν, ἐν δύσεσι κατῆλθεν, ὅ ἐστιν ἀφανῶς· πάντας

VERS. 34. *Qui ascendet super cœlum cœli in Orientem.* Qui ascendit in cœlum in Orientem, hoc est, palam ac manifeste, omnibus videntibus apostolis, qui in terra erant, et videntibus etiam omnibus incorporeis angelorum ordinibus. E cœlo etenim descendens in terram, descendit in Occi-

[61] Act. IV, 18. [62] Psal. XXI, 28.

Variæ lectiones.

(46) Nimirum πρὸ, in verbo προφθάσει : quæ quidem verba non videntur loco suo posita. Rectius initio statim post versiculum, aut potius hæc animadversio, ut et aliæ hujusmodi, vere περιττή.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

dentem, hoc est, clam et latenter ab omnibus, velataque et obtecta ineffabili quodam modo illius divinitate. Ascendens vero e terra in cœlum, palam ascendit: et hoc est, quod ait ascendisse in Orientem. Alii ideo dictum esse putant *in Orientem*, quia Christus in Orientali Jerusalem ora esset, quando in cœlum assumptus est. Ita enim jacere dicunt ad Jerusalem montem Olivarum. Cœlum vero cœli illud appellat, quod est supra firmamentum, quodque ante omnes alios cœlos creatum est; illud enim firmamenti cœlum dicitur. Nam per firmamentum nostrum cœlum intelligimus.

A λαθών, ἐπικρυπτομένη· ἀῤῥήτως τῆς θεότητος· ἐκ δὲ τῆς γῆς εἰς οὐρανὸν ἀνελθών, ἐν ἀνατολαῖς ἀνῆλθε· τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ, *κατὰ ἀνατολάς*. Τινὲς δέ φασι τὸ κατὰ ἀνατολὰς εἰρῆσθαι, διὰ τοῦ ἐκ τοῦ ἀνατολικωτέρου μέρους τῆς Ἱερουσαλὴμ ἀναληφθῆναι τὸν Κύριον. Οὕτω γὰρ κεῖται τὸ ὄρος τῶν Ἐλαιῶν. Οὐρανὸν δὲ οὐρανοῦ τὸν ὑπὲρ τὸ στερέωμα οὐρανὸν, τὸν πρὸ πάντων παρηγμένον ὠνόμασεν· ἐκεῖνος μὲν γὰρ τοῦ στερεώματός ἐστιν οὐρανός· τὸ δὲ στερέωμα πάλιν οὐρανὸς ἡμῶν.

Ecce dabit voci suæ vocem virtutis. Vox Christi apostoli sunt, qui Christi loquuntur sermones. Illis igitur in die Pentecostes sanctum dedit Spiritum, quem hoc loco beatus David virtutis vocem appellat, juxta quod Lucas ait, quod *Factus est repente de cœlo sonus tanquam advenientis spiritus vehementis* [62]. Sonus autem voci simillimus est. *Virtutis* vero *vocem* dixit, quia et ipse Dominus virtutem eum appellavit, dicens: *Donec induamini virtutem ex alto* [63]. Vel aliter, per vocem Dei præcursorem Joannem intellige, de quo dictum est: *Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam* [64]; per vocem vero virtutis, ipsum Christum; eo quod post salutares illius sermones divina quædam vis ac virtus consequebatur. Nam simul ac aliquid ab eo dictum erat, statim etiam opere adimplebatur.

B *Ἰδοὺ δώσει τῇ φωνῇ αὐτοῦ φωνὴν δυνάμεως.* Φωνὴ τοῦ Χριστοῦ οἱ ἀπόστολοι· οἷα τοὺς λόγους αὐτοῦ λαλοῦντες· τούτοις οὖν ἔδωκε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν τῷ καιρῷ τῆς Πεντηκοστῆς· ὃ νῦν ἐκάλεσε φωνὴν δυνάμεως ὁ Δαβίδ· φωνὴν μὲν, διότι φησὶ Λουκᾶς· *Καὶ ἐγένετο ἄφνω ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἦχος, ὥσπερ φερομένης βιαίας φωνῆς*· ὁ δὲ ἦχος πάντως φωνή· δυνάμεως δὲ, ὅτι καὶ ὁ Κύριος δύναμιν αὐτὸ κέκληκεν, εἰπών· *Ἕως ἂν ἐνδύσησθε δύναμιν ἐξ ὕψους*. Ἢ καὶ ἄλλως, φωνὴ μὲν τοῦ θεοῦ ὁ πρόδρομος Ἰωάννης· *Ἰδοὺ γὰρ, φησὶν, ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου*. Φωνὴ δὲ δυνάμεως ὁ Χριστός· ὡς τοῖς λόγοις αὐτοῦ παρακολουθείσης θείας δυνάμεως. Ἅμα γὰρ ἔλεγε, καὶ ἅμα ἐγίνοντο τὰ θαύματα (46').

VERS. 35. *Date gloriam Deo.* Ad fideles sermo est, mandans ut Deum glorificent, qui tantam illis impertitus est misericordiam.

C *Δότε δόξαν τῷ Θεῷ.* Πρὸς τοὺς Χριστιανοὺς ὁ λόγος, προτρεπόμενος δοξάζειν τὸν Θεὸν, τοιαύτης φιλανθρωπίας ἀξιωθέντας.

Super Israel magnificentia ejus. Magnalia, inquit, Dei iis hominibus innotescunt, qui divinæ contemplationi vacaverint. Israel etenim interpretatur *mens videns Deum*; ille vero qui affectibus ac passionibus fuerit obcæcatus, contemplari non poterit quanta ac qualia Deus ob nostram sit operatus salutem. Et quod ait: *super Israel*, dixit pro, ipsi Israel. Vel aliter: Super fidelium Ecclesiam, quæ mente ac spiritu Christum videt, fiunt mirabilia Dei, quorum contemplatione digna esse semper reputatur.

Ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ ἡ μεγαλοπρέπεια αὐτοῦ. Τῷ θεωρικωτάτῳ ἀνδρὶ τὰ μεγαλεῖα τοῦ Θεοῦ γνωρίζεται. Ἰσραὴλ γὰρ ἑρμηνεύεται, *νοῦς ὁρῶν Θεόν*. Ὁ γὰρ τυφλωθεὶς ἐκ παθῶν οὐ δύναται κατανοῆσαι, ὅσα καὶ οἷα ὁ Θεὸς διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ἐπραγματεύσατο. *Ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ* οὖν, ἀντὶ τοῦ, τῷ Ἰσραήλ. Ἢ καὶ ἄλλως. Ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν τῶν πιστῶν, ἥτις νοερῶς ὁρᾷ τὸν Χριστὸν, γίνεται τὰ θαυμάσια τοῦ Θεοῦ· καὶ αὕτη τούτων ἀξιοῦται διὰ παντός.

Et virtus ejus in nubibus. Per nubes hic ipsos etiam apostolos intelligit, veluti supra exsistentes atque eminentes a terrenis negotiis, ac veluti spirituali aqua plenos, quam ex sancti Spiritus profundis hauserunt, ut animarum arva ac campos, hoc est, ut ipsos credentes irrigarent.

D *Καὶ ἡ δύναμις αὐτοῦ ἐν ταῖς νεφέλαις.* Νεφέλας νῦν λέγει τοὺς ἀποστόλους, ὡς ὑπερκειμένους τῶν γεηρῶν πραγμάτων, καὶ πεπληρωμένους τοῦ πνευματικοῦ ὕδατος, ὃ τοῦ βυθοῦ τοῦ Πνεύματος ἀνελκύσαντες, δι' αὐτοῦ τὰς ψυχικὰς ἀρούρας τῶν πιστευόντων κατήρδευον.

VERS. 36. *Mirabilis Deus in sanctis suis.* Soli, inquit, sancti Deum admirantur: veluti qui magnificas atque amplissimas illius administrationes soli pro animi dignitate concipere ac comprehendere possint. Mirabilis igitur atque admirandus eis est.

Θαυμαστὸς ὁ Θεὸς ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ. Οἱ ἅγιοι, φησὶ, μόνοι θαυμάζουσι τὸν Θεόν· οἷα δυνάμενοι κατανοεῖν τὰς μεγαλοπρεπεῖς οἰκονομίας αὐτοῦ· θαυμαστὸς οὖν τούτοις ἐστίν.

[62] Act. II, 2. [63] Luc. XXIV, 49. [64] Malach. III, 1; Matth. XI, 10.

Variæ lectiones.

(46') Omisit interpres τὰ θαύματα *miracula*, quæ vim ac virtutem divinam postulant. Vertendum: *Simul enim et dicebat, et miracula adimplebantur.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Ὁ Θεὸς Ἰσραήλ. Πανταχοῦ Θεὸν τοῦ Ἰσραὴλ καλεῖ τὸν Χριστόν, δεικνύων ὅτι ὁ τὸν νέον λαὸν εὐεργετῶν, οὗτος καὶ τὸν παλαιὸν εὐηργέτησε· καὶ οὐκ ἄλλος οὗτος παρ' ἐκεῖνόν ἐστιν.

Αὐτὸς δώσει δύναμιν καὶ κραταίωσιν τῷ λαῷ αὐτοῦ. Τῷ νέῳ δύναμιν μὲν εἰς τὸ ῥυσθῆναι τῆς πλάνης τῶν εἰδώλων, κραταίωσιν δὲ εἰς τὸ ἐμμεῖναι τῇ ἀμωμήτῳ πίστει.

Εὐλογητὸς ὁ Θεός. Ὁ ταῦτα οἰκονομήσας οὕτως· ὁ καὶ πλάσας καὶ ἀναπλάσας καὶ τοσούτων ἀγαθῶν καταξιώσας τὸν σὸν λαόν. Ὁ μὲν οὖν παρὼν ψαλμὸς οὕτως ἡρμηνεύθη, κατὰ ἀναγωγήν, καὶ οὕτως ἥρμοσε διόλου Χριστιανοῖς. Ἰουδαῖοι δὲ πειρῶνται τοῖς κατὰ αὐτῶν πράγμασιν ἱστορικῶς καὶ τοῦτον ὑποβαλεῖν· οὐ δύνανται δὲ πάντως ἐφικέσθαι. Χρὴ δὲ ὅπως μαθεῖν καὶ ὅπως αὐτὸν μεθέλκουσι· φασὶ γάρ· Ἀναστήτω ὁ Θεὸς εἰς βοήθειαν τοῦ σωματικοῦ Ἰσραὴλ· εἶτα ἐχθροὺς ὀνομάζουσι τοὺς ἀλλοφύλους· ὁμοίως δὲ καὶ μισοῦντας· ἔτι δὲ καὶ ἁμαρτωλούς, ὡς ἀνόμους· δικαίους δὲ τοὺς ἐν Ἰουδαίοις ἀγαθούς. Τὸ δέ· *Ὁδοποιήσατε τῷ ἐπιβεβηκότι ἐπὶ δυσμῶν*, περὶ τῆς κιβωτοῦ ῥηθῆναί φασιν· ἐντελλομένου τοῦ ἁγίου Πνεύματος, αὐτῇ εὐτρεπίζειν ὁδόν, δι' ἧς ὁ Θεὸς ἐπιβαίνειν ἐμελλεν ἐπὶ τοῦ δυτικοῦ μέρους τῆς Ἱερουσαλήμ· οὕτω γὰρ ἔχειν θέσεως τὸν ναὸν ἐν ᾧ ὕστερον ἡ κιβωτὸς κατέπαυσεν ἱστοροῦσιν. *Ὁ Θεὸς δὲ ἐν τόπῳ ἁγίῳ αὐτοῦ*, ἀντὶ τοῦ, Ἐν τῷ ναῷ· ὃς καὶ μονοτρόπους λεγομένους αὐτοὺς, ὡς ἑνὶ Θεῷ πιστεύοντας, κατοικίζει ἐν τῷ ναῷ αὐτοῦ. Εἶτα, φασὶ, καταλέγει τὰ κατὰ τὴν ἀπ' Αἰγύπτου ἔξοδον γεγενημένα. Ἐξήγαγε δὲ αὐτοὺς ἐν τῇ ἑαυτοῦ δυνάμει, πεπεδημένους ἐκεῖσε τῇ δουλείᾳ τυγχάνοντας· τοὺς αὐτοὺς δὲ λέγει καὶ παραπικραίνοντας, ὡς προείρηται. Καὶ ὡς ἐν τάφοις δὲ ᾤκουν ἐν Αἰγύπτῳ, μὴ δυνάμενοι ἐνεργεῖν καθ' ἑαυτούς. Ἐξεπορεύετο δὲ ὁ Θεὸς ἐνώπιον τοῦ λαοῦ διὰ τοῦ στύλου τῆς νεφέλης καὶ τοῦ πυρὸς, καὶ διέβαινε μετὰ τοῦ λαοῦ ἐν τῇ ἐρήμῳ· ὅτε καὶ ἡ γῆ ἐσείσθη, λαίλαπος καὶ συστροφῆς κατὰ τὸ Σινᾶ γενομένης, καὶ οἱ οὐρανοὶ ἔσταξαν τὸ μάννα. Βροχὴν δὲ ἑκούσιον τὸν εὐάρεστον ὑετὸν ἑρμηνεύουσι τὴν εὐθηνίαν τῶν καρπῶν ἐργαζόμενον. Ἠσθένησε δὲ ἡ κατ' αὐτοὺς κληρονομία, συντριβεῖσα ἐν Αἰγύπτῳ· κατήρτισε δὲ αὐτὴν, βασιλείᾳ κραταιώσας. Ζῶα δὲ τοῦ Θεοῦ ἑαυτοὺς καλοῦσιν, ὡς τῷ Θεῷ ἀνακειμένους. Ἡτοίμασας δὲ, φασὶ, τὰ ῥηθέντα ἀγαθὰ τῷ πτωχῷ λαῷ σου, ἐν ἐρήμῳ πλανωμένῳ καὶ μὴ ἔχοντι γῆν. Εὐαγγελιζομένους δὲ λέγουσι τοὺς προφήτας, εὐαγγελιζομένους τῷ λαῷ τὸ διελέσθαι σκῦλα πολεμίων, καὶ ἀφορίσαι εἰς ὡραιότητα τοῦ ναοῦ· τοῦτο δὲ ψεύδονται. Καὶ γὰρ οὐδέν τι σκῦλον εἰς εὐπρέπειαν τοῦ ναοῦ ἀνέθηκαν. Ἀλλὰ κατὰ ἀναγωγὴν ὁ λόγος οὗτός ἐστιν, ὡς προειρήκαμεν. Ἀγαπητὸν δὲ τὸν Δαβὶδ ὀνομάζουσιν, ἢ τὸν Σολομῶντα. Περὶ δὲ τοῦ, *Ἐὰν κοιμηθῆτε ἀνὰ μέσον τῶν κλήρων*, οὕτω φασίν· Ἐὰν ἐνιδρυθῆτε ἀνὰ μέσον τῶν κεκληρωμένων ὑμῖν τόπων τῆς γῆς τῆς ἐπαγγελίας, τοσοῦτον εἰς πλοῦτον ἐπιδώσετε,

Deus Israel. Ubique Christum Deum Israel vocat, ut ostendat eum qui beneficia in novum suum populum contulit, eumdem illum esse, qui et antiquum populum beneficiis affecit, neque ullum esse alium præter eum.

Ipse dabit virtutem et fortitudinem populo suo. Novo nimirum populo : virtutem quidem ut ab idolorum errore et seductione eripiantur, fortitudinem vero ut per eam in sincera fide constanter possint permanere.

Benedictus Deus. Qui rite omnia administravit ; qui creavit nos, et denuo iterum reparavit ; qui tantis populum suum donis dignum effecit. Et hæc quidem hujus psalmi expositio est juxta anagogen. Verum et Judæi juxta historiam rebus suis accommodare eum conantur, sed exsequi propositum non possunt. Scire igitur decet, quo pacto illius sensum detorqueant. Aiunt enim : Exsurgat Deus in auxilium corporalis Israel ; et per inimicos Philistæos aut alios alienigenas populos intelligunt : quos etiam esse eos dicunt, qui Deum oderunt, et peccatores insuper et iniquos. Per justos vero omnes probos ac virtute præditos viros intelligunt, qui tunc erant inter Judæos. Et quod ait : *Iter facite ei qui ascendit super occasus*, aiunt de arca dictum esse, cum sanctus Spiritus parari viam jusserit, per quam Deus erat ascensurus, atque hoc in occidentali parte Jerusalem. Ita enim situm fuisse templum dicunt in quo tandem arca quievit. *Deus in loco sancto suo*, hoc est, in templo ; qui Judæorum populum, quos unanimes, seu unius moris homines appellari dicunt, quia in unum Deum credunt, habitare facit in domo, hoc est in templo suo. Deinde ea connumerari dicunt, quæ in exitu Ægypti contigerunt. Magna enim vi eduxit Deus Judæos de Ægypto, servitute antea illic alligatos, quos et paulo post exasperantes appellari dicunt, ratione quam alibi diximus, et sepulcrorum habitatores, eo quod dum in Ægypto essent, tanquam pene mortui reputabantur, et nihil per se poterant operari. Egrediebatur autem tunc Deus coram populo in columna nubis et ignis, et simul cum populo pertransibat in desertum. Tunc etiam terra concussa est, facta nimirum validissima quadam tempestate in monte Sina : et cœli destillaverunt manna. Per voluntariam vero pluviam, gratam aquam intelligunt, quæ fructuum præstitit copiam. Et infirmata est, eorum nimirum hæreditas, quando in Ægypto variis calamitatibus atque afflictionibus fuit percussa. Perfecit autem eam Deus muniens et corroborans eam regno. Per animalia vero Dei, seipsos intelligunt, veluti Deo dicatos. Præparasti etiam, inquiunt, tu, Deus, ea bona pauperi populo tuo, erranti in deserto, et certam adhuc regionem non habenti. Et per evangelizantes, antiquos prophetas intelligunt, qui populo annuntiabant, ut inimicorum spolia dividerent, et ad templi pulchritudinem atque ornatum ea deputarent. Qua in re falsa dicere convincuntur,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

cum nulla fuerint spolia, quæ illi ad decorem templi obtulerint, sed, ut diximus, anagogice hæc omnia intelligenda sunt. Per dilectum etiam ipsum David intelligunt, aut Salomonem. Et verba illa, *Si dormieritis inter medios cleros*, ita exponunt : Si stabiliti fueritis in medio prædiorum terræ promissionis, quæ prædia vobis in cleros, hoc est, in sortes contigerunt, adeo vestræ augescent divitiæ, ut alæ columbarum, quas prædivites viri gypsinas super tecta in summæ felicitatis signum infigere solebant, futuræ sint deargentatæ, et scapulæ, seu posteriora dorsi, pallidissimo ac purissimo sint auro ornanda. Verum nullibi legimus Judæos hujusmodi ritum aliquando servasse, ut columbas in domorum tectis infigerent. *Dum discernit*, hoc est, dum eligit cœlestis Deus reges super Jerusalem, splendescent et lucebunt illi reges in ea. Montem etiam Dei Sion, appellat *montem pinguem*, quia pascentia illic pecora facile pinguescant, et montem *coagulatum* similiter, seu *caseatum*, quia pascuorum abundantia assidue lac præbeat. Verum quod dicitur : *Etenim Dominus habitabit in finem*, ut jam prædiximus, ab eis recte exponi non potest. Per currum etiam Dei seipsos intelligunt, quasi in ipsis solis Deus requiesceret, quem currum multiplicatum esse dicunt in infinitum, hoc est, valde numerosum, et millia etiam abundantium divitiis in eis esse : item quod Dominus ille in eis est, qui olim fuit in Sina cum eorum progenitoribus. Et ad Deum deinde sermonem dirigunt, dicentes : *Ascendisti in altum*, hoc est, Sublimis atque excelsus reputatus es supra omnes. *Captivasti captivitatem* per populum tuum, qui hostes tuos devicit. *Accepisti dona*, hoc est, oblationes Deo dicatas, et eos homines qui tibi antea non parebant accepisti in servos, ut inhabitare eos faceres simul cum populo tuo atque ei servire. Quæ sequuntur manifesta sunt. A Domino autem sunt exitus ac viæ mortis, qui conteret alienigenarum capita, et verticem capilli hominum perambulantium in peccatis. Decrevisse etiam olim Deum dicunt, et dixisse : Convertam, hoc est, eripiam populum meum, et salvum educam e Bassanitide regione, in qua Og gigas regnavit, et convertam eum ex profundo maris sanguinum. Rivi enim sanguinum tunc inundarunt, iis interfectis qui cum Og rege erant, ut pes tuus, o Hebræe, intingatur in jugulatorum hominum sanguine, et ipsa etiam lingua canum tuorum ex eodem inimicorum sanguine per ipsum Deum intingatur. Itinera autem esse dicunt Dei vias, hoc est, Dei vestigia olim in monte Sina. *Ascendit* enim, inquit, *in monte Moyses et Aaron* [46], et quæ sequuntur. Et paulo post : *Et viderunt locum ubi steterat Deus Israel, et quæ sub pedibus ejus opus lapidis sapphiri.* Per sanctum vero ipsum intelligunt cœlum.

Sequitur : *Prævenerunt populum*, ipsius populi principes. Inter canendum etenim Deo, atque inter psallendum, astiterunt propius psallentium choro, in medio juvencularum tympanistriarum, et accidisse hæc intelligunt, post transitum maris

ὥστε τῆς περιστερᾶς, ἣν οἱ πάνυ πλουτοῦντες ἐπὶ τοῦ δώματος γυψίνην ἱστᾶν εἰώθασιν εἰς σύμβολον ἄκρας εὐδαιμονίας, αἱ πτέρυγες μὲν αὐτῆς ἔσονται περιηργυρωμέναι, τὰ δὲ μετάφρενα αὐτῆς κοσμηθήσονται ἐν χλωρότητι χρυσίου. Οὐδαμῆ δὲ τοιαύτην περιστερὰν οὐδενὸς Ἑβραίου δώματι στῆναι μεμαθήκαμεν. Τὰ δὲ ἑξῆς, *Ἐν τῷ διαστέλλειν*, εἴτουν ἐκλέγεσθαι τὸν ἐπουράνιον Θεὸν βασιλεῖς ἐπ' αὐτῆς τῆς Ἱερουσαλὴμ, λαμπρυνθήσονται ἐν Ἱερουσαλήμ· ὄρος δὲ Θεοῦ τὸ Σιὼν καλοῦσι· καὶ *ὄρος πῖον*, ὡς πιαῖνον τὰ νεμόμενα θρέμματα· καὶ ὄρος *τετυρωμένον*, ὡς γάλακτος χορηγὸν, τῇ εὐθηνίᾳ τῆς νομῆς. Περὶ δὲ τοῦ, *Καὶ γὰρ ὁ Κύριος κατασκηνώσει εἰς τέλος*, εἰρήκαμεν, ὅτι οὐκ ἔχομεν (47) ἀσφαλῶς εἰπεῖν. Ἅρμα δὲ τοῦ Θεοῦ ἑαυτοὺς ὀνομάζουσιν, ὡς ἐπαναπαυομένου αὐτοῖς τοῦ Θεοῦ. *Μυριοπλάσιον* δὲ, ἀντὶ τοῦ Πολυπληθές· χιλιάδας δέ φασιν ἐν αὐτοῖς τῶν εὐθηνούντων ἐν πλούτῳ. Ὁ Κύριος δὲ ἐν αὐτοῖς ἐστιν, ὡς οἴονται, ὃς ἦν ἐν Σινᾷ πάλαι μετὰ τῶν προγόνων αὐτῶν. Λέγουσι δὲ καὶ πρὸς τὸν Θεὸν, ὅτι *Ὑψηλὸς ἐνομίσθης παρὰ πᾶσιν. Ἡχμαλώτευσας αἰχμαλωσίαν* διὰ τοῦ λαοῦ σου νικήσαντος ἐχθρούς· ἔλαβες ἀναθήματα καθιερωθέντα σοι. Καὶ ἔλαβες εἰς δούλους ἀπειθοῦντας πρότερον ἀνθρώπους, ἐπὶ τῷ κατασκηνῶσαι αὐτοὺς μετὰ τοῦ λαοῦ σου, δουλεύοντας αὐτῷ. Τὰ δὲ ἑξῆς ῥητὰ σαφῆ· παρὰ τοῦ Κυρίου δὲ αἱ ὁδοὶ τοῦ θανάτου, ὃς συνθλάσει τὰς κεφαλὰς τῶν ἀλλοφύλων· συνθλάσει δὲ καὶ κορυφὴν χαίτης ἀνθρώπων, διαπορευομένων ἐν ἁμαρτίαις. Ἀπεφήνατο πάλαι Κύριος, ὅτι Ἐπιστρέψω, ἤτοι ἐξελοῦμαι τὸν λαόν μου, σώσων ἐκ τῆς Βασανίτιδος χώρας, ἧς ἐβασίλευσεν ὁ γίγας Ὤγ· ἐπιστρέψω αὐτὸν ἐκ τοῦ βάθους τῆς θαλάσσης τῶν αἱμάτων. Ῥύακες δὲ αἱμάτων τότε ἐπλημμύρησαν, ἀναιρεθέντων τῶν περὶ τὸν Ὤγ, ἵνα βαφῇ ὁ ποὺς σου τοῦ Ἑβραίου ἐν αἵματι τῶν σφαττομένων, καὶ αὐτὴ ἡ γλῶσσα τῶν κυνῶν σου, ἐκ τοῦ αἵματος τῶν ἐχθρῶν, δι' αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ· θεωρηθῆναι δὲ λέγουσι τὰς πορείας τοῦ Θεοῦ, ἤτοι τὰ ἴχνη πάλαι ἐν τῷ ὄρει Σινᾶ· *Ἀνέβη* γὰρ, φησὶν, *ἐν τῷ ὄρει Μωσῆς καὶ Ἀαρὼν*, καὶ τὰ ἑξῆς. Εἶτα· *Καὶ εἶδον τὸν τόπον οὗ ἱστήκει ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ, καὶ τὰ ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ, ὥσπερ ἔργον πλίνθου σαπφείρου.* Ἅγιον δὲ νοοῦσι τὸν οὐρανόν.

Εἶτα *Προσέλαβον τὸν λαὸν* οἱ ἄρχοντες αὐτοῦ, ἐν τῷ ᾄδειν καὶ ψάλλειν τῷ Θεῷ, ἐγγὺς ἱστάμενοι τῶν χοροψαλτῶν, ἐν μέσῳ νεανίδων τυμπανιστριῶν. Λέγουσι δὲ τὰ μετὰ τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν, ὅτι Μαριὰμ, ἡ τοῦ Ἀαρὼν ἀδελφὴ, ἐξῆρχε τῶν νεανίδων.

[46] Exod. xxiv, 9.

Variæ lectiones.

(47) An non potius ἔχουσιν ?

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Τὸ δέ· *Ἐν ἐκκλησίαις εὐλογεῖτε τὸν Θεὸν*, οὐ δύνανται μεθοδεῦσαι. Βενιαμὶν δέ φασι τὴν φυλὴν τοῦ Βενιαμὶν, νεωτέραν οὖσαν. Νεώτερος γὰρ υἱὸς ὁ Βενιαμίν. Ἐν ἐκστάσει δὲ, ὅτι ἐνθουσίων πολεμοῦντες οἱ τοῦ Βενιαμίν· ψυχρὰ δὲ καὶ αὕτη ἡ ἑρμηνεία. Οἱ ἄρχοντες δὲ τῆς Ἰούδα φυλῆς ἐβασίλευσαν τῶν Ἑβραίων. Ἄρχοντες Ζαβουλὼν καὶ Νεφθαλεὶμ, ὅτι ἐπίσημοι αὗται αἱ φυλαὶ διὰ τὰς ἐν πολέμῳ ἀνδραγαθίας· εἶτα, *Ἔντειλαι, ὁ Θεός*, τὰ περὶ ἡμῶν τοῖς ἀγγέλοις σου· δύναμις γὰρ Θεοῦ οἱ ἄγγελοι· καὶ κραταίωσον, ὃ εὐτρέπισας ἐν ἡμῖν βασίλειον. Εἰ καὶ μὴ δι' ἡμᾶς, ἀλλά γε διὰ τὸν περιώνυμον λαόν σου· οὕτω γὰρ νοηθήσει τὸ, *Ἀπὸ τοῦ ναοῦ σου*. — *Οἴσουσι δέ σοι βασιλεῖς δῶρα*· ὁ Χειρὰμ τὰ κέδρινα ξύλα, καὶ ἄλλοι ἄλλα, ἐπὶ τοῦ Σολομῶντος. *Θηρία* δὲ *τοῦ καλάμου*, τὰ ἄγρια ἔθνη, τὰ ἐν ἀποκρύφοις καὶ δυσβάτοις τόποις οἰκοῦντα· ἡ συναγωγὴ δὲ τῶν ἡγεμόνων ἑαυτῶν ἐν τοῖς ὑποτεταγμένοις ἔσται λαοῖς, συνεδριαζόντων, καὶ ἐπανορθούντων, καὶ φυλαττόντων αὐτοὺς, ἐπὶ τῷ ἐκκλεισθῆναι, εἶτουν ῥυσθῆναι τὸν λαὸν τὸν δεδοκιμασμένον ἐν καθαρότητι πίστεως, ὡς ἀργύριον. Τὸ δέ· *Ἥξουσι πρέσβεις ἐξ Αἰγύπτου*, λέγουσι γενέσθαι ἐπὶ Σολομῶντος, ἐφ' οὗ καὶ ἡ Αἰθιοπία ἔπεμψε τὴν ἑαυτῆς δυνάστιν τὴν βασίλισσαν. Τὰ ἑξῆς πειρῶνται μὲν συμβιβάζειν, ἐλέγχονται δὲ σφαλλόμενοι. Χρὴ δὲ θαυμάζειν, ὅπως τὸ θεῖον Πνεῦμα τῇ ἱστορίᾳ τὴν ἀναγωγὴν συνέπλεξεν. Ἐν τοῖς καιριωτάτοις δὲ γυμνὴν ἱστορίας τὴν ἀναγωγὴν ἔθηκεν, εἰς ἔλεγχον τῶν ἀντιλεγόντων Ἰουδαίων.

A Rubri, quando Maria soror Aaron, prima inter alias adolescentulas, cœpit canere canticum. Et quod sequitur : *In ecclesiis benedicite Deo*, nullo pacto suo possunt accommodare proposito. Et Benjamin pro tota tribu intelligunt, et adolescentiorem, seu juniorem appellari dicunt, quia cæterorum fratrum junior fuerit. In exstasi vero et mentis excessu eum fuisse dicunt, eo quod hujus tribus milites in certamine furere quodammodo, atque extra se rapi videbantur : verum frigida admodum hujusmodi videtur expositio. Principes etiam Juda regnasse dicunt in populo Hebræorum. Principes autem Zabulon et Nephthalim ideo aiunt hic fuisse commemoratos, quia cæteris insigniores harum B tribuum homines videbantur, ob summam quam in bello semper ostenderunt strenuitatem. Deinde, *Manda*, inquiunt, *Deus, virtuti tuæ*, hoc est, angelis tuis. Virtus enim Dei angelus : manda, inquam, ea quæ ad defensionem nostram pertinent, et confirma regnum quod in nobis jam parasti, si non propter nos, saltem propter celebre templum tuum. Ita enim intelligunt illa verba : *A templo tuo. Tibi* etiam *ferent reges munera*, ut Salomonis tempore factum est, ab Hiram rege Tyri, qui ligna ad constructionem templi cedrina obtulit. Per *feras* autem *arundinis* immites gentes intelligunt, quæ in occultis atque accessu difficillimis locis habitant. Congregationem etiam taurorum seipsos esse asserunt, veluti duces quosdam inter subjectos populos considentes, et congregationem convocantes, C eosque dirigentes, ac conservantes : ut excludant, hoc est, ut ex clausura liberent populum probatum in munditia fidei tanquam argentum. Quod sequitur : *Venient legati ex Ægypto*, impletum esse dicunt Salomonis tempore, quando Æthiopia suam ad Salomonem manum, hoc est, quando vim ac potentiam suam misit, illam scilicet reginam quæ visitatura venit Salomonem ; et quæ sequuntur eodem conantur tenore rebus suis accommodare, quanquam, ut diximus, convincantur non posse. Illud profecto admiratione dignum est, quomodo sanctus Spiritus anagogicum sensum cum historico complicaverit, et præcipuis quibusdam locis meram anagogem, omni prorsus nudam historia apposuerit, ad convincendum adversarios Judæos.

Εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων, Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

ΨΑΛΜΟΣ ΞΗ'.

Εἰς τὸ τέλος μὲν, διὰ τὸ πέρας τῶν ἐν τούτῳ προρρήσεων· *Ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων* δὲ, ὅτι περὶ μεταβολῆς πραγμάτων διαλαμβάνει· ἐσχημάτισται γὰρ προσώπῳ τοῦ ἐν Βαβυλωνίᾳ αἰχμαλώτου λαοῦ, οἵτινες ἠλλοιώθησαν, ἀντὶ δούλων ἐλεύθεροι πάλιν γεγονότες, καὶ ἀντὶ τῆς ἀλλοτρίας τὴν ἰδίαν οἰκίαν οἰκήσαντες. Προσήκει δὲ καὶ παντὶ πιστῶν πολεμουμένῳ, εἴτε σωματικῶς, εἴτε ψυχικῶς.

In finem pro iis, qui commutabuntur, Psalmus ipsi David.

PSALMUS LXVIII.

In finem inscribitur ob prophetias his contentas, quæ ad finem tendebant, et *pro iis, qui commutabuntur*, quia rerum mutationem pertractat. Conscriptus autem fuit ex populi persona, qui D captivus erat in Babylone, et mutatione facta a servitute liberatus, et in patriam restitutus est (48). Accommodari etiam potest cuilibet fideli, qui a visibilium atque ab invisibilium hostium oppressione fuerit liberatus.

Σῶσόν με, ὁ Θεὸς, ὅτι εἰσῆλθοσαν ὕδατα ἕως ψυχῆς μου. Ὕδατα λέγει τὴν ἐπίῤῥοιαν τῶν θλίψεων καὶ τῶν πειρασμῶν, τῶν ἐπαφιεμένων ὑπὸ τῶν εἴτε ὁρατῶν, εἴτε ἀοράτων ἐχθρῶν, ὧν τὸ βάθος, δίκην ὑδάτων, ἀποπνίγει τὸν συνεχόμενον· ταῦτα, φησὶ,

Vers. 2. *Salvum me fac, Deus, quoniam introierunt aquæ usque ad animam meam.* Per aquas, tentationum ac calamitatum affluentiam intelligit, quæ ab invisibilibus, ut diximus, seu a visibilibus inimicis proveniant : quarum calamitatum profundi-

Variæ lectiones.

(48) Ad verbum *et pro aliena propriam domum incolebant.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

tas, aquarum instar, facillime omnes suffocat, qui in eam inciderint. Hujusmodi aquæ, inquit, totum me obtexerunt, et ad ipsam usque animam pervenerunt : quo sermone doloris sui vehementiam demonstrat.

A τὰ ὕδατα, περιγενόμενα τοῦ σώματος, ἤψαντο καὶ αὐτῆς τῆς ψυχῆς μου. Ἐμφαίνει δὲ διὰ τούτου τὴν σφοδρότητα τῆς ἀλγηδόνος.

Vers. 3. *Infixus sum in limo profundi, et non est subsistentia.* Quædam exemplaria habent : *Infixus sum in materia.* [Græcæ enim dictiones ἰλὺς et ὕλη, quarum prior *limum*, altera *materiam* significat, modica et litterarum et vocum differentia distinguuntur. Quocirca scriptorum vitio facile introducta est lectionis varietas.] Verum utcunque legas, fæcem illam Propheta metaphorice significare voluit, quæ sub profundo aquæ esse solet. Qui igitur in hujusmodi fæce infixi sunt, subsistentiam, hoc est, stabilitatem nullam inveniunt, ipsa nimirum fæce, ob cœnosam ac fluxam illam materiam, semper magis infra se considente.

Ἐνεπάγην εἰς ἰλὺν βυθοῦ, καὶ οὐκ ἔστιν ὑπόστασις. Τινὰ τῶν ἀντιγράφων ὕλην γράφουσιν. Ἔστι δὲ καὶ τοῦτο κἀκεῖνο ἡ ὑποστάθμη τοῦ ἐν τῷ βυθῷ ὕδατος. Μεταφορικὸς δὲ ὁ λόγος· οἱ γὰρ ἐμπηγνύμενοι τῇ τοιαύτῃ ὑποστάθμῃ οὐχ εὑρίσκουσιν ὑπόστασιν, εἴτουν ἑδραίωσιν, ἀεὶ συνιζανούσῃ διὰ τὸ τέλμα.

Veni in profunda maris, et tempestas demersit me. His tribus proximis versiculis eamdem Propheta ubique repetit sententiam, multiplicibus absorptum se esse asserens calamitatibus, quas variis explicare conatur nominibus : aquas primo eas appellans, eo quod impetu quodam aquæ instar defluunt et suffocant ; deinde limum profundi, propter infinitatem ; et tertio profunda maris, ob copiam atque amaritudinem aquarum ; postremo etiam tempestatem ob summam hujusmodi calamitatum vehementiam.

B Ἦλθον εἰς τὰ βάθη τῆς θαλάσσης, καὶ καταιγὶς κατεπόντισέ με. Οἱ τρεῖς οὗτοι στίχοι τὸ αὐτὸ λέγουσιν· ὅτι Κατεποντίσθην ὑπὸ τῶν συμφορῶν, ἃς διαφόρως ὠνόμασαν· ὕδατα μὲν, διὰ τὸ ἐπιῤῥεῖν καὶ ἀποπνίγειν ἰλὺν βυθοῦ, διὰ τὸ ἀπέραντον· βάθη δὲ θαλάσσης, διὰ τὸ πλῆθος καὶ τὴν πικρίαν. Καταιγίδα δὲ καλεῖ τὴν τούτων σφοδρότητα.

Vers. 4. *Laboravi clamans.* Clamans scilicet ad te.

Ἐκοπίασα κράζων. Πρὸς σέ.

Rauca facta sunt fauces meæ. Assiduo atque intenso clamore effectus sum raucus.

Ἐβραγχίασεν ὁ λάρυγξ μου. Ἀπὸ τοῦ συνεχῶς καὶ ἐπιτεταμένως κράζειν.

Defecerunt oculi mei. Fatigati nimirum ac debiles effecti dum intenti te intuentur.

Ἐξέλιπον οἱ ὀφθαλμοί μου. Ἀπέκαμον, ἠτόνησαν ἀτενῶς εἰς σὲ ἀφορῶντες.

Dum spero in Deum meum. Hoc mihi accidit quia in te tantum spero. A te solummodo opem et C posco et exspecto, atque ideo intentus te intueor.

Ἀπὸ τοῦ ἐλπίζειν με ἐπὶ τὸν Θεόν μου. Τοῦτο δὲ πεπόνθασιν διὰ τὸ ἐλπίζειν με ἐπὶ σὲ μόνον, καὶ παρὰ σοῦ μόνου προσδοκᾷν βοήθειαν, καὶ τούτου ἕνεκεν οὕτως ἀτενῶς ἀφορῶ.

Vers. 5. *Multiplicati sunt super capillos capitis mei qui oderunt me gratis : invaluerunt inimici mei, qui persequuntur me injuste.* Et multi, inquit, sunt et potentes, qui persequuntur me, et sine causa oderunt me.

Ἐπληθύνθησαν ὑπὲρ τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς μου οἱ μισοῦντές με δωρεάν· ἐκραταιώθησαν οἱ ἐχθροί μου, οἱ ἐκδιώκοντές με ἀδίκως. Καὶ πολλοί εἰσι, καὶ κραταιοί· οἱ ἐκδιώκοντες δὲ, ἀντὶ τοῦ, καταδιώκοντες, εἴτουν, μισοῦντες ἀναιτίως.

Quæ non rapui, tunc exsolvebam. Metaphoricus est sermo, desumptus ab iis qui ea reddunt quæ nunquam abstulerunt. Et sensus est, quod earum rerum causa se pœnas dare dicit, pro quibus ipse molestiam alicui aliquam nunquam intulerat. Et quod ait : *Tunc exsolvebam*, ad illud tempus referendum est, quando pœnæ hujusmodi ab eo exigebantur.

Ἃ οὐχ ἡρπαζον, τότε ἀπετίννυον. Μεταφορικὸς μὲν ὁ λόγος ἀπὸ τῶν, ἃ οὐχ ἥρπασαν, ἀποδιδόντων. Ἐμφαίνει δὲ ὅτι Περὶ ὧν οὐκ ἠδίκησα, τούτων ἀπεδίδουν δίκας τότε, ὁπότε ἀπαιτούμην αὐτάς.

Vers. 6. *Deus, tu nosti insipientiam meam, et delicta mea a te non sunt abscondita.* Tu, inquit, nosti omnia, tu insipientiam meam cernis, et si quid adversus eos aut imprudenter egi, aut deliqui, nihil prorsus te latet.

D Ὁ Θεός, σὺ ἔγνως τὴν ἀφροσύνην μου· καὶ αἱ πλημμέλειαί μου ἀπὸ σοῦ οὐκ ἀπεκρύβησαν. Σὺ, φησὶν, ὁ πάντα εἰδὼς, οἶδας τὴν ἀφροσύνην μου, εἴ τι κατ' αὐτῶν ἠφρονησάμην· καὶ εἴ τι πρὸς αὐτοὺς ἐπλημμέλησα, οὐ διέλαθέ σε.

Vers. 7. *Non erubescant super me, qui sustinent te, Domine, Domine virtutum.* Quod ait *super me*, est constructio indifferens, pro, *in me.* Non erubescant igitur in me, quasi id auxilium non sim consecutus quod a te exspectabam. Illi, inquam, non erubescant in me, qui sustinent, hoc est, qui exspectant te sibi adjutorem futurum. Dominum autem virtutum seu potentiarum eum appellavit, veluti qui salvare omnes potest qui illum invocant.

Μὴ αἰσχυνθείησαν ἐπ' ἐμὲ οἱ ὑπομένοντές σε, Κύριε τῶν δυνάμεων. Τὸ ἐπ' ἐμὲ ἀδιαφόρως, ἀντὶ τοῦ ἐπ' ἐμοί. Ἀποτυγχάνοντες τῆς προσδοκωμένης ἀπὸ σοῦ βοηθείας· ὑπομένοντες δὲ οἱ περιμένοντές σε, ἐπίκουρον ἑαυτῶν. Κύριον δὲ τῶν δυνάμεων αὐτὸν εἶπεν, ὡς δυνάμενον σώζειν τοὺς ἐπικαλουμένους αὐτόν.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Μηδὲ ἐντραπείησαν ἐπ' ἐμὲ οἱ ζητοῦντές σε, ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραήλ. Ὅμοιον καὶ τοῦτο τῷ πρὸ αὐτοῦ· ζητοῦντές σε δὲ οἱ ἐν τῷ πάσχειν ἐπικαλούμενοί σε.

Ὅτι ἕνεκά σου ὑπήνεγκα ὀνειδισμόν· ἐκάλυψεν ἐντροπὴ τὸ πρόσωπόν μου. Περὶ τοῦ ὀνειδισμοῦ εἴρηται καὶ ἐν τῷ μα' ψαλμῷ· *Ὅτι ὠνείδιζόν με οἱ ἐχθροί μου ἐν τῷ λέγειν αὐτούς μοι καθεκάστην ἡμέραν· Ποῦ ἐστιν ὁ Θεός σου;* τῷ ὀνειδισμῷ δὲ καὶ ἡ ἐντροπὴ ἕπεται.

Ἀπηλλοτριωμένος ἐγενήθην τοῖς ἀδελφοῖς μου, καὶ ξένος τοῖς υἱοῖς τῆς μητρός μου. Τὰ ἐντεῦθεν ἀριδήλως τῷ Χριστῷ ἁρμόζουσιν, ὡς δειχθήσεται. Τινὲς δὲ καὶ τὰ προλαβόντα τούτῳ ἀνατιθέναι βιάζονται, παθαινομένῳ κατὰ νόμον ἀνθρωπίνης φύσεως· ἀδελφοὺς δὲ καλεῖ τοὺς Ἰουδαίους· ὅτι καὶ οὗτος κἀκεῖνοι πατέρα εἶχον τὸν Ἀβραάμ. Ὁμοίως δὲ καὶ υἱοὺς τῆς μητρὸς αὐτοῦ, διὰ τὴν κοινὴν αὐτῶν μητέρα τὴν Σάρραν· οἵτινες ἀπηλλοτρίωσαν καὶ ἐξένωσαν αὐτὸν, λέγοντες· *Τοῦτον δὲ οὐκ οἴδαμεν πόθεν ἐστίν.* Καὶ πάλιν· *Οὐ καλῶς λέγομεν, ὅτι Σαμαρίτης εἶ καὶ δαιμόνιον ἔχεις;* καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς φησὶν, ὅτι, *Εἰς τὰ ἴδια ἦλθε, καὶ οἱ ἴδιοι αὐτὸν οὐκ ἐδέξαντο.*

Ὅτι ὁ ζῆλος τοῦ οἴκου σου κατέφαγέ με. Τοῦτο πεπλήρωται, ὅτε παῤῥησιασάμενος ἐξήλασε τοῦ ἱεροῦ τοὺς πωλοῦντας καὶ τοὺς ἀγοράζοντας· *Ἐμνήσθησαν* γὰρ, φησὶν, *οἱ μαθηταὶ ὅτι γεγραμμένον ἦν, ὅτι Ὁ ζῆλος τοῦ οἴκου σου κατέφαγέ με·* ζῆλον δὲ λέγει τὴν δικαίαν ὑπὲρ τοῦ ἱεροῦ ἀγανάκτησιν.

Καὶ οἱ ὀνειδισμοὶ τῶν ὀνειδιζόντων σε ἐπέπεσον ἐπ' ἐμέ. Καὶ τὸ παρὸν ῥητὸν εἰς τὸν Χριστὸν ὁ μέγας ἐξεδέξατο Παῦλος, Ῥωμαίοις ἐπιστέλλων· *Φησὶν οὖν πρὸς τὸν Πατέρα, ὅτι Οἰκεῖα τὰ σὰ ὀνείδη ἐλογισάμην, ὡς ἔν ὧν σοι·* ἃ προέφερον οἱ εἰδωλολάτραι, ὀνειδίζοντές σοι ἀσθένειαν, ὡς ἑνὶ μόνῳ τιμώμενον γένει τῶν Ἰουδαίων. Διὸ καὶ πρὸς ἅπαντα τὰ ἔθνη τὴν θεογνωσίαν ἐξήπλωσα.

Καὶ συνεκάλυψα ἐν νηστείᾳ τὴν ψυχήν μου. Συνέστειλα, συνέτηξα, τεσσαρακονθημέρῳ τε νηστείᾳ, καὶ ἔτι πολλάκις.

Καὶ ἐγενήθη εἰς ὀνειδισμούς ἐμοί. Καὶ αὕτη μοι γέγονεν εἰς ὄνειδος· ἐντεῦθεν γὰρ ἀσθενῆ τοῦτον ὑπολαβὼν ὁ διάβολος, ὠνείδιζεν ὡς ψιλὸν ἄνθρωπον· διὸ καὶ διαφόρως ἐπείρασε.

Καὶ ἐθέμην τὸ ἔνδυμά μου σάκκον. Σάκκον κτλεῖ τὴν σάρκα, διὰ τὸ σκληρὸν αὐτῆς καὶ ἀντίτυπον.

Καὶ ἐγενόμην αὐτοῖς εἰς παραβολήν. Κατ' ἐμοῦ ᾐδολέσχουν οἱ καθήμενοι ἐν πύλαις, καὶ εἰς ἐμὲ ἐψάλλοντο οἱ πίνοντες οἶνον. Εἰκὸς γὰρ τὸν Χριστὸν,

Neque confundantur super me, qui quærunt te. Deus Israel. Similis est sententia, quam in præcedenti habuimus versiculo. Illi vero quærere Deum dicuntur, qui in angustiis atque afflictionibus propriis eum invocant.

VERS. 8. *Quoniam propter te sustinui opprobrium, operuit confusio faciem meam.* De opprobrio dictum est in psalmo XLI, ibi: *Quoniam exprobrabant mihi inimici mei, dicentes: Ubi est Deus tuus?* Post opprobrium vero sequitur confusio.

VERS. 9. *Extraneus factus sum fratribus meis, et hospes filiis matris meæ.* Quæ sequuntur manifeste Christo congruunt. Quidam vero et superiora ei esse applicanda contendunt, veluti passo lege humanæ naturæ. Per fratres autem Judæos intelligit. Eumdem enim omnes progenitorem Abraham habebant, quos simili modo matris suæ filios appellat ob Sarram communem omnium matrem. Hi igitur fratres sui extraneum eum reputarunt, cum dicerent: *Hunc nescimus unde sit* [67]: et rursus: *Nonne bene dicimus quia Samaritanus es, et dæmonium habes* [68]? Atque ideo ipse etiam Joannes Evangelista dicebat: *In propria venit et sui eum non receperunt* [69].

VERS. 10. *Quoniam zelus domus tuæ comedit me.* Hoc impletum est, quando magna cum auctoritate ementes et vendentes expulit de templo. *Meminerunt enim*, inquit, *discipuli, quod scriptum erat: Zelus domus tuæ comedit me* [70]; zelum appellans justam illam indignationem quam conceperat quia nullam Dei templo reverentiam exhibebant.

Opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me. Hunc etiam versiculum magnus Paulus Christo accommodavit, scribens ad Rom.: *Dicit igitur Christus ad Patrem: Opprobria ego tua reputavi mea esse, quia scilicet unum sumus* [71]: ea autem dico opprobria, quæ idololatræ homines in te jactabant, infirmitatem tibi exprobrantes, quasi in una Judæorum gente tantum colereris et pauci te in orbe homines adorarent. Quocirca ego in universas nationes tui cognitionem expandi.

VERS. 11. *Et operui in jejunio animam meam.* Maceravi atque afflixi me, quando quadraginta diebus jejunavi, et alias sæpenumero.

Et factum est in opprobrium mihi. Et hoc jejunium factum est mihi in opprobrium. Hinc etenim infirmum me ac debilem esse dæmon suspicatus est, et veluti simplicem ac nudum hominem exprobravit, et multipliciter tentavit.

VERS. 12, 13. *Et posui indumentum meum saccum.* Per saccum assumptam carnem intelligit. Ita enim eam appellavit propter illius asperitatem et tactui resistentem naturam.

Et factus sum eis in parabolam. Adversum me nugabantur, qui sedebant in portis, et in me psallebant, qui bibebant vinum. Verisimile est, quod Christus

[67] Joan. IX, 29. [68] Joan. VIII, 48. [69] Joan. I, 11. [70] Joan. II, 17. [71] Rom. XV, 3.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

post mortem factus sit in parabolam Judæis, et quod adversus inimicos eadem imprecarentur, qualia Christum pati viderant, quodque eadem fere dicerentur et vociferarentur ab iis qui conciliis et conventibus eorum intererant apud templi januas, ubi ejusmodi hominum cœtus convenire atque congregari solebant, neque eos etiam Christi famæ atque honori pepercisse verisimile est, qui comessationibus et symposiis vacabant, cum hujusmodi homines vino vires præstante, facillime carmina ac cantus soleant cum immodestia ac mordacitate componere.

A μετὰ τὸ ἀναιρεθῆναι, παραβολὴν τοῖς Ἰουδαίοις γενέσθαι· οἷον Τοιαῦτα πάθοι ὁ ἐχθρὸς ἡμῶν, οἷα καὶ ὁ ἐσταυρωμένος; · ναὶ μὴν καὶ τοὺς συνεδριάζοντας, τὰ κατ' αὐτοῦ θρυλλεῖν, καὶ διὰ γλώσσης φέρειν· πάλαι γὰρ παρὰ ταῖς τοῦ ναοῦ πύλαις συνελέγοντο· ἀλλὰ καὶ (49) τοὺς ἐπὶ τὰ συμπόσια φοιτῶντας εἰς αὐτὸν ᾄδειν ᾄσματα μετὰ κωμῳδίας.

Vers. 14. *Ego autem orationem meam ad te.* Alterum explicuit Propheta sermonem ex Christi persona, et rursus alterum assumit, dicens : Ego autem cum hæc scirem ante passionem meam, oratione mea ad te, subintelligitur, *orabam* (seu elevatus sum.) Deinde ipsa orationis verba apponit.

Tempus beneplaciti, Domine. Simile illud est, quod dixisse eum legimus apud evangelistam : *Pater, venit hora*[72]. Per beneplacitum enim, crucis mortem intelligit. Nam beneplacitum idem æque significat quod bona voluntas. Bona autem voluntas fuit, quod per hujusmodi mortem nos, qui antea mortui eramus ob peccatum, ad vitam rursus simus restituti.

Deus, in multitudine misericordiæ tuæ exaudi me. Prædiximus, quod Christus lege humanæ naturæ orabat, et liberari optabat a tentationibus, quemadmodum evangelica docet historia. Hoc autem dictum videtur esse illi simile : *Salva me propter misericordiam tuam*[73].

Vers. 15. *In veritate salutis tuæ salvum me fac a luto, ne infigar.* Sola enim illa vera est salus, quæ a te est. Homo etenim hominem juvare non potest. *In veritate* igitur *salutis tuæ*, hoc est, in vera salute tua. Est etiam proprium hoc Hebraicæ linguæ idioma. Quod autem superius limum appellavit, nunc lutum dicit. Eadem enim loquendi figura nunc utitur, qua illic usum eum videmus.

Liberer ab iis qui oderunt me et de profundis aquarum. Oderunt autem eum tam visibiles quam invisibiles inimici. Per profunda vero aquarum occultas insidias intelligit; nam quod profundum est, abditum atque occultum videtur.

Vers. 16. *Non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum.* Jam diximus quod hæc omnia metaphorice ac figurate dicta sunt.

Nec contineat super me puteus os suum. Ne relinquar in tentationum fovea. Is etenim qui in puteum cadit, solamen aliquod vel modicum habet, quoad putei os apertum est. Nam ubi id occlusum fuerit, statim desperare incipiet de salute.

Vers. 17. *Exaudi me, Domine, quoniam bona est misericordia tua.* Quoniam tua, inquit, misericordia indigeo.

[72] Joan. XVII, 1. [73] Psal. XXX, 17.

Ἐγὼ δὲ τὴν προσευχήν μου πρὸς σέ. Ἀπαρτίσας τὸν λόγον (50), ἀναστρέφει πάλιν πρὸς τὰ ὀπίσω, λέγων, ὅτι Ἐγὼ πρὸ τοῦ παθεῖν εἰδὼς ταῦτα, τῇ προσευχῇ μου πρὸς σέ· συνεξακούεται τὸ *Προσηυχόμην*. Εἶτα τίθησιν ἐξῆς καὶ τὰ ῥήματα B τῆς προσευχῆς.

Κύριε, καιρὸς εὐδοκίας. Ὅμοιον τοῦτό ἐστι τὸ εὐαγγελικόν· *Πάτερ, ἐλήλυθεν ἡ ὥρα.* Εὐδοκίαν δὲ καλεῖ τὸν διὰ σταυροῦ θάνατον· εὐδοκία γὰρ τὸ ἀγαθὸν θέλημα· ἀγαθὸν δὲ θέλημα τὸ διὰ τούτου ζωοποιηθῆναι ἡμᾶς, τοὺς νεκρωθέντας τῇ ἁμαρτίᾳ.

Ὁ Θεός, ἐν τῷ πλήθει τοῦ ἐλέους σου ἐπάκουσόν μου. Προείρηται ἡμῖν, ὅτι προσηύχετο νόμῳ φύσεως ἀνθρωπίνης, καὶ ἀπαλλαγὴν ἐζήτει τῶν πειρασμῶν· ὡς καὶ ἡ τῶν Εὐαγγελίων ἱστορία διδάσκει· ἔοικε δὲ καὶ τὸ παρὸν ῥητὸν τῷ· *Σῶσόν με ἕνεκεν τοῦ ἐλέους σου.*

Ἐν ἀληθείᾳ τῆς σωτηρίας σου σῶσόν με ἀπὸ πηλοῦ, ἵνα μὴ ἐμπαγῶ. Μόνη ἀληθὴς ἡ παρὰ σοῦ σωτηρία· ἄνθρωπος γὰρ ἄνθρωπον ὠφελῆσαι οὐ δύναται. *Ἐν ἀληθείᾳ* οὖν *τῆς σωτηρίας σου*, ἀντὶ τοῦ Ἐν ἀληθινῇ σου σωτηρίᾳ. Ἰδίωμα δὲ τοῦτο τῆς Ἑβραΐδος (51)· ὅπερ δὲ ἀνωτέρω κέκληκεν *Λῖνν*, τοῦτο νῦν εἶπε *πηλόν*. Καὶ γὰρ ταῖς τροπαῖς ἐκείναις καὶ νῦν ἐχρήσατο.

Ῥυσθείην ἐκ τῶν μισούντων με, καὶ ἐκ τῶν βαθέων τῶν ὑδάτων. Μισοῦντες δὲ αὐτὸν οἵ τε αἰσθητοὶ καὶ νοητοὶ ἐχθροί· βαθέα δὲ ὕδατα λέγει τὰς κεκρυμμένας ἐπιβουλάς· κέκρυπται γὰρ τὸ βάθος.

Μή με καταποντισάτω καταιγὶς ὕδατος, μηδὲ καταπιέτω με βυθός. Εἴρηται περὶ τούτων ἄνω, ὅτι τροπικὰ πάντα καὶ μεταφορικά.

Vers. 18. *Et usque ad senectam et senium, Deus meus, ne derelinquas me.* Per senium extremam senectutis partem intelligit, unde *senior populi*. Qui autem a Deo eousque fuerit protectus, amplius non derelinquetur. Vel indeterminate intelliges dictionem *usque*, quemadmodum sæpe apud Scripturam reperitur, et conjunctim ac sub eodem sensu intelligantur verba quæ sequuntur.

Καὶ ἕως γήρως καὶ πρεσβείου, ὁ Θεός μου, μὴ ἐγκαταλίπῃς με. Πρεσβεῖον τὸ ἔσχατόν ἐστι γῆρας, ἐξ οὗ καὶ πρεσβύτερος τοῦ λαοῦ. Ὁ δὲ μέχρι τούτου σκεπασθεὶς οὐδὲ εἰς τὸ ἑξῆς ἐγκαταλειφθήσεται. Ἢ καὶ ἄλλως, ἀόριστον τὸ ἕως, κατὰ ἰδίωμα τῆς Γραφῆς, ὡς συννοουμένου καὶ τοῦ ἑξῆς.

[91] Matth. v, 16.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Ἕως ἂν ἀπαγγελῶ τὸν βραχίονά σου τῇ γενεᾷ πάσῃ τῇ ἐρχομένῃ. Περὶ μὲν τοῦ βραχίονος τοῦ Θεοῦ εἴρηται ἐν τῷ μγ' ψαλμῷ· περὶ δὲ τῆς γενεᾶς τῆς ἐρχομένης ἐν τῷ κα'. Τινὰ μὲν οὖν τῶν ἀντιγράφων ἕως οὗ ἀπαγγελῶ γράφουσι· τινὰ δὲ, ἕως ἂν ἀπαγγείλω.

A *Donec annuntiem brachium tuum generationi omni quæ ventura est.* De brachio quidem Dei dictum est, in psalmo XLIII, de ventura autem generatione in psalmo XXI. Quædam autem exemplaria habent : *donec annuntiem*, et quædam, *donec annuntiavero.*

Τὴν δυναστείαν σου καὶ τὴν δικαιοσύνην σου, ὁ Θεὸς, ἕως τῶν ὑψίστων. Ἀπὸ κοινοῦ λεκτέον τὸ, ἕως οὗ ἀπαγγείλω. Ἔστι δὲ ἡ δυναστεία νῦν ἑρμηνευτικὴ τοῦ βραχίονος. Τὴν δικαιοσύνην σου δὲ τὴν ἕως τῶν ὑψίστων, κατ' ἔλλειψιν ἄρθρου· ἢ καθ' ὑπερβατόν· οἷον, τὴν ἕως τῶν ὑψίστων δικαιοσύνην σου. Ὕψιστα γὰρ οἱ οὐρανοί· ἕως γὰρ τῶν οὐρανῶν ἄνεισιν· οἷα καὶ τῶν οὐρανίων δυνάμεων μανθανουσῶν περὶ αὐτῆς καὶ συγχαιρουσῶν. Τὰ δὲ ἑξῆς πάλιν προσώπῳ τοῦ λαοῦ φησιν.

Vers. 19. *Potestatem tuam et justitiam tuam, Deus, usque ad altissima.* A communi sensu sumenda sunt verba illa, *donec annuntiem.* Dictio autem *potestas*, hoc in loco posita est, ut exponat et declaret dictionem, *brachium.* Justitiam autem tuam usque ad altissima, hoc est, quæ ad ipsa usque attingit altissima, omisso articulo. Vel ordo fiat per hyperbaton : *Justitiam tuam*, quæ est usque ad altissima. Per altissima vero ipsos cœlos intelligit.

B Divina autem justitia ascendisse dicitur usque ad cœlos, eo quod cœlestes virtutes eam intelligunt, et congaudent super eam. Quæ sequuntur rursum ex populi persona efferri debent.

Ἃ ἐποίησάς μοι μεγαλεῖα. Τὸ ἃ ἀντὶ τοῦ πόσα· ἠθικῶς γὰρ ἀναγνωστέον, ἀπὸ καρδίας.. Τινὲς δὲ μετὰ τὸ, καὶ τὴν δικαιοσύνην σου, στίζοντες τελείαν (60), τὸ ἕως τῶν ὑψίστων, τῷ, ἃ ἐποίησάς μοι μεγαλεῖα, συνάπτουσιν, Ἀκύλᾳ πειθόμενοι· ὅτι Ἃ; ἐποίησας μεγαλοπρεπείας καὶ εὐεργεσίας, ἕως τῶν οὐρανίων δυνάμεων ἀνέδραμον τῷ θαύματι· εἰκόνι σῇ με τετίμηκας· βασιλέα τῶν ἐπὶ γῆς κατέστησας· τρέφεις, σκέπεις, φρουρεῖς, ἐξαρπάζεις κινδύνων, καὶ ὅσα τοιαῦτα.

Quæ fecisti mihi magnalia. — *Quæ* posuit pro *quanta.* Cum affectu etenim atque ex corde hæc legenda sunt. Aliqui post verba illa, *et justitiam tuam*, perfectum ponunt punctum, et quæ sequuntur huic versiculo conjungunt : *Quæ fecisti mihi magnalia*, Aquilam in hoc secuti, ut sit sensus : Magna et grandia beneficia, quæ in me contulisti, tam admiranda fuere, ut eorum fama ad ipsas etiam cœlestes potestates pervenerit. Imagine etenim me tua honorasti, et Regem me eorum omnium constituisti, quæ in terra sunt : alimenta etiam præstas, protegis, custodis atque eripis a periculis, et alia demum mihi hujusmodi multa impertiris.

Ὁ Θεὸς, τίς ὅμοιός σοι ; Οὐδείς.

C *Deus, quis similis tibi ?* Nemo scilicet.

Ὅσας ἔδειξάς μοι θλίψεις πολλὰς καὶ κακάς. Καὶ τὸ, ὅσας ἔδειξάς μοι θλίψεις, ἠθικῶς ἀναγνωστέον, ἀντὶ τοῦ πόσας· εἶτα τὸ ἑξῆς ἐπενεκτέον· ὅτι πολλὰς ὄντως καὶ βαρείας. Οὐ μόνον γὰρ εὐηργετήθην, ἀλλὰ καὶ ἐκακώθην· τὸ μὲν τῇ σῇ ἀγαθότητι, τὸ δὲ τῇ ἐμῇ πονηρίᾳ.

Vers. 20. *Quantas ostendisti mihi tribulationes multas et malas.* Hæc verba etiam cum affectu legenda sunt. Et cum dixerit, *quantas*, infert demum, *multas et graves.* Neque enim beneficiis tantum affectus sum, sed etiam calamitatibus afflictus ac malis, alterum quidem bonitate tua, alterum vero pravitate mea.

Ἐπιστρέψας, ἐζωοποίησάς με. Ἐπιστρέψας πρός με, ὃν πρὶν ἀπεστράφης. Ἢ καὶ, Ἐπιστρέψας με πρὸς σὲ, ἐζωοποίησάς με, ἀπαλλάξας τοῦ προδήλου θανάτου. Ἔθος γὰρ τὰς μὲν σφοδρὰς θλίψεις θάνατον ὀνομάζειν, τὴν δὲ τούτων ἀπαλλαγὴν, ζωήν.

Et conversus vivificasti me. Conversus scilicet ad me, a quo antea avertebaris. Et (quia dictio ἐπιστρέψας utramque significationem recipit) dicere possumus, quod dum me converteres ad te, vivificasti me, ab imminenti scilicet me morte eripiens. Per mortem autem omnifariam calamitates atque afflictiones de more intelligit, quemadmodum contra, per vitam, sæpenumero intelligi videmus liberationem a malis.

Καὶ ἐκ τῶν ἀβύσσων τῆς γῆς ἀνήγαγές με. Ἀβύσσους τῆς γῆς καὶ ᾅδην, καὶ λάκκον, καὶ τὰ τοιαῦτα πολλάκις ἡ Γραφὴ καλεῖ τὰ βάθη τῶν πειρασμῶν. Οὕτω δὲ διὰ Ἰεζεκιὴλ ὁ Θεὸς εἶπε πρὸς Ἑβραίους· Ἀνοίξω τοὺς τάφους ὑμῶν, καὶ ἀνάξω ὑμᾶς ἐκ Βαβυλῶνος.

D *Et de abyssis terræ rursum reduxisti me.* Abyssos terræ, et infernum, et lacum, et sepulturam, et hujusmodi nomina, sæpenumero apud Scripturam pro vastis atque imminensi calamitatibus poni videmus; unde apud Ezechielem dicit Dominus ad Hebræos : *Aperiam sepulturas vestras, et educam vos de Babylone* [93].

Ἐπλεόνασας ἐπ' ἐμὲ τὴν μεγαλοσύνην σου. Ἐπεδαψιλεύσω.

Vers. 21. *Multiplicasti in me magnificentiam tuam.* Hoc est, largam atque abundantem fecisti.

[93] Ezech. XXXVII, 12.

Variæ lectiones.

(60) Aut lege τελείως, aut supple στιγμήν.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Et conversus consolatus es me, et ex abyssis terræ iterum reduxisti me. Verba hæc soli fidelium populo recte accommodantur, quem in ignorantiæ atque in idolorum tenebris olim errantem Christus convertit, et advocavit in salutem, et consolatus est eum dicens: *Venite ad me omnes qui laboratis, et onerati estis, et ego quiescere vos faciam* [91]. Quem etiam juxta carnis naturam mortuum eduxit Dominus e sepultura. Nam dum corpus suum Christus mortuum vivificavit, et resurgere fecit e sepultura, atque immortalitate donavit, consequenter etiam omnibus, qui divina gratia digni sunt, hujusmodi resurrectionem effecit esse communem: quod ex verborum etiam repetitione perspicuum esse potest. Neque enim hæc verba superflue repetita videri debent, sed illud denotare, quod diximus, præsertim cum dictio, *iterum*, hoc in loco immutationem sensus significet. A Καὶ ἐπιστρέψας, παρεκάλεσάς με, καὶ ἐκ των ἀβύσσων τῆς γῆς πάλιν ἀνήγαγές με. Ταῦτα τῷ λαῷ τῶν Χριστιανῶν ἁρμόζουσι μόνῳ, ὃν ἐπιστρέψας πλανώμενον ἐν ἀγνοίᾳ καὶ εἰδωλολατρείᾳ παρεκάλεσεν εἰς σωτηρίαν· ἔτι δὲ καὶ παρηγόρησεν, εἰπών· Δεῦτε πρός με, πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς· καὶ ἀποθανόντα κατὰ φύσιν τῆς σαρκὸς πάλιν ἀνήγαγεν ἐκ τῶν τάφων· ζωώσας γὰρ τὸ νεκρωθὲν αὐτοῦ σῶμα, καὶ ἀναστήσας, καὶ ἀπαθανατίσας, ἤδη πᾶσι τοῖς ἀξίοις αὐτοῦ τὴν τοιαύτην ἀνάστασιν ἐχαρίσατο· καὶ τοῦτο δῆλον ἀπὸ τῆς δοκούσης παλιλλογίας, οὐ περιττῶς, ἀλλὰ διὰ τοῦτο κειμένης. Ἄλλως τε καὶ τὸ πάλιν, ἐπίῤῥημα προσκείμενον ἐνταῦθα, τὴν παραλλαγὴν ἐνέφηνε τοῦ νοήματος.

Etenim ego confitebor tibi in populis, Domine. Superflua est, hoc in loco, dictio *enim*, quemadmodum etiam aliis in locis tradidimus. Ait igitur beatus David, quod deinceps acturus est gratias Deo, in populis, non in uno tantum populo, neque in solis Judæis, sed in omnibus gentibus, quod etiam manifestius dicit circa finem psalmi XVII. B Καὶ γὰρ ἐγὼ ἐξομολογήσομαί σοι ἐν λαοῖς, Κύριε. Περιττὸς οὖν ὁ γὰρ σύνδεσμος, ὡς καὶ ἐν ἄλλοις παραδεδώκαμεν. Φησὶν οὖν ὁ Δαβὶδ, ὅτι Λοιπὸν ἐγὼ εὐχαριστήσω ἐν λαοῖς, καὶ οὐκ ἐν λαῷ μόνον· οὐ γὰρ ἐν Ἰουδαίοις μόνον, ἀλλ' ἐν πᾶσιν ἔθνεσι. Τοῦτο δὲ σαφέστερον εἴρηκεν πρὸς τῷ τέλει τοῦ ιζ' ψαλμοῦ.

VERS. 22. *In vasis psalmi veritatem tuam, Deus.* Per vasa psalmi, varia musicorum instrumentorum genera intelligit. Juxta anagogen vero, vasa psalmi, fideles omnes sunt: quorum animas in summam harmoniam ac consonantiam concinnans et in unum colligens beatus David perpetuas Deo laudes psallit. A communi autem sensu sumendum est verbum *Confitebor*. Et consequens quidem fuerat, C ut tertium casum Propheta redderet constructioni, ubi quartum apposuit. Dictio siquidem, *Confitebor*, idem significat, quod Gratias agam. Gratias, inquit, agam veritati tuæ, quoniam tu verax es, non tantum quia verum te esse asseramus Deum, sed etiam, quia omnia a te promissa sumi. cum fide adimples. Ἐν σκεύεσι ψαλμοῦ τὴν ἀλήθειάν σου, ὁ Θεός. Σκεύη ψαλμοῦ, τὰ διάφορα εἴδη τῶν μουσικῶν ὀργάνων. Ἀναγωγικῶς δὲ οἱ πιστοὶ, ὧν τὰς ψυχὰς ἁρμοσάμενος, καὶ συνδήσας ὁ Δαβὶδ, ψάλλει διὰ παντὸς τῷ Θεῷ. Ἀπὸ κοινοῦ δὲ τὸ ἐξομολογήσομαι· καὶ ἦν μὲν ἀκόλουθον κατὰ δοτικὴν πτῶσιν ποιῆσαι κἀνταῦθα τὴν σύνταξιν. Ὁ δὲ ἀδιαφόρως αἰτιατικὴν ἐπήγαγεν. *Εὐχαριστήσω*, φησὶ, *τῇ ἀληθείᾳ σου*· ὅτι ἀληθὴς εἶ Θεὸς, οὐ μόνον κατ' οὐσίαν, ἀλλὰ καὶ κατ' ἐπαγγελίαν.

Psallam tibi in cithara, sanctus Israel. Hæc verba ad declarationem dicta sunt præcedentis versiculi, ubi ait: *Confitebor tibi in vasis psalmi*. Est etenim cithara vas seu instrumentum quoddam musicum, quo psalmos etiam canebant; per citharam vero reliqua musicorum instrumentorum genera intelligit. Hoc autem in loco per citharam regium organum, psalterium videlicet, puto intelligi, ut ex iis patet, quæ in proœmio operis tradidimus. Hac etenim de causa solum hoc instrumentum tanquam D cæteris omnibus excellentius commemoravit. Verum ut nobis etiam hæc psalmi verba accommodemus, per vasa psalmi, os, labia et linguam intelligemus, et quæcunque alia sunt vocis organa: per citharam vero, animam ipsam. Sanctus autem Israel ille est, qui Israelem sanctificat. Dicitur etiam Deus sanctus, et homines sancti, ille quidem ut sanctificans, isti vero ut sanctificati, ille natura, Ψαλῶ σοι ἐν κιθάρᾳ, ὁ Ἅγιος τοῦ Ἰσραήλ. Τοῦτο ἐπεξήγησίς ἐστι τοῦ Ἐξομολογήσομαί σοι ἐν σκεύεσι ψαλμοῦ. Σκεῦος γὰρ εἴτουν ὄργανον ψαλμοῦ ἡ κιθάρα· ἀπὸ δὲ ταύτης καὶ τ' ἄλλα εἴδη ἐσήμανε· κιθάρα δὲ νῦν τὸ βασιλικὸν λέγει ψαλτήριον, ὡς ἐν τῷ προοιμίῳ τῆς βίβλου τῶν Ψαλμῶν ἐξηγησάμεθα. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τοῦτο μόνον ὡς ἐξαίρετον τέθεικεν. Ἵνα δὲ καὶ ἡμῖν ἁρμόσαιεν, σκεύη μὲν ψαλμοῦ νοήσομεν στόμα, χεῖλη, γλῶσσαν, καὶ ὅσα ὄργανα τῆς φωνῆς· κιθάραν δὲ τὴν ψυχήν. Ἅγιος δὲ τοῦ Ἰσραὴλ ὁ ἁγιάζων τὸν Ἰσραήλ. Λέγεται δὲ καὶ ὁ Θεὸς ἅγιος, καὶ ὁ ἄνθρωπος· ὁ μὲν ὡς ἁγιάζων, ὁ δὲ ὡς ἁγιαζόμενος· καὶ ὁ μὲν κατὰ φύσιν, ὁ δὲ κατὰ θέσιν, ἤτοι κατὰ μετοχήν. Καὶ ὅτι τοῦτο ἀληθὲς, φησὶν ὁ ἀπόστολος Παῦλος περὶ Χριστοῦ· Ὃς ἐγενήθη ἡμῖν σοφία ἀπὸ Θεοῦ, δικαιοσύνη, καὶ ἁγιασμὸς, καὶ ἀπολύτρωσις. Γέγονε γὰρ σοφία τοῖς σοφιζομένοις, δικαιοσύνη δὲ τοῖς δεδικαιω-

[91] Matth. XI, 28.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

μένοις, ἁγιασμὸς δὲ καὶ ἀπολύτρωσις τοῖς ἁγιαζομένοις καὶ ἀπολυτρουμένοις.

isti adoptione seu participatione. Et quod hoc verum sit, audi Apostolum de Christo dicentem : *Qui factus est nobis sapientia a Deo, justitia, et sanctificatio, et redemptio* [95]; sapientia quidem Christus fuit, iis qui sapientiores effecti sunt, et justitia justificatis, sanctificatio autem et redemptio iis qui sanctificati sunt et redempti.

Ἀγαλλιάσονται τὰ χείλη μου, ὅταν ψαλῶ σοι. Χεῖλη αὐτοῦ εἶεν ἂν καὶ οἱ πιστοί, οἷς χρώμενος, ψάλλει τῷ Θεῷ δι' αὐτῶν.

VERS. 23. *Exsultabunt labia mea, cum psalluero tibi.* Per labia ejus intelligere possumus fideles omnes quorum linguis psallere cum semper videmus Deo.

Καὶ ἡ ψυχή μου ἣν ἐλυτρώσω. Ἣν ἐλυτρώσω ἀπό τε ὁρατῶν καὶ ἀοράτων ἐχθρῶν.

Et anima mea quam redemisti. A visibilibus nimirum atque ab invisibilibus inimicis.

Ἔτι δὲ καὶ ἡ γλῶσσά μου ὅλην τὴν ἡμέραν μελετήσει τὴν δικαιοσύνην σου. Περὶ τοῦ ὅλην τὴν ἡμέραν εἰρήκαμεν πολλάκις ὅτι ἀεὶ σημαίνει· καὶ παρατηρητέον τοῦτο τοῦ λοιποῦ. Μελετήσω δὲ ἀντὶ τοῦ λαλήσω ἢ μνημονεύσω.

VERS. 24. *Sed et lingua mea tota die meditabitur justitiam tuam.* De his verbis, *tota die*, sæpe liximus idem significare, quod semper ; quod deinceps observandum est. *Meditabitur* autem, hoc est, loquetur seu reminiscetur.

Ὅταν αἰσχυνθῶσι καὶ ἐντραπῶσιν οἱ ζητοῦντες τὰ κακά μοι. Ταῦτα δὲ ἃ ὑπεσχόμην ποιήσω, ὅταν ἀπαλλαγῶ τέλεον τῶν ἐχθρῶν. Προείρηται δὲ ἀνωτέρω περὶ τῆς θείας δικαιοσύνης, καὶ τῶν ζητούντων τὰ κακά.

Cum erubuerint et confusi fuerint, qui quærunt mala mihi. Hæc, inquit, quæ pollicitus sum, faciam, quando ab inimicis prorsus fuero liberatus. Superius autem de divina justitia dictum est, et de iis qui quærunt mala.

Εἰς Σολομῶντα ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

In Salomonem psalmus ipsi David.

ΨΑΛΜΟΣ ΟΑ'.

PSALMUS LXXI.

Ἀποδέδεικται μὲν ἐν τῷ προοιμίῳ τῆς βίβλου τῶν Ψαλμῶν, ὅτι οὐκ ἔστι τοῦ Σολομῶντος ὁ ψαλμός· εἰρήσεται δὲ καὶ νῦν, ὅτι οὐκ εἰς Σολομῶντα εἴρηται. Οὔτε γὰρ συμπαρέμεινε τῷ ἡλίῳ, ἀλλ' (61) ἐπιβίῳ· οὔτε πρὸ τῆς σελήνης ἦν, οὔτε κατεκυρίευσε τῶν περάτων τῆς γῆς· οὔτε πρὸ τοῦ ἡλίου τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Ἀλλ' ἐπεὶ Σολομὼν εἰρηνικὸς ἑρμηνεύεται, πρόδηλον, ὡς εἰς Χριστὸν ὁ ψαλμὸς ἐῤῥέθη· ὃς ἐστιν εἰρήνη, καθὼς φησιν ὁ Παῦλος· *Αὐτός ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν, ὁ ποιήσας τὰ ἀμφότερα ἕν· καὶ τὸ μεσότειχον τοῦ φραγμοῦ λύσας·* δείξει δὲ τοῦτο τὰ κατὰ μέρος ῥητά.

Docuimus in procœmio operis hunc psalmum non esse Salomonis ; nunc illud etiam dicemus quod neque ad ipsum pertinet Salomonem. Neque enim Salomon is fuit qui permanserit cum sole, quippe qui jam diu mortuus est, neque etiam fuit ante lunam, nec dominatus est finibus terræ, neque ante solem fuit nomen ejus. Et quia Salomon interpretatur *pacificus*, manifestum est hunc psalmum in Christum dictum esse. *Ipse etenim est pax nostra qui fecit utraque unum, quique intermedium maceriæ parietem dissolvit* [96-97], quemadmodum magis particulatim ipsius psalmi verba demonstrabunt.

Ὁ Θεός, τὸ κρίμα σου τῷ βασιλεῖ δὸς, καὶ τὴν δικαιοσύνην σου τῷ υἱῷ τοῦ βασιλέως. Προεωρακὼς ὁ Δαβὶδ τὰ κατὰ Χριστὸν, παρακαλεῖ δοθῆναι ταῦτα· καὶ δοθῆναι αὐτῷ ὡς ἀνθρώπῳ ἃ εἶχεν ὡς Θεός. Οὕτω γὰρ καὶ ὁ Χριστὸς εἴρηκε περὶ τοῦ Πατρὸς, ὅτι τὴν κρίσιν πᾶσαν δέδωκε τῷ Υἱῷ. Καὶ πάλιν, *Ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς.* Βασιλέα δὲ καὶ βασιλέως υἱὸν ἐκάλεσεν αὐτὸν ὁ Δαβὶδ, ὡς Θεὸν καὶ Θεοῦ Υἱόν. Κρῖμα δὲ ὀνομάζει τὴν κρίσιν, οὗ ἑρμηνευτικόν ἐστιν ἡ δικαιοσύνη. Ὁ γὰρ Χριστὸς ἦν μὲν κριτὴς δίκαιος ὡς Θεός· ἔλαβε δὲ τοῦτο καὶ ὡς ἄνθρωπος παρὰ τοῦ Πατρός· εἴρηκε γάρ· *Ἐγὼ δὲ κατεστάθην βασιλεὺς ὑπ' αὐτοῦ.* Λέγοιτο δὲ καὶ κατὰ τὸ ἀνθρώπινον βασιλεὺς μὲν ὡς ἐκ βασιλικῆς φυλῆς καταγόμενος· ἐπεὶ καὶ Χριστός· βασιλέως δὲ υἱὸς ὡς τοῦ Δαβὶδ υἱός· *Βίβλος γάρ, φησὶ, γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ υἱοῦ Δαβίδ.*

VERS. 2. *Deus, judicium tuum Regi da, et justitiam tuam Filio Regis.* Prævidens beatus David summa Christi mysteria, optat atque orat ea accelerari, et ipsi Christo tanquam homini ea dari, quæ semper habebat, ut Deus. Ita etiam Christus dixit de Patre, quod omne judicium sibi dedit, ut Filio, et rursum : *Data est mihi omnis potestas in cœlo, et in terra* [98]. Regem autem et Regis Filium, Christum appellat, tanquam Deum, et Dei Filium. Per judicium vero ipsam judicandi facultatem intelligit. Quod ut magis declararet, addidit : *justitiam.* Christus etenim justus judex est, ut Deus, verum ut homo id acceperat a Patre : *Ego enim*, inquit, *constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum ejus* [99]. Potest et Christus secundum humanitatem appellari Rex, veluti qui de tribu erat regia ; Regis autem Filius, tanquam filius David : *Liber* enim, inquit, *generationis Jesu Christi, filii David* [1].

[95] I Cor. I, 30. [96-97] Ephes. II, 14. [98] Matth. XXVIII, 18. [99] Psal. II, 6. [1] Matth. I, 1.

Variæ lectiones.

(61) Videbatur syntaxis poscere ut hæc ad Salomonem referrentur, quemadmodum vertit interpres. Auctor tamen ad Solem retulit ; quem, si quis forte dubitat, Salomoni *supervixisse* fidenter testatur.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Ut judicet populum tuum in justitia et pauperes tuos in judicio. Hæc est causa, cur petat beatus David Christo tribui judicandi facultatem : ut scilicet judicet, etc. Per populum autem, fidelem populum intelligit, qui licet Christi (62), hoc est, Filii populus appelletur, dicitur etiam et Patris (*Omnia*, inquit, *mea tua sunt*[2]); quem etiam populum alio nomine appellat, *pauperes Dei*, quia fideles veri, omnes propter Deum pauperes facti sunt. Per justitiam autem Dei, futurum judicium intelliges, in quo unicuique condigna Deus pro meritis reddet : quod paulo post magis declarat, dicens : *in judicio;* ut judicet autem eos, cum diabolo nimirum, et cum Judæis, atque aliis fidei inimicis. Alii per populum, Judaicum intelligunt, qui olim Dei populus dicebatur; et per pauperes, novum populum ex gentibus congregatum, de cujus paupertate diximus in IX et XI psalmo. Ut judicet eos, alios quidem justo judicio condemnans, alios autem ad salutem justificans.

A *Κρίνειν τὸν λαόν σου ἐν δικαιοσύνῃ καὶ τοὺς πτωχούς σου ἐν κρίσει.* Τοῦτο αἰτία ἐστὶ τῆς εὐχῆς· Ἵνα κρίνῃ, φησί· λαὸν δὲ λέγει τοὺς Χριστιανούς. Ὁ γὰρ τοῦ Υἱοῦ λαὸς καὶ τοῦ Πατρός ἐστι. Τοὺς αὐτοὺς δὲ καλεῖ καὶ πτωχοὺς τοῦ Θεοῦ, ὡς διὰ Θεὸν πτωχεύσαντας. Δικαιοσύνην δὲ Θεοῦ νοήσεις τὴν μέλλουσαν κρίσιν, ἐν ᾗ ἀποδώσει ἑκάστῳ τὰ πρὸς ἀξίαν. Ὅ, καὶ προϊών, ἐδήλωσεν, ἐπάγων τὸ, *ἐν κρίσει*· κρίνειν δὲ αὐτοὺς μετά τε τοῦ διαβόλου καὶ τῶν Ἰουδαίων, καὶ τῶν ἄλλων ἐχθρῶν τῆς πίστεως. Ἄλλοι δέ φασι λαὸν μὲν τὸν Ἰουδαϊκόν, τόν ποτε τοῦ Θεοῦ ὄντα· πτωχὸν δέ, τὸν νέον λαὸν τὸν ἐξ ἐθνῶν. Περὶ δὲ πτωχείας αὐτοῦ εἰρήκαμεν ἐν τῷ θ' καὶ ια' ψαλμῷ. Κρίνειν δὲ αὐτοὺς, καὶ τοὺς μὲν δικαίως καταδικάσαι, τοὺς δὲ δικαιῶσαι.

Vers. 3. *Suscipiant montes pacem populo, et colles justitiam.* In prosopopœiæ speciem, montes jubet suscipere pacem erga Christi populum, et colles justitiam, et montes quidem pacificam eis vitam præstare, expulsis nimirum seditiosis ac malignis dæmonum spiritibus, colles vero juste eis deservire, quasi Creatoris Dei servis. Per *montes* etiam et *colles* tanquam eminentiores, omnem terram comprehendit, in qua habitaturi erant anachoretæ, atque eremitæ, et omnes Christi milites. Vel per *montes* quidem archangelos intelligit, tanquam eminentiores et superiores potentias; per *colles* vero, ipsos angelos, tanquam illis subjectos. Elevati tamen sunt utrique eorum ordines a terrenis, non secus ac montes et colles a terra. Hos igitur deinceps jubet, ut pacifice se habeant cum Christi populo, utque justam illi ac debitam, quasi ipsius Domini hæreditati, opem ferant. Prius namque inimice nobiscum agebant angeli, ob veterem nimirum impietatem. Vel per montes, reges ac duces excellentiores quosque intellige : per colles vero, alios principes illis subjectos. Multi enim eorum venerunt ad fidem, pacifice agentes, atque erga Christi populum benignissime se habentes.

B *Ἀναλαβέτω τὰ ὄρη εἰρήνην τῷ λαῷ· καὶ οἱ βουνοὶ δικαιοσύνην.* Κατὰ λόγον προσωποποιΐας, ἐγκελεύεται τοῖς ὄρεσι μὲν ἀναλαμβάνειν εἰρήνην πρὸς τοῦ Χριστοῦ, τοῖς δὲ βουνοῖς δικαιοσύνην· καὶ τὰ μὲν εἰρηνικὴν αὐτῷ παρέχειν δίαιταν, ἀπωσάμενα τοὺς στασιαστὰς δαίμονας, τοὺς δὲ δικαίως αὐτοῖς δουλεύειν, ὡς δούλοις τοῦ Κτίστου· διὰ δὲ τῶν ὀρέων καὶ τῶν βουνῶν ὡς ὑπερεχόντων πᾶσαν τὴν γῆν συμπεριέλαβεν, εἰς ἣν ἔμελλον κατοικεῖν οἱ ἀναχωρηταὶ, καὶ ἀσκηταὶ, καὶ στρατιῶται τοῦ Χριστοῦ· ἢ ὄρη μὲν νοήσεις τοὺς ἀρχαγγέλους ὡς ὑπερέχοντας τῶν ἀγγέλων, βουνοὺς δὲ τοὺς ἀγγέλους ὡς ὑποβεβηκότας αὐτοῖς. Ὑπερηρμένοι δέ εἰσι καὶ οὗτοι κἀκεῖνοι τῶν γηΐνων ὡς τὰ ὄρη καὶ οἱ βουνοὶ τῆς γῆς, οὓς καὶ προτρέπεται εἰρηνεύειν τοῦ λοιποῦ πρὸς τὸν λαὸν τοῦ Χριστοῦ, καὶ δικαίως αὐτῷ προσφέρεσθαι, ὡς κληρονομίᾳ τοῦ Δεσπότου. Πρότερον γὰρ ἦσαν ἐκπεπολεμωμένοι τῷ λαῷ τούτῳ διὰ τὴν ἀσέβειαν. Ἡ ὄρη μὲν οἱ βασιλεῖς καὶ ἡγεμόνες, βουνοὶ δὲ οἱ ὑποβεβηκότες ἄρχοντες· πολλοὶ γὰρ τοιοῦτοι πρὸς τὴν πίστιν ἦλθον εἰρηνεύσαντες, καὶ δικαίως τῷ λαῷ τοῦ Χριστοῦ χρησάμενοι.

C

Vers. 4. *Judicabit pauperes populi, et salvas faciet filios pauperum.* Per *pauperes populi*, rudiores quoslibet Judæorum intelligunt : qui intellectu et prudentia erant pauperes, dum nudæ legis litteræ insistentes, ad occultas sancti Spiritus divitias prospicere non valebant; per *filios* autem *pauperum*, fideles in Christum intelligit, quorum parentes pietate ac religione pauperes fuere, nullas habentes divitias veræ cognitionis Dei, vel ipsos etiam apostolorum discipulos. Piscatores etenim erant apostoli, et aspectu viles. Illos igitur, ut infideles condemnabit, hos vero salvabit, ut fideles.

Κρινεῖ τοὺς πτωχοὺς τοῦ λαοῦ, καὶ σώσει τοὺς υἱοὺς τῶν πενήτων. Πτωχοὺς τοῦ λαοῦ φησι τοὺς παχυτέρους τῶν Ἰουδαίων, πτωχοὺς ὄντας, εἰς σύντεσιν· οἷα γυμνῷ τῷ γράμματι παραμένοντας, καὶ πρὸς τὸν ἐγκεκρυμμένον πλοῦτον τοῦ Πνεύματος οὐ δυναμένους παρακύπτειν· υἱοὺς δὲ τῶν πενήτων, τοὺς πεπιστευκότας εἰς Χριστόν· ὧν οἱ πατέρες πένητες ἦσαν εἰς εὐσέβειαν, τὸν τῆς ἀληθείας πλοῦτον οὐκ ἔχοντες. Ἢ καὶ τοὺς μαθητὰς τῶν ἀποστόλων υἱοὺς πενήτων οἰητέον· ἁλιεῖς γὰρ καὶ ἀτελεῖς τὸ φαινόμενον ἦσαν οἱ ἀπόστολοι· ἐκείνους μὲν οὖν κατακρινεῖ ὡς ἀπιστήσαντας, τούτους δὲ σώσει ὡς πιστεύσαντας.

D

Joan. XVII, 10.

Variæ lectiones.

(62) Græce simpliciter : *Filii enim populus est idem et Patris.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Καὶ ταπεινώσει συκοφάντην. Τὸν διάβολον, ὃς αὐτὸν τὸν Θεὸν πρῶτον ἐσυκοφάντησε, φήσας, διὰ φθόνον αὐτὸν ἀπαγορεῦσαι τοῦ φυτοῦ τὴν μετάληψιν· καὶ πάντας δὲ συκοφαντεῖ καὶ διαβάλλει. Διὸ καὶ *διάβολος* φερωνύμως κέκληται.

Et humiliabit calumniatorem. Diabolum nimirum, qui Deum ipsum primo calumniatus est, invidiose illum vetuisse asserens, ne homines de ligno sumerent : et qui nunc passim omnes etiam calumniatur. Unde, juxta nominis etymologiam, vere ac proprie diabolus appellatur. (Idem enim est Græcis *diabolus*, quod latinis *calumniator*.)

Καὶ συμπαραμενεῖ τῷ ἡλίῳ καὶ πρὸ τῆς σελήνης γενεὰς γενεῶν. Βουλόμενος ἐμφῆναι τό τε ἄναρχον καὶ τὸ ἀτελεύτητον τοῦ Χριστοῦ κατὰ τὴν θεότητα *παρέβαλεν* αὐτὰ τοῖς μεγάλοις φωστῆρσιν· οὐχ εὑρίσκων ἐν τῇ ὁρατῇ κτίσει ἑτέρας εἰκόνας ἐπισημοτέρας καὶ διαρκεστέρας. Συμπαραμενεῖ, φησὶ, τῷ ἡλίῳ, τουτέστιν, ἔσται μέχρις ἔστιν ὁ ἥλιος. Ἴδίωμα δὲ τῆς Γραφῆς τὸ μέχρι μέν τινος ὁρίζειν· τὸ δ' ἑξῆς, μὴ ἀναίνεσθαι, ὡς ἐν ἑτέροις ἐροῦμεν πλατύτερον· ἀλλ' οὕτω μὲν τὸ ἀτελεύτητον· εἶτα καὶ περὶ τοῦ ἀνάρχου φησὶν, ὅτι καὶ πρὸ τῆς σελήνης ἦν. Τὸ δὲ *γενεᾶς γενεῶν*, ἀντὶ τοῦ διαστήματα διαστημάτων, ἤγουν, διαστήματα ἄπειρα· γενεὰν καλῶν διάστημα χρόνου· ὅσον ἂν ζῇ γένος, εἴτουν ἄνθρωπος. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλως εἰπεῖν ἥλιον τὴν θεότητα· ὁ γὰρ ἐν τοῖς αἰσθητοῖς ἥλιος, τοῦτο ἐν τοῖς νοητοῖς Θεὸς, κατὰ τὸν Θεολόγον Γρηγόριον. Ἥτινι θεότητι συμπαραμενεῖ ἡ ἀνθρωπότης, ἅπαξ ἑνωθεῖσα αὐτῇ· καὶ οὐδέποτε αὐτῆς χωρισθήσεται. Εἶτα σελήνην νοήσεις τὴν Ἐκκλησίαν τῶν πιστῶν, ἧς πρὸ προσώπου καὶ ἐνώπιον ὁ Χριστὸς ἔστη, εἰς γενεὰς γενεῶν, τουτέστιν, ἀεί· ὥσπερ δὲ σελήνη ἀπὸ τοῦ ἡλίου λαμβάνει τὸ φῶς, οὕτω καὶ αὕτη τὸ νοητὸν φῶς ἀπὸ τοῦ Ἡλίου τῆς δικαιοσύνης Χριστοῦ, καὶ καταυγάζει τοὺς ἐν νυκτὶ τῆς πλάνης, καὶ τὴν εὐθεῖαν ὁδὸν ὑποδείκνυσι.

Verse 5. *Et permanebit cum sole et ante lunam generationes generationum.* Ostendere volens Propheta Christi divinitatem sine principio esse, et sine fine, duobus magnis luminaribus eam comparavit : quandoquidem inter omnes visibiles creaturas potiora exempla aut diuturniores similitudines inveniri nequiverint. Permanebit, inquit, cum sole, hoc est, erit donec erit sol. Est autem peculiaris quidam loquendi modus apud Scripturam sacram, ut tempus usque ad aliquid determinet, et quod sequitur, non neget, ut alibi latius diximus, et dicemus : et hoc pacto quidem Christi perpetuitatem explicat ex parte finis. Deinde etiam declarat quomodo sit absque principio : et dicit quod erat ante lunam. Quod vero ait : *generationes generationum*, idem sibi vult ac si dixisset, per spatia spatiorum, hoc est, per immensa atque infinita temporum intervalla. Per generationem etenim temporis spatium intellexit, verbi gratia, quantum una hominum generatio, hoc est, quantum unus homo potest supervivere. Vel aliter : Solem accipe pro divinitate, cum, ut Theologus Gregorius dixit, id sit Deus inter intellectuales creaturas, quod sol inter sensibiles. Cum hac autem divinitate perpetuo permanet Christi humanitas, ex quo ei semel est conjuncta, et ab ea nunquam separatur : et per lunam ipsam fidelium Ecclesiam intellige, ante cujus faciem et coram qua Christus erat in generationes generationum, hoc est, perpetuo. Nam quemadmodum luna a sole; ita Ecclesia a Christo altero justitiæ sole, lucem accipit; unde eos omnes illuminat, qui in erroris sunt nocte, rectum illis videlicet callem demonstrans.

Καταβήσεται ὡς ὑετὸς ἐπὶ πόκον, καὶ ὡσεὶ σταγόνες στάζουσαι ἐπὶ τὴν γῆν. Τὸ λεληθὸς ἐνταῦθα μηνύεται τῆς τοῦ Λόγου σαρκώσεως καταβάντος ἀνεπαισθήτως ἐπὶ τὴν νηδὺν τῆς Παρθένου. Ὁ γὰρ ὑετὸς ὑφοφητὶ κάτεισιν ἐπὶ τὸν πόκον, ὁμοίως δὲ καὶ ἡ σταγὼν ἐπὶ τὴν γῆν. Σταγὼν δέ ἐστιν ἡ πρὸ τοῦ νείφειν σποράδην καὶ ἐκ διαλειμμάτων κατερχομένη.

Verse 6. *Descendet sicut pluvia in vellus, et sicut stilla stillans super terram.* Docet quomodo divina Verbi incarnatio latenter ac clam facta sit : descendente nimirum verbo insensibiliter in Virginis uterum. Pluvia etenim absque ullo strepitu in lanæ vellera descendit : atque eodem pacto stilla quæ in terram cadit. Verum per stillas, minutissimas illas guttas, seu potius rores intelligit, qui ante pluviam ex intervallo sparsim in terram cadunt.

Ἀνατελεῖ ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ δικαιοσύνη, καὶ πλῆθος εἰρήνης ἕως οὗ ἀνταναιρεθῇ ἡ σελήνη. Γεννηθέντος γὰρ τοῦ Χριστοῦ, αἱ διάφοροι τοπαρχίαι τῶν ἐθνῶν εἰς μοναρχίαν τὴν τῶν Ῥωμαίων περιέσπησαν. Ἐξῆλθε γὰρ, φησὶ, *δόγμα παρὰ Καίσαρος Αὐγούστου, ἀπογράφεσθαι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην.* Τότε τοίνυν ἐκέχρηντο δικαιοσύνῃ καὶ εἰρήνῃ πρὸς ἀλλήλας αἱ πρὶν πολέμιοι πόλει, ὑπὸ μιᾶς ἰθυνόμεναι βασιλείας. Ἀνταναίρεσιν δὲ τῆς σελήνης, εἴτουν, ἀναίρεσιν καλεῖ τὴν ἐπὶ συν-

Verse 7. *Orietur in diebus ejus justitia et multitudo pacis donec auferatur luna.* Nato etenim Christo variæ gentium regna in unam Romanorum monarchiam deducta sunt. *Exiit* enim, inquit, *edictum a Cæsare Augusto, ut describeretur universus orbis* [3]. Tunc igitur civitates, quæ inter sese antea inimicitias exercuerant, uno tantum imperatore omnia moderante, mutua justitia ac pace utebantur. Et quod ait : *donec auferatur luna*, posuit pro, donec luna ab officio suo cesset, quod ni-

[3] Luc. II, 1.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

mirum accidet in die consummationis. *Sol* quippe tunc *obtenebrabitur, et luna non dabit lucem suam* [a]. Quod si justitia et pax modo omnibus non permanent usque ad tempus consummationis, sed multæ adhuc hodie civitates inter se inimice agunt, non mireris. Neque enim de universali justitia Propheta loquitur, aut de universali pace, sed de ea quæ inter veros erit fideles, et Christi servos. Vel aliter, de justitia et de pace loquitur, quæ in Deum est, quippe cum juste, hoc est, condigne unius divinitatis sancta Trinitas tunc fuerit adorata, et pax facta sit cœlestium et terrestrium, quæ usque ad sæculi consummationem permanebit.

A τελείᾳ τοῦ κόσμου παυσιν αὐτῆς. Ὁ ἥλιος γάρ, φησὶ, σκοτισθήσεται, καὶ ἡ σελήνη οὐ δώσει τὸ φέγγος αὐτῆς. (63) Τῆς ἀντὶ προθέσεως περιττῶς κειμένης, ὡς ἐν τῷ ζ' ψαλμῷ παραδεδώκαμεν. (64) Εἰ δὲ μὴ μέχρι συντελείας δικαιοσύνη καὶ εἰρήνη παραμενεῖ πᾶσιν, ἀλλὰ πολλαῖς τέως πόλεσιν ἀποσωθήσεται· οὐ γὰρ περὶ καθόλου δικαιοσύνης ἢ εἰρήνης εἶπεν. Καὶ ἄλλως δὲ δικαιοσύνην εἴποις ἂν καὶ εἰρήνην πρὸς τὸν Θεόν· ἐν ταῖς ἡμέραις γὰρ τοῦ Χριστοῦ δικαίως ἦτουν ἀξίως ἡ μακαρία Τριὰς τῆς μιᾶς Θεότητος προσκυνηθήσεται, καὶ εἰρήνη τῶν οὐρανίων καὶ ἐπιγείων ἐγένετο· αἵτινες καὶ διατηρηθήσονται μέχρι συντελείας.

Vers. 8. *Et dominabitur a mari usque ad mare.* Mare et mare, propter aquarum multitudinem orientalem atque occidentalem Oceanum appellat. Illi etenim fines sunt ac termini, quos quis longitudini orbis terræ potest ascribere. Latitudinis autem terminos eadem ratione arcticum atque antarcticum Oceanum dicemus. Aiunt etenim Oceanum in orbem universam terram ambire.

B *Καὶ κατακυριεύσει ἀπὸ θαλάσσης ἕως θαλάσσης.* Θάλασσαν καὶ θάλασσαν λέγει διὰ τὰ πλήθη τῶν ὑδάτων τόν τε Ὠκεανὸν καὶ τὸν Ἑσπέριον, οἳ εἰσι πέρατα τῆς οἰκουμένης, εἰς μῆκος· καὶ αὖθις εἰς πλάτος τὸν ἀρκτικὸν καὶ τὸν μεσημβρινόν. Φασὶ γὰρ τὸν Ὠκεανὸν κύκλῳ περιῤῥέειν τὴν γῆν.

Et a fluminibus usque ad terminos orbis terrarum. Eumdem sensum repetit : et quod ibi maria appellavit, nunc dicit flumina, veluti partes quasdam Oceani fluminis. Fines autem terræ ab orientali quidem Oceano, Hesperius, ab arctico autem, antarcticus : et rursus e contrario, ut ita dicam, a fluminibus ad flumina. Vel aliter, flumina hic Jordanem appellat, et pluralem numerum posuit pro singulari, juxta Hebraicæ linguæ idioma. Ab illo etenim flumine cœpit Christus in cæteris sibi hominibus dominium parare : quando, sancto Spiritu in columbæ speciem descendente, Pater Filio superne testimonium præstitit (baptizabatur enim nunc a Joanne in Jordane).

C *Καὶ ἀπὸ ποταμῶν ἕως περάτων τῆς οἰκουμένης.* Τὸ αὐτὸ δηλοῖ καὶ οὗτος ὁ στίχος· ἃ γὰρ ἐν ἐκείνῳ θαλάσσας ἐκάλεσε, ταῦτα ἐν τούτῳ ποταμοὺς εἶπεν, ὡς μέρη τοῦ Ὠκεανοῦ ποταμοῦ· πέρατα δὲ τῆς οἰκουμένης ἀπὸ μὲν τοῦ Ὠκεανοῦ, ὁ Ἑσπέριος, ἀπὸ δὲ τοῦ ἀρκτῴου, ὁ μεσημβρινός· καὶ αὖθις ἐναλλὰξ, ἵνα εἴπω, καὶ ἀπὸ ποταμῶν ἕως ποταμῶν. Καὶ ἄλλως δέ· ποταμὸς μὲν νῦν τὸν Ἰορδάνην νοήσεις, πληθυντικὸν ἀντὶ ἑνικοῦ κατὰ τὴν Ἑβραΐδα διάλεκτον· ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ γὰρ τούτου κατακυριεύειν ἤρξατο τῶν πιστευόντων ὁ Χριστὸς, ὅτε τοῦ παναγίου Πνεύματος ἐν εἴδει περιστερᾶς κατιόντος, ὁ Πατὴρ τῷ Υἱῷ προσεμαρτύρησεν ἄνωθεν.

Vers. 9. *Coram illo procident Æthiopes.* Duplex est Æthiopum genus, ut diximus, in psalmo LXVII. Alii enim in extrema Orientis, alii in extrema Occidentis parte habitant. Quod si extremæ omnium gentes Christum adorabunt, multo illæ magis, quæ in medio orbis sunt. Vel per Æthiopes, ipsos dæmones intellige, qui nigri prorsus Æthiopum instar, apparere solent, ob eorum nimirum caliginem et tenebras, et quod ait : *Cadent*, expone pro, Adorabunt, si de veris Æthiopum populis versiculum intelligas : quod si Æthiopes esse dicas dæmones, tunc expone, *Cadent*, pro Destruentur atque humiliabuntur.

D *Ἐνώπιον αὐτοῦ προπεσοῦνται Αἰθίοπες.* Διττόν ἐστι τὸ γένος τῶν Αἰθιόπων, ὡς ἐν τῷ ξζ' ψαλμῷ προεῖρηται· καὶ οἱ μὲν αὐτῶν ἐν ἄκρῳ τῆς ἀνατολῆς οἰκοῦσιν, οἱ δὲ ἐν ἄκρῳ τῆς δύσεως. Εἰ δὲ τὰ ἀκρότατα ἔθνη προσκυνήσουσι τῷ Χριστῷ, καὶ τὰ ἐν μέσῳ πάντως· ἢ Αἰθίοπας εἶποι ἄν τις τοὺς δαίμονας· τοιοῦτοι γὰρ ὡς ἐπίπαν φαίνονται διὰ τὸ ζοφῶδες καὶ σκοτεινὸν αὐτῶν· ἀλλ' ἐπὶ μὲν τῶν αἰσθητῶν Αἰθιόπων τὸ *προπεσοῦνται*, ἀντὶ τοῦ προσκυνήσουσι, λαμβάνομεν, περιττευούσης τῆς προθέσεως· ἐπὶ δὲ τῶν νοητῶν, ἀντὶ τοῦ, *Καθαιρεθήσονται*, καὶ *Ταπεινωθήσονται*, καὶ *Καταπαλαισθήσονται*.

Et inimici ejus terram lingent. Et Judæi, inquit, Christi occisores jugulabuntur. Solent enim qui violenta morte pereunt, præ gravi dolore terram mordicus apprehendere. Vel quia dum Evangelii

Καὶ οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ χοῦν λείξουσιν. Οἱ χριστοκτόνοι Ἰουδαῖοι καταισχυνθήσονται. Οἱ γὰρ ἀναιρούμενοι δάκνουσι τὴν γῆν, ὑπὸ τοῦ ἀφορήτου πόνου καὶ τῆς ἀνάγκης· ἢ ὅτι οἱ πολεμοῦντες τῷ κηρύ-

[a] Matth. XXIV, 29.

Variæ lectiones.

(63) Ne quis se fraudatum queratur, hæc quoque sibi habeat : *Præpositione* ἀντὶ (in dictione ἀνταναιρεθῇ) *vacante, ut in psalmo* VI.

(64) Explanatio hæc est magis quam interpretatio, ut sæpe alias. Ad verbum : *Quod si usque ad consummationem sæculi non inter omnes pax et justitia permanserint, complures tamen urbes eam inter se eousque servabunt. Neque enim de universali justitia et pace Propheta loquitur.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

γματι μεταβληθήσονται· καὶ τὰ ἐδάφη τῶν ἱερῶν αὐτοῦ ναῶν καταφιλήσουσιν. Ἢ καὶ αὖθις ἐχθροὺς αὐτοῦ τοὺς δαίμονας ὑποληπτέον, οἵτινες εἰς γῆν ὑπὸ τῶν εὐσεβῶν καταβληθήσονται καὶ συμπατηθήσονται τοσοῦτον ὡς δοκεῖν λείχειν τὴν γῆν, ἐξαναστῆναι μὴ συγχωρούμενοι.

A prædicationem oppugnant, multi eorum convertentur, et sanctorum Christi templorum solum ac pavimenta exosculabuntur. Vel rursus, per Christi inimicos, dæmones intellige, qui a sanctis viris in terram dejicientur, atque adeo conculcabuntur, ut ipsam humum lambere videantur, dum illinc exsurgere nequeunt.

Βασιλεῖς Θαρσεῖς καὶ νῆσοι δῶρα προσοίσουσι, βασιλεῖς Ἀράβων καὶ Σαβᾶ δῶρα προσάξουσι. Θαρσεῖς τὴν Καρχηδόνα πάντες ὀνομάζουσι, προκαθημένην τῆς Λιβύης. Σαβὰ δὲ πόλις ἐστὶν Ἰνδίας περιφανεστέρα. Τῶν ἐν αὐτῇ τῶν ἐπισημοτέρων οὖν τότε βασιλειῶν μνημονεύσας, διὰ τούτων καὶ τὰς ἄλλας ἐνέφηνεν· ὃ καὶ διὰ τῶν ἑξῆς ἐδήλωσε στίχων· συλλήβδην πάντας τοὺς βασιλεῖς καὶ πάντα τὰ ἔθνη φήσας, ὡς ἐν τῷ ξθ' ψαλμῷ ἐδηλώσαμεν. Νήσους δὲ τὰς ἐν τῇ θαλάσσῃ πάσας φησίν. Ὄντως δὲ πᾶν ἔθνος ἐδωροφόρησε τῷ Χριστῷ· τὸ μὲν ναοὺς καὶ ἀναθήματα, τὸ δὲ ἀρετάς· καὶ τὸ μὲν αἰσθητὰ δῶρα, τὸ δὲ νοητά.

B

VERS. 10. *Reges Tharsis et insulæ munera offerent, reges Arabum, et Saba dona adducent.* Per Tharsis expositores omnes Carthaginis civitatem intelligunt, quæ est Libyæ caput, et per Saba, civitatem quamdam Indorum celeberrimam. Insigniorum igitur regum memoriam faciens Propheta, alia pariter regna omnia denotasse videtur; quod ex sequentibus etiam manifestius apparet, dum collectim universos reges atque universas gentes connumerat: quemadmodum in LXIX psalmo declaravimus. Insulas autem, omnes intellige quæ in mari sunt. Vere autem quælibet gens Christo dona tulit, hæc quidem templa, illa alias oblationes, et alias virtutes, et hi quidem sensibilia, alii vero intellectualia dona obtulerunt.

Καὶ προσκυνήσουσιν αὐτῷ πάντες οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς. Προσεκύνησαν δὲ οὔπω πάντες, ἢ καὶ ἐκ παντὸς ἔθνους, ὡς ἐν τῷ ξζ' ψαλμῷ προείρηται. Ἔοικε δὲ τὸ ῥητὸν τοῦτο τῷ τοῦ Ἰακὼβ, τῷ· Καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν.

VERS. 11. *Et adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes servient ei.* Nondum tamen omnes adoraverunt, tametsi ex omni gente sit, qui adoret et serviat, ut in LXVII psalmo prædictum est. Similis est autem hic versiculus verbis illis, quæ a patriarcha Jacob de Christo prædicta sunt: *Et ipse*, inquit, *erit exspectatio gentium.*

Ὅτι ἐρρύσατο πτωχὸν ἐκ δυνάστου, καὶ πένητα ᾧ οὐχ ὑπῆρχε βοηθός. Πτωχὸν καὶ πένητα λέγει νῦν τὸν λαὸν τῶν Χριστιανῶν, ὡς ἐν τῷ λθ' ψαλμῷ προείρηται, καὶ πολὺ πρὸ τούτου ἐν τῷ θ'. Δυνάστην δὲ καλεῖ τὸν διάβολον, ὡς κατακυριεύσαντα πάλαι τῶν ἀνθρώπων. Καὶ ἄλλως δὲ φόβον ἐπισείει τοῖς δυνάσταις ὁ Προφήτης, ὡς τοῦ Θεοῦ ἀντιλαμβανομένου τὸν καταδυναστευόμενον.

C

VERS. 12. *Quoniam eripuit inopem a potente, et pauperem cui non erat adjutor.* Inopem et pauperem hic Christianum populum appellat, ut in IX atque in XXXIX psalmo diximus. Per potentem vero ipsum intelligit diabolum, qui diu olim humano generi atque universo orbi dominatus est. Vel timorem potentibus Propheta his verbis incutere voluit, veluti Christus iis omnibus opem laturus sit, qui ab eis oppressi fuerint.

Φείσεται πτωχοῦ καὶ πένητος, καὶ ψυχὰς πενήτων σώσει. Τὸ αὐτὸ πάλιν φησίν· ἢ πτωχὸν μὲν ὀνομάζει τὸν Ἰουδαϊκὸν λαὸν, ὡς (65) ἀποπεσόντα τοῦ πλούτου τῆς θείας βοηθείας· πένητα δὲ, τὸν ἐθνικόν. Ἀμφοτέρους μὲν γὰρ ἠλέησε, καὶ δι' ἀμφοτέρων ἐνηνθρώπησεν. Ἀλλ' Ἰουδαίους μὲν μὴ δεξαμένους αὐτὸν εἴασεν· τὰ ἔθνη δὲ προδραμόντα εἰς αὐτὸν πίστει ἔσωσεν. Καὶ ἄλλως δὲ, ῥύεται καὶ φείδεται, καὶ σώζει τοὺς δι' αὐτὸν πτωχοὺς καὶ πένητας.

D

VERS. 13. *Parcet pauperi et inopi, et animas pauperum salvas faciet.* Eamdem repetit sententiam, et inopem quidem Judaicum populum appellat, veluti eum qui [juxta Græci nominis etymologiam] ab ope atque a divitiis ceciderit divini auxilii, pauperem vero gentilem populum; utrumque enim populum miseratus est Deus. Propter universum etenim humanum genus incarnatus est; verum Judæos, qui eum non receperunt, dimisit; gentes vero, quæ ad ejus fidem accurrerunt, salvavit. Vel aliter, eripiet Christus, parcet et salvabit eos, nimirum omnes qui propter ipsum inopes facti fuerint et pauperes.

Ἐκ τόκου καὶ ἐξ ἀδικίας λυτρώσεται τὰς ψυχὰς αὐτῶν. Διὰ τοῦ τόκου τὴν φιλαργυρίαν ἐσήμανε, χείρονα τῶν ἄλλων οὖσαν παθῶν· εἶτα τῇ ἀδικίᾳ καὶ πᾶσαν ἁμαρτίαν καθολικώτερον συμπεριέλαβε· πᾶς γὰρ ὁ ἁμαρτάνων ἀδικεῖ· ἢ ἑαυτὸν

VERS. 14. *Ex usuris et injustitia redimet animas eorum.* Per usuras, avaritiæ vitium intelligit, quod inter cætera pessimum est. Injustitiæ autem nomine omne aliud genus peccati in universum comprehendit. Omnis enim qui peccat, injuste

Variæ lectiones.

(65) Sibi placet in etymis interpres: non item fortasse omnibus.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

agit, atque injuriam facit, sibi ipsi nimirum aut alteri. Ab his autem peccatis redemit omnes Christus evangelicis præceptis

Et honorabile nomen ejus coram illis. Et vere adeo honoratum est hoc nomen apud fideles, ut pro summa dignitate eis sit, et ad amplissimam nobilitatem reputetur, quod ab eo Christiani appellentur.

VERS. 15. *Et vivet.* Dicunt aliqui his verbis idem significari, quod alibi dicitur : *Et regni ejus non erit finis* [5]. Vivet enim semper ; ego autem puto illius resurrectionem hic signari, et quod mortuus denuo vivet.

Et dabitur ei de auro Arabiæ. Arabia olim auro abundabat, et felix ideo atque aurea dicebatur a Graiis. Per hanc autem provinciam, veluti in Asia celebriorem, indicare videtur, quod omnis regio munera offeret Christi templis. Vel aliter : Arabes primi omnium gentium Christi fidem receperunt, edocti nimirum a Paulo, quemadmodum ipse ad Galatas scribens testatur, dicens : *Cum autem ei placuit, qui me segregavit ex utero matris meæ*, etc. *Non contuli carni et sanguini, neque ascendi in Hierosolymam, sed abii in Arabiam* [6].

Et orabunt de ipso semper. Christiani semper orabunt *de ipso*, seu *pro ipso*, hoc est, pro ea quæ ab ipso est, salute, ut scilicet eos adjuvet et salvet. Aliqui autem hoc dictum ad prophetas referunt, quod prævidentes adventum Domini rogabunt ac supplicabunt Patrem ut celerius Filium mittat, et dæmonis tyrannidem destruat.

Tota die benedicent eum. Hoc est, semper eum fideles laudabunt.

VERS. 16. *Erit firmamentum in terra, in summis montium.* Christus erit firmamentum in terra, hoc est, iis qui sunt in terra, firmans nimirum eos et stabiliens, qui antea quasi nutantes circumferebantur a dæmone. Et quod ait : *in summis montium*, posuit pro, usque ad summa montium : quod propter sanctos eremitas dictum est, et alios Dei milites, qui illic habitaturi erant, veluti eos quoque esset stabiliturus.

Superextolletur super Libanum fructus ejus. Libanum dixit propter summam ejus altitudinem. Fructus, inquit, Christi, mirum in modum augescet. Per fructum vero Christi, evangelicam doctrinam intelligit. Vel aliter, Libanum hic pro idolorum cultu posuit, eo quod hujusmodi mons olim idolis plenus esset. Sensus est igitur, quod fructus Christi, hoc est, quod prædicatio evangelica, ut diximus, superextolletur super Libanum, id est, superabit cultum idolorum.

Florebunt de civitate, quasi herba terræ. Civitatem indefinite, eo quod de omni civitate fideles florere debebant, atque hoc tanta cum copia, ut floridissimæ ac densissimæ herbæ comparari pos-

[5] Psal. CXLIV, 3. [6] Galat. I, 15, 16.

A μόνον, ἢ καὶ ἕτερον. Τούτων δὲ ἐλυτρώσατο τοὺς ἀνθρώπους, διὰ τῶν εὐαγγελικῶν ἐντολῶν

Καὶ ἔντιμον τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐνώπιον αὐτου. Καὶ ὄντως οὕτως ἐστὶν ἔντιμον, ὡς καὶ ἀντὶ παντὸς ἀξιώματος αὐτοῖς ἀρκεῖν εἰς εὐγένειαν, τοὺς Χριστιανοὺς ὀνομάζεσθαι.

Καὶ ζήσεται. Τοῦτό τινες μὲν ταὐτὸ δύνασθαι φασι τῷ, *Καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος*. ζήσεται γὰρ ἀεί· ἐμοὶ δὲ δοκεῖ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν αὐτοῦ προαγορεύειν, ὅτι θανὼν ἀναβιώσεται.

B *Καὶ δοθήσεται αὐτῷ ἐκ τοῦ χρυσίου τῆς Ἀραβίας.* Ἡ Ἀραβία πολὺν καὶ κάλλιστον εἶχε πάλαι χρυσόν· ἐπεὶ καὶ Εὐδαίμων ὠνομάζετο καὶ χρυσῆ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν. Αἰνίττεται δὲ διὰ ταύτης, ὡς ἐν τούτῳ περιφανεστέρας, ὅτι πᾶσα χώρα δωροφορήσει τοῖς ναοῖς τοῦ Χριστοῦ. Ἄλλως τε δὲ, καὶ πρῶτοι Ἄραβες ἐδέξαντο τὴν πίστιν διὰ τοῦ Παύλου· ὡς αὐτὸς Γαλάταις ἐπιστέλλων ἐδίδαξεν εἰπών· *Ὅτε δὲ εὐδόκησεν ὁ Θεὸς*, καὶ τὰ ἑξῆς, εἶτά φησιν· *Οὐ προανεθέμην σαρκὶ καὶ αἵματι, οὐδὲ ἀνῆλθον εἰς Ἱεροσόλυμα, ἀλλὰ ἀπῆλθον εἰς Ἀραβίαν.*

Καὶ προσεύξονται περὶ αὐτοῦ διὰ παντός. Οἱ Χριστιανοὶ προσεύξονται ἐπὶ τῆς σωτηρίας αὐτῶν, εἴτουν τῆς παρ' αὐτοῦ, ὡς τε αὐτῶν ἀντιλαμβάνεσθαι, καὶ σώζειν ἑαυτούς. Τινὲς δὲ εἰς τοὺς προφήτας ἀνάγουσι τὸ ῥητὸν, ὅτι προεωρακότες τὴν εἰς C ἀνθρώπους ἐπιδημίαν αὐτοῦ, παρακαλοῦσι τὸν Πατέρα ἀποστεῖλαι αὐτὸν τάχιον, ἵνα καταλύσῃ τὴν τυραννίδα τοῦ διαβόλου.

Ὅλην τὴν ἡμέραν εὐλογήσουσι αὐτόν. Ἀεὶ ὑμνολογήσουσιν αὐτὸν οἱ πιστοί.

Ἔσται στήριγμα ἐν τῇ γῇ ἀπ' ἄκρων τῶν ὀρέων. Ἔσται ὁ Χριστὸς ἐν τῇ γῇ, εἴτουν τοῖς ἐν τῇ γῇ στήριγμα, ἑδράζων καὶ στερεῶν αὐτοὺς κλονουμένους ὑπὸ τοῦ διαβόλου. Τὸ δὲ *Ἀπ' ἄκρων τῶν ὀρέων*, ἀντὶ τοῦ, Μέχρι τῶν ἀκρωρειῶν. Τοῦτο δὲ πρόσκειται διὰ τοὺς ἐν τοῖς ἄκροις τῶν ὀρέων οἰκοῦντας ἀγωνιστὰς, ὡς κἀκείνους ἑδράζοντος.

D *Ὑπαρθήσεται ὑπὲρ τὸν Λίβανον ὁ καρπὸς αὐτοῦ.* Τὸν Λίβανον διὰ τὸ ἄγαν ὕψος νῦν προσέλαβε, ὅτι Ὁ καρπὸς τοῦ Χριστοῦ αὐξήσει μάλα. Καρπὸν δὲ καλεῖ τὴν διδασκαλίαν τοῦ Εὐαγγελίου. Καὶ ἄλλως, Λίβανος μὲν καὶ εἰδωλολατρεία νοηθείη ἄν, διὰ τὸ κατείδωλον εἶναι πάλαι τὸν Λίβανον· καρπὸς δὲ, τὸ κήρυγμα τοῦ Εὐαγγελίου· ὃ καὶ ὑπερενίκησεν ἐκείνην καὶ ἀπέκρυψε.

Καὶ ἐξαρθήσονται ἐκ πόλεως, ὡσεὶ χόρτος τῆς γῆς. Πόλεως ἀορίστως, διὰ τὸ ἐξανθεῖν ἐκ πάσης πόλεως πιστούς· ὡσεὶ χόρτος δὲ, διὰ τὴν ἐπίδοσιν, καὶ διὰ τὸ πλῆθος· νοεῖται δὲ καὶ ἡ Ἐκκλησία πόλις·

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τινὲς δὲ πόλιν ἰδικῶς τὴν Ἱερουσαλὴμ ὑπολαμβάνουσιν, ἀφ' ἧς ἐξανθῆσαι, καὶ τάχιον μαρανθῆναι δίκην χόρτου τοὺς Ἰουδαίους, αὐξομένου τοῦ κηρύγματος.

A sent. Possumus etiam per civitatem, Ecclesiam intelligere, tametsi nonnulli ipsam intelligant Jerusalem, ex qua Judæi floruerunt : qui, crescente postmodum Evangelii prædicatione, instar herbæ celerrime perierunt.

Ἔσται τὸ ὄνομα αὐτοῦ εὐλογημένον εἰς τοὺς αἰῶνας. Τοῦτο δῆλον. Εὐφημεῖται γὰρ ἀεὶ παρὰ τῶν ἀπανταχοῦ πιστῶν. Ὄνομα δὲ λέγει τὸ, Χριστὸς, ἤτοι τὸ, Ἰησοῦς.

Vers. 17. *Erit nomen ejus benedictum in sæcula.* Hoc per se manifestum est. Laudabitur autem ubique et perpetuo a fidelibus. Per nomen autem ejus, nomen Christi intelligit, aut nomen Jesu.

Πρὸ τοῦ ἡλίου διαμένει τὸ ὄνομα αὐτοῦ. (66) Τὸ, Ὁ ὤν, ὅ τὸ, Ἀεὶ ἔχει, ὡς αὐτὸς ἑαυτὸν ὀνομάζει τῷ Μωσῇ χρηματίζων ἐπὶ τοῦ ὄρους. Εἰ δὲ καὶ τὸ Χριστὸς εἴποις, τὸ, *πρὸ τοῦ ἡλίου*, νοήσεις ἀντὶ τοῦ, Ὑπὲρ τὸν ἥλιον, πλεῖον τοῦ ἡλίου. Ὁ μὲν γὰρ ἥλιος ἐν τῇ συντελείᾳ πίπτει, καὶ τὰ λοιπὰ ἄστρα· τὸ δὲ τοιοῦτον ὄνομα ἀδιάπτωτον μένει παρὰ πᾶσι γνωριζόμενον.

Ante solem permanet nomen ejus. Illud dico nomen Dei permanet ante solem, quo ipse se in monte appellavit, Moysi loquens (quando ait : *Ego sum, qui sum* [7]; item *Qui est, misit me* [8]). Quod si de Christi nomine hoc dictum putes, *ante solem* expone, pro supra solem, hoc est, amplius quam sol. Nam in consummatione sæculi sol cadet, et cætera astra. Hoc autem Christi nomen semper firmum, atque integrum et omnibus notum permanebit.

Καὶ εὐλογηθήσονται ἐν αὐτῷ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς. Τὸ μὲν *Εὐλογηθήσονται*, ἀντὶ τοῦ ἁγιασθήσονται, χαριτωθήσονται. Ἐν τῷ καλεῖσθαι γὰρ Χριστιανοὶ, δοξαζόμεθα. Τοῦτο δὲ καὶ τῷ Ἀβραὰμ ὁ Θεὸς περὶ σπέρματος αὐτοῦ ἐπηγγείλατο, ὅ ἦν ὁ Χριστός. Φυλὰς δὲ τὰς γενεὰς ἐκάλεσεν.

Et benedicentur in eo omnes tribus terræ. — Benedicentur, hoc est, sanctificabuntur, vel gratias consequentur. Glorificamur etenim, dum Christiani dicimur. Et hoc est, quod Deus Abrahæ pollicitus est, pro ejus semine, quod est, Christus. Per tribus autem terræ, varias gentium nationes intelligit.

Πάντα τὰ ἔθνη μακαριοῦσιν αὐτόν. Εὐφημήσουσιν.

Omnes gentes beatificabunt eum. Hoc est, laudabunt.

Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ, ὁ ποιῶν θαυμάσια μόνος. Ἰδοὺ τὸ κεκρυμμένον ἐξέφηνεν· Θεὸν αὐτὸν ἀνακηρύξας, καὶ Θεὸν τοῦ Ἰσραὴλ, ἵνα δείξῃ ὅτι οὗτός ἐστι καὶ τοῦ Ἰσραὴλ ὁ Θεὸς, ὁ τὰ θαυμάσια ἐκεῖνα δι' ἐκεῖνον τερατουργήσας. Τὸ δὲ, *μόνος*, τρὶς ἀντιδιαστολὴν τέθεικε τῶν ψευδωνύμων θεῶν.

Vers. 18. *Benedictus Dominus Deus Israel, qui facit mirabilia solus.* Ecce quod quæ occulta erant, revelavit : Dominum illum esse prædicans, et Deum Israel, ut ostenderet quod Christus idem ille est Deus, qui olim dicebatur Deus Israel, et qui mirabilia olim propter illum operatus est. Quod vero ait, *solus*, ad distinctionem aliorum deorum dictum est, qui falso dii appellantur.

Καὶ εὐλογημένον τὸ ὄνομα τῆς δόξης αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. Δόξα τοῦ Χριστοῦ, ἡ ἀνανθρώπησις καὶ τὰ κατὰ ταύτην παθήματα· διὰ τούτων γὰρ ἐδοξάσθη παρὰ τοῖς πιστοῖς, ὅτι Θεὸς ὢν δι' ἡμᾶς ταῦτα πέπονθεν· ὄνομα δὲ ταύτης, τὸ *Χριστὸς*, ὃ καὶ εἰς τὸν παρόντα αἰῶνα εὐλογεῖται, καθὼς ἀνωτέρω δεδήλωται, καὶ πολλῷ μᾶλλον εἰς τὸν μέλλοντα, ὅτε οὐδεὶς ἔσται ὁ βλασφημῶν, αὐτῷ λοιπὸν πάντων ὑποτεταγμένων. Δυνάμεθα δὲ καὶ περιφραστικῶς εἰπεῖν, *τῆς δόξης αὐτοῦ*, ἀντὶ ταῦ αὐτοῦ.

Vers. 19. *Et benedictum nomen gloriæ ejus in sæculum, et in sæculum sæculi.* Per Christi gloriam, ejus possumus incarnationem intelligere, et omnes pariter ejus passiones, quæ ad eamdem incarnationem pertinent, et propter quas glorificatur a fidelibus, quod tanta ac tam gravia sustinuerit propter nos, qui Deus erat. Nomen autem hujus gloriæ, Christus est, qui in præsenti sæculo benedicitur, ut superius declaravimus, et multo magis benedicetur in futuro, quando nullus ei maledicet, omnibus nimirum tunc ei subjectis. Possumus etiam per ejus gloriam, circumloquendo ipsum Christum intelligere.

Καὶ πληρωθήσεται τῆς δόξης αὐτοῦ πᾶσα ἡ γῆ. Γένοιτο, γένοιτο. Τοῦτο προφητεύει τὴν πίστιν πάντων τῶν ἐθνῶν. Οὕτω δὲ καὶ πρὸς Μωϋσῆν εἶπεν ὁ Θεός· *Ζῇ γὰρ τὸ ὄνομά μου, ὅτι πληρωθήσεται τῆς δόξης μου πᾶσα ἡ γῆ.* Τοῦτο καὶ Ἡσαΐας ἤκουσε, βοώντων τῶν Σεραφίμ· *Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος Κύριος Σαβαὼθ· πλήρης πᾶσα ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ·* δὶς δὲ τὸ *γένοιτο*, καθὼς ἐν τῷ τέλει

Et replebitur gloria ejus omnis terra, Fiat, fiat. His verbis omnium gentium fides prædicitur. Ita etiam ad Moysem dixit Deus : *Vivit nomen meum, quoniam implebitur gloria mea omnis terra* [9]. Hoc et Isaias propheta audivit, clamantibus Seraphim : *Sanctus, sanctus, sanctus Dominus, Deus Sabaoth, plena est omnis terra gloria ejus* [10]. Illam autem repetitionem verbi, *fiat*, intellige prout declaravi-

[7] Exod. III, 14. [8] Ibid. [9] Num. XIV, 21. [10] Isa. VI, 3.

Variæ lectiones.

(66) Ad verbum, *Nimirum*, Qui est, *quod nomen semper habet, ut ipse se*, etc.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

mus in fine psalmi XL. Illud etiam scire oportet, quod Hebræi dividunt Davidicos psalmos in quinque libros, quodque quatuor primos libros habere dicunt in fine ultimi psalmi, *Fiat, fiat.* Et primi quidem libri finem esse dicunt psalmum XL, secundi LXXI, tertii LXXXVIII, quarti CV, quinti autem libri finis ultimo clauditur psalmo.

A τοῦ μ' ψαλμοῦ προείρηται. Χρὴ δὲ γινώσκειν, ὡς Ἑβραῖοι τοὺς Δαβιδικοὺς ψαλμοὺς εἰς πέντε βίβλους διαιροῦντες, τέλος ἑκάστης τῶν τεσσάρων φασὶν ἕκαστον ψαλμὸν, τέλος ἔχοντα, τὸ Γένοιτο, γένοιτο· καὶ εἶναι μὲν τέλος πρώτης βίβλου τὸν μ', τῆς δευτέρας δὲ τὸν οα', τῆς δὲ τρίτης τὸν πη', τῆς δὲ τετάρτης τὸν ρε'· τῆς πέμπτης γὰρ ὁ τελευταῖος πέρας ἐστίν.

Defecerunt hymni David filii Jesse. Psalmus ipsi Asaph.

PSALMUS LXXII.

Ἐξέλιπον οἱ ὕμνοι Δαβὶδ τοῦ υἱοῦ Ἰεσσαί. Ψαλμὸς τῷ Ἀσάφ.

ΨΑΛΜΟΣ ΟΒ'.

Docuimus in Proœmio operis, omnes psalmos compositos fuisse a beato David; quomodo igitur nunc præsenti psalmo inscribitur, quod defecerint? Quia scilicet non defecisse psalmos, sed hymnos dicit. Siquidem psalmorum alios, veluti hymnos ac laudes ipse sua Deo canebat cithara, alios vero cantorum ducibus canendos præbebat, sicuti præsentem psalmum, et undecim alios sequentes, quos unius chori cantorum principi Asaph, modulandos dedit, item aliis alios, quemadmodum ibidem plenius diximus. Dictio igitur *defecerunt*, non negat sequentes psalmos compositos fuisse a beato David, sed ab eo negat fuisse decantatos. Illud autem admiratione dignum est, quomodo sancti Spiritus gratia multiplicibus hominum affectibus, ac variis animorum ægritudinibus, multiplicia etiam ac varia per psalmos pharmaca miscuerit, sicuti impræsentiarum facit. Pertinet enim hic psalmus ad pusillanimes, et ad eos qui in imperscrutabilibus Dei judiciis facile scandalizantur, dum scilicet cernunt Deum pravorum hominum quam plurimos non tantum tolerare, sed scelestissimos quosque feliciter persæpe vivere, contra autem probos in afflictionibus et calamitatibus ut plurimum constitutos esse, et pene negligi ab eo. Efferendus est autem hic psalmus, ex Israelitici populi persona, qui captivus detinebatur in Babylone, et ex illorum præsertim, qui in toto illo populo magis pii in Deum, ac magis religiosi fuerunt: tametsi unicuique etiam fideli accommodari possit qui proximi sui pusillanimitatem studeat consolari.

Καὶ μὴν τοῦ Δαβὶδ εἶναι πάντας τοὺς ψαλμοὺς ἐν τῷ προοιμίῳ τῆς βίβλου αὐτῶν ἀπεδείξαμεν· πῶς οὖν ἐξέλιπον; ὥστε οὐχ οἱ ψαλμοὶ ἐξέλιπον, ἀλλ' οἱ ὕμνοι. Τῶν γὰρ ψαλμῶν ὧν ἐποίει τοὺς μὲν B αὐτὸς ὑμνῴδει τῷ Θεῷ διὰ τῆς ἑαυτοῦ κιθάρας· τοὺς δὲ τοῖς χοράρχαις ἐδίδου μελῳδεῖν, καθάπερ τόν τε προκείμενον, καὶ τοὺς ἑφεξῆς ἕνδεκα τῷ Ἀσὰφ, καὶ ἄλλους ἄλλοις, ὡς ἐν τῷ δηλωθέντι προοιμίῳ παραδέδοται· τὸ γοῦν *Ἐξέλιπον* δηλοῖ, ὅτι οἱ ἑξῆς λοιποὶ ψαλμοὶ οὐχ ὑμνῳδήθησαν παρὰ τοῦ Δαβὶδ, εἰ καὶ παρ' αὐτοῦ ἐποιήθησαν. Χρὴ δὲ θαυμάζειν ὅπως ἡ θεία χάρις τοῦ Πνεύματος τοῖς διαφόροις πάθεσι τῶν ἀνθρωπίνων λογισμῶν διάφορα φάρμακα διὰ τῶν ψαλμῶν ἐδήλωσε, καθάπερ καὶ νῦν ἐπὶ τοῦ παρόντος· πρὸς γὰρ τοὺς μικροψύχους καὶ σκανδαλιζομένους ἐπὶ τοῖς ἀνεξερευνήτοις κρίμασι τοῦ Θεοῦ, ὅπως ἀνέχεται μὲν εὐημεροῦντας τοὺς πονηροὺς, περιορᾷ δὲ τοὺς κακοπαθοῦντας ἀγαθοὺς, ὁ ψαλμὸς ὁρᾷ· καὶ ἐσχημάτισται C μὲν προσώπῳ τοῦ ἐν Βαβυλῶνι δουλαλώτου λαοῦ, καὶ μάλιστα τοῦ θεοφιλεστέρου· ἁρμόζει δὲ παντὶ, παραμυθούμενος (67) τὴν ἑκάστου μικροψυχίαν.

VERS. 1. *Quam bonus Deus ipsi Israel.* Dictio, *quam*, confirmantis vim habet hoc in loco. Vere, inquit, bonus est Deus populo Israel: quippe qui per afflictiones et calamitates eum erudit et castigat, quique salutem ei excogitat. Neque enim ex odio castigat aliquem Deus, aut dirigit, sed præ amore et dilectione.

Ὡς ἀγαθὸς ὁ Θεὸς τῷ Ἰσραήλ. Τὸ Ὡς βεβαιωτικόν ἐστιν. Ὄντως, φησὶν, ἀγαθός ἐστιν ὁ Θεὸς τῷ Ἰσραήλ· οἷα διὰ θλίψεων παιδαγωγῶν, καὶ σωτηρίαν αὐτῷ πραγματευόμενος· οὐκ ἐκ μίσους γὰρ, ἀλλ' ἐξ ἀγάπης αἱ παιδεῖαι, καὶ πρὸς διόρθωσιν.

Iis qui recto sunt corde. Cum Deus adeo bonus sit, ut docuimus, talis etiam esse judicatur ab iis qui recte sentiunt. Cordis etenim appellatione hic mens et cogitatio ipsa intelligitur.

(73) Græce *nostra.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Ἐρυθρᾶς. *Τεῖχος* γὰρ, φησὶν, *ἐκ δεξιῶν καὶ τεῖχος ἐξ εὐωνύμων*, τῇ σῇ δυνάμει τὸ ῥοῶδες αὐτῶν συνεσχέθη παγέν.

Σὺ συνέτριψας τὰς κεφαλὰς τῶν δρακόντων ἐπὶ τοῦ ὕδατος. Δράκοντας μὲν ὀνομάζει τοὺς Αἰγυπτίους διὰ τὴν πονηρίαν, κεφαλὰς δὲ αὐτῶν τοὺς ἀποσταλέντας ὄπισθεν τῶν Ἰσραηλιτῶν, καὶ ταξιάρχας, καὶ λοχαγοὺς, ὡς ἄρχοντας· ἄρχει γὰρ ἡ κεφαλὴ τῶν ἄλλων μερῶν· οἱ πάντες, ἐπικλύσαντος αὐτοὺς τοῦ ὕδατος, συνετρίβησαν, εἴτουν ἀπώλοντο.

Σὺ συνέθλασας τὴν κεφαλὴν τοῦ δράκοντος. Δράκοντα ἐνικῶς τὸν Φαραὼ φησι, θλάσιν δὲ κεφαλῆς τὴν συντριβὴν τῆς ἀρχῆς καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ.

Ἔδωκας αὐτὸν βρῶμα λαοῖς τοῖς Αἰθίοψιν. Αἰθίοπες γὰρ, ὅμοροι τοῖς Αἰγυπτίοις ὄντες, καὶ πάλαι τούτοις ἐπιβουλεύοντες, ἐπεὶ τὴν τοιαύτην αὐτῶν εἶδον συντριβὴν, ἐπιδραμόντες ἐληΐσαντο τὴν Αἴγυπτον, καὶ τοὺς ὑπολοίπους ἐν στόματι μαχαίρας κατέφαγον. *Ἔδωκας* δὲ, ἀντὶ τοῦ Ἐξέδωκας. Διὰ δὲ τοῦ Φαραὼ καὶ πᾶσαν τὴν ὑπ' αὐτὸν χώραν ὑποσημαίνει.

Σὺ διέῤῥηξας πηγὰς καὶ χειμάῤῥους. — *Διέῤῥηξας*, Ἀνέδωκας. Λέγει δὲ τὸ ἀπὸ τῆς πέτρας ἐν ἐρήμῳ ῥυὲν ὕδωρ. Καὶ πηγὰς μὲν εἶπε διὰ τὴν βλύσιν· χειμάῤῥους δὲ διὰ τὸ σφοδρὸν τῆς φορᾶς. Πληθυντικῶς δὲ ἄμφω, κατὰ συνήθειαν τῆς Ἑβραΐδος διαλέκτου. Ὁ γὰρ Σύμμαχος καὶ Ἀκύλας ἐνικῶς ἐξέδωκαν.

Σὺ ἐξήρανας ποταμοὺς Ἠθάμ. Τὸ Ἠθὰμ Ἀρχαίους ἡρμήνευσεν ὁ Σύμμαχος. Λέγει δὲ καὶ τοὺς τῶν Σοδόμων καὶ Γομόῤῥων, οὓς ὁ Θεὸς ἀπετέφρωσε διὰ τὴν τούτων παρανομίαν. Ἢ ἁπλῶς φησιν, ὅτι Σὺ ἀνέδωκας μὲν ὕδατα νέα· ἐξήρανας δὲ παλαιὰ, ἐν οἷς ἠθέλησας τόποις. Ἰσίδωρος δὲ ὁ Πηλουσιώτης τὸ Ἠθὰμ, ὄνομα τόπου φησὶν, οὐ πόῤῥω τῆς Ἱερουσαλὴμ, ὃν ποταμοὶ πρὶν ἀρδεύοντες, ὕστερον ὑπὸ τῆς ἁλώσεως τῆς ὑπὸ Ῥωμαίων καὶ αὐτοὶ ἐξηράνθησαν ἐκ θεομηνίας.

Σή ἐστιν ἡμέρα, καὶ σή ἐστιν ἡ νύξ. Ἀπὸ τῶν ἰδικῶν παραδοξοποιῶν ἐπὶ τὰς κοινὰς τὸν λόγον προήγαγεν. Σὸν ποίημα, φησὶν, ἡ ἡμέρα καὶ ἡ νὺξ, καὶ τῷ σῷ προστάγματι δουλεύουσιν.

Σὺ κατηρτίσω φαῦσιν καὶ ἥλιον. Φαῦσιν τὴν ἀνατολὴν τῆς ἡμέρας, ἤτοι τὸν ὄρθρον. *Κατηρτίσω* δὲ, ἀντὶ τοῦ Ἐποίησας· διὰ δὲ τοῦ ἡλίου καὶ τοὺς ἄλλους ἀστέρας ἠνίξατο.

Σὺ ἐποίησας πάντα τὰ ὅριά τῆς γῆς. Ὅρια τοὺς ἐτησίους καρπούς· ὅρος γὰρ τὸ ἔτος. Καὶ τινὲς μὲν ἀντὶ τοῦ *Τὰ ὡραῖα, Τὰ ὅρια* γράφουσιν, εἴτουν τοὺς ὅρους· ἄμεινον δὲ τὸ *Τὰ ὡραῖα*, καὶ τοῦτο δῆλον ἐκ τοῦ ἑξῆς ῥητοῦ

A enim, inquit, *a dextris, et murus a sinistris* [21], potentia nimirum tua concretus est, qui aquarum defluxum continuit.

Vers. 14. *Tu contrivisti capita draconum in aquis.* Per dracones, Ægyptios intelligit, ob summam eorum pravitatem : et per draconum capita, eos milites, tribunos, centuriones et duces, qui a Pharaone missi sunt ad persequendum populum Israel : qui plebis comparatione, ut digniores, capita appellari poterant (74). Hi omnes igitur inundante aqua contriti sunt, et perierunt.

Tu confregisti caput draconis. Per draconem singulari sermone, Pharaonem intelligit, et per confractionem capitis, regni atque imperii ejus imminutionem.

B *Dedisti eum escam populis Æthiopum.* Æthiopes finitimi sunt Ægyptiis. Hi autem populi inimicitias olim inter se exercebant, et mutuo alter alteri tendebat insidias. Æthiopes igitur, perspecta Ægyptiorum clade, excursiones fecerunt, Ægyptumque deprædati sunt, et reliquos omnes qui superfuerant in ore gladii comederunt. Per Pharaonem autem, omnes alias regiones denotat ei subjectas.

Vers. 15. *Tu dirupisti fontes et torrentes. — Dirupisti* dicit pro Dedisti. Illam autem aquam intelligit, quæ de petra fluxit in deserto. Et fontes quidem ideo appellavit, quia aquæ illæ fontis instar scaturirent : torrentes vero ob fluxus vehementiam : utrumque autem plurali numero dixit, juxta C Hebraicæ linguæ usum. Aquila autem et Symmachus singularem numerum servarunt.

Tu siccasti fluvios Etham. Symmachus pro *Etham*, *Antiquos* reddidit : Sodomæque, et Gomorrhæ fluvios et fontes intelligit, quos ob eorum peccata Deus in cinerem redegit. Vel simpliciter : Tu dedisti nobis, inquit, novas aquas, tu antiquas siccasti, utcunque tibi placitum est. Isidorus vero Pelusiotes, Etham dicit loci nomen esse, non procul a Jerusalem, qui fluminibus olim irriguus, post eversionem Jerusalem a Romanis factam, ob Dei iram illis omnibus prorsus exsiccatus est.

Vers. 16. *Tuus est dies, et tua est nox.* Cum a particularibus et privatis quibusdam rebus cœpisset Deum laudare, nunc sermonem vertit ad com- D munia : Dies, inquit, et nox a te sunt creata, atque, ut famuli, tuo inserviunt mandato.

Tu perfecisti auroram et solem. Per auroram diei ortum seu diluculum ipsum intelligit. *Perfecisti* autem, id est fecisti : et per solem cæteras omnes stellas significavit.

Vers. 17. *Tu fecisti omnes fruges terræ.* Per fruges juxta Græci nominis etymologiam annuos fructus intelligit. Quidam vero non *Fruges* sed *Terminos* legendum esse asseverant (et lectionis varietas ex dictionum Græcarum vicinitate est orta) ; melior tamen lectio videtur quæ habet *Fruges*, ut ex sequentibus demonstrabitur.

[21] Exod. xiv, 22.

Variæ lectiones.

(74) Ad verbum *et tribunos, et centuriones, ut imperantes. Imperat enim caput reliquis membris.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Æstatem et ver tu plasmasti ea. Harum enim frugum aliæ vere nascuntur, aliæ æstate, aliæ etiam ipsa æstate perficiuntur. Harum autem duarum anni partium tantum meminit, quasi cum his aliæ simul comprehendantur. Dictio autem, *ea*, abundat. Vel sic legi potest : Tu plasmasti ea, æstatem nimirum, et ver. Indifferenter etiam æstatem, priusquam ver commemoravit. A

Θέρος καὶ ἔαρ σὺ ἔπλασας αὐτά. Τούτων γὰρ τῶν ὡραίων τὸ μὲν ἔαρ γεννητικόν, τὸ δὲ θέρος τελειωτικόν. Διὸ καὶ τῶν δύο μόνον ὡρῶν τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐμνημόνευσε, τῶν ἄλλων δύο συμπεριλαμβανομένων τούτοις, ὡς μερῶν αὐτοῦ καὶ αὐτῶν. Τὸ δὲ Αὐτά, παρέλκον · εἰ δ' ἂν ἡ σύνταξις καὶ οὕτως · Σὺ ἔπλασας αὐτά, τὸ θέρος καὶ τὸ ἔαρ. Ἀδιαφόρως δὲ πρῶτον ἔταξε τὸ θέρος.

Vers. 18. *Memor esto hujus.* In principio psalmi dixit : *Memento congregationis tuæ, quam possedisti ab initio ;* idem igitur nunc repetit.

Μνήσθητι ταύτης. Ἐν προοιμίοις τοῦ ψαλμοῦ εἶπεν · *Μνήσθητι τῆς συναγωγῆς σου ἧς ἐκτήσω ἀπ' ἀρχῆς*, τὸ αὐτὸ καὶ νῦν ἐπανέλαβεν.

Inimicus exprobravit Dominum. Titus nimirum, vel Romanorum exercitus.

Ἐχθρὸς ὠνείδισε τὸν Κύριον. Ὁ Τίτος, ἢ ὁ Ῥωμαίων στρατός.

Et populus insipiens irritavit nomen tuum. De eisdem rursus loquitur, qui non recte de Deo sentiebant. De verbo, *Irritavit*, diximus paulo superius. B

Καὶ λαὸς ἄφρων παρώξυνε τὸ ὄνομά σου. Τοὺς αὐτοὺς πάλιν λέγει μὴ φρονοῦντας περὶ Θεοῦ ὀρθῶς. Περὶ δὲ τοῦ *Παρώξυνε* μικρὸν ἀνωτέρω προείρηται.

Vers. 19. *Ne tradas feris animam confitentem tibi.* Prævidens Propheta ea quæ Judæis eventura erant, fundit preces ad Deum, ne Judæorum populum in Romanorum potestatem tradat, quos ob summam sævitiam feras appellat. Per animam vero hominem intelligit, veluti totum a parte, ut alibi diximus. *Confitentem* autem, hoc est, gratias agentem.

Μὴ παραδῷς τοῖς θηρίοις ψυχὴν ἐξομολογουμένην σε. Προεωρακὼς τὰ κατὰ τῶν Ἰουδαίων ὁ Προφήτης, ἱκετεύει μὴ παραδοθῆναι αὐτοὺς τοῖς Ῥωμαίοις · οὓς θηρία καλεῖ διὰ τὴν ἀγριότητα καὶ ἀπανθρωπίαν. Ἀπὸ τῆς ψυχῆς δὲ τὸν ἄνθρωπον ἐδήλωσεν, ὡς ἀπὸ μέρους τὸ πᾶν, καθὼς προειρήκαμεν. *Ἐξομολογουμένην* δὲ, ἀντὶ τοῦ, εὐχαριστοῦσάν σοι.

Et animas pauperum tuorum ne obliviscaris in finem. Indifferenter Propheta quartum atque secundum casum apponit verbo *Obliviscaris :* et per animas pauperum circumloquendo ipsos pauperes intelligit. Pauperum vero animas dixit, ut hujusmodi sermone ad majorem Deum misericordiam excitaret. Eosdem etiam Judæos pauperes appellat, eo quod ob Romanorum obsidionem in summa erant rerum omnium necessitate constituti. C

Τὰς ψυχὰς τῶν πενήτων σου μὴ ἐπιλάθῃ εἰς τέλος. Ἀδιάφορον τὸ Μὴ ἐπιλάθῃ. *Τὰς* δὲ *ψυχὰς τῶν πενήτων*, ἀντὶ τοῦ, Τοὺς πένητάς σου, περιφραστικῶς, ἢ καὶ ἐλεεινολογικῶς. Πένητας δὲ αὐτοὺς πάλιν καλεῖ τοὺς Ἰουδαίους. ὡς τηνικαῦτα εἰς πᾶσαν ἔνδειαν ὑπὸ τῆς ἔξωθεν πολιορκίας τῶν παρακαθημένων ἐχθρῶν καταστησομένους.

Vers 20. *Respice in testamentum tuum.* (Dictio Græca διαθήκη et *testamentum* significat et *pactum* seu *fœdus.*) De pacto igitur loquitur, quod pepigit Deus cum Abraham, et cum aliis progenitoribus, quemadmodum in præcedenti psalmo diximus, ibi : *Ecce generationi filiorum tuorum fœdera rupisti.* Noli igitur pacta, quæ nobiscum habes, despicere.

Ἐπίβλεψον εἰς τὴν διαθήκην σου. Ἣν διέθου τῷ Ἀβραὰμ καὶ τοῖς προγόνοις ἡμῶν · ὡς κατὰ τὸν προλαβόντα ψαλμὸν ἐν τῷ, *Ἰδοὺ τῇ γενεᾷ τῶν υἱῶν σου ἃ συντέθηκας*, προδιελάβομεν · καὶ μὴ παρίδῃς ταύτην.

Quoniam obscurati terræ, repleti sunt domibus iniquitatum. Quoniam terreni homines Judæi, quos *obscuratos terræ* appellavit, veluti propriis passionibus atque affectibus obtenebratos, impleti sunt domibus iniquitatum, hoc est, multitudine ac copia delictorum. *Iniquitatum* enim *domos* hic dixit, quasi amplam quamdam mensuram : ad summam videlicet copiam denotandam. Simili enim loquendi modo uti solemus, quando aliquem frugum aut alterius rei copiam habere indicamus, verbi gratia : Ille domos frumenti habet (aut domos olei). D

Ὅτι ἐπληρώθησαν οἱ ἐσκοτισμένοι τῆς γῆς οἴκων ἀνομιῶν. Ὅτι τὰ ἐσκοτισμένα κτήματα τῆς γῆς, εἴτουν οἱ Ἰουδαῖοι ἐκοτισμένοι τοῖς πάθεσιν, ἐπληρώθησαν οἴκων ἀνομιῶν · τουτέστι, πλήθους ἀνομιῶν. Τὸ γὰρ *οἴκων*, ἀντὶ τοῦ πλήθους ἔλαβεν, ὡς μέτρον· καθάπερ ὅτε δηλῶσαι πλῆθος σίτου θέλοντες λέγομεν · Ὁ δεῖνα ἔχει οἴκους σίτου.

Vers. 21. *Non convertatur humiliatus confusus.* Tuus, inquit, populus, qui in hoc obsidionis tempore tibi supplicationes porrigit, non avertatur, quæso, a te humiliatus, et confusus, dum non exauditur.

Μὴ ἀποστραφήτω τεταπεινωμένος κατῃσχυμμένος. Ὁ κατὰ τὸν καιρὸν τῆς πολιορκίας παρακαλῶν σε λαός · τεταπεινωμένος δὲ καὶ κατῃσχυμμένος ἐν μὴ εἰσακούεσθαι.

Inops et pauper laudabunt nomen tuum. Populus de quo supra diximus, ibi : *Et animas pauperum tuorum ne obliviscaris in finem.* Judæi, inquit, perpetuo laudabunt te si eos salvaveris, non sic autem inimici.

Πτωχὸς καὶ πένης αἰνέσουσι τὸ ὄνομά σου. Ὁ δηλωθεὶς ὁ λαός σου, ὡς ἀνωτέρω μικρὸν ἐν τῷ, *Τὰς ψυχὰς τῶν πενήτων σου*, προειρήκαμεν. Οἱ Ἰουδαῖοι, φησὶν, αἰνέσουσι σωθέντες, καὶ οὐχ οἱ πολέμιοι.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Ἀνάστα, ὁ Θεὸς, δίκασον τὴν δίκην σου. Δίκη γὰρ συνέστη μέσον σοῦ καὶ τῶν ἐχθρῶν, ἡ περὶ ὕβρεως. Οὐκ ἤρκει γὰρ αὐτοῖς ἡ κατὰ τοῦ λαοῦ μανία, ἀλλὰ προσέτι καὶ σὲ διέβαλλον, ὡς ἀσθενῆ. Ἢ καὶ ἄλλως· Ἡ τοῦ λαοῦ σου δίκη σή ἐστιν.

Μνήσθητι τοῦ ὀνειδισμοῦ σου τοῦ ἄφρονος ὅλην τὴν ἡμέραν. Ἄφρονα τὸν Τίτον καὶ πάντα στρατιώτην αὐτοῦ καλεῖ. Καὶ ἀνωτέρω δὲ εἴρηκεν, ὅτι *Καὶ λαὸς ἄφρων παρώξυνε τὸ ὄνομά σου. — Τοῦ ὀνειδισμοῦ* δὲ τοῦ *ὅλην τὴν ἡμέραν*, ἀντὶ τοῦ Ἀεὶ γινομένου.

Μὴ ἐπιλάθῃ τῆς φωνῆς τῶν ἱκετῶν σου. Τῶν ἱκετευόντων σε κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον, ὡς ἔφημεν. Τινὰ δὲ τῶν ἀντιγράφων, *τῶν ἱκετῶν σου*, γράφουσιν.

Ἡ ὑπερηφανία τῶν μισούντων σε ἀνέβη διὰ παντός. — *Ἀνέβη*, τουτέστιν ὑψώθη, ἐκορυφώθη· ἢ ἀνέβη ἐνώπιόν σου. Σκόπει δὲ ὅπως οὐδεμία τις ἀγαθῶν ἐπαγγελία τοῖς ῥητοῖς τούτοις ἐπισυνῆπται, καθάπερ ἐφ' ἑτέρων ψαλμῶν. Ἀλλ' οὕτω μὲν κατὰ τὴν Ἑβραίων ἐκδοχήν. Ἀληθέστερον δὲ τὰ ἀπὸ τοῦ στίχου τοῦ λέγοντος· *Εἰργάσατο σωτηρίαν ἐν μέσῳ τῆς γῆς*, καὶ τὰ ἑξῆς, εἰς τὸν Χριστὸν ἀνάγονται. Οὕτως γὰρ εἰργάσατο σωτηρίαν, ἐνανθρωπήσας, καὶ τῆς πλάνης ἐλευθερώσας ἡμᾶς, καὶ ὑποδείξας τὴν τῆς σωτηρίας ὁδόν. Τὸ δὲ *Ἐν μέσῳ τῆς γῆς*, ἀντὶ τοῦ Ἐν πάσῃ τῇ γῇ. Τινὲς δὲ καὶ τὰ Ἱεροσόλυμα μέσον τῆς γῆς φασι διακεῖσθαι. Ἐκραταίωσε δὲ καὶ τὴν θάλασσαν, ὅ ἐστι κραταιὸν κατὰ τῶν δαιμόνων ἐποίησε τὸ ὕδωρ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος. Θάλασσαν γὰρ τοῦτο καὶ Μιχαίας ἐκάλεσεν, εἰπὼν πρὸς Θεόν· *Καταδύσεις τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν εἰς τὰ βάθη τῆς θαλάσσης.* Θάλασσαν δὲ ὡς ὑποδεχόμενον τοὺς ῥύπους τῆς ψυχῆς τῶν βαπτιζομένων, καὶ ὡς ἀποκαθαῖρον· καὶ ὡς μέγιστον διὰ τὴν χάριν, καθὼς ἡ θάλασσα διὰ τὸ πλῆθος τῶν ὑδάτων. Καὶ δράκοντες μὲν ἂν εἶεν οἱ δαίμονες· δράκων δὲ ὁ ἄρχων αὐτῶν διάβολος, ὧν τὰς κεφαλὰς συνέτριψε, καὶ συνέθλασεν ἐν τῷ ὕδατι τοῦ βαπτίσματος. Κεφαλαὶ δὲ τούτων εἰσὶν αἱ ἁμαρτίαι· ἐν ταύταις γὰρ τὸν φθοροποιὸν ἰὸν ἐναποτεθησαυρισμένον ἔχουσιν. Ὧν διαφθαρεισῶν ὑπὸ τοῦ βαπτίσματος, οὐκ ἔτι ζῶσιν ἐν ἡμῖν οἱ τοιοῦτοι δράκοντες. Λαοὶ δὲ Αἰθιόπων οἱ μεμελανωμένοι πρὶν τὰς ψυχὰς τῷ ῥύπῳ καὶ τῷ καπνῷ τῆς ἁμαρτίας· οἷς βρῶμα, εἴτουν παρανάλωμα, γίνεσθαι δέδωκε τὸν νοητὸν δράκοντα, μετὰ τὸ βάπτισμα δηλονότι· *διέῤῥηξε* δὲ, ἤτοι ἀνέδωκε πηγὰς καὶ χειμάῤῥους διδασκαλίας πνευματικῆς ἐν τῇ πρὶν ἐρήμῳ οἰκουμένῃ τῶν ἐθνῶν· πηγὰς μὲν διὰ τὸ ἀένναον, καὶ καθαρὸν, καὶ ἥδιστον, χειμάῤῥους δὲ, ὡς ἐν τῷ λε' ψαλμῷ προείρηται· ποταμοὶ δὲ Ἠθὰμ αἱ ἐν Ἰουδαίοις προφητεῖαι αἱ ἀρχαῖαι, ὅσον πρὸς τὰς ἐν Χριστιανοῖς νέας· ἐξη-

A

B

C

D

Vers. 22. *Exsurge, Deus, judica causam tuam.* Causa autem quæ vertebatur inter Deum, et inimicos Romanos, de contumelia erat in Deum illata. Neque enim illis satis fuerat furere adversum populum, sed Deum insuper infirmum, atque imbecillem improperabant. Vel aliter : Causam populi tui dicere possumus causam tuam.

Memor esto opprobrii tui, quod ab insipiente fit tota die. Per insipientem, Titum intelligit, et quemlibet ex Romanis militibus, sicuti et superius dixit : *Et populus insipiens irritavit nomen tuum. Opprobrii* autem *tui tota die*, hoc est, quod assidue fit adversus te.

Vers. 23. *Ne obliviscaris voces servorum tuorum.* Qui illo tempore tibi preces porrigent, ut diximus. Quædam autem exemplaria non *servorum* habent, sed *supplicium* (orta nimirum lectionis varietate ob Græcarum dictionum vicinitatem, quam tum in prolatione habent, tum in Scriptura.)

Superbia eorum, qui oderunt te, ascendit semper. — *Ascendit* pro Exaltata est, atque in sublime elevata. Vel ascendit semper coram te. Illud autem considera, quomodo his dictis nulla promissio aut spes bonorum conjuncta est, et nulla melioris fortunæ spes eis data, quemadmodum alias semper fit in aliis psalmis. Et hæc quidem expositio ita a nobis relata est, prout ab ipsis traditur Judæis. Verior tamen expositio est, ut ab illo versiculo : *Operatus est salutem in medio terræ.* Omnia, quæ sequuntur, referamus ad Christum, qui incarnatione sua salutem nobis vere operatus est, a pristino nos errore liberans, et salutis viam ostendens. *In medio* autem *terræ*, id est, in omni terra : tametsi aliqui in ipsa intelligant dici Jerusalem, quam in medio terræ sitam esse asserunt. Roboravit autem Christus mare, qui sacri baptismatis aquam validam, atque efficacem reddidit, adversus omnes dæmonum conatus. Nam et Michæas propheta, mare illud appellavit, ad Deum dicens : *Tu peccata nostra in profunda maris demerges* [22]. Mare autem baptisma appellatur, eo quod animarum sordes, quæ illic baptizantur, recipit, et quia purgat, et quia non secus gratiarum ac charismatum copia abundat, quam mare undarum ac fluctuum multitudine. Et dracones quidem dici possunt dæmones. Draco autem, eorum princeps diabolus. quorum capita, hoc est, quorum peccata Dominus contrivit, et confregit in aqua baptismatis. In his etenim capitibus mortiferum omne repositum est venenum. His igitur capitibus, hoc est, his peccatis per baptismatis aquam perditis, ac deletis, nulli amplius in nobis vivent dracones. Populi vero Æthiopum ii sunt, qui caligine ac sordibus peccati animas olim nigrantes habebant : ipsæ nimirum gentes, quibus draconem illum Deus post baptisma in cibum, hoc est, in consumptionem dedit ; *Dirupit* etiam, hoc est, præbuit Deus fontes, et tor-

[22] Mich. VII, 19.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

rentes spiritualis doctrinæ, in gentilis populi terra, quæ prius deserta erat; et fontes quidem dicit, ob perpetuitatem, puritatem et suavitatem fluxus; torrentes vero ea ratione quam diximus in psalmo xxxv; flumina autem Etham, antiquæ Judæorum sunt prophetiæ, quæ aridæ sunt, si iis comparentur quæ fidelibus Christianis sunt traditæ. Exsiccata autem dicuntur hæc flumina, quoniam, ut diximus, defecerunt prophetæ: atque hoc ob summam Judæorum pravitatem a Deo permissum est. Quæ sequuntur Christum universæ creaturæ factorem, et Dominum esse demonstrant. Memor autem esto hujus congregationis, novæ scilicet, et non illius antiquæ. Inimicus autem Judæus et gentilis, Christum exprobravit, quasi Deus non sit, quin imo etiam quasi impotens sit: multa alia etiam contumeliose in eum dixerunt, et illius nomen irritarunt. Per *Feras* etiam, Judæos, gentiles, et dæmones intellige; et per *Pauperes*, ipsos fideles, qui relictis omnibus Christum secuti sunt, ut in IX psalmo diximus. Testamentum autem seu pactum illud intellige, quod a Christo dispositum est ad apostolos; et illud præ cæteris: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi* [33]. Per *Obscuratos* autem *terræ*, omnes in universum infideles intellige, qui splendescentes veritatis radios cernere nequeunt: et quæ sequuntur simili modo accommodari poterunt, si recte disquiras.

A ράνθησαν γὰρ διὰ τὴν κακίαν αὐτῶν, ἐπιλειψάντων τῶν προφητῶν. Τὰ δὲ ἑξῆς δεικνύουσι τὸν Χριστὸν ποιητὴν καὶ Κύριον τοῦ παντός. Μνήσθητι δὲ ταύτης τῆς συναγωγῆς τῆς νέας, καὶ μὴ ἐκείνης τῆς παλαιᾶς. Ἐχθρὸς δὲ ὠνείδισε τὸν Χριστὸν, ὁ Ἰουδαῖος καὶ Ἕλλην ὡς μὴ ὄντα Θεὸν, καὶ ὡς ἀσθενῆ, καὶ ὅσα ὑβριστά· καὶ λαὸς ἄφρων, ὁ Ἰουδαϊκὸς καὶ Ἑλληνικός· θηρία δὲ οἵ τε Ἰουδαῖοι, καὶ Ἕλληνες, καὶ οἱ δαίμονες· πένητες δὲ οἱ Χριστιανοὶ, ὡς καταλιπόντες πάντα καὶ ἀκολουθήσαντες τῷ Χριστῷ, καὶ ἁπλῶς ὡς ἐν τῷ θ' ψαλμῷ προείρηται. Διαθήκη δὲ τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἄλλα μὲν περὶ βοηθείας, ἔτι δὲ καὶ τὸ, *Καὶ ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμὶ πάσας τὰς ἡμέρας*. Ἐσκοτισμένοι δὲ τῆς γῆς πάντες κοινῶς οἱ ἄπιστοι, μὴ δυνάμενοι ἰδεῖν τὸ φέγγος τῆς ἀληθείας. Καὶ τὰ B ἑξῆς ἁρμόσεις ὁμοίως ὀρθῶς ἐξεταζόμενα.

In finem ne corrumpas ipsi David Psalmus Asaph.

Εἰς τὸ τέλος μὴ διαφθείρῃς τῷ Δαβὶδ εἰς (75) τιλογραφίαν. Ψαλμὸς τῷ Ἀσάφ.

PSALMUS LXXIV.

ΨΑΛΜΟΣ ΟΔ'.

Hoc psalmo futurum prædicitur in mundi consummatione justum Dei judicium, delinquentium nimirum supplicia, et justorum præmia. Atque ideo universos homines, in vitæ finem aspicere jubet, ne seipsos propriis peccatis perdant. Aliqui, *Ne corrumpas*, exponunt, pro *ne pecces, ne delinquas*. C De Asaph, et de reliqua inscriptione diximus in proœmio operis. Conscriptus vero est hic psalmus ex eorum persona, qui captivi erant in Babylone.

Πρόῤῥησιν ἔχων ὁ ψαλμὸς τῆς ἐν συντελείᾳ τοῦ κόσμου δικαίας τοῦ Θεοῦ κρίσεως, καὶ τιμωρίας μὲν τῶν ἁμαρτωλῶν, τιμῆς δὲ τῶν δικαίων, παρεγυᾶται πάντας εἰς τὸ τέλος τῆς ζωῆς ὁρᾶν, καὶ μὴ διαφθείρειν ἑαυτὸν ταῖς ἁμαρτίαις· τινὲς δὲ τὸ, *Μὴ διαφθείρῃς*, *Μὴ ἁμάρτῃς* εἶπον. Περὶ δὲ τοῦ Ἀσὰφ καὶ τῆς ἄλλης ἐπιγραφῆς εἰρήκαμεν ἐν τοῖς προοιμίοις τῆς βίβλου τῶν Ψαλμῶν. Συντέθειται δὲ καὶ οὗτος ὁ ψαλμὸς προσώπῳ τῶν ἐν Βαβυλῶνι δορυαλώτων.

Vers. 2. *Confitebimur tibi, Deus, confitebimur tibi.* Ubi, inquit, a servitutis jugo, quo premimur fuerimus liberati, tunc summas tibi agemus gratias. Illa autem repetitio verbi *Confitebimur*, intensionem quamdam aut certitudinem significat gratiarum actionis.

Ἐξομολογησόμεθά σοι, ὁ Θεὸς, ἐξομολογησόμεθά σοι. Εὐχαριστήσομέν σοι, ἐλευθερωθέντες τῆς δουλείας. Ἡ δὲ ἀναδίπλωσις τοῦ *Ἐξομολογησόμεθα*, ἐπίτασιν. ἢ βεβαίωσιν παρίστησι τῆς εὐχαριστίας.

Et invocabimus nomen tuum. In auxilium nostrum illud nomen tuum invocabimus, quod ab inimicis exprobratum est. Ego autem hæc verba congruere magis puto iis qui in Christum crediturі erant, a quibus Christi nomen invocatum est, quique Chri- D stiani nomine dicti sunt.

Καὶ ἐπικαλεσόμεθα τὸ ὄνομά σου. Καὶ εἰς βοήθειαν ἐπικαλεσόμεθα τὸ ἐξονειδισθὲν παρὰ τῶν ἐχθρῶν ὄνομά σου. Ἐγὼ δὲ τοῖς μέλλουσιν εἰς Χριστὸν πιστεῦσαι προσήκειν ἡγοῦμαι τὴν λόγον, οἷς ἐπεκλήθη τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ, Χριστιανοῖς προσαγορευθεῖσιν.

Vers. 3. *Narrabo omnia mirabilia tua.* Hujusmodi verba etiam habentur in psalmo IX.

Διηγήσομαι πάντα τὰ θαυμάσιά σου. Οὗτος κεῖται ὁ στίχος καὶ ἐν τῷ θ' ψαλμῷ.

Cum accepero tempus, ego rectitudines judicabo. Quidam simul cum præcedenti versiculo conjungunt verba illa: *Cum accepero tempus;* ut ordo sit:

Ὅταν λάβω καιρὸν, ἐγὼ εὐθύτητας κρινῶ. Τὸ *Ὅταν λάβω καιρὸν*, τινὲς τῷ προλαβόντι στίχῳ συνάπτουσι, λέγοντες· Τότε διηγήσομαι πάντα τὰ

[33] Matth. xxviii, 20.

Variæ lectiones.

(75) Τιλογραφία quid sit, plane non video. Nam a τέλος quidem, noverint qui Græce sciunt quam concinnus sensus cui possit. An legendum στηλογραφίαν, quasi hic Psalmus in cippo incidendus esset? Nihil de hoc interpres, prope de ipsa interpunctione explicanda sollicitus. An quid aliud? Digladientur eruditi.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

θαυμάσιά σου, ὅτε λάβω καιρὸν τοῦ διηγεῖσθαι, τουτέστιν, ὅταν ἀπαλλαγῶ τῶν πολεμίων. Ἄμεινον δὲ τῷ ἑξῆς στίχῳ συντάττεσθαι· εἰσάγεται γὰρ ὡς ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ τὸ ῥητὸν, λέγοντος· Μὴ ὀλιγοψυχεῖτε περὶ τῶν ἐθνῶν. Ὅταν γὰρ λάβω καιρὸν τῆς κρίσεως, δικαίως κρινῶ καὶ τοῖς ἀδικοῦσι, καὶ τοῖς ἀδικουμένοις· τὸ δὲ, *Λάβω*, ληπτέον εὐσεβῶς, ὅτι οὐ παρὰ ἑτέρου, ἀλλὰ παρ' ἑαυτοῦ, ὡς Θεὸς, ἢ καὶ ὡς ἄνθρωπος, παρὰ τῆς θεότητος.

A Ego narrabo omnia mirabilia tua, cum accepero tempus, hoc est, cum primum ab inimicis fuero liberatus. Melius tamen videtur, ut subsequentibus conjungantur, et introducatur sermo, veluti ex Christi persona, dicentis : Nolite esse pusillanimes, quia cum judicii tempus accepero, juste omnes judicabo, tam eos qui intulerunt, quam eos quibus illata est injuria. Et quod ait, *Accepero*, sane intelligendum est, non quod ab alio Christus, ut Deus, accepturus sit tempus, quam a seipso. Vel, ut homo, a Deo (76) tempus accipiet.

Ἐτάκη ἡ γῆ, καὶ πάντες οἱ κατοικοῦντες ἐν αὐτῇ. Τῆξίς ἐστιν ἡ διάλυσις τῆς δυνάμεως. Ἐτάκη οὖν ἐρχομένης τῆς κρίσεως, εἴτουν τακήσεται· *Ὁ οὐρανὸς* γὰρ, φησὶ, *καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται*· ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ κατοικοῦντες ἐν αὐτῇ· πάντες γὰρ ἀποθανοῦνται.

B

Vers. 4. *Liquefacta est terra, et omnes, qui habitant in ea.* Liquefieri dicitur omnis virtus, quæ dissolvitur. Adveniente igitur judicio liquefacta est terra, et habitantes eam, hoc est, liquefient. *Cœlum* enim, inquit, *et terra transibunt* [24]. Præterea etiam omnes habitantes in ea, quoniam universi homines morientur.

Ἐγὼ ἐστερέωσα τοὺς στύλους αὐτῆς. Ἐμοῦ κελεύσαντος, ἐτάκη· διότι ἐν ἀρχῇ ἐγὼ ταύτην ἔκτισα. Στῦλοι δὲ αὐτῆς τὰ περὶ στερεωθῆναι αὐτὴν προστάγματα. Τοῦτο γὰρ ἀνέχει καὶ διαβαστάζει αὐτὴν, ἐπ' οὐδενὸς ἠδρασμένην. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλως εἰπεῖν, τῆξιν τὴν φθοράν, ὅτι Ἐφθάρη μὲν ἡ γῆ ταῖς εἰδωλολατρείαις καὶ ταῖς ἄλλαις ἁμαρτίαις τῶν ἀνθρώπων· ἀλλ' ἐγὼ σπλαγχνισθεὶς ἐπὶ τῇ ἀπωλείᾳ τοῦ πλάσματος, ἐστερέωσα τοὺς ἀποστόλους· τούτους γὰρ νοήσωμεν στύλους τῆς οἰκουμένης, ὡς ταῖς ἑαυτῶν διδασκαλίαις ὑπερείδοντας καὶ στηρίζοντας τοὺς ἁπανταχῇ πιστούς. Οὕτω γὰρ αὐτοὺς καὶ ὁ μέγας Παῦλος ὠνόμασεν εἰπών· *Οἱ δοκοῦντες στῦλοι εἶναι.* Τινὲς δὲ γῆν τῆς Ἱερουσαλὴμ φασὶν, ὅτι τακήσεται καὶ πυρποληθήσεται, πολιορκηθεῖσα ὑπὸ Ῥωμαίων. Καὶ οὕτω δὲ *στύλους αὐτῆς* εἶπε τοὺς ἀποστόλους· *στύλους* μὲν διὰ τὴν ῥηθεῖσαν αἰτίαν, *αὐτῆς* δὲ, ὡς ἐξ αὐτῆς ὁρμωμένους ἢ καὶ ὅτι μετὰ τὸ τακῆναι στερεωθήσονται τοῖς στύλοις τῆς πίστεως.

C

Ego firmavi columnas ejus. Me jubente liquefacta est, quoniam a principio ego eam creavi. Per *terræ columnas*, illud Propheta mandatum Dei intelligit, quo terræ jussum est ut firma consisteret. Hoc enim mandato sustinetur, et regitur terra, nulli alii rei innixa et nulla alia suffulta stabilitate. Possumus etiam per liquefactionem, corruptionem intelligere. Corrupta est etenim terra idololatriis et multiplicibus hominum peccatis. Verum ego, inquit, creaturæ perditionem miseratus, apostolos confirmavi. Hos etenim columnas orbis esse merito dicimus, veluti qui solida sua doctrina omnes ubique gentium fideles sustineant et regant. Hoc nomine Paulus illos appellavit, dicens : *Petrus et Jacobus, qui videbantur columnæ esse* [25]. Quidam terræ nomine hic ipsam intelligunt, significari Jerusalem : quam liquefactam esse dicunt, quia a Romanis militibus vastata, ac depopulata est. Ejus autem Jerusalem columnas apostolos esse dixit, quia illinc erant oriundi ; vel quia illinc missi sunt ad universum terrarum orbem : vel, quia postquam terra illa Jerusalem atque illius habitatores liquefacti fuissent, erant deinceps fidei columnis rursus confirmandi.

Εἶπον τοῖς παρανομοῦσιν· Μὴ παρανομεῖτε· καὶ τοῖς ἁμαρτάνουσιν· Μὴ ὑψοῦτε κέρας. Κρίσεως, ὡς εἴρηται, γενέσθαι μελλούσης, φησὶν ὁ Προφήτης, ὅτι Διαμαρτυρόμενος τοῖς παρανομοῦσιν, εἶπον αὐτοῖς· *Μὴ παρανομεῖτε*· καὶ αὖθις τοῖς ἁμαρτάνουσιν· *Μὴ ὑψοῦτε κέρας*· ἤτοι μὴ καυχᾶσθε, μηδὲ ἐπαίρεσθε, ὡς ἐπὶ μεγάλοις κατορθώμασι ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν· τοῦτο γὰρ ἀνοίας ἐσχάτης. Τοὺς αὐτοὺς δὲ λέγει παρανομοῦντας καὶ ἁμαρτάνοντας ἐκ παραλλήλου. Πολλαχοῦ δὲ τῶν Ψαλμῶν τὸ, *κέρας*, τίθεται, ποτὲ μὲν ἀντὶ δυνάμεως, ποτὲ δὲ ἀντὶ καυχήσεως· τὰ γὰρ κερασφόρα ζῶα ἐν τοῖς κέρασιν ἀμύνονται, καὶ γαυριῶσι.

D

Vers. 5. *Dixi iniquis : Nolite iniqua agere ; et delinquentibus : Nolite exaltare cornu.* Cum futurum sit judicium, ut prædiximus (ne ullus peccatoribus excusationis locus relinquatur), Propheta narrat, quemadmodum ipse iniquos omnes esset contestatus dicens : *Nolite inique agere ;* et rursus ut peccatoribus dixisset : *Nolite exaltare cornu*, hoc est, Nolite de propriis peccatis, quasi de præclaris aliquibus gestis gloriari. Summæ id namque insipientiæ est. Eosdem autem inique agentes appellat, quos et delinquentes. Diversimode autem accipi reperimus *cornu* in Psalmis. Aliquando enim pro potentia ponitur, aliquando pro gloriatione, et jactantia. Cornuta siquidem animalia et strenue cornibus certare solent, et illorum ornamento gloriari.

[24] Matth. xxiv, 35. [25] Galat. ii, 9.

Variæ lectiones.

(76) Rectius *a divinitate*, ut Græce.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

Vers. 6. *Nolite extollere in altum cornu vestrum.* Idem iterum repetit, ad contestationis suæ confirmationem.

Μὴ ἐπαίρετε εἰς ὕψος τὸ κέρας ὑμῶν. Τὸ αὐτὸ λέγει πάλιν εἰς ἐπίτασιν διὰ μαρτυρίας.

Et nolite loqui adversus Deum injustitiam. Verba hæc idem æque significant, quod illa : *Injustitiam in sublime locuti sunt* [26]; de quibus diximus in psalmo LXXII.

Καὶ μὴ λαλεῖτε κατὰ τοῦ Θεοῦ ἀδικίαν. Τοῦτο ταὐτὸν δύναται τῷ *Ἀδικίαν εἰς τὸ ὕψος ἐλάλησαν*, ὃ κεῖται ἐν τῷ οβ' ψαλμῷ.

Vers. 7. *Quoniam neque ab egressu neque ab occidente, neque a desertis montibus.* Gloria, inquit, et divitiæ, item gloria, et paupertas, non est nobis ab astrorum ortu, neque ab eorum occasu, ut aeserunt astrologi : quinimo nec a dæmonibus ista hominibus adveniunt. Per desertos enim montes ipsos dæmones intelligit, quia omni virtutum genere deserti ac steriles sunt, et montium instar superbia elati. Sed justo Dei judicio omnia dispensantur. Per egressum autem, solis ortum intelligit, quemadmodum et alibi cum ait : *A summo cœlo egressio ejus* [27]. Per occasum vero occidentem ; et per desertos montes, septentrionis et meridiei climata, quæ ob nimium frigus, aut calorem, hominibus deserta sunt. Est autem hic sermo defectivus ; unde aliquid subintelligendum est, verbi gratia : *Nihil latet.* Nihil, inquit, in futuri judicii tempore poterit Deum latere. Omnia etenim ei patebunt, in quacunque ea fuerint regione ; atque ideo nolite latere eum quis poterit, si in eum deliquerit. Et deinde causam ponit, cur nihil Deum lateat.

Ὅτι οὔτε ἀπὸ ἐξόδων, οὔτε ἀπὸ δυσμῶν, οὔτε ἀπὸ ἐρήμων ὀρέων. Οὔτε ἐκ τῶν ἀνατολῶν τῶν ἀστέρων, οὔτε ἐκ τῶν δύσεων αὐτῶν κατὰ τοὺς ἀστρολόγους, οὔτ' αὖθις ἐκ τῶν δαιμόνων, τῶν ἐρήμων μὲν καλοῦ παντὸς, ὀρέων δὲ λεγομένων διὰ τὴν ἔπαρσιν καὶ ἀλαζονίαν· ἢ πλοῦτος, ἢ δόξα χορηγεῖται, ἢ πενία, ἢ ἀδοξία προσγίνεται, ἀλλὰ κρίσει Θεοῦ δικαίᾳ. Ἔξόδους γὰρ καλεῖ μὲν τὴν τοῦ ἡλίου ἀνατολήν· Ἀπ' ἄκρου γὰρ, φησὶ, *τοῦ οὐρανοῦ ἡ ἔξοδος αὐτοῦ* · δυσμὰς δὲ τὴν δύσιν · ἔρημα δὲ δρη τὰ βόρεια καὶ νότια κλίματα, κατὰ μεσημβρίαν καὶ ἄρκτον· ταῦτα γὰρ ἔρημά εἰσιν ἀνθρώπων, τὸ μὲν δι' ὑπερβολὴν ψύχους, τὸ δὲ θέρμης. Ἐλλειπτικὸν δὲ τὸ σχῆμα· λείπει γὰρ τὸ *Λέληθέ τι*. Οὐ λέληθέ τι, φησὶν, ἀπ' οὐδενὸς κλίματος τῆς γῆς ἐν τῷ καιρῷ τῆς μελλούσης κρίσεως· διὸ μηδὲν φαῦλον ποιῆτε· ποιοῦντες δὲ, μὴ οἴεσθε λανθάνειν. Εἶτα τίθησι καὶ τὴν αἰτίαν τοῦ μηδὲν λανθάνειν.

Quoniam Deus judex est. Quoniam Deus est, qui judicat quique omnia optime novit, etiam anteaquam fierent.

Ὅτι ὁ Θεὸς κριτής ἐστιν. Ὁ Θεὸς κρίνει, ὁ πάντα καὶ ἰδὼν καὶ εἰδὼς πρὸ γενέσεως αὐτῶν.

Vers. 8. *Hunc humiliat, et hunc exaltat.* Hunc quidem honorat, et alium reprobat, juxta uniuscujusque vitam, ac juxta justissimas quasdam rationes divini judicii.

Τοῦτον ταπεινοῖ, καὶ τοῦτον ὑψοῖ. Τὸν μὲν ἀτιμάζει, τὸν δὲ τιμᾷ, κατὰ τὴν οἰκονομίαν τῶν βεβιωμένων ἑκάστῳ, καὶ τὸν λόγον τῆς δικαίας αὐτοῦ κρίσεως.

Quoniam calix in manu Domini vini meri plenus mistione. Totus sermo metaphoricus est. Et per manum quidem Domini illius potentiam intelligit, per calicem autem vini, mensuras ac modos pœnarum. Per vinum enim hoc in loco supplicia intelliguntur, atque calamitates, quæ æque, ac vinum, et vires hominum tollunt, et mentis harmoniam dissolvunt, et aberrare nos faciunt a via. Merum vero esse dicitur hoc vinum, quasi austerum atque efficax vi sua, et nulla mistum misericordia. Et hic quidem calix est vini meri. Verum in manu Domini alius etiam est calix, plenus mistione; hoc est, misericordia. Miscio enim vini, aqua, et mistio austeritatis, misericordia. Debemus autem ea verba, *plenus mistione*, non sequenti versiculo conjungere, sed per se soluta legere, subintelligendo conjunctionem, et sumendo a communi sensu verba : *Calix in manu Domini*, ut sit sensus, quod in manu Domini est calix vini meri, et in eadem manu est calix plenus mistione. Nam alioqui, quomodo unus, atque idem calix poterit et merum, et mistum continere? Et quod duo sint calices, patet etiam clarius ex sequentibus.

Ὅτι ποτήριον ἐν χειρὶ Κυρίου οἴνου ἀκράτου πλῆρες κεράσματος. Μεταφορικὸς ὅλος ὁ λόγος· καὶ χεῖρα μὲν Κυρίου καλεῖ τὴν δύναμιν αὐτοῦ· ποτήριον δὲ οἶνον, τὸ μέτρον τῆς τιμωρίας· οἶνος γὰρ νῦν ἡ τιμωρία. Διότι παραπλησίως τῷ οἴνῳ ἀφαιρεῖται τὴν τοῦ ἀνθρώπου δύναμιν, καὶ ἐκλύει τὰς ἁρμονίας, καὶ ποιεῖ σφάλλεσθαι. Ἄκρατος δὲ οὗτος ὁ οἶνος, ὡς αὐστηρὸς, καὶ ἀπότομος, καὶ ἀμιγὴς φιλανθρωπίας. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν τὸ ποτήριον οἴνου ἐστὶν ἀκράτου· ἔστι δὲ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ καὶ ἕτερον ποτήριον, πλῆρες κεράσματος, εἴτουν φιλανθρωπίας. Κέρασμα γὰρ οἴνου μὲν ὕδωρ, αὐστηρίας δὲ φιλανθρωπία. Χρὴ γὰρ τῷ *Πλῆρες κεράσματος* μὴ συνάπτειν τὸ ὀπισθεν ῥητόν· ἀλλὰ καθ' ἑαυτὸ ἀσυνδέτως ἀναγινώσκειν, τοῦ *καὶ* συνδέσμου ἐλλείποντος μὲν, συνεξακουομένου δέ· ἔλκοντας καὶ ἐπὶ τούτῳ τὸ *ποτήριον ἐν χειρὶ Κυρίου*· πῶς γὰρ ἂν εἴη τὸ αὐτὸ τὸ ἄκρατον ἔχον καὶ κέρασμα; Ὅτι δὲ δύο ταῦτα, δηλώσει τὸ ἐπαγόμενον.

Vers. 9. *Et inclinavit ex hoc in hoc.* Et de mensura meri supplicii, effudit in mensuram miseri-

Καὶ ἔκλινεν ἐκ τούτου εἰς τοῦτο. Ἐνέχεεν ἐκ τοῦ μέτρου τῆς ἀκράτου τιμωρίας ἐπὶ τὸ μέτρον

[26] Psal. LXXII, 8. [27] Psal. XVIII, 7.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τῆς φιλανθρωπίας, ὥστε ποιῆσαι κρᾶσιν, καὶ ποτίσαι ταύτην τοὺς ἧττον ἁμαρτάνοντας καὶ τοὺς ἰασίμους.

Πλὴν ὁ τρυγίας αὐτοῦ οὐκ ἐξεκενώθη. Τρυγίαν ὠνόμασε τὸ πάχος τῆς ἀκράτου τιμωρίας, τὴν ἐσχάτην κόλασιν, ἥτις ὑπελείφθη τοῖς τὰ μέγιστα πλημμελοῦσι, καὶ τοῖς μὴ μεταβαλλομένοις ἀπὸ κακίας.

Πίονται πάντες οἱ ἁμαρτωλοὶ τῆς γῆς. Πίονται τὸν τρυγίαν. Ἁμαρτωλοὺς δὲ λέγει τοὺς ἀνεπιστρόφως ἁμαρτάνοντας.

Ἐγὼ δὲ ἀγαλλιάσομαι εἰς τὸν αἰῶνα. Ψαλῶ τῷ Θεῷ Ἰακώβ. Ἐλευθερωθεὶς τῆς δουλείας τῶν ἐχθρῶν, καὶ ἀγαλλιάσομαι μὲν ἐπὶ τῇ ἀπαλλαγῇ τῶν ἀνιαρῶν, ψαλῶ δὲ εὐχαριστήρια.

Καὶ πάντα τὰ κέρατα τῶν ἁμαρτωλῶν συνθλάσω. Τῶν αὖθις πολεμησάντων μοι δυσμενῶν.

Καὶ ὑψωθήσεται τὸ κέρας τοῦ δικαίου. Νικήσαντος. Οἵ τε γὰρ Ἰσραηλῖται μετὰ τῆς ἐν Βαβυλῶνι δουλείας ἐπάνοδον, προσβαλλόντων αὐτοῖς τῶν γειτονούντων, ἐνίκησαν, οἵ τε Χριστιανοὶ ἐκ τῆς δουλείας τῶν εἰδώλων, ἐπανελθόντες εἰς ἐλευθερίαν, συνθλῶσι τὰς δυνάμεις τῶν πέριξ διαιτωμένων δαιμόνων ἐπιτιθεμένων αὐτοῖς. Δίκαιον δὲ καλεῖ πάντα εὐσεβῆ. Εἴη δ' ἂν καὶ ὁ Ζοροβάβελ, ὁ τὸν λαὸν τηνικαῦτα ἐπαναγαγών, ἀλλὰ καὶ ὁ Χριστὸς ὁ κυρίως δίκαιος, ὡς ἀναμάρτητος, οὗ τύπος ὁ Ζοροβάβελ· τῶν γὰρ ἐν σώματι τοὺς ἀσωμάτους πολεμίους νικώντων ὑψοῦται ἡ δύναμις, καὶ ὁ ἔπαινος τοῦ Χριστοῦ, τοῦ δυναμοῦντος αὐτούς.

cordiæ, ut misturam faceret, utque eam in potum illis præberet, qui et levius deliquissent, et adhuc essent medicabiles.

Vers. 10. *Verumtamen fex ejus non est exinanita.* Per *fecem calicis*, crassitudinem, ut ita dicam, intelligit meri supplicii, hoc est, extremas omnium pœnas, quæ iis reservantur, qui aut maxime deliquerunt, aut a vitiis immutari noluerunt.

Bibent omnes peccatores terræ. Bibent fecem. Per peccatores autem eos nunc intelligit, qui a peccatis nunquam convertuntur.

Ego autem exaltabo in sæculum, psallam Deo Jacob. Ab inimicorum nimirum servitute liberatus, exsultabo quidem quod calamitates cessaverint, et psallam in gratiarum actionem.

Vers. 11. *Et omnia cornua peccatorum constringam.* Inimicorum scilicet rursus me oppugnantium.

Et exaltabitur cornu justi. Simul ac vicerit. Judæorum enim populus post reditum e captivitate, insurgentes in se vicinas gentes devicit. Et Christiani simili modo ex idolorum servitute, in libertatem restituti, dæmonum omnium vires confringunt, qui interim in circuitu orbis sunt, quærentes quem devorent, et variis nos tentationibus impetentes. Per justum autem, pium quemlibet ac religiosum virum intelligit, vel ipsum Zorobabel, qui populum e captivitate in patriam reduxit. Verum magis proprie ipse intelligitur Christus, veluti qui omni caruit peccato; cujus figuram tenuit Zorobabel. Quoties vero fidelis quispiam aut martyr incorporeas dæmonum potentias sibi adversantes, atque insultantes devicerit, Christi potentia magis exaltatur et Christo major laus tribuitur, qui tantas ei vires præstitit et robur.

Εἰς τὸ τέλος Ψαλμὸς τῷ Ἀσάφ. ὨΙδὴ πρὸς τὸν Ἀσσύριον.

ΨΑΛΜΟΣ ΟΕ'.

Εἰρηται ἡμῖν καταρχὰς, ὅτι ἐν ταῖς ἐπιγραφαῖς τῶν ψαλμῶν τὸ *Εἰς τὸ τέλος* προφητείαν δηλοῖ· παρεγγυῶν ἀποβλέπειν εἰς τὸ τέλος αὐτῶν. Λοιπὸν οὖν κἀνταῦθα προφητείαν (77) κατὰ μὲν Ἑβραίους τῆς συντριβῆς τῶν ἀμφὶ τὸν Σεναχηρεὶμ, κατὰ δὲ Χριστιανοὺς τῶν ἀμφὶ νοητὸν Σεναχηρεὶμ, ἤτοι τὸν διάβολον· καὶ ἄλλως δὲ *Εἰς τὸ τέλος*, ὅτι περὶ τοῦ τέλους τοῦ κόσμου διαλαμβάνει, εἴτουν τῆς μελλούσης *κρίσεως· ἐν ὕμνοις* δὲ, ὅτι εὐχαριστήριός ἐστιν ὁ ψαλμὸς ἐπὶ τῇ τῶν κατὰ πολεμίων νίκῃ. Περὶ δὲ τοῦ Ἀσὰφ, ἔτι δὲ καὶ τῆς ᾠδῆς, προπαραδεδώκαμεν ἐν τῷ Προοιμίῳ τῆς βίβλου τῶν Ψαλμῶν. *Πρὸς τὸν Ἀσσύριον* δὲ, ἀντὶ, Πρὸς τὰ κατὰ τὸν Ἀσσύριον Σεναχηρείμ. Ὅρα δὲ ὅτι τὸ θεῖον Πνεῦμα τῇ Ἰουδαϊκῇ ἱστορίᾳ Χριστιανικὰ δόγματα συνέπλεξεν· ὡς ψυχαγωγεῖν μὲν καὶ τὸν Ἑβραῖον ταπεινῶς ἐκδεχόμενον τὰ ῥητὰ, εὐφραίνειν δὲ μᾶλλον τὸν Χριστιανὸν, ὑψηλῶς ταῦτα νοοῦντα.

In finem in hymnis Psalmus ipsi Asaph. Canticum ad Assyrium.

PSALMUS LXXV.

Diximus in proœmio operis, quod hæc verba *In finem*, quæ in psalmorum inscriptionibus habentur, indicant illic prophetiam contineri: et lectorem jubent in illius finem aspicere. In hoc igitur psalmo latet prophetia, quæ juxta Hebræos destruendam esse prædicebat potestatem Sennacherib: et juxta Christianos profligandum annuntiat dæmonem, quem nos intellectualem Sennacherib vere possumus appellare. Vel aliter: *In finem* ideo inscribitur psalmus, quia hic tractatur de mundi ac futuri judicii fine. *In hymnis* vero, quia gratiarum actiones continet, pro obtenta victoria. De Asaph et cantico diximus in Proœmio operis. *Ad Assyrium* vero, quia Sennacherib Assyrius erat. Ad illum enim multa pertinent, quæ in præsenti psalmo habentur. Tu vero illud considera, quo pacto sanctus Spiritus simul cum Judaica historia Christiana dogmata complicaverit, ut et Judæis solamen præstet, qui humiles tantum sensus sequuntur, et Christianum etiam magis lætificet, ad sublimiores tendentem ac penetrantem contemplationes.

Variæ lectiones.

(77) Deest verbum, puta νόει aut simile.

Digitized by Google Распознавание текста ABKFR

Vers. 2. *Notus in Judæa Deus.* Judæi quidem cognosci tantum affirmant Deum a Judæis, contra autem Deus ad illos, per prophetam dicit : *Juxta numerum civitatum tuarum fuerunt dei tui Juda, et juxta numerum biviorum Israel, sacrificaverunt Baal* [28]. Manifestum est igitur, quod de Judæa illa non loquitur, quæ est in Palæstina, sed per Judæam, sacram intelligit Scripturam, in qua universa Christus notus est. Nam et Mosaici, et cæteri omnes libri, de eo annuntiaverunt : et ipse etiam divinus cultus, qui lege constitutus est, figuram et characterem eorum continebat, quæ ad Christum pertinerent.

A Γνωστὸς ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ ὁ Θεός. Οἱ μὲν Ἰουδαῖοί φασιν ὅτι γνώριμός ἐστιν ὁ Θεὸς ἐν μόνῃ τῇ Ἰουδαίᾳ· ὁ δὲ Θεός φησι πρὸς αὐτοὺς διὰ τοῦ προφήτου· *Κατὰ ἀριθμὸν τῶν πόλεών σου ἦσαν θεοί σου Ἰούδα· καὶ κατὰ ἀριθμὸν ἀμφόδων Ἰσραὴλ ἔθυον τῷ Βάαλ.* Δῆλον οὖν, ὅτι οὐ περὶ τῆς κατὰ Παλαιστίνην Ἰουδαίας ὁ ψαλμὸς λέγει· ἀλλ' Ἰουδαίαν καλεῖ τὴν Ἰουδαϊκὴν Γραφήν, ἐν ᾗ πάσῃ γνώριμός ἐστιν ὁ Χριστός· τά τε γὰρ Μωσαϊκὰ καὶ τὰ λοιπὰ πάντα περὶ αὐτοῦ προκατήγγειλαν. Καὶ αὐτὴ δὲ ἡ νομικὴ λατρεία τύπος, καὶ σκιά, καὶ προχάραγμα ἦν τοῦ Χριστοῦ.

In Israel magnum nomen ejus. Atqui nec in solo Israel. *Ab oriente* enim, inquit Propheta, *usque ad occasum, glorificatum est nomen meum inter gentes* [29] ; et alibi ad Judæos : *Vos autem profanastis eum* [30] ; item alibi : *Nomen meum magnum inter gentes* [31]. Rursus igitur per Israel, Israelitarum Scripturam intelligit, datam populo Israel, in qua magnum ac gloriosum cani ur Christi nomen. Maximus autem philosophus per Judæam eam philosophiæ partem intelligit, quæ circa activas actiones versatur, et per Israel eam partem quæ contemplationibus vacat. Judas quippe interpretatur *Confessio* ; confessio autem initium quoddam præstat ad agendi virtutes ; Israel vero interpretatur *Mens videns Deum.* Cognoscit igitur Deum, is, qui per virtutem operatur, sciens illum judicem justum esse, et condigna unicuique pro actionibus in judicio redditurum : atque ideo seipsum ab omnibus maculis mundat. Cognoscit etiam Deum is qui in divinorum contemplatione versatur, et considerans Dei magnalia, condigne etiam illum magnificat. Possumus etiam per Judæum, novam ex gentibus Ecclesiam intelligere, quæ et antiqua peccata confessa est, et quæ verum Deum per contemplationem semper intuetur. Et similiter novum Israel. Quia, ut ait magnus Paulus : *Non manifesto, carnalis circumcisio, sed qui in occulto Judæus, et circumcisio cordis in spiritu, non littera* [32].

B Ἐν τῷ Ἰσραὴλ μέγα τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Καὶ μὴν οὐκ ἐν μόνῳ τῷ Ἰσραήλ. Αὖθις γάρ φησιν ὁ Θεὸς διὰ τοῦ Προφήτου, ὅτι Ἀπ' *ἀνατολῶν ἡλίου μέχρι δυσμῶν δεδόξασται τὸ ὄνομά σου ἐν τοῖς ἔθνεσιν·* καὶ πάλιν *Ὑμεῖς δὲ βεβηλοῦτε αὐτό.* Καὶ αὖθις· *Τὸ ὄνομά μου μέγα ἐν τοῖς ἔθνεσιν.* Ὥστε καὶ Ἰσραὴλ πάλιν, τὴν Ἰσραηλιτικὴν Γραφὴν ὀνομάζει, τὴν δοθεῖσαν τῷ Ἰσραηλιτικῷ λαῷ, ἐν ᾗ μέγα καὶ ἔνδοξον ᾄδεται τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ. Μάξιμος δὲ ὁ μέγας φιλόσοφος Ἰουδαίους μὲν λέγει τὴν πρακτικὴν φιλοσοφίαν, Ἰσραὴλ δὲ τὴν θεωρητικήν· διότι Ἰουδαία μὲν *Ἐξομολόγησις ἁμαρτιῶν* ἑρμηνεύεται, ἥτις ἐστὶν ἀρχὴ τῆς πρακτικῆς Ἰσραὴλ δὲ *Νοῦς ὁρῶν Θεόν*· ὁ μὲν γὰρ πρακτικὸς γινώσκει τὸν Θεὸν, ὅτι κριτής ἐστι τῶν ἑκάστῳ βεβιωμένων, καὶ διὰ τοῦτο καθαίρει ἑαυτόν· ὁ δὲ θεωρητικὸς, κατανοῶν τὰ μεγαλεῖα αὐτοῦ, ἀξίως μεγαλύνει αὐτόν. Εἴη δ' ἂν Ἰουδαία νέα ἡ ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησία, ἥτις, ἐξομολογησαμένη τὰ παλαιὰ αὐτῆς ἁμαρτήματα, ἐπέγνω τὸν ἀληθινὸν Θεόν· ἡ δ' αὐτὴ καὶ Ἰσραὴλ νέος· φησὶ γὰρ ὁ μέγας Παῦλος· *Οὐ γὰρ ὁ ἐν τῷ φανερῷ Ἰουδαῖός ἐστιν, οὐδὲ ἡ ἐν τῷ φανερῷ ἐν σαρκὶ περιτομή· ἀλλὰ ὁ ἐν τῷ κρυπτῷ Ἰουδαῖος, καὶ περιτομὴ καρδίας ἐν πνεύματι, οὐ γράμματι.*

C *Ille qui in manifesto Judæus est, neque quæ in*

Vers. 3. *Factus est in pace locus ejus, et habitatio ejus in Sion.* Ni tam crebro obsessa et capta fuisset Jerusalem, haberent colorem aliquem Judæi, ut hæc verba de ea dicta esse viderentur : verum hoc in loco, per *pacem*, non ipsam intelligit Jerusalem, sed pacificos homines ; pacificos, inquam, mutuo inter se, dum et proximos diligunt, et ipsi ab eis invicem diliguntur : et pacificos etiam in seipsis, dum affectus ac passiones insurgere ac pugnare non sinunt adversus rationem, sed rationi eas subjiciunt. In hujusmodi igitur homine locus quidam nobilis fit, ipsi etiam Deo habitabilis. Cæterum cum Sion idem significare dicatur quod *Specula*, ille merito Sion poterit appellari, qui inimicorum adventum de longe fuerit speculatus.

D Ἐγενήθη ἐν εἰρήνῃ ὁ τόπος αὐτοῦ, καὶ τὸ κατοικητήριον αὐτοῦ ἐν Σιών. Εἰ μὴ πολλάκις ἐπολεμήθη καὶ ἑάλω τὰ Ἱεροσόλυμα, εἶχεν (78) ἂν τινα λόγον εἰρῆσθαι περὶ αὐτῶν ταῦτα. Νῦν δὲ εἰρήνην φησὶ τὸν εἰρηνεύοντα ἄνθρωπον, πρὸς μὲν τοὺς ἀνθρώπους, ἐν τῷ ἀγαπᾷν αὐτούς, πρὸς δὲ τὰ πάθη, ἐν τῷ ὑποτάττειν αὐτά. Ἐν τῷ τοιούτῳ γὰρ ἀνδρὶ γίνεται τόπος χωρητικὸς Θεοῦ· Σιὼν δὲ ἑρμηνεύεται, *Σκοπευτήριον*· εἴη δ' ἂν ὁ πόρρωθεν κατασκεπτόμενος τὰς ἐπελεύσεις τῶν δυσμενῶν.

Vers. 4. *Illic confregit potentias arcuum, telum,* Ἐκεῖ συνέτριψε τὰ κράτη τῶν τόξων· ὅπλον,

[28] Jerem. xi, 13. [29] Psal. cxii, 3 ; Malach. i, 11. [30] Malach. i, 12. [31] Ibid. [32] Rom. ii, 28.

Variæ lectiones.

(78) Supple Ἰουδαῖοι.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

καὶ ῥομφαίαν, καὶ πόλεμον. Ἱστορικῶς μὲν περὶ τῆς ἀπωλείας τῶν Ἀσσυρίων ταῦτα. Ἐκεῖ μὲν ἀντὶ τοῦ, ἐν Σιών· Συνέτριψε δὲ, ἀντὶ τοῦ Κατήργησε τὰς δυνάμεις τῶν τόξων· ὅπλον δὲ καλεῖ νῦν οὐ τὸ ἀμυντήριον, ἀλλὰ τὸ φυλακτήριον, οἷον θώρακα, καὶ εἴ τι τοιοῦτον· ἐξ οὗ καὶ ὁπλίτης, ὁ τεθωρακισμένος, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ ψιλοῦ· ῥομφαία δὲ ἡ σπάθη· καὶ προέταξε μὲν τὰ τόξα, ὅτι τὸ πλεῖον ἐν τόξοις ἐκράτουν οἱ Ἀσσύριοι. Εἶτα διὰ μὲν τοῦ ὅπλου πᾶν φυλακτήριον ἐνέφηνε, διὰ δὲ τῆς ῥομφαίας πᾶν ἀμυντήριον. Τελευταῖον δὲ ἐπήγαγε καὶ τὸν πόλεμον αὐτὸν, δι' ὃν ταῦτα, καὶ οὗ σκεύη ταῦτα καὶ ὄργανα. Ἀναγωγικῶς δὲ τόξα μὲν αἱ μεθοδεῖαι καὶ μηχαναὶ τῶν δαιμόνων, ἀφ' ὧν ἀφίενται βέλη παθῶν πεπυρωμένα· ὅπλον δὲ φυλακτήριον τοῦ διαβόλου ἡ παραχώρησις τοῦ Θεοῦ, καὶ ἡ καθ' ἡμῶν ἐξουσία τοῦ ἐχθροῦ. Τότε γὰρ βαλλόμενος παρ' ἡμῶν οὐκ αἰσθάνεται· ῥομφαία δὲ αὐτοῦ τμητικὴ, καὶ ἀπὸ Θεοῦ χωρισμὸς ἡμῶν διὰ τῶν παθῶν ἐπιγινόμενος· πόλεμος δὲ ἡ πάλη, ἣ καὶ αὐτὸς ὁ διάβολος. Ὥσπερ γὰρ εἰρήνη ὁ Θεὸς, οὕτω πόλεμος ὁ ἀντικείμενος δαίμων· ἃ πάντα κατήργησεν ὁ Θεὸς ἐν τῷ εἰρηνεύοντι καὶ σκοπεύοντι, καθὼς εἴρηται.

A *gladium, et bellum.* Juxta historiam hoc pertinet ad Assyriorum destructionem, *illic* enim in Sion Deus arcuum vires contrivit, hoc est, dissolvit, et inanes reddidit. Per telum autem (pro quo in Græca lectione, ὅπλον legimus) non offensiva hoc in loco arma intelligi debent, sed defensiva, veluti thoracem, aut aliud quid simile : unde apud Græcos militem thorace armatum, ὁπλίτην appellabant, ad eorum militum distinctionem, qui hujusmodi carebant armatura, quosque ψιλοὺς, hoc est *nudos* vocabant. Arcuum vero potentias, seu robur dixit, quia Assyrii arcu plurimum utebantur, atque in eo armorum genere suas potissimum vires collocabant. Per *telum* igitur, defensiva omnia, et per *arcum*, offensiva omnia arma significavit. Deinde ipsum addidit bellum propter quod universa armorum genera confici solent. Omnia etenim arma, belli sunt instrumenta. Juxta Anagogen, per arcus, artificiosas dæmonum machinas intelligimus : unde ardentes immittunt passionum sagittas. Telum autem dæmonis, quo se tueri solet, est divina permissio, quæ vires ei adversus nos subministrat. Ea etenim permanente, ictus nostros dæmon in se immissos non sentit. Illius etiam gladius, quo incidere solet, separatio illa est, qua per affectus et passiones nostras a Deo disjungimur; bellum vero, pugna illa, et lucta, qua nobiscum certat, vel, per bellum, ipse potest dæmon intelligi, ut quemadmodum Deus pax, ita dæmon bellum appelletur. Hæc omnia igitur arma Deus delevit, ac fugavit in eo homine, quem exhibuisse se pacificum prædiximus, et speculationi intentum.

B

Φωτίζεις σὺ θαυμαστῶς ἀπὸ ὀρέων αἰωνίων. Ὄρη αἰώνια καλεῖ τοὺς οὐρανούς· ὄρη μὲν διὰ τὸ ὕψος, αἰώνια δὲ διὰ τὸ διαρκέστερον καὶ μακροχρονιώτερον τῆς τούτων οὐσίας· λέγει δὲ ὅτι φωτίζεις φωτὶ χαρᾶς τοὺς ἐν σκότει λύπης, καὶ φωτὶ ἀντιλήψεως τοὺς ἐν σκότει ἀπογνώσεως.

C

Vers. 5. *Illuminas tu mirabiliter a montibus æternis.* Per *æternos montes* cœlos intelligit : quos propter altitudinem montes vocat, et æternos propter diuturnam eorum substantiam. Illuminas autem luce lætitiæ : eos vero hac luce illuminas, qui in mœroris caligine obtenebrati sunt : quemadmodum contra, splendore auxilii, atque opis tuæ eos etiam illustras, qui tetra fuerint desperationis nube circumdati.

Ἐταράχθησαν πάντες οἱ ἀσύνετοι τῇ καρδίᾳ. Ἀναιρούμενοι ἀδοκήτως, ἐταράττοντο. Ἀσυνέτους δὲ αὐτοὺς εἶπεν, ὡς θεομάχους.

Turbati sunt omnes insipientes corde. Ob inexpectatum interitum turbati sunt, insipientes autem eos appellat, tanquam Deo resistentes.

Ὑπνωσαν ὕπνον αὐτῶν, καὶ οὐχ εὗρον οὐδέν. Ἐκοιμήθησαν μὲν μετὰ ἐλπίδων μεγάλων οἱ πολιορκοῦντες, οὐχ εὗρον δέ τι ὧν προσεδόκησαν. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλως εἰπεῖν· ὅτι κύκλῳ τοὺς ἐχθροὺς βλέποντες οἱ πολιορκούμενοι, καὶ μὴ συνιέντες τοῦ Θεοῦ τὴν δύναμιν, ἐταράχθησαν. Τοῦτο γὰρ καὶ ἡ ἱστορία δ.δάσκει· εἶτα ἐκοιμήθησαν ἐν ἐλπίδι ἁλώσεως· καὶ τὸ πρωῒ οὐχ εὗρον, ὧν ἤλπισαν, οὐδὲ πολέμιον, ἑκατὸν ὀγδοήκοντα πέντε χιλιάδων ἀναιρεθεισῶν ἐκείνῃ τῇ νυκτί. (79) Τὸ δὲ, *Τῇ καρδίᾳ*, παρέλκει ὡς ἰδίωμα. Ἢ καὶ ἐπιτατικόν ἐστι τῆς ἀσυνεσίας.

D

Vers. 6. *Dormierunt somnum suum, et nihil invenerunt.* Assyrii milites qui obsidebant, dormierunt summa cum spe, verum nihil eorum invenerunt quæ exspectabant. Possumus et aliter dicere, quod Judæi qui obsessi erant turbati sunt, dum aspicerent inimicos in circuitu, et divinas vires ignorarent, quodque dum captivos se paulo post futuros esse arbitrarentur, ut ipsa docet historia, somno correpti dormierunt, et mane expergefacti, ea non viderunt quæ fieri timuerant. Quinimo neque ipsum etiam invenerunt inimicum, cum unica nocte ad centum et octoginta millia hostium occisa fuerint. Dictio autem, *corde*, Hebraici idiomatis more abundat : vel majorem insipientiæ intensionem significat.

Πάντες οἱ ἄνδρες τοῦ πλούτου ταῖς χερσὶν αὐτῶν. — Οἱ ἄνδρες τοῦ πλούτου, ἀντὶ τοῦ, Οἱ

Omnes viri divitiarum in manibus eorum. Viros divitiarum dicit, pro *viros divites*, quemadmodum

Variæ lectiones.

(79) Hæc non ad præsentem versiculum, sed ad superiorem pertinent.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

alibi viros sanguinum, pro *sanguinolentos*. Dicit igitur quod Assyrii putarant esse se sequenti die habituros in manibus omnes Judæos divites. Vel aliter : Omnes viri Assyriorum divites Judæorum manibus capti sunt, qui obsessi erant in Jerusalem. Nam cum interemptos invenissent, capiebant eos ut spoliarent.

πλούσιοι · ὡς τὸ, *Ἄνδρες αἱμάτων*, οἱ αἱμοχαρεῖς. Λέγει δὲ ὅτι πάντας τοὺς πλουσίους Ἰσραηλίτας οἱ Ἀσσύριοι μονονουχὶ ταῖς χερσὶν ἔχειν ᾠοντο μεθ' ἡμέραν · ἢ καὶ τοὐναντίον, Πάντες οἱ πλούσιοι τῶν Ἀσσυρίων ταῖς χερσὶ τῶν πολιορκουμένων ἑάλωσαν, νεκροὶ εὑρεθέντες, καὶ ἐσκυλεύθησαν.

Vers. 7. *Ab increpatione tua, Deus Jacob, dormitaverunt qui ascenderunt equos.* Per increpationem Dei, sententiam intelligit adversus inimicos, et per dormitationem, virium remissionem. Dissolvere enim vires somnus solet : per equorum vero ascensores, inimicos ipsos intelligit, qui in equorum multitudine, quibus in bello præcipue utebantur, nimis confidebant. Ideo alibi : *Hi in curribus*, inquit, *et hi in equis* [33].

Ἀπὸ ἐπιτιμήσεώς σου, ὁ Θεὸς Ἰακὼβ, *ἐνύσταξαν οἱ ἐπιβεβηκότες τοῖς ἵπποις.* Ἐπιτίμησιν μὲν λέγει τὴν κατὰ τῶν πολεμίων ἀπόφασιν, νυσταγμὸν δὲ τὴν πάρεσιν τῆς δυνάμεως. Ἐκλύει γὰρ τὸν τόνον ὁ νυσταγμός. Ἐπιβεβηκότας δὲ τοῖς ἵπποις εἶπε τοὺς ἐχθρούς · ὡς ἐπὶ τῷ πολεμικῶς ἱππάζεσθαι τεθαρρηκότας. *Οὗτοι* γὰρ, φησὶν, *ἐν ἅρμασι, καὶ οὗτοι ἐν ἵπποις.*

Vers. 8. *Tu terribilis es. Et quis resistet tibi?* Hæc verba per se satis clara sunt.

Ex tunc ira tua. Hoc est, ex eo tempore quo adversum te dixerunt blasphema verba : tu tamen dedisti eis pœnitentiæ locum, juxta benignitatis tuæ legem. Vel, *ex tunc*, intellige, pro *olim*, seu *jamdiu*.

Σὺ φοβερὸς εἶ, καὶ τίς ἀντιστήσεταί σοι · Τοῦτο σαφές.

Ἀπὸ τότε ἡ ὀργή σου. Ἐκ τότε ἀφ' οὗ κατὰ σοῦ ἐβλασφήμησαν · ἐδίδους δὲ αὐτοῖς χώραν μετανοίας κατὰ τὸν νόμον τῆς χρηστότητός σου · ἢ καὶ τὸ, *Ἀπὸ τότε*, ἁπλῶς ἀντὶ τοῦ, πάλαι, πρὸ πολλοῦ.

Vers. 9, 10. *De cœlo auditum fecisti judicium.* Audiri enim fecisti de cœlo jam dictam sententiam. Eam etenim in me quasi in propheticum quoddam organum insonuisti. Possumus etiam hæc verba de futuro universali judicio intelligere. Auditum enim illud fecit Deus humano generi, ex Scripturis sanctis : atque hoc pacto, quæ sequuntur, consequentissime dicta esse videntur.

Ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἠκούτισας κρίσιν. Τὴν δηλωθεῖσαν ἀπόφασιν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἀκουστήν μοι ἐποίησας ἐνήχησάς μοι αὐτὴν, ὡς προφήτῃ. Εἴη δ' ἂν καὶ περὶ τῆς μελλούσης κρίσεως ἐννοεῖν τὸ ῥητὸν, ὅτι Ἀκουστὴν ἐποίησας αὐτὴν πᾶσιν ἀνθρώποις διὰ τῶν θεοπνεύστων Γραφῶν σου · ὡς εἶναι καὶ τὰ ἑξῆς ἀκόλουθα.

Terra tremuit, et quievit, dum exsurgeret in judicio Deus, ut salvos faceret mansuetos terræ. Per terram, humanam intelligit naturam, ad quam alibi dictum est : *Terra es, et in terram reverteris* [34]. Præcipue tamen eos dicit, qui terrena sapiunt. Cum exsurgeret igitur Deus in universale judicium, quieverunt omnes homines, deletis atque exstinctis in posterum quibuscunque aliis operibus. Cum exsurgeret autem in judicium, ut Justos homines salvaret, quos mites appellat, seu mansuetos, quia proprium, ac peculiare est cujuscunque viri justi, ut mitis sit ac mansuetus.

Γῆ ἐφοβήθη, καὶ ἡσύχασεν ἐν τῷ ἀναστῆναι εἰς τὸν Θεὸν, τοῦ σῶσαι πάντας τοὺς πραεῖς τῆς γῆς. Γῆν καλεῖ πάντα ἄνθρωπον πρὸς ὃν εἴρηται, ὅτι *Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ* · μάλιστα δὲ τὸν φρονοῦντα γήϊνα · ἐν τῷ ἀναστῆναι γὰρ, φησὶν, εἰς τὴν ῥηθεῖσαν πάνδημον κρίσιν τὸν Θεὸν, οἱ ἄνθρωποι πάντες ἡσύχασαν, καταργηθέντος λοιπὸν παντὸς ἔργου · ἀναστῆναι δὲ εἰς κρίσιν, ἐπὶ τῷ σῶσαι πάντας τοὺς δικαίους · ἴδιον γὰρ δικαίου παντὸς ἡ πραότης.

Vers 11. *Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi.* Hoc dictum est ad timorem in iis excitandum, qui indolentiæ vitio laborant. Tunc etenim, inquit, cogitatio omnis humana, judicanti Deo se ipsam revelabit : *Cogitationibus* enim, inquit Paulus, *inter se mutuo accusantibus, et defendentibus, in die, qua judicabit Dominus occulta hominum* [35].

Vers 11. *Quoniam cogitatio. hominis confitebitur tibi.* Hoc dictum est ad timorem in iis excitandum, qui indolentiæ vitio laborant. Tunc etenim, inquit, cogitatio omnis humana, judicanti Deo se ipsam revelabit : *Cogitationibus* enim, inquit Paulus, *inter se mutuo accusantibus, et defendentibus, in die, qua judicabit Dominus occulta hominum* [34].

D

Ὅτι ἐνθύμιον ἀνθρώπου ἐξομολογήσεταί σοι. Τοῦτο πρὸς φόβον κεῖται τῶν ἀναλγήτων. Καὶ γὰρ τότε, φησὶ, πᾶν ἀνθρώπινον ἐνθύμιον ἑαυτὸ ἀνακαλύψει σοι δικάζοντι. Ἄκουε τοῦ μεγάλου Παύλου περὶ τούτου λέγοντος · Μεταξὺ ἀλλήλων τῶν λογισμῶν κατηγορούντων, ἢ καὶ ἀπολογουμένων ἐν ἡμέρᾳ, ὅτε κρινεῖ ὁ Θεὸς τὰ κρυπτὰ τῶν ἀνθρώπων.

Et reliquiæ cogitationis, diem festum agent tibi. Ipsæ etiam minimæ cujuscunque cogitationis portiunculæ, diem festum tibi agent, hoc est, se ipsas tibi manifestabunt. Festivitas enim nihil aliud est, quam declaratio ac manifestatio illius solemnitatis, cujus festum celebratur. Agent igitur diem

Καὶ ἐγκατάλειμμα ἐνθυμίου ἑορτάσει σοι. Ἐγκατάλειμμα νοεῖται τὸ λείψανον · βούλεται δὲ εἰπεῖν ὅτι καὶ αὐτὸ τὸ βραχύτατον μόριον τοῦ ἐνθυμήματος ἑορτάσει σοι, τουτέστιν, ἐπιδείξει σοι ἑαυτό · ἑορτὴ γὰρ ἐπίδειξίς ἐστι τοῦ ἑορταζομένου πράγματος. Ὅθεν καὶ ἑορτάσει, ἀντὶ τοῦ θεατρήσει.

[32] Psal. xix, 8. [33] Gen. iii, 19. [34] Rom. ii, 16.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Λέγοιτο δ' ἂν καὶ ἄλλως, ὅτι Οὐ μόνον αἱ ἐνθυμήσεις δῆλαί σοι ἔσονται, ἀλλὰ καὶ εἴ τις βιαζόμενος ὑπὸ τοῦ δαίμονος ἐνθυμηθῆναί τι πονηρὸν μὴ πεισθεὶς, ἐγκατέλιπε τὸ τοιοῦτον ἐνθύμιον, μὴ ἐνθυμηθεὶς αὐτὸ, καὶ αὕτη ἡ ἐγκατάλειψις τοῦ τοιούτου ἐνθυμίου, φανερώσει σοι ἑαυτήν· οὕτως οὐδὲν τὸ τυχὸν σε λέληθεν.

Εὔξασθε, καὶ ἀπόδοτε Κυρίῳ τῷ Θεῷ ὑμῶν. Τούτων οὕτως ἐχόντων, ὑπόσχεσθε τῷ Θεῷ δῶρα μετανοίας, καὶ ἀπόδοτε αὐτῷ, ὡς χρέως ἀναγκαιότατον.

Πάντες οἱ κύκλῳ αὐτοῦ οἴσουσι δῶρα. Κύκλῳ τοῦ Θεοῦ, οἱ ἀγαπῶντες αὐτόν· ἐν οἷς ἐστιν αὐτός. Ἐκεῖ γὰρ, φησὶν, εἰμὶ ἐν μέσῳ αὐτῶν. Οἱ πάντες οἴσουσι δῶρα, τὰς ἀρετάς.

Τῷ φοβερῷ καὶ ἀφαιρουμένῳ πνεύματα ἀρχόντων. Πνεύματα, τὰς ψυχάς.

Φοβερῷ παρὰ τοῖς βασιλεῦσι τῆς γῆς. Παρὰ τῷ Φαραὼ καὶ τοῖς ἄλλοις, ὅσοι τὰς λοιπὰς αὐτοῦ τῆς Αἰγύπτου μάστιγας καὶ τὰς τερατουργίας ἠκηκόεισαν.

Εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ Ἰδιθοὺμ, ψαλμὸς τῷ Ἀσάφ.

ΨΑΛΜΟΣ ΟϚ'.

Εἰς τὸ τέλος μὲν, ὅτι προφητεύει καὶ οὗτος ὁ ψαλμὸς, ἃ πείσονται ἐν Βαβυλῶνι οἱ δορυάλωτοι, καὶ ἃ εἴποιεν. Ψαλμὸς δὲ, φησὶν, ψαλθεὶς τῷ χοράρχῃ Ἀσάφ, ὑπὲρ Ἰδιθούμ. Φαίνεται γὰρ ὅτι τῷ Ἰδουθιθοὺμ μὲν ἐδόθη πρὸς τὸ ψαλθῆναι· μὴ εὐκαιρήσαντος δὲ, ἐψάλθη παρὰ τούτου, τουτέστιν, ἀντὶ τοῦ χοράρχου Ἰδιθοὺμ παρὰ τοῦ Ἀσάφ. Ἐσχημάτισται δὲ προσώπῳ τοῦ λαοῦ, τοῦ ἐν Βαβυλῶνι.

Φωνῇ μου πρὸς Κύριον ἐκέκραξα. Ἐν Βαβυλῶνι δουλεύων, ἐβόησα πρὸς Θεόν.

Φωνῇ μου πρὸς τὸν Θεόν. Ἀπὸ κοινοῦ κἀνταῦθα, τὸ, *Ἐκέκραξα*· ἰστέον δὲ ὅτι τὸ θέμα, κεκράζω ἐστί· περιττὸν δὲ δοκεῖ, τὸ, *Φωνῇ μου*· ἀλλ' ἔστιν ἰδίωμα καὶ τοῦτο. Ὥσπερ καὶ τὸ δὶς τῷ αὐτῷ χρήσασθαι· δύναται δὲ ἐμφαίνειν καὶ ἐπίτασιν τῆς κραυγῆς.

Καὶ προσέσχε μοι. Θερμῶς βοῶντι καὶ ὁλοψύχως.

Ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς μου, τὸν Θεὸν ἐξεζήτησα. Τὸ *ἐξεζήτησα*, τὴν σπουδαίαν ζήτησιν δηλοῖ· ἐξεζήτει δὲ αὐτὸν εἰς ἀντίληψιν.

Ταῖς χερσί μου νυκτὸς ἐναντίον αὐτοῦ. Ἀπὸ κοινοῦ ληπτέον, καὶ ἐπὶ τούτου, τὸ *Ἐξεζήτησα*. Πῶς δέ τις ἐκζητεῖ τὸν Θεόν; Ταῖς χερσὶν, ἐκτείνων αὐτὰς πρὸς αὐτὸν μετὰ δεήσεως· νυκτὸς δὲ, ὅτε πᾶσα πανταχόθεν ἄδεια· ἐναντίον δὲ αὐτοῦ, τουτέστιν ἐνώπιον αὐτοῦ βλέποντος πάντα. Τινὲς δὲ

festum, hoc est, spectaculum facient. Possumus etiam dicere, quod non solum cogitationes erunt Deo manifestæ, sed et si quis tentatus fuerit a dæmone, ut pravum quid cogitaret, licet prorsus persuasus non sit, ut in incepta cogitatione persisteret, quod tamen illa cogitatio, tametsi rejecta et relicta, se ipsam Deo manifestabit : adeo nihil erit etiam minimum, quod latere Deum possit.

Vers. 12. *Vovete, et reddite Domino Deo vestro.* Cum hæc ita se habeant, promittite Deo, inquit, dona pœnitentiæ, atque ea tanquam necessarium aliquod debitum illi reddite.

Omnes qui sunt in circuitu ejus afferent munera. In circuitu Dei sunt, qui eum diligunt. In his namque esse Deus dicitur, et manere : *Illic* enim, inquit, *sum in medio eorum* [36]. Hi igitur omnes Deo dona afferent, ipsas nimirum virtutes.

Vers. 13. *Terribili, et auferenti spiritus principum.* Spiritus, hoc est, animas.

Terribili apud reges terræ. Apud Pharaonem nimirum, et omnes alios, qui Ægypti plagas, et reliqua illius miracula audiverunt.

In finem pro Idithum psalmus ipsi Asaph.

PSALMUS LXXVI.

In finem inscribitur hic psalmus, quia prophetias continet, quæ ad finem tendebant ; prædicit enim quæ passuri erant Judæi, in Babylonica captivitate, et multa quæ illic dicturi erant verba commemorat. Ordo autem et sensus inscriptionis hujusmodi est : Psalmus qui decantatus est ipsi seu ab ipso Asaph, chori unius principe, pro Idithum. Nam cum Idithum huic negotio vacare non potuisset, decantatus fuit ab Asaph pro eo, hoc est, loco ejus; conscriptus est autem ex persona populi captivi olim in Babylone.

Vers. 2. *Voce mea ad Dominum clamavi.* Agens ego, inquit, duram in Babylone servitutem, clamavi ad Deum.

Voce mea ad Deum. A communi sensu sumendum est verbum, *Clamavi;* sciendum vero est, quod verba illa, *Voce mea*, superflua sunt : verum Hebraicum est idioma, quemadmodum et illud, quod bis eamdem repetit sententiam : tametsi possint repetita verba emphasim quamdam, et majorem actus intensionem præ se ferre.

Et intendit mihi. Ardenter atque ex tota anima clamanti.

Vers. 3. *In die tribulationis meæ Deum exquisivi.* Verbum, *Exquisivi*, inquisitionem cum studio indicat : inquirebat autem eum in sui auxilium.

Manibus meis nocte coram eo. A communi sensu sumendum etiam hic est verbum, *Exquisivi.* Exquirere autem manibus Deum ille videtur, qui, cum fundit preces, manus ad Deum quodam cum affectu extendit. Nocte vero, inquit, id facio (quando omnia silent et quiescunt), quando maxima adest

[36] Matth. XVIII, 20.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

securitas (et omne abest impedimentum). *Coram eo* autem, hoc est, in illius præsentia, qui omnes videt. Aliqui per manus, actiones intelligunt, et nocte, pro clam ac latenter, ita ut exquisisse se Deum affirmet per bonas actiones, bene ac secundum virtutem operando, clam tamen et latenter ab hominibus.

A χεῖρας ἐνταῦθα τὰς πράξεις νοοῦσιν · νυκτὸς δὲ, διὰ τὸ λανθάνειν, ὅτι ἐξεζήτησε τὸν Θεὸν διὰ τῶν ἀγαθῶν πράξεων λανθάνων τοὺς ἀνθρώπους.

Et non sum deceptus. Et cum adjutorem illum mihi fore sperassem, concepta spe frustratus non sum. Patet igitur psalmi verba populo accommodari, post reditum e Babylonica captivitate, quemadmodum et modo cuilibet congruere possunt, qui a periculis salvatus sit.

Καὶ οὐκ ἠπατήθην. Ἐλπίσας εὑρεῖν βοηθὸν αὐτὸν, οὐκ ἠπατήθην ταῖς ἐλπίσιν, εἶτουν, οὐκ ἠστόχησα. Δῆλον οὖν ὅτι μετὰ τὴν ἐκ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον ἁρμόσει ταῦτα τῷ λαῷ, καὶ μὴν καὶ παντὶ τῷ ἐκ κινδύνων περισωθέντι.

Renuit consolari anima mea. Non est passa ut aliquis consolationem afferret, gravi nimirum dolore affecta.

Ἀπηνήνατο παρακληθῆναι ἡ ψυχή μου. — Ἀπηνήνατο, ἀπηγόρευσεν, οὐκ ἐδέξατο παρηγορηθῆναι ἐξ ἀνθρώπων, λίαν βαρυθυμοῦσα.

VERS. 4. *Memor fui Dei, et lætatus sum.* Unicum mihi in tantis malis fuit solamen, Dei scilicet memoria. Cogitans enim quod posset ille me ex omnibus periculis liberare, amplissimum inde capiebam solatium.

B *Ἐμνήσθην τοῦ Θεοῦ, καὶ εὐφράνθην.* Μίαν μόνην εἶχον παράκλησιν, τὴν τοῦ Θεοῦ μνήμην ἐν τοσούτοις κακοῖς. Μνημονεύων γὰρ ὅτι δύναται ἀπαλλάξαι με, παρηγορούμην (80). Ὦ τῆς εὐπορίστου παραμυθίας !

Et meditatus sum et defecit spiritus meus. Quod hic Latine legimus *Meditatus sum*, in Græca lectione habetur ἠδολέσχησα ; est autem ἀδολεσχία proprie, ut alibi diximus, sermo superfluus; hanc nos nugacitatem dicere possumus, juxta illud : *Narraverunt mihi iniqui nugacitates, sed non ut lex tua*[37] : (est etenim illic in Græco eadem dictio ἀδολεσχία.) Accipitur etiam pro meditatione et sollicitudine, ut hic (et aliqui mitiori vocabulo *argutationem* interpretati sunt, quod medium quoddam videtur esse inter nugacitatem, et meditationem, et utrique significationi facillime posse accommodari). Argutabar, inquit, et meditabar in me ipse, et sollicitus cogitabam, quonam pacto a tanta mœstitia liberari possem. Cumque solutionem aut requiem nullam invenirem, anima mea angustiis undique detenta est. Ejusmodi etiam est, quod alibi legimus : *In mandatis tuis meditabar*[38]. Item : *Servus autem tuus meditabatur in justificationibus tuis*[39] (tametsi Latinus interpres persæpe *Exercebar*, reddiderit, seu *Exercitatus sum*) ; multa etiam alia inveniri possunt in psalmo CXVIII. Invenimus etiam ἀδολεσχίαν poni pro oratione : unde ab Anna dictum legimus : *In multitudine orationis meæ contabui*[40] : (eadem enim dictio ibi habetur in Græco. pro oratione.)

Ὑδολέσχησα καὶ ὠλιγοψύχησε τὸ πνεῦμά μου. Ἀδολεσχία κυρίως μὲν, ἡ περιττολογία καὶ φλυαρία, ὡς τό· *Διηγήσαντό μοι παράνομοι ἀδολεσχίας* · τάττεται δὲ καὶ ἐπὶ μελέτης καὶ φροντίδος· ὡς ἐπὶ τοῦ παρόντος. Ἐμελέτων γὰρ, φησὶν, ἐν αὐτῷ, καὶ ἐφρόντισα πῶς ἂν ἀπαλλαγείην τῶν ἀλγεινῶν · καὶ μὴ εὑρίσκοντός μου λῦσιν, ἐστενοχωρήθη ἡ ψυχή μου. Τοιοῦτόν ἐστι καὶ τό · *Ἐν ταῖς ἐντολαῖς σου ἀδολεσχήσω* · καὶ τό · *Ὁ δὲ δοῦλός σου ἠδολέσχει ἐν τοῖς δικαιώμασί σου* · καὶ πολλὰ τοιαῦτα ἐν τῷ ριη' ψαλμῷ. Λέγεται δὲ ἀδολεσχία, καὶ ἡ προσευχή· ὡς τὸ τῆς Ἄννης· *Ἐκ πλήθους ἀδολεσχίας μου, ἐκτέτηκα.*

VERS. 5. *Prævenerunt custodias oculi mei.* Qui exercituum curam habent, solent noctis custodias in quatuor partes dividere, quatuor constituentes custodias, quas certo ordine alternant. Oculi mei, inquit, omnes noctis custodias prævenerunt, hoc est, viligando omnia custodiarum tempora prævenerunt. Cum enim meditarer, et sollicitus essem, recessit ab oculis meis somnus. Vel aliter : Oculi mei, hoc est, observatores atque inimici mei, omnes prævenerunt custodias, solliciti nimirum, ut suis me insidiis comprehenderent.

Προκατελάβοντο φυλακὰς οἱ ὀφθαλμοί μου. Οἱ φυλάσσοντες τὰ στρατόπεδα, διαιροῦσιν εἰς τέσσαρας φυλακὰς τὴν νύκτα · πρώτην, δευτέραν, καὶ τετάρτην · καὶ ἀμοιβαδὸν ἀλλήλοις αὐτὸ παραδιδόασι. Φησὶν οὖν, ὅτι Προέφθασαν οἱ ὀφθαλμοί μου πάσας τὰς τῆς νυκτὸς φυλακάς · τουτέστιν, ἀγρυπνοῦντες προελάμβανον τοὺς καιροὺς τῶν τοιούτων φυλακῶν · μεριμνοῦντος γὰρ, ἀφίστατό μου ὁ ὕπνος. Ἢ ὀφθαλμοὺς λέγει, τοὺς ἐπιτηροῦντας αὐτὸν ἐχθρούς · ὅτι Προκατελάβοντο κατ' ἐμοῦ φυλακὰς οἱ ἐπιτηρηταί μου.

Turbatus sum, et non sum locutus. Afflictionibus atque angustiis confusus sum, verum hujusmodi afflictiones inimicis meis non revelavi, ne majori extollerentur lætitia.

Ἐταράχθην, καὶ οὐκ ἐλάλησα. Συνεχύθην ταῖς θλίψεσιν · ἀλλ' οὐκ ἐξέφηνα ταύτας πρὸς τοὺς ἐχθροὺς, ἵνα μὴ καὶ μᾶλλον ἐπιχαρῶσί μου.

VERS. 6. *Cogitavi dies antiquos, et annos æternos*

Διελογισάμην ἡμέρας ἀρχαίας καὶ ἔτη αἰώνια

[37] Psal. CXVIII, 85. [38] Ibid. 47. [39] Ibid. 23. [40] I Reg. I, 16.

Variæ lectiones.

(80) Ad verbum : *Animum sumebam : o amplissimum solatium !*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

ἐμνήσθην, καὶ ἐμελέτησα. Ἡμέρας ἀρχαίας λέγει, τὰς ἐπὶ Μωϋσέως, καὶ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ· ὅπως οἱ τότε ἠλευθερώθησαν τῆς ἐν Αἰγύπτῳ δουλείας, καὶ διέβησαν ἀβρόχῳ τὴν Ἐρυθράν, καὶ μυρία εὐεργετηθέντες, εἰσῆλθον εὐκλεῶς εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας. Αἰώνια δὲ καλεῖ, τὰ παλαιά· οὕτω καὶ ἀπ' αἰῶνος λέγομεν τὰ ἔκπαλαι· ἀδιάφορος δὲ ἡ σύνταξις τοῦ *Ἐμνήσθην*· *Ἐμελέτησα* δὲ, ἀντὶ τοῦ Ἀνεπόλησα ταῦτα ἐν τῷ νόῳ μου· ἐκείνας δὲ τὰς ἀρχαίας ἡμέρας εἶπε, καὶ ἔτη αἰώνια. Ἐντεῦθεν κινούμενοί τινες, τὸ, *Προκατελάβοντο φυλακὰς*, ἄλλως ἡρμήνευσαν· ὅτι Οἱ ὀφθαλμοὶ τῆς ψυχῆς μου, τουτέστιν ὁ νοῦς μου, προκατεσκέψατο τὰς πολιτείας τοῦ βίου. Νὺξ μὲν γὰρ ὁ βίος, διὰ τὴν ἐν αὐτῷ πλάνην· φυλακαὶ δὲ αὐτοῦ, αἱ πολιτεῖαι· ἡ πρὸ τοῦ νόμου, ἡ νομικὴ, καὶ ἡ εὐαγγελικὴ· τὰς δύο τοίνυν, φησὶν, ἀναθεωρῆσαι, καὶ μὴ εὑρεῖν τοιαύτην ἐγκατάλειψιν. Καὶ τοῖς πατριάρχαις γὰρ ὁ Θεὸς ἐβοήθει· καὶ τοῖς μετὰ τὸν νόμον ἄχρι τοῦ παρόντος ἐξανδραποδισμοῦ. Περὶ τῶν τοιούτων οὖν φυλακῶν καὶ ὁ Κύριος εἴρηκεν, ἐν οἷς μακαρίζει τοὺς γρηγοροῦντας δούλους· φησὶ γὰρ, ὅτι *Κἂν τῇ δευτέρᾳ, κἂν τῇ τρίτῃ φυλακῇ εὕρῃ οὕτως, μακάριοί εἰσιν οἱ δοῦλοι ἐκεῖνοι.*

A memoria repetii, et meditatus sum. Per antiquos dies, tempora Moysi intelligit, et Jesu Nave. Cogitavi, inquit, quo pacto illi de Ægyptiaca servitute fuerint liberati, quomodo siccis pedibus pertransierunt mare Rubrum, quomodo innumeris a Deo affecti beneficiis in terram tandem promissionis cum gloria ingressi sunt. *Æternos* autem *annos*, dixit, pro Antiquos, quemadmodum A sæculo atque Ab æterno dicere solemus, aliquando pro Antiquitus; et *Meditatus sum*, hoc est, revolvi in memoria mea : et quos paulo ante dies antiquos dixerat, postea æternos annos appellavit. Hinc quidam moti sunt, et verba illa : *Prævenerunt custodias oculi mei*, alio modo exposuerunt, dicentes : Oculi animæ meæ, hoc est, mens mea, prius consideravit omnes vitæ meæ conversationes. Præsens quippe hæc vita, nox dici potest, ob multiplices errores qui in ea reperiuntur. Custodiæ autem hujus vitæ, conversationes variæ sunt, seu variæ vivendi regulæ, verbi gratia, conversatio quæ ante legem fuit, item conversatio legalis, deinde evangelica. Contemplatum igitur se esse dicit antiquos dies, hoc est, patrum vitas : et nusquam invenisse se dicit, quod patres ac majores sui adeo destituti essent divino auxilio. Nam et patriarchis summam Deus opem tulit, et aliis quibuscunque majoribus, qui post datam legem in captivitatem inciderunt. De hujusmodi autem custodiis loqui videtur Dominus in eo loco, ubi *beatos* dicit, *servos vigilantes : quia si in secunda, aut tertia custodia, Dominus venerit, et invenerit eos sic, beati sunt servi illi.*

Νυκτὸς μετὰ τῆς καρδίας μου ἠδολέσχουν. — *Νυκτὸς*, ἀντὶ τοῦ, Ἐν νυκτὶ, ὅτε ἠρεμία πάντων· καὶ αὕτη δὲ ἡ ἀδολεσχία ὁμοία ἐστὶ τῇ προῤῥηθείσῃ· Μετὰ δὲ τῆς *καρδίας μου*, ἀντὶ τοῦ, Ἐν τῇ ψυχῇ μου.

Nocte cum corde meditabar — Nocte quando maxima rerum omnium est qui sa. De hujusmodi autem meditatione eadem dici possent, quæ superius diximus : *Cum corde* vero, id est, in animo meo.

Καὶ ἐσκαλλε τὸ πνεῦμά μου. — *Ἐσκαλλε*, ἀνώρυττεν, ἀνηρεύνα· οὕτω γὰρ ἐξέδωκεν ὁ Θεοδοτίων· τί δὲ ἠρεύνα, ἄκουσον ἐξῆς.

Et fodiebat spiritus meus. Vestigabat, inquit, et scrutabatur ; atque hoc pacto reddidit Aquila. Quidnam autem investigaret, audi.

Μὴ εἰς τοὺς αἰῶνας ἀπώσεται Κύριος, καὶ οὐ προσθήσει τοῦ εὐδοκῆσαι ἔτι. Ἐπαπορηματικὰ τὰ ῥητὰ, μέχρι τοῦ, *Καὶ εἶπα. Νῦν ἠρξάμην.* Ἀνηρεύνων, φησὶν, μήποτε παντελῶς ἀπώσεται ἡμᾶς, καὶ οὐ θελήσει. Τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ, *Οὐ προσθήσει εὐδοκῆσαι ἔτι*, εἴτουν εὐαρεστηθῆναι ἐν ἡμῖν εἰς τὸ ἐξῆς· περιττεύοντος *Τοῦ*.

Vers. 8. *Numquid in sæcula projiciet Dominus, et non apponet, ut complacitior sit adhuc?* Dubitantis verba hæc sunt, usque ad versiculum : *Et dixi, Nunc cœpi.* Vestigabam, inquit, dicens : Numquid Deus nos prorsus abjecturus est, et nusquam amplius recipiet? Hoc enim sibi volunt illa verba : *Et non apponet ut complacitior sit adhuc*, hoc est, ut benignior sit erga nos.

Ἢ εἰς τέλος τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἀποκόψει. Ἢ μέχρι παντὸς ἀποκόψει ἀφ' ἡμῶν τὸ σύνηθες ἔλεος. Τοῦτο δὲ καὶ ταὐτὸν δοκεῖ τῷ· *Μὴ εἰς τοὺς αἰῶνας ἀπώσεται;* ἀλλ' οὖν οἰκτρότερον, καὶ παθητικώτερόν ἐστι.

Vers. 9. *Aut in finem misericordiam suam abscindet.* Aut in perpetuum consuetam a nobis recidet misericordiam. Quæ verba tametsi eadem esse videantur, cum illis : *Numquid in sæcula projiciet Dominus?* majori tamen affectu plena sunt, et ad majorem movent misericordiam.

Συνετέλεσε ῥῆμα ἀπὸ γενεᾶς εἰς γενεάν. Μήποτε συνετέλεσε τὸ ῥῆμα τοῦ λόγου, ὃ ἐνετείλατο εἰς χιλίας γενεάς; Περὶ οὗ ζήτει ἐν τῷ ρδ' ψαλμῷ. *Συνετέλεσε* δὲ, ἀντὶ τοῦ Συνέκλεισε, καὶ περιώρισεν αὐτὸ, ἀπὸ τῆς γενεᾶς ἐκείνης, ἄχρι καὶ εἰς τὴν νῦν, ὡς μὴ περαιτέρω χωρεῖν.

Consummavit verbum a generatione in generationem. Numquid consummavit verbum illius sermonis, quem mandavit in mille generationes? de quo in psalmo civ. *Consummavit* autem, id est, conclusit et præscripsit, ab illa nimirum generatione, usque ad hanc generationem, ita ut ulterius ei locus non sit.

Μὴ ἐπιλήσεται τοῦ οἰκτειρῆσαι ὁ Θεός· ἢ συνέξει ἐν τῇ ὀργῇ αὐτοῦ τοὺς οἰκτιρμοὺς αὐ-

Vers. 10. *Numquid obliviscetur misereri Deus? aut continebit in ira sua miserationes suas?* Hæc

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

verba tametsi præcedentibus similia esse videantur, illud tamen speciatim demonstrant, quod Deus natura ipsa est misericors, quemadmodum et lux natura ipsa splendida est, et ignis natura ardet, quodque ideo Deus nunquam id deponet, quod sibi naturale est. Ex hoc igitur illud intellexit de quo dubitabat, et de quo sollicite meditabatur : quod scilicet Deus in sæcula eum non projiciet, nec illa faciet, quæ superius dicta sunt : verum quod juxta delictorum gravitatem adducet supplicia.

A τοῦ. Ταῦτα εἰ καὶ τοῖς προλαβοῦσιν ὅμοια φαίνεται τὰ ῥητὰ, ἀλλ' οὖν ἐμφαίνουσιν ὅτι φύσει οἰκτίρμων ἐστὶν ὁ Θεός · ὥσπερ καὶ τὸ φῶς φωτιστικὸν, καὶ τὸ πῦρ καυστικόν. Διὸ καὶ τὸ κατὰ φύσιν οὐκ ἀποβαλεῖ. Ἐντεῦθεν οὖν συνῆκεν ὃ ἠπόρει, ὅτι οὐκ εἰς τοὺς αἰῶνας ἀπώσεται αὐτοὺς, καὶ τὰ ἑξῆς · ἀλλ' ὅτι πρὸς τὰ πλήθη καὶ τὰ μεγέθη τῶν ἁμαρτιῶν ἐπάγει καὶ τὴν τιμωρίαν.

Vers. 11. *Et dixi, Nunc cœpi.* Hæc verba grati ac benigni animi sunt. Cogitans, inquit, quæ commisi peccata, dixi : Nunc initium mihi est condigni supplicii. Nam quæ hactenus sustinui, præludium quoddam pœnarum tantummodo fuere.

Καὶ εἶπα · Νῦν ἠρξάμην. Εὐγνωμοσύνης ὁ λόγος. Ἀναλογισάμενος, φησὶν, ἃ ἥμαρτον, εἶπα, ὅτι Νῦν ἀρχή μοι τῆς ἀξίας τιμωρίας. Τὰ γὰρ μέχρι νῦν προοίμια ταύτης.

Hæc mutatio dexteræ Altissimi. Hæc immutatio B est a libertate et quiete ad servitutis angustias. Est igitur opus hoc, opus quoddam divinæ manus punientis et castigantis nos.

Αὕτη ἡ ἀλλοίωσις τῆς δεξιᾶς τοῦ Ὑψίστου. Ἡ ἐναλλαγὴ ἀπὸ τῆς ἐλευθερίας καὶ ἀνέσεως, εἰς δουλίαν καὶ στενοχωρίαν, τῆς θείας ἔργον χειρὸς κολαζούσης ἡμᾶς.

Vers. 12, 13. *Memor fui operum Domini.* Opera Domini correctiones appellat, et castigationes a Deo præstitas, quæ ad hominum utilitatem dantur.

Ἐμνήσθην τῶν ἔργων Κυρίου. Ἔργα Κυρίου λέγει τὰς ἐπὶ συμφέροντι παιδείας.

Quia memor ero ab initio mirabilium tuorum, et meditabor in omnibus operibus tuis, et in adinventionibus tuis cogitabo. A communi sensu rursus sumendum est, *Et dixi.* In illo, inquit, tempore dixi, quod memor ero, et quæ sequuntur. Eorum enim memoria solamen mihi afferebat, ut dictum est. Per adinventiones autem, artes varias intelligit et consilia, quibus Deus ad hominum salutem usus fuerat (81).

Ὅτι μνησθήσομαι ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τῶν θαυμασίων σου, καὶ μελετήσω ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις σου, καὶ ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασίν σου ἀδολεσχήσω. Ἀπὸ κοινοῦ ληπτέον αὖθις τὸ, *Καὶ εἶπα* · Ἐν τῷ καιρῷ γὰρ, φησὶν, ἐκείνῳ, εἶπα ὅτι μνησθήσομαι, καὶ τὰ ἑξῆς · ἡ μνήμη αὐτῶν ἔφερέ μοι παράκλησιν, ὡς εἴρηται · ἐπιτηδεύματα δὲ καλεῖ, τὰς πρὸς σωτηρίαν ἀνθρώπων μηχανάς. Παρατήρει δὲ τοῦτο τὸ, *Ἀδολεσχήσω* · ταὐτὸν γὰρ σημαίνει τοῖς προῤῥηθεῖσιν.

Vers. 14. *Deus, in sancto via tua.* Per sanctum, cœlum intelligit, tanquam purum ac mundum, in quo commorari dicitur Deus. Vel ipsum montem Sina, veluti Deo dicatum et sanctificatum, et ad quem Deus descendebat. Vel templum veluti sacrum ac venerandum, et in quod descendens Deus oracula reddebat et responsa. Symmachus pro *Sancto*, dixit, *In Sanctitate*, illud significans quod omnis Dei actio sancta est, atque irreprehensibilis, tametsi illius correctiones graves nobis, et duræ aliquando videantur.

Ὁ Θεὸς, ἐν τῷ ἁγίῳ ἡ ὁδός σου. Ἅγιον ἢ τὸν οὐρανόν φησιν ὡς ἀγνὸν, ἐν ᾧ διατρίβειν λέγεται ὁ Θεός · ἢ τὸ ὄρος Σινὰ ὡς ἀφωσιωμένον Θεῷ, ἐν ᾧ ἐπεδήμησεν · ἢ τὸν ναὸν ὡς σεπτόν · ἐν ᾧ κατιὼν ἐχρημάτιζεν. Ὁ δὲ Σύμμαχος, ἀντὶ τοῦ *Ἐν τῷ ἁγίῳ, Ἐν ἁγιότητι* ἐξέδωκε, δοὺς νοεῖν ὅτι πᾶσα πρᾶξις Θεοῦ ἁγία καὶ ἀμεμπτός ἐστιν, εἰ καὶ ἡμῖν αἱ παιδεῖαι φορτικαὶ φαίνονται.

Quis Deus magnus, ut Deus noster? Cum pollicitus sit se futurum memorem mirabilium Dei, nunc præ cæteris omnibus eum laudat, dicens : Quis gentium Deus adeo magnus est, vel tantæ est, aut tam immensæ potentiæ, ut Deus noster?

Τίς θεὸς μέγας ὡς ὁ Θεὸς ἡμῶν ; Ὑποσχόμενος μνησθῆναι τῶν θαυμάτων τοῦ Θεοῦ, πρὸ πάντων D ἀνυμνεῖ αὐτὸν εἰπών · Τίς θεὸς τῶν ἀλλοφύλων οὕτως ; ἐστὶ μέγας, εἴτουν μεγαλοδύναμος καὶ μεγαλουργὸς ὡς ὁ ἡμέτερος ;

Tu es Deus, qui facis mirabilia. Tu vere Deus es, qui admiranda opera perficis

Σὺ εἶ ὁ Θεὸς ὁ ποιῶν θαυμάσια. Σὺ εἶ ὁ Κύριος Θεὸς ὁ ποιῶν θαυμαστὰ ἔργα ;

Vers. 15. *Notam fecisti in populis virtutem tuam.* Per populos, hoc in loco gentes intelligit, Ægyptios nimirum, aut alios quoscunque populos Deo olim contrarios, qui tandem a Judæis superati sunt, et ipsa didicerunt experientia, quod Deus ille, qui Judæis auxiliabatur, magnus ac potens Deus est.

Ἐγνώρισας ἐν τοῖς λαοῖς τὴν δύναμίν σου. Λαοὺς ἐνταῦθα τὰ ἔθνη καλεῖ · λέγω δὴ τοὺς Αἰγυπτίους, καὶ τοὺς ἄλλους ὅσους ἀνθιστάμενους οἱ Ἑβραῖοι παραδόξως κατεπολέμησαν · πεῖρᾳ μαθόντας, ὅτι μέγας ἐστὶν ὁ τούτοις βοηθῶν Θεός.

Variæ lectiones.

(81) Græce additur *animadverte autem hoc loco verbum* ἀδολεσχήσω. *Idem enim significat, quod superius.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Ἐλυτρώσω ἐν τῷ βραχίονί σου τὸν λαόν σου. Βραχίονα τὴν δύναμιν ὀνομάζει.

Redemisti in brachio tuo populum tuum. Per brachium Dei, divinas vires, seu Dei potentiam intelligit.

Τοὺς υἱοὺς Ἰακὼβ καὶ Ἰωσήφ. Τοὺς υἱοὺς τὸν λαὸν εἶπε· τοῦ μὲν Ἰακὼβ, ὡς προγόνου· τοῦ δὲ Ἰωσὴφ, ὡς τροφέως καὶ εὐεργέτου· καὶ δόξης αὐτοῦ αἰτίου διὰ τὴν σοφίαν καὶ δυναστείαν.

Filios Jacob et Joseph. Ipsum inquit, populum (82), quem et Jacob filium dicit, eo quod omnes tribus progenitorem illum haberent, veluti patriarcharum omnium patrem, et filium Joseph, eo quod Joseph, dum omnes patriarchas, et universum populum aluit, patris officium præstitit. Maxima igitur sunt hujus patriarchæ beneficia in universum populum, cujus etiam vires, et sapientia immortalem populo gloriam pepererunt.

Εἶδόσάν σε ὕδατα, ὁ Θεὸς, εἶδόσάν σε ὕδατα καὶ ἐφοβήθησαν. Περὶ τοῦ ἐν Ἐρυθρᾷ θαύματος ὁ λόγος· Εἶδόν σε, φησὶν, ἀῤῥήτως καὶ φοβηθέντα διέστησαν. Προδιώδευε γὰρ τοῦ λαοῦ ὁ Θεὸς, ἐν στύλῳ πυρὸς καὶ νεφέλης.

VERS. 16. *Viderunt te aquæ, Deus, viderunt te aquæ, et timuerunt.* Sermo est de his quæ in mari Rubro facta sunt. *Viderunt te*, inquit, *aquæ*, et ob timorem divisæ sunt. Præibat enim Deus ante populum in columna ignis, et nubis.

Ἐταράχθησαν ἄβυσσοι. Τῷ ἐμπεσόντι τοῖς ὕδασιν ἀνέμῳ ἐταράχθησαν τὰ βάθη τῆς θαλάσσης

Turbatæ sunt abyssi. Profunda, inquit, maris conturbata sunt a vento qui in aquas impetum fecerat.

Πλῆθος ἤχους ὑδάτων. Πλῆθος γέγονε τότε, τοῦ ἤχους τῶν ὑδάτων, τουτέστιν πολὺς ἦχος.

VERS. 17. *Multitudo vocis aquarum.* Multitudo et copia tunc magna fuit vocis aquarum, hoc est, multus sonitus aquarum.

Φωνὴν ἔδωκαν αἱ νεφέλαι. Φωνὴ τῶν νεφελῶν, ἡ βροντή.

Vocem dederunt nubes. Nubium vox est tonitrus.

Καὶ γὰρ τὰ βέλη σου διαπορεύονται. Φησὶν ἡ ἱστορία, ὅτι νότου βιαίου πνεύσαντος διῃρέθη ἡ θάλασσα. Ὅθεν καταιγίδος γενομένης, βροντὰς καὶ ἀστραπὰς εἰκὸς ἐκπεσεῖν εἰς κατάπληξιν τῶν Αἰγυπτίων· καὶ λοιπὸν βέλη τὰς ἀστραπὰς νοήσεις διαπορευομένας κατὰ τῶν ἐχθρῶν. Τὸ μέντοι *Διαπορεύονται*, ἀντὶ τοῦ Διεπορεύοντο ἀντιχρονικῶς. Γὸ, *Καὶ γὰρ*, περιττόν.

VERS. 18 19. *Etenim sagittæ tuæ pertranseunt.* Legimus in veteri historia, quod valido spirante austro divisum est mare. Procella autem facta verisimile est, fulgura etiam, ac tonitrua ad majorem Ægyptiorum terrorem decidisse. Per sagittas igitur fulgura intelligit, quæ ad inimicos pertransibant. Posuit enim Propheta tempus pro tempore. Illa etiam dictio, *Enim*, abundat, ut sit sensus: *Et sagittæ tuæ pertransibant.*

Φωνὴ τῆς βροντῆς σου ἐν τῷ τροχῷ. Καὶ συνέδησε, φησὶ, τοὺς ἄξονας ὁ Θεὸς τῶν ἁρμάτων αὐτῶν. Καὶ ἦγεν αὐτοὺς μετὰ βίας. Λέγει τοίνυν, ὅτι Ἡ φωνὴ τῆς βροντῆς σου κατερράγη ἐν ἑκάστῳ ἅρματι· τροχὸν γὰρ τὸ ἅρμα καλεῖ· ὡς ἀπὸ μέρους τὸ ὅλον. Ὑφ' ἧς ἐκταραχθέντων τῶν ἵππων, συνεδέθησαν οἱ ἄξονες τῶν τροχῶν ἀλλήλοις. Καὶ ἄλλως· Ἡ φωνὴ τῆς θεολογίας ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, τοῦ τροχοῦ δίκην, ὀλίγον ἐφαπτομένου τῆς γῆς, ἤτοι τῶν γεηρῶν· τῷ δὲ λοιπῷ παντὶ τούτων ὑπερηρμένῳ.

Vox tonitrui tui in rota. Et conjunxit, inquit, *Dominus axes curruum eorum, et duxit eos cum violentia.* Vox, inquit, tui tonitrui in unoquoque curru confracta est. Per rotam enim currum intelligit, veluti a parte totum. Equis igitur hac ratione perturbatis, curruum axes mutuo complicati sunt. Vel aliter, Vox theologiæ in nobis esse dicitur instar rotæ quæ ex minima quadam sui parte terram tangit, reliquis omnibus partibus a terra sublevatis.

Ἔφανάν αἱ ἀστραπαί σου τῇ οἰκουμένῃ. Ἐφάνησαν πάλιν αἱ λαμπρότητες τοῦ τοιούτου θαύματος.

VERS. 20. *Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ.* Claritas, inquit, hujus miraculi ab omnibus visa et cognita est qui tunc aderant.

Ἐσαλεύθη καὶ ἔτρομος ἐγενήθη ἡ γῆ. Ἐταράχθησαν, ἐθορυβήθησαν καὶ ἐφοβήθησαν πάντες οἱ ἄνθρωποι, μαθόντες, οἷα εἰργάσω διὰ τὸν λαόν σου.

Commota est et contremuit terra. Turbati sunt et conterriti universi homines, postquam didicerunt quanta pro populo tuo operatus es.

Ἐν τῇ θαλάσσῃ αἱ ὁδοί σου. Ἐπιφώνημα τοῦτο τοῦ θαύματος. Ὅτι ἐν τῇ θαλάσσῃ ὁδεύεις, ὅτε βούλει.

In mari viæ tuæ. Exaggerat miraculum. Tu, inquit, per mare ambulas, cum libuerit.

Καὶ αἱ τρίβοι σου ἐν ὕδασι πολλοῖς. Τὸ αὐτὸ λέγει πάλιν, ἐπιτείνων τὸν ὕμνον.

Et semitæ tuæ in aquis multis. Eadem rursum repetit, amplificans Dei laudes.

Καὶ τὰ ἴχνη σου οὐ γνωσθήσονται. Συνήχθη γὰρ

Et vestigia tua non cognoscentur. Quia scilicet

Variæ lectiones.

(82) Græce simplicius unica Syntaxi. *Per filios populum intelligit, filios autem Jacob, ut progenitoris; et Joseph, ut altoris ac de eo optime meriti, ejusque gloriæ, ob sapientiam et potentiam suam auctoris.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

mare iterum conjunctum atque unitum adeo in se est, ut nulla amplius divisionis vestigia apparerent.

VERS. 21. *Deduxisti sicut oves populum tuum in manu Moysi, et Aaron.* Ovibus populum comparavit ut custodiam et curam ostenderet quam Deus eorum habuit: et quod, ut bonus pastor, ad uberrima pascua, et ad tutissimum ovile eos deduxit. Unde et pascere etiam dicitur Deus populum Israel (juxta illud: *Qui pascis Israel intende*[41]. Quidam, inter quos est Gregorius Theologus, hunc psalmum accommodant beato David, dicentes, verisimile esse, quod post liberationem consecutam a valido illo calamitatum exercitu a quo persæpe obsessus fuerat, et animæ etiam captivitatem passus, quod post hujusmodi, inquam, liberationem, hunc psalmum composuerit et calamitates suas in eo narraverit, de Christo una prophetias complicans, propter quas, ut puto, *In finem* inscriptum est. Clamavi, inquit, cum afflictionibus detinerer: et quæ sequuntur facile omnia accommodantur usque ad versiculum: *Recogitavi dies antiquos*, quo intellige esse feliciores dies illos quando Deum protectorem habebat. Quæ deinde sequuntur etiam facilia sunt, usque ad versiculum: *Consummavit verbum a generatione in generationem:* qui versiculus, non cum dubitatione, sed definite legendum est. Perfecit enim Deus atque adimplevit omnes sententias quas de unoquoque homine in præteritum determinavit. Dictio enim *Verbum*, hoc in loco, pro sententia intelligi dicitur. Restat igitur, inquit, ut illa ego etiam passurus sim, quæ ab eo de me decreta sunt. Quod vero ait: *A generatione in generationem*, expone, hoc est, per successiones uniuscujusque generationis, seu in unaquaque generatione. Verba autem illa: *Hæc mutatio dexteræ Excelsi*, evangelicæ conversationis prophetiam continent. Legalem enim conversationem mutandam esse in evangelicam cernens propheticis oculis, dixit: *Hæc est mutatio dexteræ Excelsi*, quæ verba illud etiam nobis indicant, quod hæc mutatio proprium fuit Christi opus. Hunc enim Christum Dei dexteram appellavit, quia per Filium, quasi per dexteram manum, Pater omnia creavit. Christus enim rerum omnium creator est. Quæ sequuntur clara sunt, usque ad versiculum: *Deus, in sancto via tua.* Per sanctum etiam, hoc in loco Christum intelligit, veluti mundissimum, atque innocentissimum, qui peccatum non fecit[42]; in hoc inquit, Christo consilium tuum operaris, quod de incarnatione deque humana salute olim decrevisti. Per viam enim hic divinum consilium intelligit. Deinde tamen admiratus Propheta mysterium, Deum summa cum laude magnificat, dicens: Notum fecisti Filium tuum in omnibus gentium populis. *Christus* enim, inquit, *Dei virtus est*[43]; hunc etiam brachium Dei esse dicit, in quo redemit Deus populum suum, filios Jacob, et Joseph: nos nimirum fideles, qui

A καὶ ἡνώθη πάλιν ἡ θάλασσα, καὶ οὕτως, ὡς μὴ φαίνεσθαι ἴχνος διαιρέσεως.

Ὡδήγησας ὡς πρόβατα τὸν λαόν σου ἐν χειρὶ Μωϋσῆ καὶ Ἀαρών. Ὡς πρόβατα εἶπεν, ἐμφαίνων τὴν εἰς αὐτοὺς ἐπιμέλειαν, καὶ φυλακὴν, καὶ ἀπαγωγὴν ἐπὶ νομὴν εὐθαλῆ, καὶ μάνδραν ἀσφαλῆ· ἐπεὶ καὶ ποιμαίνων τὸν Ἰσραὴλ ὀνομάζεται. Ὁ μὲν οὖν ψαλμὸς ἥδη περάτωται· τινὲς δὲ, ὧν καὶ ὁ Θεολόγος Γρηγόριος, τοῖς τοῦ Δαβὶδ πράγμασιν ἐφαρμόζουσι τὰ τοῦ ψαλμοῦ· εἰκὸς γὰρ αὐτὸν πολιορκίᾳ ποτὲ θλίψεων αἰχμαλωτισθέντα τὴν ψυχὴν, μετὰ τὴν ἀπαλλαγὴν συνθεῖναι τὸν ψαλμὸν, ἐκδιηγούμενον ὅσα πέπονθε· περιπλέξαντα καὶ προφητείας περὶ Χριστοῦ, δι' ἃς, οἶμαι, καὶ τὸ, *Εἰς τέλος* ἐν τῇ ἐπιγραφῇ. Ἐκέκραξα, φησὶν, ὅτε συνεχόμην ταῖς B θλίψεσι. Τὰ δὲ ἑξῆς ἁρμόζουσιν εὐχερῶς ἄχρι τοῦ, *Διελογισάμην ἡμέρας ἀρχαίας.* Εἶεν δ' ἂν αἱ τῆς εὐημερίας αὐτοῦ, ὅτε τὸν Θεὸν εἶχεν ὑπερασπιστήν· καὶ τὰ ἐφεξῆς δὲ, πρόχειρα· μέχρι τοῦ, *Συνετέλεσε ῥῆμα*· τοῦτο δὲ, οὐκ ἐπαπορητικῶς, ἀλλ' ἀποφαντικῶς νοήσεις, ὅτε συνεπέραναν πᾶσαν ἀπόφασιν, περὶ παντὸς ἀνθρώπου προεξενεχθεῖσαν αὐτῷ. *Ῥῆμα* γὰρ νῦν, τὴν ἀπόφασιν τοῦ Θεοῦ νοοῦμεν· καὶ λοιπὸν δ προώρισε πείσομαι· τὸ δὲ, *Ἀπὸ γενεᾶς εἰς γενεὰν*, ἀντὶ τοῦ, Κατὰ διαδοχὴν ἑκάστης γενεᾶς, εἴτουν ἐφ' ἑκάστης γενεᾶς· τὸ δὲ, *Αὕτη ἡ ἀλλοίωσις*, περὶ τῆς εὐαγγελικῆς πολιτείας προφητεύει. Προϊδὼν γὰρ αὐτὴν προφητικοῖς ὀφθαλμοῖς παραλλαγμένην τῆς νομικῆς, φησὶν ὅτι αὕτη τοῦ Χριστοῦ C ἐστιν ἔργον. Οὗτος γὰρ δεξιὰ καὶ βραχίων τοῦ Πνεύματος, κατὰ τὴν θεότητα, προσαγορεύεται· ὡς ποιητὴς πάντων καὶ ὡς δύναμις. Τὰ δὲ ἐντεῦθεν σαφῆ, ἕως τοῦ, *Ὁ Θεὸς, ἐν τῷ ἁγίῳ ἡ ὁδός σου.* Ἅγιον δὲ ἐνταῦθα τὸν Χριστὸν λέγομεν τὸν ἁγιώτατον, ὃς ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν. Ἐν τούτῳ, φησὶν, ἐνεργεῖται ἡ βουλή σου· ἡ περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως καὶ τῆς σωτηρίας τῶν ἀνθρώπων· ὁδὸς γὰρ νῦν ἡ βουλή. Εἶτα ἀποθαυμάσας τὸ τοιοῦτον μυστήριον, ὑμνεῖ καὶ μεγαλύνει αὐτόν· Ἐγνώρισας δὲ ἐν τοῖς λαοῖς πάντων τῶν ἐθνῶν τὸν Υἱόν σου· Χριστὸς γὰρ, φησὶ, Θεοῦ δύναμις· τοῦτο δὲ καλεῖ καὶ βραχίονα, δι' οὗ ἐλυτρώθη μὲν λαὸς αὐτοῦ ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας τοῦ διαβόλου· καλούμεθα δὲ υἱοὶ Ἰακὼβ ὁ καὶ Ἰωσὴφ, ἀντὶ τοῦ παλαιοῦ λαοῦ υἱο- D θετηθέντες, καὶ τὴν ἐκείνου κληρονομήσαντες καὶ οἰκείωσιν καὶ κλῆσιν. Εἴρηται περὶ τούτου, καὶ ἐν τῷ τέλει τοῦ ιγ' ψαλμοῦ· *Εἶδόσάν σε ὕδατα καὶ ἐφοβήθησαν*, ὅτε τοῦ πλοίου βυθιζομένου διῦπνισθεὶς, ἐπετίμησεν τοῖς ἀνέμοις καὶ τῇ θαλάσσῃ, καὶ ἐφοβήθησαν καὶ ἡσύχασαν· τότε δὲ καὶ ἐταράχθησαν καὶ αἱ ἄβυσσοι τῆς θαλάσσης, τῷ φόβῳ τῆς Δεσποτικῆς ἐπιτιμήσεως· ἔτι δὲ καὶ τὸ πλῆθος τοῦ ἤχου τῶν κυμάτων· φωνὴν δὲ ἔδωκαν αἱ νεφέλαι ἐπὶ τῆς μεταμορφώσεως, Καί· *Ἰδοὺ*, φησὶν, *φωνὴ ἐκ τῆς νεφέλης λέγουσα· Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός.* Εἶπῃς δὲ νεφέλην καὶ τοὺς προφήτας· ὡς ἐν τῷ ιζ' ψαλμῷ προείρηται· ἔνθα καὶ περὶ τῶν

[41] Jerem. xxiii, 2. [42] I Petr. ii, 22. [43] I Cor. i, 18.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

βελῶν· πρὸς δὲ καὶ τῶν ἀστραπῶν εὑρήσεις. Φωνὴ δὲ βροντῆς ὁ λόγος τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος, ὡς ἐξ οὐρανοῦ ἤκοντος, καὶ ὡς στερρόου καὶ ἐξακούστου πᾶσιν ἀνθρώποις· τροχὸς δὲ ὁ κόσμος διὰ τὸ ἄστατον αὐτοῦ. *Ἐσαλεύθη δὲ καὶ ἔντρομος ἐγενήθη ἡ γῆ*, ὡς ἐν τῷ αὐτῷ ψαλμῷ πάλιν ἐξηγησάμεθα· ὅλος γὰρ οὗτος ὁ στίχος καὶ ἐν ἐκείνῳ κεῖται. *Ἐν τῇ θαλάσσῃ δὲ ἡ ὁδός σου*, ὅτε ἀπῆλθες πρὸς τοὺς μαθητὰς, πεζεύων ἐπάνω τῆς θαλάσσης· τὸ αὐτὸ δὲ πάλιν σημαίνεται, καὶ διὰ τοῦ ἑξῆς στίχου. Ὕδατα γὰρ πολλὰ τὸ βάθος τῶν ὑδάτων. *Τὰ ἴχνη σου* δὲ τὰ ἐπὶ τῆς θαλάσσης *οὐ γνωσθήσονται*· οὐ συνίστανται γὰρ ἴχνη καθ' ὕδατος. Τινὲς δὲ θάλασσαν τὸν βίον καλοῦντες, διὰ τὴν ἅλμην τῶν θλίψεων, καὶ τὸ ἀβέβαιον καὶ τὸ ἀνώμαλον, φασὶν, ὅτι Ἐν τῷ βίῳ τούτῳ ἔσται ἡ πολιτεία σου κατὰ τὴν ἀνθρώπησιν· ἀλλὰ τὰ ἴχνη σου, τουτέστιν οἱ τρόποι τῆς ἀνθρωπήσεώς σου ἀκατάληπτοι. *Λαὸς* δὲ *τοῦ Πατρὸς* ὁ νέος· εἶτουν ὁ Χριστιανικός. Χεὶρ δὲ ἡ χειραγωγία καὶ ἡ ὁδήγησις τοῦ Χριστοῦ, ὃς ἐστι Μωϋσῆς μὲν ὡς νομοθέτης τοῦ εὐαγγελικοῦ νόμου· Ἀαρὼν δὲ, ὡς μέγας ἀρχιερεὺς, θύσας ἑαυτὸν ὑπὲρ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ.

olim sub dæmonis captivitate detinebamur, qui et populus ejus dicimur, et filii Jacob, et Joseph : quoniam in illius veteris populi locum subrogati atque adoptati sumus : qui non denominationem tamen, sed benevolentiam etiam, ac familiaritatem, quæ cum Deo illis intercedebat, hæreditavimus, ut dictum est in fine psalmi XIII : *Viderunt te aquæ, Deus*, quoniam scilicet navicula fluctuante excitatus a somno, ventos et mare increpavit. Tui enim timore omnia sedata sunt. Illius etiam increpationis formidine tunc abyssi maris, et multitudo sonitus fluctuum pariter turbata est. Vocem præterea nubes dederunt, quando in transfiguratione Domini vox de nube veniens dixit : *Hic est Filius meus dilectus* [44]; possunt etiam prophetæ, *nubes* dici, ut diximus in psalmo XVII, ubi etiam de sagittis Dei traditur, et de fulgure seu coruscatione. Vox vero tonitrui, evangelicæ prædicationis est sermo veniens de cœlo. Validus enim ac vehemens est et adeo resonat ut ab omnibus exaudiri possit. Per *rotam* autem mundum possumus intelligere, ob ejus nimirum instabilitatem. *Terra* etiam *commota est, et contremuit*, eo modo, quo in prædicto psalmo XVII declaravimus. Totus enim hic versiculus illic etiam habetur. *In mari via tua :* quando scilicet Dominus accessit ad discipulos, ambulans supra mare. Quam deambulationem manifestius exprimens, subdidit : *Et semitæ tuæ in aquis multis*, hoc est, in profundis fluctibus : et *Vestigia tua*, quæ fient in mari *non cognoscentur*, non perstant enim vestigia in aqua. Aliqui per mare, præsentem hanc vitam intelligunt, veluti incertam, inæqualem atque amaram, ob varias quæ in ea sunt afflictiones et calamitates. Aiuntque quod in hac vita, hoc est, in hoc mundo, erunt viæ tuæ, o Christe : actiones nimirum assumptæ carnis. Vita enim ac conversatio tua a nobis videbitur, verum vestigia tua, hoc est, hujus tuæ Incarnationis modi non cognoscentur. Erunt enim incomprehensibiles. *Populus* etiam *Patris*, novus est, et fidelis populus, qui per spiritualis ac mystici Moysi, et Aaron, Christi videlicet manum, in terram sanctam deductus est. Potest enim Christus et Moyses dici, tanquam evangelicæ legis optimus legislator : et Aaron, tanquam pontifex, quia seipsum Deo pro populo suo immolavit.

Ψαλμὸς Συνέσεως τῷ Ἀσάφ.

ΨΑΛΜΟΣ ΟΖ'.

PSALMUS LXXVII.

Intelligentiæ ipsi Asaph.

Ὅτι συνέσεως χρεία τοῖς ἐντυγχάνουσιν· ὡς τε διαγνωσθῆναι. Τίς τε ὁ λέγων, καὶ πρὸς τίνας, καὶ τίς ὁ νόμος; Λέγει μὲν γὰρ ὁ Δαβὶδ, προσώπῳ δὲ τοῦ Χριστοῦ καὶ πρὸς τοὺς αὐτῷ πιστεύοντας.

Inscribitur *Intelligentiæ* hic psalmus, quia multa nobis opus est intelligentia, ut intelligamus, quisnam sit qui in eo loquatur, et quinam sint ad quos sermo dirigatur, et quænam illa sit lex, de qua hic traditur. Et psalmum quidem conscriptum putamus a beato David, verum ex Christi persona, sermonem suum ad fideles Christianos dirigentis.

Προσέχετε, λαός μου, τὸν νόμον μου. Φησὶ Ζαχαρίας· *Καὶ καταφεύξονται ἔθνη πολλὰ ἐπὶ τὸν Κύριον, καὶ ἔσονται αὐτῷ εἰς λαόν.* Νόμον δὲ λέγει νῦν τὸν εὐαγγελικὸν, περὶ οὗ φησιν Ἡσαΐας· *Ἐκ Σιὼν ἐξελεύσεται νόμος, καὶ λόγος Κυρίου ἐξ Ἰερουσαλὴμ, καὶ κρινεῖ ἀνὰ μέσον τῶν ἐθνῶν.* Ἀδιάφορον δὲ τὸ, *Προσέχετε*. Τινὰ δὲ τῶν ἀντιγράφων *Τῷ νόμῳ μου* γράφουσι.

Vers. 1. *Attendite, populus meus, legem meam.* Legimus apud Zachariam : *Et confugient multæ gentes ad Dominum, et erunt ei in populum.* Ad hunc igitur populum ex gentibus congregatum Christus loquitur; et legem eos non Mosaicam audire jubet, sed evangelicam, de qua loquens Isaias dicebat : *De Sion exibit lex et verbum Domini de Jerusalem, et judicabit in medio gentium* [45]. Est autem indifferens hæc constructio verbi, *Attendite:* tametsi quædam exemplaria non *Legem meam* habeant, sed *Legi meæ*.

Κλίνατε τὸ οὖς ὑμῶν εἰς τὰ ῥήματα τοῦ στόματός μου. Τὸ, *Κλίνατε*, ἢ ἁπλῶς ἀντὶ τοῦ Ὑποτίθετε, ἢ ἀντὶ τοῦ, Μετανοήσατε ἀπὸ τῶν ἀνοήτων ἀκουσμάτων, ἐπὶ τὰ εὐαγγελικὰ κηρύγματα.

Inclinate aurem vestram in verba oris mei. Supponite, inquit, aures vestras sermoni meo, vel mutate aures vestras ab inani sermone, ab ineptis fabulis ad Evangelia.

[44] Matth. III, 17. [45] Isa. II, 3.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

VERS. 2. *Aperiam in parabolis os meum, loquar propositiones ab initio.* Hæc verba prophetiam continent. Christum etenim in parabolis ad populum locuturum esse prædicunt, juxta quod legimus apud Matthæum : *Hæc omnia locutus est Jesus in parabolis, ad turbas, et sine parabolis ad eos non loquebatur, ut impleretur quod dictum est per Prophetam : Aperiam in parabolis os meum, eructabo abscondita a constitutione mundi* [46]. Unde perspicuum fit, quod ex Salvatoris persona conscriptus fuit hic psalmus. Per propositiones autem (seu, ut verius in lectione Græca habetur, per problemata) ipsas intelligit parabolas. Et Matthæus quidem locum hunc referens *Occulta* appellavit, quæ hic dicuntur *Problemata*, Hebraica nimirum dictione usus, quæ utramque habet significationem. Evangelicæ enim omnes parabolæ occultam in se continent veritatem. Aquila *Ægnimata* transtulit. Quod autem hic *Ab initio* legimus, Matthæus a *Constitutione mundi* dixit, Hebraica pari modo usus dictione. Et quod hic, *Loquar*, ipse dixit *Eructabo.*

A Ἀνοίξω ἐν παραβολαῖς τὸ στόμα μου, φθέγξομαι προβλήματα ἀπ' ἀρχῆς. Τοῦτο προφητεία ἐστὶ τῶν εὐαγγελικῶν παραβολῶν· φησὶ γὰρ ὁ Ματθαῖος· *Ταῦτα πάντα ἐλάλησεν ὁ Ἰησοῦς ἐν παραβολαῖς τοῖς ὄχλοις, καὶ χωρὶς παραβολῆς οὐκ ἐλάλει αὐτοῖς· ὅπως πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ τοῦ προφήτου λέγοντος· Ἀνοίξω ἐν παραβολαῖς τὸ στόμα μου, ἐρεύξομαι κεκρυμμένα ἀπὸ καταβολῆς κόσμου.* Δῆλον οὖν ἐντεῦθεν ὅτι προσώπῳ τοῦ Σωτῆρος ὁ ψαλμὸς ἀναγέγραπται. Προβλήματα δὲ νῦν, τὰς αὐτὰς πάλιν παραβολὰς ὠνόμασεν· ὁ γὰρ Ματθαῖος, ὀντὶ τοῦ εἰπεῖν *Προβλήματα*, *Κεκρυμμένα* εἶπε, τῇ Ἑβραϊκῇ λέξει προσχών, ἥτις καὶ τοῦτο κἀκεῖνο δηλοῖ. Πᾶσαι γὰρ αἱ εὐαγγελικαὶ παραβολαὶ κεκρυμμένην εἶχον τὴν ἀλήθειαν. Καὶ ὁ B Ἀκύλας δὲ *Αἰνίγματα* ἐξέδωκε. Ἀλλὰ καὶ τὸ, *Ἀπ' ἀρχῆς*, ὁ Ματθαῖος, *Ἀπὸ καταβολῆς κόσμου* εἴρηκεν, ὁμοίως τῇ Ἑβραΐδι λέξει προσχών. Ἔτι δὲ καὶ τὸ, *Φθέγξομαι*, *ἐρεύξομαι.*

VERS. 3. *Quanta audivimus et cognovimus ea.* Dictio *quanta* non ad problemata refertur, quæ loquturum se esse dixit, cum totus hic versiculus separatim per se admirantis in morem legendus sit. O quanta, inquit, a majoribus nostris, atque a divinis didicimus Scripturis! mens enim Prophetæ est commemorare, quam multa, et quam grandia Deus in antiquiores Judæos contulerit beneficia, et contra, quam valde illi Deum irritaverint, et quantas idcirco ac quam graves pœnas dederint. C Ex persona autem Christi non incongrue dicitur : *Quanta audivimus*, cum assumpta ejus humanitas cæterorum hominum more doctores audiret. Et quod ait : *Cognovimus*, expone pro *Certiores facti sumus.* Neque enim simpliciter audivimus, inquit, sed majorem de his certitudinem accepimus.

Τὸ *Ὅσα ἠκούσαμεν καὶ ἔγνωμεν αὐτά.* Τὸ *Ὅσα* οὐκ ἀναφορικῶς λαμβάνεται νῦν πρὸς τὰ προβλήματα, ἀλλὰ καθ' ἑαυτὸ λέγεται θαυμαστικῶς, ἀντὶ τοῦ, Ὦ πόσα ἠκούσαμεν, παρά τε τῶν δύο διδασκάλων παρά τε τῶν θείων Γραφῶν! βούλεται γὰρ ἀπαριθμήσασθαι ὅσα μὲν εὐηργέτησεν ὁ Θεὸς τοὺς παλαιοὺς Ἑβραίους, ὅσα δὲ οὗτοι παρώργισαν αὐτὸν, καὶ ὅσα διὰ τοῦτο δεινὰ πεπόνθασιν. *Ἠκούσαμεν* δὲ εἶπεν διὰ τὸ πρόσλημμα· καὶ αὐτὸς γὰρ ὡς ἄνθρωπος ἤκουσε ταῦτα, καθάπερ ἡμεῖς. *Ἔγνωμεν* δὲ *αὐτὰ*, ἀντὶ, ἐβεβαιώθημεν περὶ αὐτῶν. Οὐχ ἁπλῶς, φησὶν, ἠκούσαμεν, ἀλλὰ καὶ ἐπληροφορήθημεν.

Et patres nostri annuntiaverunt nobis. Dixit se audisse, nunc addit a quibusnam ea audiverit. Patres autem non natura dicit. Neque enim dici potest, quod fideles, qui sunt ex gentibus, a propriis parentibus edocti fuerint, sed de Patribus loquitur quos ob obsequium, quod Deo semper præstiterunt, Christiani omnes libenter sibi, ut ita dicam, adoptant in parentes. Hac etenim ratione et Moysen et multos alios divinos scriptores interpretesque et populi doctores, Patres nostros appellamus : quorum filios Christum, secundum carnem, atque apostolos, fuisse dicemus. Christi vero atque apostolorum filios populum Christianum.

Καὶ *οἱ πατέρες ἡμῶν διηγήσαντο ἡμῖν.* Εἰπὼν ὅτι *Ἠκούσαμεν*, προσέθηκε καὶ παρὰ τίνων ἠκούσαμεν. Πατέρας γὰρ οὐ τοὺς φύσει λέγει νῦν· οὐ γὰρ δυνάμεθα εἰπεῖν ὅτι τοὺς ἐξ ἐθνῶν πιστοὺς, οἱ φύσει γονεῖς αὐτῶν ἐδίδαξαν ταῦτα· ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν φύσει πατέρων, ὁ λόγος· εἶεν δ' ἂν ὁ Μωϋσῆς καὶ οἱ λοιποὶ συγγραφεῖς· ἔτι δὲ καὶ οἱ τούτων ἐξηγηταὶ καὶ διδάσκαλοι τοῦ λαοῦ, καθὼς εἰρήκαμεν. Ἐκείνων μὲν γὰρ υἱοὶ ὁ Χριστὸς διὰ τῆς μητρὸς καὶ οἱ ἀπόστολοι· τούτων δὲ πᾶς ὁ Χριστιανικὸς λαός.

VERS. 4. *Non sunt occultata a filiis eorum in generatione altera.* Et parentes, inquit, ea filiis suis tradiderunt, et filii ea quæ didicerant, venturam post se generationem non cælarunt. Quinimo filiis ac nepotibus ea omnia exposuerunt, et illi in posteros suos eadem transtulerunt. Lex etenim id jubebat, dicens : Docebis ea filios tuos et filios filiorum tuorum [47].

Οὐκ ἐκρύβη ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῶν εἰς γενεὰν ἑτέραν. Οἱ μὲν πατέρες, διηγήσαντο αὐτὰ προσεχῶς τέκνοις αὐτῶν· τὰ δὲ τέκνα οὐκ ἐκρυψαν πρὸς τὴν ἑτέραν μετ' αὐτοὺς γενεὰν ἅπερ ἔμαθον. Ἀλλ' ὁμοίως καὶ αὐτοὶ διηγήσαντο αὐτὰ τοῖς τέκνοις αὐτῶν, καὶ οὕτω καθεξῆς· νόμος γὰρ ἦν λέγων· Διδάξεις αὐτὰ τοὺς υἱούς σου καὶ τοὺς υἱοὺς τῶν υἱῶν σου.

Narrantes laudes Domini et potestates ejus et

Ἀπαγγέλλοντες τὰς αἰνέσεις τοῦ Κυρίου καὶ

[46] Matth. XIII, 34, 35. [47] Deut. VI, 7.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τὰς δυναστείας αὐτοῦ, καὶ τὰ θαυμάσια αὐτοῦ, ἃ ἐποίησεν. Τὸ, Καὶ οἱ πατέρες ἡμῶν διηγήσαντο ἡμῖν, τῷ Ἀπαγγέλλοντες συνάπτεται, καθ' ὑπερβατόν. Τὰ αὐτὰ δὲ καλεῖ, αἰνέσεις μὲν, ὡς αἰνετά, δυναστείας δὲ, ὡς θαυμαστά· ἢ δυναστείας μὲν τὰς κατὰ τῶν ἐχθρῶν, θαυμάσια δὲ, τὰ ἐν τῷ ἰδίῳ λαῷ. Περὶ ὧν ἐρεῖ κατὰ μέρος.

A *mirabilia ejus, quæ fecit.* Verba illa : *Patres nostri annuntiaverunt nobis*, conjungi debent huic versiculo. Usus est enim Propheta figura hyperbato. Laudes vero, potestates, et mirabilia Dei, hæc esse dixit : quia et laudabilia sunt et summam Dei indicant potentiam, et admiratione digna esse videntur. Vel, per potestates ea significat, quæ adversus hostes operatus est : per mirabilia vero, ea quæ in suo populo administravit, de quibus singulatim tractabit.

Καὶ ἀνέστησεν μαρτύριον ἐν Ἰακὼβ, καὶ νόμον ἔθετο ἐν Ἰσραήλ. Τοῦ καὶ ἀνέστησε μαρτύριον ἐν Ἰακὼβ ἐπεξήγησίς ἐστι τὸ, Νόμον ἔθετο ἐν Ἰσραήλ· τὸ μὲν γὰρ Ἀνέστησεν, ταὐτὸ σημαίνει τῷ, Ἔθετο. Καὶ μαρτύριόν ὁ νόμος ὀνομάζεται, ὡς ἐν τῷ ιη' ψαλμῷ κατὰ λόγον εἰρήκαμεν. Καὶ ὁ Ἰακὼβ δὲ Ἰσραὴλ ἐκλήθη, ὅτε εἶδε τὴν ὀπτασίαν τῆς κλίμακος. Τίς δὲ ὁ νόμος, ἄκουσον.

Vers. 5. *Et statuit testimonium in Jacob, et legem posuit in Israel.* Ut exponeret quid sit statuisse testimonium in Jacob, addidit : *Et legem posuit in Israel.* Idem enim est hoc in loco statuere, quod ponere, idem testimonium, quod lex, ut dictum est in psalmo xviii, et idem est Israel qui et B Jacob. Positum enim est ei nomen Israel, quando scalæ visionem vidit. Quænam autem esset hæc lex, audi.

Ὅσα ἐνετείλατο τοῖς πατράσι ἡμῶν, τοῦ γνωρίσαι αὐτὰ τοῖς υἱοῖς αὐτῶν. Τὸ Τοῦ παρέλκον ἐνταῦθα κεῖται. Ἐνομοθέτησε, φησὶν, ὅσα ἐνετείλατο τοῖς πατράσιν ἡμῶν, γνωρίσαι καὶ ἀναγγεῖλαι αὐτὰ πάλιν ἐκείνοις, τοῖς υἱοῖς αὐτῶν.

Vers. 6. *Quæcunque mandavit patribus nostris, nota fieri ea filiis eorum.* Statuit, inquit, ac decrevit, omnia, eorum filiis nota fieri, quæcunque ipse eorum patribus mandaverat.

Ὅπως ἂν γνῷ γενεὰ ἑτέρα. Αἴτιον δὲ τοῦ ἀπαγγέλλειν αὐτὰ τοὺς πατέρας τοῖς υἱοῖς, ὅπως γνῷ ἡ κατ' αὐτοὺς ἑτέρα γενεὰ ἐκείνα πάντα. Εἶτα σαφηνίζει, ποία ἐστὶν ἑτέρα γενεά.

Ut cognoscat generatio altera. Hæc est ratio cur patres ea debeant filiis annuntiare, ut generatio, quæ post eos futura est, ea omnia nota habeat. Deinde declarat, quænam sit hæc altera generatio.

Υἱοὶ τεχθησόμενοι. Κατὰ διαδοχήν.

Filii qui nascentur. Per successiones scilicet.

Καὶ ἀναστήσονται, καὶ ἀπαγγελοῦσιν αὐτὰ τοῖς υἱοῖς αὐτῶν. Οἱ υἱοὶ τῶν υἱῶν τοῖς υἱοῖς αὐτῶν. Ἀναστήσονται δὲ ἀντὶ τοῦ, Γεννηθήσονται.

C *Et exsurgent et annuntiabunt ea filiis suis.* Filii filiorum filiis suis narrabunt, *Exsurgent* autem posuit, pro Generabuntur.

Ἵνα θῶνται ἐπὶ τὸν Θεὸν τὴν ἐλπίδα αὐτῶν. Μανθάνοντες ὅσα ὁ Θεὸς ἐπηγγείλατο τοῖς ἐλπίσουσιν ἐπ' αὐτόν.

Vers. 7. *Ut ponant in Deo spem suam.* Addiscentes quanta iis Deus polliceatur, qui in eo sperant.

Καὶ μὴ ἐπιλάθωνται τῶν ἔργων αὐτοῦ. Ἐμμελετῶντες ταῖς περὶ αὐτῶν διηγήσεσιν· ἔργα δὲ αὐτοῦ λέγει, ἃ καὶ δυναστείας ἀνωτέρω καὶ θαυμάσια ἐκάλεσεν.

Et ne obliviscantur opera ejus. Meditando eas narrationes. Per opera vero ejus, ea intelligit, quæ superius et potestates appellavit, et mirabilia.

Καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ ἐκζητήσωσιν.— Ἐκζητήσωσιν, ἀντὶ τοῦ, Ἀκολουθήσωσιν. Ὁ γὰρ ἐκζητῶν τινα, κατ' ἴχνους αὐτῷ ἕπεται. Εἴη δ' ἂν γενεὰ ἑτέρα καὶ οἱ Χριστιανοί.

Et mandata ejus exquirant. — *Exquirant* dixit pro Sequantur. Qui enim aliquem inquirit, illius sequitur vestigia. Possumus etiam per generationem alteram, Christianorum generationem intelligere.

Ἵνα μὴ γένωνται, ὡς οἱ πατέρες αὐτῶν, γενεὰ σκολιὰ καὶ παραπικραίνουσα. Σκολιὰ μὲν, ὡς μὴ ὀρθὴν πίστιν πρὸς τὰς ἐπαγγελίας τοῦ Θεοῦ ἔχουσα, ἀλλ' ἐν καιρῷ περιστάσεως ἀπιστοῦσα ταύταις· παραπικραίνουσα δὲ, ὡς γογγύζουσα ἡνίκα προσομιλήσει τινὶ δυσχερίᾳ, καὶ δυσανασχετοῦσα, καὶ ἀπαρεσκομένη τῇ ἐλευθερίᾳ. Καὶ τὴν ἐν Αἰγύπτῳ δουλείαν αἱρετωτέραν λογιζομένη, ὡς ἐν πολλοῖς ἡ βίβλος τῆς Ἐξόδου καὶ ἡ τῶν Ἀριθμῶν διέξεισι.

D Vers. 8 *Ne fiant, sicut patres eorum, generatio prava, et exasperans.* Perversos eos fuisse dicit, eo quod in divinis promissionibus nullam fidem habebant, nec credebant ei cum essent in periculis : et exasperantes, quia cum in aliquam incidissent difficultatem, continuo murmurabant, et quia præstitam eis liberationem a tam gravi jugo servitutis ægre tulerunt. Satius enim putabant in Ægypto esse, et servire, quemadmodum multis in locis, tam in Exodo legimus, quam in Numeris.

Γενεὰ, ἥτις οὐ κατεύθυνε τὴν καρδίαν ἑαυτῆς· Οὐκ ὤρθωσε τὴν καρδίαν· ὥστε ἁπλῶς καὶ βεβαίως πιστεύειν, ἀλλ' ἐσκολίαζε διστάζουσα.

Generatio, quæ non direxit cor suum. Non rectum ei cor fuit, ut simplici ac constanti animo Deo crederet, sed ambigua, et dubitans claudicabat.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Et fidelis non fuit cum Deo spiritus ejus. Et spiritus ejus generationis, inquit, Deo fidem non præstitit, nec illius credidit sermonibus. Per spiritum vero, animos eorum intelligit.

A

Καὶ οὐκ ἐπιστώθη κατὰ τοῦ Θεοῦ τὸ πνεῦμα αὐτῆς. Καὶ οὐ πιστὸν ἐγένετο πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ πρὸς τοὺς τοῦ Θεοῦ λόγους. Πνεῦμα δὲ νῦν λέγει τὴν ψυχήν.

Vers. 9. *Filii Ephraim intendentes et jaculantes arcu, conversi sunt in die belli.* Ephraim fuit filius Joseph. Tribus autem Ephraim præ cæteris tribubus arcu utebatur : ad gerenda etiam bella magno usui erat, unde celebre sibi nomen paraverat. Ad hæc omnia illius etiam famam augebat, regio ipsa, quæ ei in sortem obvenerat. Prima enim illa arcam et testimonii tabernaculum a Moyse confectum suscepit. Nam Silo ubi arca Domini diu fuit, et tabernaculum, ad sortem tribus Ephraim pertinebat. Hæc igitur tribus, quæ aliquando in bello tam celebris fuit, ob idololatriæ scelus tandem pugnando superata, ac devicta est. Vel aliter, per hanc tribum, quæ viribus præstabat, omnes alias tribus significat quæ ob simile idololatriæ vitium in hostium manus devenerunt, ut liber Judicum docet. Ait igitur Propheta, quod filii Ephraim, qui arcus suos tendunt unde emittant sagittas (hoc est, qui arcu potissimum utuntur), conversi sunt in bello : quia fugientes dederunt terga. Aliqui in his verbis dicunt prophetiam contineri de ultimo lapsu tribus Ephraim in idololatriam. Nam cum decem tribus se disjunxissent a regno Roboam, tribus Ephraim, quæ princeps erat inter eas, populo persuasit, ut vaccas erigerent, et a vero Deo deficerent : atque ideo omnes in hostium potestatem traditæ sunt, quemadmodum in tertio Regum libro invenies. Alii etiam prophetæ multa adversus hanc tribum exclamant, quasi origo, et causa ipsa idololatriæ fuerit in populo.

B

Υἱοὶ Ἐφραὶμ ἐντείνοντες καὶ βάλλοντες τόξοις, ἐστράφησαν ἐν ἡμέρᾳ πολέμου. Ἡ φυλὴ τοῦ Ἐφραὶμ υἱοῦ Ἰωσὴφ, τοξικωτέρα τῶν ἄλλων ἦν, καὶ ἐν πολέμοις χρησιμωτέρα, καὶ ἐντεῦθεν ἐπίσημος· οὐχ ἥκιστα δὲ ἦν ἔντιμος, ὡς ἐν τοῖς ὁρίοις τῆς ἀποκληρωθείσης αὐτῇ γῆς ὑποδεξαμένη πρώτη τὴν κιβωτὸν, καὶ τὴν σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου τὴν κατασκευασθεῖσαν ὑπὸ Μωσέως. Ἡ γὰρ Σηλὼμ ἔνθα ἦν ἡ κιβωτὸς καὶ ἡ σκηνὴ τῆς Ἐφραϊμίτιδος φυλῆς μερὶς ἦν. Αὕτη τοίνυν ἡ περιβόητος ἐν μάχαις, ἡττήθη διὰ τὴν εἰδωλολατρείαν αὐτῆς. Ἢ καὶ ἄλλως, ἀπὸ ταύτης τῆς φυλῆς, ὡς τηνικαῦτα πρωτευούσης, καὶ τὰς ἄλλας δηλοῖ, ὅσαι εἰδωλολατρήσασαι παρεδόθησαν τοῖς ἐχθροῖς αὐτῶν, καθὼς ἡ τῶν Κριτῶν διέξεισι βίβλος. Φησὶν οὖν ὁ Δαβὶδ, ὅτι Οἱ υἱοὶ τοῦ Ἐφραὶμ, οἱ ἐντείνοντες τόξα καὶ βάλλοντες ἐκ τόξων, ἐστράφησαν, εἴτουν, δεδώκασι νῶτα φεύγοντες. Τινὲς δὲ προφητείαν τοῦτό φασιν περὶ τῆς ὑστέρας εἰδωλολατρίας, τῆς φυλῆς τοῦ Ἐφραὶμ. Τῶν γὰρ δέκα φυλῶν ἀποβαγειτῶν τῆς βασιλείας Ῥοβοὰμ, ἡ Ἐφραϊμῖτις ἐν ταύταις πρωτεύουσα συνέπεισε τὸν λαὸν στῆσαι τὰς δαμάλεις καὶ ἀποστῆναι ἀπὸ Θεοῦ. Διὸ καὶ παρεδόθησαν ὁμοίως τοῖς πολεμίοις, ὡς εὑρήσεις ἐν τῇ τρίτῃ τῶν Βασιλειῶν. Καὶ ἄλλοι δὲ προφῆται καταβοῶσιν αὐτῆς ὡς αἰτίας τῷ λαῷ τῆς εἰδωλολατρίας.

Vers. 10. *Non custodierunt testamentum Dei, et in lege ejus noluerunt ambulare.* Sermonem dirigit adversus universas tribus, causam proferens ob quam dejectæ sint. Per testamentum vero, pacta intelligit, quæ Deus sæpe cum Hebræorum populo pepigit, cum in promissionis eos terram adduceret. Per legem vero, ipsa Dei mandata.

C

Οὐκ ἐφύλαξαν τὴν διαθήκην τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ οὐκ ἠβουλήθησαν πορεύεσθαι. Ἐνταῦθα κατὰ πάντων ὁ λόγος διδάσκων τὸ τῆς ἥττης αἴτιον· διαθήκην δὲ λέγει τὰς συνθήκας, ἃς διαφόρως ἐποιήσατο κατὰ τῶν Ἑβραίων ὁ Θεὸς, ἄγων αὐτοὺς εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας· νόμον δὲ τὰς ἐντολάς.

Vers. 2. *Domine, quis similis erit tibi?* Non interrogantis sed laudantis est sermo, et divinam, ut ita dicam, incomparabilitatem admirantis. Dictio enim, *Quis*, hoc in loco non raritatem, sed impossibilitatem significat ; ac si diceret : Nullus tibi similis reperiri potest, ex quo divinæ constituitur virtutis immensitas. D

Ὁ Θεὸς, τίς ὁμοιωθήσεταί σοι; Οὐκ ἐρωτῶντος ὁ λόγος, ἀλλ' ἐκθειάζοντος τὸ ἀσύγκριτον. Τὸ γὰρ, Τίς, οὐ τὸ σπάνιον, ἀλλὰ τὸ ἀσύγκριτον ἐνταῦθα δηλοῖ, καὶ ἔστιν ἀντὶ τοῦ, Οὐδείς, δι' οὗ εἰσάγεται τὸ ἀπειροδύναμον.

Ne sileas, neque mitescas, Deus. Noli adeo esse longanimis, aut patiens. Ita enim cæteri interpretes reddidere. Quare autem sic dicat audi :

Μὴ σιγήσῃς μηδὲ κατακραθυμῇς, ὁ Θεός. Μὴ μακροθυμήσῃς, μηδ' ἀνεξικακήσῃς. Οὕτω γὰρ οἱ ἄλλοι ἑρμηνεῖς ἐκδεδώκασι· τίνος δὲ ἕνεκεν ἄκουσον.

Vers. 3. *Quoniam ecce inimici tui sonuerunt, et qui oderunt te, extulerunt caput. — Inimici tui*, qui tuum populum oppugnant, vel qui propter te nobis infensi sunt ; *Sonuerunt* autem, hoc est, inauditum dedere clamorem, quemadmodum in exercitibus fieri solet, quando magna adest militum multitudo. Vel aliter : Ii qui olim suas in nos inimicitias susurro pene tantum significabant,

Ὅτι ἰδοὺ οἱ ἐχθροί σου ἠχησαν, καὶ οἱ μισοῦντές σε ἦραν κεφαλήν. Ἐχθροί σου, ὡς τῷ σῷ λαῷ πολεμοῦντες, ἢ, ὡς διὰ σὲ ἡμῖν πολεμοῦντες. Ἠχησαν δὲ, ἀντὶ τοῦ, Θροῦν ἄσημον ἀπετέλεσαν, ὡς εἴωθεν ὑπὸ πολυπληθείας ἐν τοῖς στρατοπέδοις γίνεσθαι. Ἢ καὶ ἄλλως· Οἱ πρὶν ὑποψιθυρίζοντες τὴν καθ' ἡμῶν ἔχθραν νῦν εἰς ἐξάκουστον ταύτην ἤνεγκαν, θρασυνόμενοί τε, καὶ ἀλαζονευόμενοι. Ἦραν

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

δὲ κεφαλήν, ἀντὶ τοῦ, Ἐπήρθησαν, ἀνεθάρρησαν, θαρρήσαντες τοῖς συμμάχοις.

Extulerunt autem caput, hoc est, animos ceperunt, effecti sunt.

A aperto nunc marte, ac palam hostiles animos fatentur, et temere omnia in nos agentes, gloriantur. et multis secum adjunctis coadjutoribus, audaciores

Ἐπὶ τὸν λαόν σου κατεπανουργεύσαντο γνώμῃ. Τὸ Γνώμῃ, ἀντὶ τοῦ Μιᾷ γνώμῃ συμφώνως. Τινὰ δὲ τῶν ἀντιγράφων μετὰ τοῦ νῦ γνώμην γράφουσιν· ὅπερ δηλοῖ, ὅτι ἐπανουργεύσαντο κοινὴν γνώμην. (1) Ἡ δὲ Κατὰ πρόθεσις ἐπίτασιν τῆς πανουργίας ἐμφαίνει. Ἄλλως· τὸ τῆς γνώμης ὄνομα ποτὲ μὲν δηλοῖ τὴν παραίνεσιν ὡς ὁ Ἀπόστολος· *Περὶ δὲ τῶν παρθένων ἐπιταγὴν Κυρίου οὐκ ἔχω*, (2) *γνώμην δὲ δίδωμι*· ποτὲ δὲ τὴν βουλήν, ὡς καὶ νῦν ὁ Δαβίδ· *Ἐπὶ τὸν λαόν σου κατεπανουργεύσαντο γνώμην*, τουτέστιν, πανούργως ἐμελέτησαν βουλήν· ποτὲ δὲ τὴν ψῆφον, ὡς τὸ τοῦ Δανιὴλ· *Περὶ τίνος ἐξῆλθεν ἡ γνώμη ἡ ἀναιδής;* Λαμβάνεται δὲ καὶ ἐπὶ πίστεως, καὶ δόγματος, καὶ φρονήματος· ὡς καὶ παρὰ τῷ Θεολόγῳ· *Τὸ δὲ ἀντεισαγαγεῖν τὴν ἑαυτοῦ γνώμην ἀνδρὸς εὐσεβοῦς καὶ νοῦν ἔχοντος.* tem : *Sed suam ex adverso opinionem adducere* locis in Græco habetur, ut diximus dictio γνώμη.)

Vers. 4. *Super populum tuum malignaverunt consilio.* Consilio, hoc est, concordi ac communi omnium sententia. Quædam exemplaria habent, *Consilium*, in quarto casu, et tunc sensus esse videtur, quod commune consilium maligno ac perverso animo inierunt. Sciendum est autem quod Græca dictio, γνώμη, quæ hic in Græco habetur, et pro qua interpres *consilium* reddidit, aliquando admonitionem significat. juxta illud Apostoli : *De virginibus autem præceptum Domini, non habeo, consilium* B *autem do* [7]. Aliquando, consilium, ut hoc in loco : *Super populum tuum malignaverunt consilium.* Aliquando autem sententiam, ut illud Danielis : *Quam ob causam exivit tam impudens sententia* [8]? Aliquando etiam opinionem de fide, aut de quopiam dogmate, quale illud est apud Theologum dicen- *viri pii est et sapientis.* (In omnibus enim his

Καὶ ἐβουλεύσαντο κατὰ τῶν ἁγίων σου. Παλιλλογία τοῦτο καὶ σαφηνισμὸς τοῦ πρὸ αὐτοῦ. Περὶ δὲ τῶν ἁγίων τοιαῦτα νοήσεις, οἷα καὶ περὶ τῶν ὁσίων, ὡς ἐν τῷ οη' ψαλμῷ προείρηται.

Et consuluerunt adversus sanctos tuos. Iteratio sermonis est ad majorem prædictorum declarationem. De sanctis autem, vide quæ in psalmo LXXVIII dicta sunt.

Εἶπαν· Δεῦτε, καὶ ἐξολοθρεύσωμεν αὐτοὺς ἐξ ἔθνους, καὶ οὐ μὴ μνησθῇ τὸ ὄνομα τοῦ Ἰσραὴλ ἔτι. Τοῦτο ἡ γνώμη, τοῦτο ἡ βουλή· τὸ δὲ Ἐξ ἔθνους, ἀντὶ, Εἶναι ἔθνος, ἐλάσαντες αὐτοὺς εἰς τὸ μὴ εἶναι ἔθνος· τὸ δὲ, Οὐ μὴ μνησθῇ, ἀντὶ, Οὐ μνημονευθῇ, οὐκ ἔτι ὀνομασθῇ ὅμως· οἷα C μηκέτι ὄντος τοῦ τοιούτου ἔθνους.

Vers. 5. *Dixerunt : Venite, exterminemus eos ex gente, et non memoretur nomen Israel amplius.* Hoc est consilium quod inierunt. Exterminemus autem ex gente, hoc est, privemus eos hac qualitate ut gentes sint, deducendo eos nimirum ad nihilum : et amplius non memoretur, hoc est, in futurum prorsus non nominetur, perdita, videlicet ac penitus dissipata illa gente.

Ὅτι ἐβουλεύσαντο ἐν ὁμονοίᾳ ἐπὶ τὸ αὐτό. Εἵτουν πανούργως ἐμελέτησαν βουλήν. Ἐπαναλαμβάνει δὲ τὸν λόγον τῆς βουλῆς καὶ ὁμογνωμοσύνης αὐτῶν· ἐντεῦθεν εἰς ἄμυναν κινῶν τὸν διασκεδάζοντα βουλὰς ἐθνῶν. Διηγηματικὸν δὲ, τὸ Ὅτι· καὶ τὸ μὲν, Ἐν ὁμονοίᾳ, ἐπὶ τῆς γνώμης λαμβάνεται, τὸ δὲ, Ἐπὶ τὸ αὐτό, ἐπὶ τοῦ τόπου, τουτέστιν εἰς μίαν γνώμην συνελθόντες, καὶ εἰς ἕνα τόπον.

Vers. 6. *Quoniam consultaverunt unanimiter simul.* Hoc est, sceleste ac maligne meditati sunt consilium. Reassumit enim sermonem de consilio, et communi eorum conspiratione, Deum hoc pacto excitans ad vindictam, qui gentium solet dissipare consilia. Dictio autem *Quoniam*, narrantis est ; dictio *Unanimiter*, ad consilia eorum refertur ; dictio vero, *In unum*, ad locum : et sensus est, quod in unam convenerunt sententiam, atque in eodem loco.

Κατὰ σοῦ διαθήκην διέθεντο. Διαθήκην τὴν συνθήκην λέγει· εἶτα λοιπὸν ἀπαριθμεῖται καὶ τοὺς οὕτω συνθεμένους.

Adversus te testamentum disposuerunt. — *Testamentum* posuit pro fœdere, seu pacto (quod enim D Græcæ dictiones, διαθήκη et συνθήκε tam voce quam derivatione, et significatione cognatæ quodammodo sunt, hinc factum est, ut altera alterius sæpe ioco ponatur.) Deinde eos connumerat, qui in unum simul convenerunt.

Τὰ σκηνώματα τῶν Ἰδουμαίων καὶ οἱ Ἰσμαηλῖται. — Τὰ σκηνώματα τῶν Ἰδουμαίων, ἀντὶ τοῦ, Ἡ πόλις τῶν Ἰδουμαίων, ἢ ἀντὶ τοῦ, Οἱ Ἰδουμαῖοι, κατὰ περίφρασιν. Ἰδουμαῖοι δὲ ἔθνος ἀπὸ

Vers. 7. *Tabernacula Idumæorum, et Ismaelitæ.* Per Idumæorum tabernacula, vel ipsos simpliciter Idumæos intelligit, vel eorum civitates. Idumæi autem descendunt ab Esau, qui alio nomine dictus

[7] I Cor. VII, 25. [8] Dan. II, 15.

Variæ lectiones.

(1) Græce additur : *Præpositio autem* κατά *intensionem malitiæ significat.*
(2) Vertendum igitur . *Monitum autem do.*

Digitized by Google Распознавание текста ABKAFR

est etiam Edom. Ismaelitæ vero genus suum deducunt ab Ismaele filio Abrahæ.

A Ἡσαῦ καταγόμενον· Ἐδὼμ γὰρ ὁ Ἡσαῦ ἐκλήθη· Ἰσμαηλῖται δὲ ἔθνος ἕτερον ἀπὸ Ἰσμαὴλ υἱοῦ Ἀβραάμ.

Vers. 8. *Moab et Agareni.* Moabitæ populi sunt, qui originem trahunt a Moab filio Lot; Agareni vero ab Agar matre Ismaelis, quæ postquam expulsa est e domo Abrahæ, alteri se viro conjunxit unde isti descenderunt.

Μωὰβ καὶ οἱ Ἀγαρηνοί. Μωὰβ λέγει τοὺς Μωαβίτας· ἔθνος δὲ καὶ οὗτοι, ἀπὸ Μωὰβ, υἱοῦ τοῦ Λώτ. Ἀγαρηνοὶ δὲ ἔθνος ἀπὸ τῆς Ἄγαρ τῆς μητρὸς Ἰσμαήλ, συναφθείσης ἑτέρῳ μετὰ τὸ ἀπελαθῆναι τῆς οἰκίας Ἀβραάμ.

Gebal et Ammon, et Amalech. Gebaleni populi erant, qui prope Idumæam habitabant. Ammonitæ autem ita denominati sunt ab Ammon filio Lot. Et Amalecitæ ab Amalec, qui et ipse originem ducebat ab Esau, qui sane aliam ab Idumæa regionem separatim habitabant.

Γεβὰλ καὶ Ἀμμὼν, καὶ Ἀμαλήκ. Γεβαληνοὶ ἔθνος περίοικον τῆς Ἰδουμαίας· Ἀμμανῖται ἔθνος ἀπὸ τοῦ Ἀμμὼν τοῦ υἱοῦ Λώτ· Ἀμαληκῖται δὲ ἔθνος ἀπὸ Ἀμαλὴκ, ὃς ἦν καὶ αὐτὸς ἔκγονος Ἡσαῦ, κατῴκει δὲ χώραν ἑτέραν παρὰ τοὺς Ἰδουμαίους.

Alienigenæ cum iis qui habitabant Tyrum. Per alienigenas Philistæos intellige, quos nunc Palæstinos dicimus. Hi etenim viciniorem Judæis regionem habitabant: atque ideo alienigenæ in specie appellati sunt. Per habitantes autem Tyrum, Tyrios intelligit.

B Ἀλλόφυλοι μετὰ τῶν κατοικούντων Τύρον. Ἀλλόφυλοι οἱ Φιλισταῖοι, οἱ νῦν Παλαιστινοὶ καλούμενοι· οὗτοι γὰρ παροικοῦντες τοῖς Ἰουδαίοις ἐγγὺς, ἀλλόφυλοι διαφερόντως ἐκλήθησαν· κατοικοῦντες δὲ Τύρον λέγει τοὺς Τυρίους.

Vers. 9. *Etenim et Assur venit cum illis.* Assur proprie Assyrii sunt: verum hoc in loco, Samaritanos ita appellat, veluti Assyriorum colonos. Nam post duarum tribuum captivitatem, illuc missi sunt Samaritani ab Assyriis, ut regionem illam incolerent. Abundat autem hoc in loco conjunctio, *Etenim.*

Καὶ γὰρ καὶ Ἀσσοὺρ συμπαρεγένετο μετ' αὐτῶν. Ἀσσοὺρ οἱ Ἀσσύριοι. Καλεῖ δὲ οὕτως τοὺς Σαμαρείτας, ὡς ἀποίκους Ἀσσυρίων, μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν τῶν δώδεκα φυλῶν ἐκεῖσε μετοικισθέντας. Περιττεύει δὲ ὁ *Γὰρ* σύνδεσμος.

Facti sunt in adjutorium filiis Lot. Filios Lot, eos esse intellige, quos superius Moabitas appellavit, et Ammonitas. Hæ etenim nationes Judæis præcipue invidebant, et ideo in eos alias gentes in unum collegerunt.

C *Ἐγενήθησαν εἰς ἀντίληψιν τοῖς υἱοῖς Λώτ.* Εἰς συμμαχίαν· υἱοὺς δὲ Λὼτ λέγει τοὺς Μωαβίτας καὶ Ἀμμανίτας, ὡς προειρήκαμεν· οὗτοι γὰρ μάλιστα τοῖς Ἰουδαίοις ἐφθόνουν, καὶ τὰ ἄλλα ἔθνη συνήγειραν.

Vers. 10. *Fac eis sicut Madian, et Sisaræ, sicut Jabin in torrente Cison.* Imprecatur Propheta adversus gentes superius connumeratas, quæ civitatis Jerusalem instaurationem ferre non poterant, atque in memoriam illorum hominum ruinam revocat, qui Judæorum populo olim infesti fuerant, et præter omnium opinionem perierant, optatque ut eodem pacto nunc prædicti omnes pereant, ob malignam eorum mentem in Judæos, quo illi superiores. Et per Madian quidem Madianitarum exercitum intelligit, quem multitudine ac copia militum terram obtexisse legimus, et tamen a trecentis viris, Gedeone duce, superatum, atque his quidem inermibus omnibus, lampades tantum, et tubas ferentibus, ut in libro Judicum legimus. Sisara dux fuit exercitus Jabin regis Chanaan potentissimi. Nongentos etenim ferreos currus habebat: hos autem omnes superavit Barach adversus eos jussu Deboræ profectus, quæ illis temporibus judicabat populum Israel. Et Sisaram quidem fugientem Jael uxor Chaber hospitio acceptum somno sopivit, ac deinde malleo et clavo illius tempora penetravit, atque hoc pacto interemit: ipse autem Jabin occisus fuit a Barach, qui universum cum rege exercitum dissipavit. Torrens autem Cison proximus est et continguus loco, ubi prælium illud commissum est. Hæc autem omnia distincte habentur in libro Judicum.

D *Ποίησον αὐτοῖς ὡς τῇ Μαδιὰμ καὶ τῷ Σισάρᾳ, ὡς τῷ Ἰαβεὶμ ἐν τῷ χειμάρρῳ Κισῶν.* Κατεύχεται τῶν ἀνωτέρω ἀπηριθμημένων ἐθνῶν, τῶν φθονησάντων τῇ ἀνανεώσει τῆς πόλεως· μέμνηται δὲ τῆς ἀπωλείας τῶν πάλαι πολεμησάντων τοῖς Ἰσραηλίταις καὶ παραδόξως ἀπολωλότων· καὶ τοιούτῳ τρόπῳ ἀπολωλέναι καὶ τούτους βούλεται. Μαδιὰμ μὲν γὰρ ἡ στρατιὰ τῶν Μαδιηνέων ἀπὸ τοῦ Μαδιὰμ οὕτως ὀνομασθεῖσα, ἣν τῷ πλήθει τὴν γῆν καλύπτουσαν ὁ Γεδεὼν ἐν ἀνδράσι τριακοσίοις ἐξωλόθρευσε, καὶ τούτοις ἀόπλοις· λαμπάδας μόνας καὶ σάλπιγγας ἐπιφερομένοις, ὡς ἡ τῶν Κριτῶν βίβλος ἱστορεῖ. Ὁ Σισάρα δὲ στρατηγὸς ἦν τῆς δυνάμεως Ἰαβεὶμ, βασιλέως Χαναὰν, ἔχων ἅρματα σιδηρᾶ ἐννεακόσια· οὓς καὶ ἄμφω κατεπολέμησε Βαρὰχ, κελευσθεὶς ὑπὸ Δεβώρας τῆς κρινούσης ἐν τοῖς καιροῖς ἐκείνοις τὸν Ἰσραήλ. Καὶ τὸν μὲν Σισάρα φεύγοντα ὑποδεξαμένη ἡ Ἰαὴλ ἡ γυνὴ Χάβερ ἐκοίμησε· καὶ σφύραν καὶ πάσσαλον λαβοῦσα διήλασε τὸν κρόταφον αὐτοῦ, καὶ οὕτως ἀνεῖλε. Τὸν δὲ Ἰαβεὶμ ὁ Βαρὰχ διέφθειρε, καὶ τὴν στρατιὰν αὐτοῦ πᾶσαν κατέκοψεν. Ὁ δὲ χείμαρρος Κισῶν τόπος ἦν ἐν ᾧ ὁ πόλεμος γέγονε· καὶ ταῦτα δὲ ἡ δηλωθεῖσα βίβλος διδάσκει.

Vers. 11. *Exterminati sunt in Aendor.* Aendor

Ἐξωλοθρεύθησαν ἐν Ἀενδώρ. Καὶ οὗτος τόπος

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἦν, ἐν ᾧ ὁ κατὰ τὸν Σισάραν πόλεμος; ἀνέστη. Τινὲς δὲ τὸν προειρημένον τόπον τοῦ χειμάρρου Κισῶν καὶ Ἀενδὼρ ἐκάλεσαν, ὡς διώνυμον.

A locus est ubi bellum cum Sisara commissum est. Aliqui locum torrentis Cison eumdem esse dicunt et Aendor, et geminum habere nomen.

Ἐγενήθησαν ὡσεὶ κόπρος τῇ γῇ. Ἄταφοι κείμενοι, σαπέντες καὶ διαλυθέντες.

Facti sunt quasi stercus terræ. Insepulti, dissoluti et putrefacti.

Θοῦ τοὺς ἄρχοντας αὐτῶν ὡς τὸν Ὼρὴβ, καὶ Ζήβ, καὶ Ζεβεὲ, καὶ Σαλμανά. Ἄρχοντας λέγει τοὺς ἡγεμόνας τῶν προμνημονευθέντων ἐθνῶν. Ὼρὴβ μὲν οὖν καὶ Ζήβ, ἄρχοντες τῶν Μαδηναίων, οὓς ἀνεῖλεν ὁ δηλωθεὶς Γεδεών. Ζεβεὲ δὲ καὶ Σαλμανὰ, βασιλεῖς αὐτῶν, οὓς καὶ αὐτοὺς ἀπέκτεινε.

VERS. 12. *Pone principes eorum sicut Oreb, et Zeb, et Zebee, et Salmanan.* Per principes duces gentium intelligit, quas superius commemoravimus. Oreb et Zeb, Madianitarum erant duces, quos Gedeon, ut diximus, interemit. Zebee autem et Salmana, eorumdem erant reges, qui simili modo a Gedeone occisi sunt.

Πάντας τοὺς ἄρχοντας αὐτῶν. Ὥστε μηδένα ὑπολειφθῆναι. Διὰ δὲ τῶν ἀρχόντων καὶ τῶν διαρχομένων κατηύξατο.

VERS. 13. *Omnes principes eorum.* Ita ut nemo relinquatur. Verum dum adversus principes imprecatur, subditos etiam eis populos comprehendit. B

Οἵτινες εἶπον· Κληρονομήσωμεν ἑαυτοῖς τὸ ἁγιαστήριον τοῦ Θεοῦ. — *Κληρονομήσωμεν*, ἀντὶ τοῦ Κυριεύσωμεν, ἐξουσιάσωμεν, οὐ τιμῆς χάριν, ἀλλ' ἁρπαγῆς τῶν ἱερῶν σκευῶν καὶ ἀναθημάτων· ἁγιαστήριον τὸν ναὸν καλοῦντες, ἐν ᾧ ὁ Θεὸς ἡγίαζε τὸν λαόν.

Qui dixerunt: Hæreditemus nobis sanctuarium Dei. — *Hæreditemus*, pro Dominemur, vel in potestate nostra habeamus, non ut honoremus illud, sed ut sacra vasa, et reliquas oblationes diripiamus. Per Sanctuarium autem templum ipsum intelligit, in quo Deus populum sanctificabat.

Ὁ Θεός μου, θοῦ αὐτοὺς ὡς τροχόν. Ἀστατοῦντας ἀεὶ καὶ κυλιομένους ταῖς ἐπαλλήλων μεταβολαῖς. Τοῦτο γὰρ τροχοῦ ἴδιον.

VERS. 14. *Deus meus, pone eos ut rotam.* Continue instabiles, et crebris mutationibus circumactos. Hoc pacto enim rotæ poterunt comparari.

Ὡς καλάμην κατὰ πρόσωπον ἀνέμου. Εὐχερῶς διασκεδαννυμένους καὶ μηδαμοῦ στάσιν εὑρίσκοντας.

Ut arundinem ante faciem venti. Ita ut facile dissipentur, et nullam inveniant stabilitatem.

Ὡσεὶ πῦρ ὃ διαφλέξει δρυμὸν, ὡσεὶ φλὸξ ἣ κατακαύσει ὄρη, οὕτως καταδιώξεις αὐτοὺς ἐν τῇ καταιγίδι σου καὶ ἐν τῇ ὀργῇ σου συνταράξεις αὐτούς. Οὕτω καταδίωξον αὐτοὺς ἀναλίσκων, ὡσεὶ πῦρ ὃ διαφλέξει δρυμόν· ὀξέως γὰρ τοῦτο καὶ ἀφειδῶς φέρεται κατὰ τῆς ὕλης· τοῦ δὲ, *Ὡσεὶ πῦρ ὃ διαφλέξει δρυμὸν*, ἑρμηνευτικὸν τὸ, *Ὡσεὶ φλὸξ ἣ κατακαύσει ὄρη*, ναὶ μὴν καὶ τοῦ, *Οὕτως καταδιώξεις αὐτοὺς ἐν τῇ καταιγίδι σου*, τὸ *Καὶ ἐν τῇ ὀργῇ σου συνταράξεις αὐτούς.* Καταιγίδα δὲ νῦν τὴν ὀξεῖαν κίνησιν τῆς ὀργῆς ἐκάλεσεν. Καταιγίδος γὰρ ἴδιον τὸ συνταράττειν. *Καταδιώξεις* δὲ καὶ *Συνταράξεις* ἢ προφητικῶς εἴρηνται, ἢ εὐκτικῶς, ἀντὶ τοῦ, *Καταδίωξον* καὶ *Συντάραξον*.

VERS. 15, 16. *Quasi ignis qui comburet silvam, et quasi flamma comburens montes, ita persequeris illos in procella tua, et in ira tua conturbabis eos.* Non secus illos persequaris, quæso, et consumas, atque ignis solet silvam populari. Summa etenim vi fertur ignis in silvam, et omnia corripit. Hæc autem verba a sequentibus exponuntur, quæ dicunt: *Et sicut flamma comburens montes.* Et simili modo verba illa: *Ita persequeris eos in procella tua*, a sequentibus verbis declarantur: *Et in ira tua conturbabis eos.* Procellam enim hoc in loco celerem atque impetuosum iræ motum metaphorice appellavit. Procellæ enim proprium est omnia conturbare. Quod vero ait, *Persequeris*, et *Conturbabis*, vel prophetice dicta sunt, veluti futura prædicantur, vel optantis modum continent pro *Persequaris*, et *Conturbes*. C

Πλήρωσον τὰ πρόσωπα αὐτῶν ἀτιμίας. Ἠτιμωμένων. D

VERS. 17. *Imple facies eorum ignominia.* Eis nimirum profligatis.

Ἐκζητήσουσι τὸ ὄνομά σου, Κύριε. Ἐρωτῶντες μετὰ ἐκπλήξεως. Τίς οὗτος ὁ Θεὸς ὁ παραδόξως τοὺς οἰκείους ῥυσάμενος, καὶ ἀπολέσας ἡμᾶς;

Et quærent nomen tuum, Domine. Interrogantes cum timore ac tremore, quisnam sit is Deus qui tam admirande nos populum suum liberavit, et eos perdidit.

Αἰσχυνθήτωσαν καὶ ταραχθήτωσαν εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, καὶ ἐντραπήτωσαν, καὶ ἀπολέσθωσαν. Κατευξάμενος αὐτῶν τὴν ἐν τῷ προσκαίρῳ αἰῶνι ἀπώλειαν, κατεύχεται καὶ τὴν ἐν τῷ μέλλοντι. Ἐκεῖνο γὰρ αἰῶνα αἰῶνος ὀνομάζει, ὡς παραδεδώκαμεν. Ἀπώλειαν δὲ ἐπὶ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος οὐ τὴν ἀνυπαρξίαν, ἀλλὰ τὴν κόλασιν εἰρήκαμεν. Ἐν ἐκείνῳ γὰρ αἰσχύνονται, εἴτουν ἐντρέπονται οἱ πο-

VERS. 18. *Erubescant, et conturbentur in sæculum sæculi, et confundantur, et pereant.* Cum adversus eos imprecatus fuerit, ut in præsenti pereant sæculo, imprecatur etiam ut pereant in futuro, quod sæculum sæculi appellavit, ut alibi etiam diximus. Perire autem in futuro sæculo ille dicitur, non qui ita perit, ut amplius non sit, sed qui eas persolvit pœnas, quas qui sustinent, perire omnes di-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

cuntur. n illo enim sæculo, pravi omnes erubescent, et confundentur, publicatis, ac divulgatis eorum operibus : et turbabuntur, ubi judicis constantiam, ac severitatem viderint, et deinde etiam punientur.

VERS. 19. *Et cognoscant, quod nomen tibi Dominus.* Inviti igitur id cognoscant, post quam sponte nolnerunt.

Tu solus altissimus in omnem terram. A communi sensu sumendum est verbum, *Cognoscant.* Addiscant, inquit, quod tu solus Deus es totius terræ. Altissimum autem Deum vocavit, veluti supercœlestem. Potest etiam hic psalmus iis omnibus accommodari, qui pro Christo persecutionem sustinent.

In finem pro torcularibus filiis Core, psalmus.

PSALMUS LXXXIII.

Octogesimus etiam psalmus hujusmodi inscriptionem sortitus est. Ibi vide expositionem. De eisdem enim torcularibus Propheta noster nunc loquitur.

VERS. 2. *Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum!* Dictio, *quam*, hoc in loco idem significat quod alibi diximus, in psalmo LXXII, ibi : *Quam bonus Deus ipsi Israel!* Per tabernacula autem ecclesias intelligit, quæ variis in locis constructæ sunt, et in quibus divina habitant charismata. Has etenim ecclesias, mentis oculo prævidens Propheta noster, dilexit eas. De his autem verbis : *Domine virtutum*, dictum est, in psalmo LXXIX.

Concupiscit, et deficit anima mea in aulas Domini. Anima mea deficit, cupiens ad hujusmodi ecclesias pervenire : quas aulas Dei etiam appellavit, quia in eis moratur, ac conversatur Christus. Vel, deficit, hoc est, dissolvitur ac debilitatur, nimio scilicet fatigata desiderio. Dicuntur enim ardentes amatores deficere, qui amatæ rei disjunctionem ferre nequeunt. Quisquis etiam cœlestem appetit Regem, dicere potest, quam amabilia sunt tabernacula illa tua intellectualia, quæ in cœlis sunt! illæ, inquam, aulæ cœlestes. Concupiscere autem posuit, pro Festinare.

Cor meum et caro, mea exsultaverunt in Deum vivum. Non hoc tantum, inquit, accidit animæ meæ, sed et corpus meum in Christo lætatum est. Vivum autem (seu, ut in Græco habetur, viventem) Deum appellavit, propter idola quæ mortua esse dicuntur : vel quia a mortuis Christus resurrexit. Primo autem cor ipsum lætitia afficitur, et deinde gaudium in universum corpus diffunditur.

VERS. 4. *Etenim passer invenit sibi domum, et turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos, altaria tua, Domine virtutum.* Passerem animam appellat, veluti quæ ab intellectuali aucupe, laqueis, atque aliis multiplicibus insidiis impetitur. *Anima* enim, inquit, *mea sicut passer erepta est de laqueo venantium* [9]. Per turturem simili modo castam omnem

[9] Psal. CXXIII, 7.

A νηρολ, δημοσιευομένων αὐτοῖς τῶν ἔργων· καὶ ταράσσονται βλέποντες τοῦ δικαστοῦ τὴν ἀποτομίαν· εἶτα κολάζονται.

Καὶ γνώτωσαν ὅτι ὄνομά σοι Κύριος. Γνώτωσαν ἐξ ἀνάγκης, ἐπείπερ ἐκ προαιρέσεως οὐκ ἠθέλησαν.

Σὺ μόνος ὕψιστος ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. Ἀπὸ κοινοῦ τὸ καὶ *Γνώτωσαν*, ὅτι σὺ μόνος ὁ Θεὸς πάσης τῆς γῆς. Ὕψιστον γὰρ τὸν Θεὸν ἐκάλουν, ὡς ἐπουράνιον. Ἁρμόζει δὲ ὁ ψαλμὸς καὶ τοῖς διωκομένοις ὑπὲρ Χριστοῦ.

B *Εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ τῶν ληνῶν τοῖς υἱοῖς Κορέ.*

ΨΑΛΜΟΣ ΠΓ'.

Καὶ ὁ ὀγδοηκοστὸς ψαλμὸς τοιαύτην ἔλαχε τὴν ἐπιγραφήν· καὶ ζήτει ἐκεῖ· περὶ τούτων οὖν τῶν ληνῶν ὁ Δαβὶδ νῦν διέξεισιν.

Ὡς ἀγαπητὰ τὰ σκηνώματά σου, Κύριε τῶν δυνάμεων! Τὸ *Ὡς* ἐνταῦθα τοιοῦτόν ἐστιν, οἷον καὶ τὸ, *Ὡς ἀγαθὸς ὁ Θεὸς τῷ Ἰσραήλ!* Καὶ ζήτει ψαλμὸν οβ'. Σκηνώματα δὲ λέγει τὰς κατὰ τόπον Ἐκκλησίας, ἐν αἷς ἡ θεία κατοικεῖ χάρις· ἃς προεωρακὼς ὁ Προφήτης ἠγάπησε. Περὶ δὲ τοῦ. *Κύριε τῶν δυνάμεων*, εἴρηται ἐν τῷ οθ' ψαλμῷ.

C *Ἐπιποθεῖ καὶ ἐκλείπει ἡ ψυχή μου εἰς τὰς αὐλὰς τοῦ Κυρίου.* Ἐκλείπει, ἀποδημῆσαι γλισχομένη πρὸς ταύτας· ἃς καὶ αὐλὰς ὁμοίως ὠνόμασεν, ὡς ἐνδιαιτήματα τοῦ Χριστοῦ. Ἡ *Ἐκλείπει*, ἀντὶ τοῦ, Ἐκλύεται, ἀτονεῖ τῷ περιττῷ πόθῳ ταλαιπωρουμένη. Λέγεται δὲ τὸ ἐκλείπειν ἐπὶ τῶν θερμῶν ἐραστῶν, μὴ δυναμένων ὑπομεῖναι τῷ χωρισμῷ τῶν ποθουμένων. Καὶ πᾶς δὲ ὁ τῆς οὐρανίου καταπαύσεως ὀρεγόμενος εἴποι ἂν ἀγαπητὰ σκηνώματα τὰ νοητὰ, τὰ ἐν οὐρανοῖς. Τὰ δὲ αὐτὰ καὶ αὐλάς. *Ἐπιποθεῖ* δὲ, ἀντὶ τοῦ, Ἐπείγεται.

D *Ἡ καρδία μου καὶ ἡ σάρξ μου ἠγαλλιάσαντο ἐπὶ Θεὸν ζῶντα.* Καὶ οὐχ ἡ ψυχή μου μόνη τοῦτο πέπονθεν, ἀλλὰ καὶ τὸ σῶμα ἐχάρη ἐπὶ τῷ Χριστῷ. Ἀδιάφορος δὲ ἡ σύνταξις. Ζῶντα δὲ αὐτὸν εἶπεν διὰ τὰ νεκρὰ εἴδωλα· ἢ καὶ ὡς ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν. Πρώτη δὲ ἡ καρδία χαίρει· εἶτα διαχεῖται ἡ χαρὰ καὶ ἐπὶ τὸ ἄλλο σῶμα.

Καὶ γὰρ στρουθίον εὗρεν ἑαυτῷ οἰκίαν, καὶ τρυγὼν νοσσιὰν ἑαυτῇ, οὗ θήσει τὰ νοσσία ἑαυτῆς, τὰ θυσιαστήριά σου, Κύριε τῶν δυνάμεων. Στρουθίον καλεῖ τὴν ἐπιβουλευομένην ψυχὴν ὑπὸ τῶν νοητῶν θηρευτῶν· *Ἡ ψυχὴ* γὰρ, φησὶν, ἡμῶν, *ὡς στρουθίον ἐρρύσθη ἐκ τῆς παγίδος τῶν θηρευτῶν*· Τρυγόνα δὲ, τὴν σώφρονα ψυχὴν, καὶ φιλήσυ-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

χον, καὶ γοεράν· ἧς νοσσία, τουτέστιν ἔκγονα, αἱ ἀρεταί. Ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις γὰρ ἔχουσι τὴν σκέπην αἱ τοιαῦται ψυχαί. *Οὗ δὲ θήσει*, ἀντὶ τοῦ, Ὅπου διαθήσει καὶ ἐνεργήσει. Καὶ ἄλλως δέ, στρουθίον μὲν ὁ Χριστιανικὸς λαὸς, ἐπιβουλευόμενος ὑπό τε τῶν αἰσθητῶν καὶ νοητῶν θηρευτῶν, δαιμόνων φημὶ, καὶ ἀνθρώπων ἀσεβῶν· τρυγὼν δὲ πᾶς ἐπίσκοπος καὶ διδάσκαλος εὐσεβείας· οἱ ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις τιθέασιν οὓς ἀναγεννῶσι πνευματικῶς. Εὗρε γὰρ, φησὶ, τὸ μὲν οἰκίαν, ἡ δὲ νοσσιὰν τὰ θυσιαστήριά σου, εἴτουν τὰς ἐκκλησίας σου, ἐν αἷς καθεκάστην θύεται ὁ πνευματικὸς Ἀμνός.

A animam intelligit, quæ et mœsta sit, et quietem sectetur : cujus pulli, hoc est, cujus filii, virtutes sunt. Habent autem hujusmodi animæ in Ecclesiis, quasi in quibusdam tutissimis nidis, protectionem, atque refugium. *Ubi ponet*, autem dixit, pro, Ubi disponet, atque ubi operabitur, hujusmodi scilicet virtutes. Et aliter : passer est populus Christianus, cui tam intellectuales, quam mundi hujus venatores, dæmones nimirum atque impii homines, insidiantur. Turtur autem est episcopus quilibet, aut doctor Christianæ religionis, qui in Ecclesiis filios ponit, quos per Spiritum regenerat. Invenit enim inquit, passer domum, et turtur nidum, altaria nimirum tua, hoc est, ecclesias tuas, in quibus singulis diebus spiritualis Agnus immolatur.

Ὁ βασιλεύς μου καὶ ὁ Θεός μου. Οὗτος ὁ στίχος κεῖται καὶ ἐν τῷ ε' ψαλμῷ.

Rex meus et Deus meus. Versiculus iste habetur etiam in quinto psalmo.

Μακάριοι οἱ κατοικοῦντες ἐν τῷ οἴκῳ σου. Ἐπεὶ γὰρ αὐτὸς ὁ Δαβὶδ ἐπεθύμησε μὲν εἰς τὰς B δηλωθείσας αὐλὰς εἰσελθεῖν, πόρρω δὲ ἦν, λοιπὸν μακαρίζει τοὺς κατοικοῦντας ἐν αὐταῖς. Οἶκον γὰρ τοῦ Χριστοῦ ταύτας ὑπολητέον· ἀδιαφόρως δὲ οἶκον καὶ οἴκους εἴρηκε· ταῖς μὲν γὰρ τοπικαῖς θέσεσι πολλοί εἰσιν οἶκοι τῇ εὐσεβείᾳ δὲ καὶ κοινωνίᾳ τῆς πίστεως εἷς οἶκος ἁπανταχῇ τυγχάνουσιν.

Vers. 5. *Beati, qui habitant in domo tua.* Concupivit quidem beatus David introire in aulas Domini, quas diximus, et tamen procul ab eis constitit (mentis oculis tantum cernens), quod reliquum est igitur illos appellat beatos qui illic habitaturi erant. Per domum enim Dei, has ipsas aulas, Christi nimirum ecclesias intelligere debemus. Indifferenter autem singulari numero, et pluralii usus est ; quoniam si loca respicias, ecclesiæ numero plures sunt : si religionem et fidei communicationem, omnia quæ ubique locorum sunt templa, unam constituunt fidelium Ecclesiam.

Εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων αἰνέσουσι. Διὰ παντὸς ἀκατάπαυστον ἕξουσι τὴν σὴν ὑμνῳδίαν.

In sæcula sæculorum laudabunt te. Semper ac perpetuo laudes tuas in ore habebunt.

Μακάριος ἀνὴρ ᾧ ἐστιν ἀντίληψις αὐτῷ παρὰ σοῦ. Μακάριος ἐκεῖνος, ᾧτινι αὐτῷ ἐστι βοήθεια ἀπὸ σοῦ. Περὶ δὲ τοῦ σχήματος τούτου εἴρηται ἐν τῷ ψαλμῷ θ', εἰς τό· *Οὗ ἀρᾶς τὸ στόμα αὐτοῦ γέμει.*

Vers. 6. *Beatus vir, cui est auxilium ei abs te.* In hoc versiculo idioma quoddam Hebraicum est, illi simile, quod vidimus in psalmo IX, ibi : *Cujus maledictione os ejus plenum est ;* ubi vide.

Ἀναβὰς ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ διέθετο. Ὁ τοιοῦτος ἄνθρωπος ἀναβάσεις ἀπὸ τῶν γηΐνων ἐπὶ τὰ οὐράνια, καὶ ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν ἐπὶ τὰ νοητὰ, καὶ ἀπὸ τῶν χειρόνων ἐπὶ τὰ κρείττονα, ἐν ἑαυτῷ διεμηχανήσατο, διενοήσατο, κατεσκεύασεν. Εἶεν δ' ἂν αὐτὰ οἱ ἀγαθοὶ λογισμοὶ, δι' ὧν ἄνεισί τις, ὡς διὰ κλίμακος, ἐπὶ τὰ ὑψηλὰ καὶ θεῖα. Μακάριος, φησὶν, ὁ τὴν σὴν ἔχων ἀντίληψιν. Ἔχει δὲ ταύτην πᾶς ὁ ἀναβάσεις ἐν τῇ καρδίᾳ διατιθέμενος.

Ascensiones in corde suo disposuit. Talis, inquam, C homo excogitavit intra se gradus, atque ascensus quosdam a sensibilibus ad intellectualia, a pejoribus ad meliora. Sunt autem istæ ascensiones, bonæ quædam cogitationes, per quas veluti per scalam gradatim ad alta et divina dona conscendimus. Beatus itaque, inquit, ille est, qui auxilio tuo se potest juvare. Illi autem auxilium tuum præsto fuerit, qui ascensiones istas in suo corde disposuerit.

Εἰς τὴν κοιλάδα τοῦ κλαυθμῶνος. Διέθετο ταύτας ἐν ἑαυτῷ τὰς ἀναβάσεις, ὧν ἐν τῷ τόπῳ τοῦ κλαυθμῶνος· εἴρηται δὲ κοιλὰς κλαυθμῶνος ἀπὸ μεταφορᾶς τοῦ τόπου, ἐν ᾧ πάλαι τὴν παρανομίαν τῶν Ἑβραίων ἐλέγξας ὁ Θεὸς, εἰς κλαυθμὸν τὸν λαὸν ἐκίνησε· διὸ καὶ *Κοιλὰς κλαυθμῶνος* ὁ τόπος ἐκεῖνος ἐκλήθη. Κοιλὰς δὲ τὸ κοῖλον καὶ ταπεινόν· ἐν ταπεινώσει δὲ γίνεται ἡ μετάνοια, ἣν ἀναγωγικῶς δηλοῖ. Καὶ γὰρ τόπος κλαυθμῶνος, ἀναγωγικῶς ἡ μετάνοια.

In valle lacrymarum. Disposuit autem in seipso hujusmodi ascensiones, exsistens in loco lacrymarum. Vallis autem lacrymarum, seu vallis fletus, metaphorice dicta est ab illo loco, ubi olim Deus Hebræorum iniquitates redarguens, populum commovit ad fletum : unde *Vallis fletus* appellatus est D locus ille. Et quia cujuscunque vallis situs humilitatem præ se fert, docemur quod enm humilitate agenda est omnis pœnitentia. De pœnitentibus enim loquitur Propheta eos beatificans qui in valle lacrymarum ascensiones disposuerint in corde. Nam juxta anagogen idem nobis significat vallis fletus, quod pœnitentiæ locus.

Εἰς τόπον, ὃν ἔθετο. Ὧν ἐν τῇ κοιλάδι τοῦ κλαυθμῶνος· δηλαδὴ ἐν τόπῳ, ὃν ἔθετο ἑαυτῷ, ἢ ὃν εἵλετο.

In loco, quem posuit. Exsistens in valle fletus, atque in loco quem sibi ipsi posuit, hoc est, in loco quem elegit.

Καὶ γὰρ εὐλογίας δώσει ὁ νομοθετῶν. Μακάριοι, φησὶν, οἱ ῥηθέντες· καὶ γὰρ καὶ ὁ Χριστὸς ὁ

Vers. 8. *Etenim benedictiones dabit legislator.* Beati illi, inquit, sunt quos prædiximus. Nam et

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

Christus, qui hanc nobis legem dedit, evangelicis etiam mandatis suis benedictiones eis dabit, quemadmodum apud Matthæum et Lucam legimus.

Ibunt de virtute in virtutem. Ex humilitate ad luctum, ex luctu ad compunctionem, atque hoc pacto ex una in aliam virtutem, summo cum profectu, ad sublime virtutum culmen ascendent. Virtus autem ideo dicta est, quia viribus potentiorem illum hominem reddit, qui eam amplectitur. (Vires autem cum dico, non corporis tantum, sed animi etiam facultates intelligo.) Possumus et aliter dicere, quod ibunt ab oratione ad lectionem sacrarum Litterarum, et ab hujusmodi lectione, ad imperfectorum quorumlibet admonitionem, atque exhortationem : item ab exhortatione, ad gratiarum actiones, atque ad laudem Dei. Et aliter, a virtute donorum Dei, quæ hic in terra nobis regno tribuentur.

A νομοθετῶν τὰ τοιαῦτα διὰ τῶν εὐαγγελικῶν ἐντολῶν εὐλογίας αὐτοῖς δώσει. Εἶεν δ' ἂν αὗται οἱ διάφοροι μακαρισμοί.

Πορεύσονται ἐκ δυνάμεως εἰς δύναμιν. Ἐξ ἀρετῆς εἰς ἀρετήν· οἷον ἐκ ταπεινοφροσύνης εἰς πένθος, ἐκ δὲ πένθους εἰς κατάνυξιν, καὶ οὕτως ἐκ ταύτης εἰς ἐκείνην προκόπτοντες, ἀναβήσονται πρὸς τὴν ἀκρώρειαν. Δύναμιν δὲ τὴν ἀρετὴν ἐκάλεσεν, ὡς ἰσχυροποιοῦσαν τὸν μετιόντα αὐτήν· ἔστι δὲ καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ὅτι πορεύσονται ἀπὸ προσευχῆς εἰς ἀνάγνωσιν τῶν θείων λογίων, καὶ ἀπὸ ἀναγνώσεως εἰς παραίνεσιν τῶν ἀσθενεστέρων, καὶ ἀπὸ παραινέσεως εἰς εὐχαριστίαν τῶν θείων λογίων καὶ ὑμνῳδίαν Θεοῦ. Καὶ ἄλλως πάλιν ἀπὸ δυνάμεως τῶν ἐντεῦθα χαρισμάτων εἰς τὴν δύναμιν τῆς βασιλείας B τῶν οὐρανῶν.

præstantur, ad eorum virtutem, quæ in cœlorum

Videbitur Deus deorum in Sion. Prophetia hic continetur de Incarnatione Salvatoris, qui in Sion ortus est, juxta illud : *Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, annuntians præceptum ejus* [10]. Deum autem deorum ea ratione appellavit, quam diximus in principio psalmi XLIX.

Ὀφθήσεται ὁ Θεὸς τῶν θεῶν ἐν Σιών. Τοῦτο πρόρρησις τῆς τοῦ Σωτῆρος ἐνανθρωπήσεως· ἐν Σιὼν γὰρ ἀνέτειλε, κατὰ τό· *Ἐγὼ κατεστάθην βασιλεὺς ὑπ' αὐτῷ ἐπὶ Σιὼν ὄρος τὸ ἅγιον αὐτοῦ, διαγγέλλων τὸ πρόσταγμα Κυρίου.* Θεὸν δὲ τῶν θεῶν ἐκάλεσεν αὐτὸν, ὡς ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ μθ' ψαλμοῦ προεξηγησάμεθα.

VERS. 9. *Domine Deus, exaudi orationem meam, auribus percipe, Deus Jacob.* Idem est dicere, *Deum virtutum, quod Dominum virtutum*, de quo in principio diximus præsentis psalmi. Per orationem autem eas preces intelligit, quas in progressu dicturus est. Deus, etiam Jacob pro Deus, qui olim luctans, in figura hominis apparuisti Jacob.

Κύριε ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων, εἰσάκουσον τῆς προσευχῆς μου, ἐνώτισαι, ὁ Θεὸς Ἰακώβ. Ταὐτὸν εἰπεῖν, *Ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων* καὶ *Κύριε τῶν δυνάμεων*, περὶ οὗ ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ παρόντος εἴρηται ψαλμοῦ. Προσευχὴν δὲ λέγει τὴν παράκλησιν, C ἣν μέλλει προσαγαγεῖν προῒών. *Ὁ δὲ Θεὸς Ἰακώβ*, ἀντὶ τοῦ, Ὃ καὶ τῷ Ἰακὼβ πάλαι ὀφθεὶς, ἐν ἀνθρώπου σχήματι, ἐπὶ τῇ πάλῃ.

VERS. 10. *Protector noster aspice, Deus, et respice in faciem Christi tui.* Hæc est illa oratio, quam exaudiri postulavit. Per Christum autem hoc in loco quemcunque Christianum intelligit, qui in Christo baptizatus sit, et Christum induerit : de quo in fine Proœmii præsentis operis dictum est.

Ὑπερασπιστὰ ἡμῶν, ἴδε, ὁ Θεός· ἐπίβλεψον εἰς τὸ πρόσωπον τοῦ Χριστοῦ σου. Τοῦτο ἡ προσευχή. Χριστὸν δὲ λέγει πάντα Χριστιανόν· ὅσοι γὰρ εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθησαν, Χριστὸν ἐνεδύθησαν. Εἴρηται δὲ περὶ τούτου καὶ ἐν τῷ προοιμίῳ τῆς βίβλου τῶν Ψαλμῶν.

VERS. 11. *Quia melior est dies una in aulis super millia.* De divinis aulis paulo superius dictum est. Melior est autem una hujusmodi dies super millia aliorum dierum, qui alibi quam in tua aula agantur, dictio autem, *Quia*, confirmantis est hoc in loco, pro Vere.

Ὅτι κρείσσων ἡμέρα μία ἐν ταῖς αὐλαῖς σου ὑπὲρ χιλιάδας. Περὶ τῶν θείων αὐλῶν ἐλέχθη μικρὸν ἀνωτέρω. Ὑπὲρ χιλιάδας δὲ ἡμερῶν τὰς ἐν ἑτέροις τόποις ἐνιέρους. Τὸ δὲ, *Ὅτι*, βεβαιωτικόν.

D

Elegi abjectus esse in domo Dei mei magis, quam habitare in tabernaculis peccatorum. Idem rursus repetit, sed manifestius. Tu vero mecum considera quanto divinæ domus amore ac desiderio teneretur, is qui abjectus esse malebat in domo Dei, ob eam nimirum sanctificationem, quæ illic perpetuo adest, quam deliciose cum peccatoribus habitare.

Ἐξελεξάμην παραῤῥιπτεῖσθαι ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ μᾶλλον ἢ οἰκεῖν με ἐν σκηνώμασιν ἁμαρτωλῶν. Τὸ αὐτὸ πάλιν φησὶ, πλὴν φανερώτερον. Ὅρα δὲ ὅσον ἠγάπα τὸν θεῖον οἶκον, ὃ τὸ παραῤῥιπτεῖσθαι ὡς ἔτυχε, τοῦ οἰκεῖν ἁβρῶς ἐν ἁμαρτωλοῖς αἱρετώτερον ἔκρινε διὰ τὸν ἐκεῖθεν ἁγιασμόν.

VERS. 12. *Quoniam misericordiam, et veritatem diligit Dominus Deus.* Admiscet Propheta in hoc psalmo admonitiones, atque ad activam nos, et contemplativam vitam hortatur, dicens, quod

Ὅτι ἔλεος καὶ ἀλήθειαν ἀγαπᾷ Κύριος. Ἐγκαταμίγνυσι τῷ ψαλμῷ καὶ νουθεσίαν προτρεπτικὴν εἰς πρακτικὴν ἀρετὴν καὶ θεωρητικήν· λέγων ὅτι ὁ Θεὸς ἀγαπᾷ τὴν ἐλεημοσύνην καὶ τὴν ἀλή-

[10] Psal. II, 6.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

θειαν· ἔστι δὲ τῆς μὲν πρακτικῆς ἡ ἐλεημοσύνη, τῆς δὲ θεωρητικῆς ἡ ἀλήθεια· εἰ δὲ ταύτας ἀγαπᾷ, δῆλον ὅτι πάντως καὶ τοὺς μετιόντας αὐτὰς, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς αὐτοέλεός ἐστι, καὶ αὐτοαλήθεια. Τὸ δὲ Ὅτι, διηγηματικόν ἐστι καὶ παρέλκον, καὶ ἰδιωματικόν. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλως εἰπεῖν, ὅτι ὁ Χριστὸς, ἐλεῶν ἡμᾶς, ἐνηνθρώπησε, καὶ ἀληθὲς ἐκήρυξεν Εὐαγγέλιον.

A Deus diligit misericordiam et veritatem. Misericordia autem ad activam, et veritas ad contemplativam vitam pertinet. Quod si istas Deus diligit virtutes, necessario eos amabit, qui hujusmodi virtutes amplectuntur : quia Deus est ipsa misericordia, et ipsa veritas. Dictio autem, *Quoniam*, narrantis in morem posita est, et abundat, ut sæpe diximus, more Hebraici idiomatis. Possumus et aliter dicere, quod Christus nostri misertus est, et verum nobis Evangelium prædicavit.

Χάριν καὶ δόξαν δώσει. Χάριν ἀφέσεως ἁμαρτιῶν, ὡς τῇ πόρνῃ, καὶ πολλοῖς ἄλλοις. Ἢ θαυμάτων, ὡς τοῖς ἀποστόλοις καὶ τοῖς λοιποῖς ἁγίοις. Δόξαν δὲ, καὶ τὴν παρ' ἀνθρώπων, καὶ τὴν ἐν οὐρανοῖς. Ἢ χάριν μὲν τὴν τῆς θεώσεως, δόξαν δὲ τὴν τῆς βασιλείας αὐτοῦ.

Gratiam et gloriam dabit. Gratiam remissionis peccatorum, veluti dedit meretrici, et aliis multis. Vel, gratiam miraculorum dabit, qualem apostolis præstitit, et cæteris sanctis. Gloriam vero, et eam quæ est ab hominibus, et eam quæ in cœlo est, B vel deificationis gloriam, ut Dei scilicet efficiamur, et gloriam cœlestis regni adipiscamur.

Κύριος οὐ στερήσει τὰ ἀγαθὰ τοῖς πορευομένοις ἐν ἀκακίᾳ. Τινὲς καθ' ὑπερβατὸν τὸ ῥητὸν συντάσσουσιν, οἷον· χάριν καὶ δόξαν δώσει τοῖς πορευομένοις ἐν ἀκακίᾳ. Εἶτα Κύριος οὐ στερήσει αὐτοὺς τῶν ἀγαθῶν τῶν ἐν οὐρανοῖς. Ἀδιάφορος δὲ καὶ ἡ σύνταξις, τοῦ *Στερήσει*. Ὃ σημαίνει τὸ Κωλύσει. Τινὲς δὲ σύνταξιν ἀντὶ συντάξεως φασὶ· *Κύριος οὐ στερήσει τῶν ἀγαθῶν τοὺς πορευομένους ἐν ἀκακίᾳ*, εἴτουν ἐν ἀποχῇ τῶν κακῶν.

Vers. 13. *Dominus non privabit bonis eos qui ambulant in innocentia.* Quidam per figuram hyperbaton construunt hunc versiculum, videlicet : Dominus dabit gratiam et gloriam, iis qui ambulant in innocentia; deinde Dominus non privabit eos cœlestibus bonis. Et quia Græca lectio indifferentem continet constructionem. (Habetur enim in Græco : Κύριος οὐ στερήσει τὰ ἀγαθὰ τοῖς πορευομένοις ἐν ἀκακίᾳ, quod ad litteram dicere possumus : *Dominus non privabit bona iis qui ambulant in innocentia.*) Dic quod dictio, *Privabit*, sic posita, accipitur pro Prohibebit. Quidam vero dicunt casus in constructione fuisse immutatos, et positum : *Non privabit bona, iis qui ambulant in innocentia;* pro *Non privabit eos bonis.* Innocentiam autem hoc in loco pro abstinentia vitiorum posuit. (Considera etiam ne fortassis verbum ἀποστρεῶ, hoc est, verbum *Privo*, eodem modo construatur, quo verbum *Aufero;* quod aliquando cum dativo jungitur et accusativo, veluti : Aufero tibi eam rem, sicuti reperimus apud Aristidem : Abstulit ei ægritudinem. Item apud Philostratum : Cum fortuna ei magnum præmium abstulisset.)

Κύριε ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων, μακάριος ὁ ἄνθρωπος ὁ ἐλπίζων ἐπὶ σέ. Ἐν τῷ λγ' ψαλμῷ εἴρηται· *Μακάριος ἀνὴρ ὃς ἐλπίζει ἐπ' αὐτόν.* Ἐλπίζει δὲ ὁ πάντων καταφρονήσας τῶν βιωτικῶν, καὶ τῷ Θεῷ μόνῳ προσανέσχων. Ἑβραῖοι δὲ καὶ τὸν παρόντα ψαλμὸν τῷ ἐν Βαβυλῶνι δορυαλώτῳ λαῷ ἀνατιθέασιν, ἐπιθυμοῦντι τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις ναοῦ, καὶ μακαρίζοντι τοὺς κατοικοῦντας ἐν αὐτῷ, καὶ προτιμῶντι μίαν ἡμέραν τῆς ἐν αὐτῷ διατριβῆς ὑπὲρ χιλιάδας ἡμερῶν τὰς ἐν ἄλλοις. Οὐ δύνανται δὲ διόλου συμβιβάσαι τὴν ἑρμηνείαν αὐτοῦ. Τὸ γὰρ, *Εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων αἰνέσουσί σε*, προσίσταται. Κατελύθη δὲ καὶ ὁ ναὸς καὶ ὁ ἐν αὐτῷ αἶνος· καὶ τὸ, *Εἰς τὴν κοιλάδα τοῦ κλαυθμῶνος*, ἀνακόλουθον αὐτοῖς, καὶ ἄλλα τινά. Καὶ γὰρ καὶ ἡ ἐπιγραφὴ πρὸ τῶν ἄλλων ἐμποδίζει, *Ληνῶν* πληθυντικῶς μνημονεύουσα· πανταχοῦ δὲ ληνὸν ἡ Παλαιὰ τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις λέγει ναὸν, καὶ σκήνωμα· καὶ οὐ σκηνώματα.

C *Domine Deus virtutum, beatus homo, qui sperat in te.* In psalmo etiam LIII legimus : *Beatus vir, qui sperat in eo.* Ille autem sperare dicitur in Deo, qui mundana omnia despicit, et ab eo solo dependet. Hebræi vero hunc psalmum dicunt ad captivum in Babylone populum pertinere, qui ad Hierosolymitanum templum accedere optabat, et beatos eos omnes dicebat, qui illic degerent. Qui etiam populus in illo templo, vel unica tantum die commorari maluisset, quam alibi vel longissimo temporis intervallo. Verum non possunt per omnia hujusmodi expositionem suo accommodare proposito, cum illa eis verba adversentur : *In sæcula sæculorum laudabunt te.* Nam et templum, et laudes, quæ in eo templo Deo dicebantur, abierunt D omnia. Et verba illa : *In valle lacrymarum*, nullam juxta eorum expositionem haberent consequentiam. Et multa alia præterea erunt dissona. Nam et ipsa in primis inscriptio adversatur, quæ *Torcularia* plurali numero appellat, cum passim in Veteri Testamento, templum Hierosolymitanum, *Torcular*, singulari numero, aut *Tabernaculum* appellatum sit, et non torcularia, aut tabernacula.

Εἰς τὸ τέλος τοῖς υἱοῖς Κορέ, ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

In finem filiis Core, psalmus David.

ΨΑΛΜΟΣ ΠΔ'.

PSALMUS LXXXIV.

Εἰς τὸ τέλος καὶ οὗτος διὰ τὸ τέλος τῶν ἐν τούτῳ προφητειῶν. Προαγορεύει γὰρ τυπικῶς μὲν τὰ τῆς ἐλευθερίας τῶν ἐν Βαβυλῶνι αἰχμαλώτων,

In finem etiam inscribitur hic psalmus, ob prophetias in eo contentas, quæ ad finem tendebant. Et in figura quidem ea prædicit, quæ ad populi

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

captivi in Babylone libertatem pertinebant, revera autem de gentibus pertractat, quæ sub idolorum servitute captivæ tenebantur, et quas ab hujusmodi jugo liberandas prædicit.

A ἀληθινῶς δὲ τὰ τῆς ἐλευθερίας τῶν ἐν εἰδωλολατρείᾳ αἰχμαλώτων, καὶ τὴν ἐντεῦθεν ἀπαλλαγήν.

Vers. 2. *Benedixisti, Domine, terram tuam.* Hæc quæ diximus mentis oculis prævidens Propheta Deum ipsum alloquitur dicens : *Benedixisti, Domine, terram tuam*, seu (ut verius in Græca lectione habetur) : *Bona voluisti, Domine, terræ tuæ.* Habetur enim in Græco verbum, εὐδόκησας, unde εὐδοκία quæ *beneplacitum* dicitur, seu *bona voluntas.* In Græca tamen lectione constructio indifferens est. *Terræ autem tuæ* dicit, quia *Domini est terra* [11], etc. Bona igitur nunc voluisti terræ tuæ. Nam olim ob primi parentis transgressum, bona ei non volebas, sed mala : *Maledicta*, inquiens, *terra in operibus suis* [12]; at nunc ob novi nostri Adam obedientiam, in gratiam tuam restituta est : quinimo olim tua tantum erat creatura, nunc etiam possessio tua facta est. Et hunc quidem sensum] fideles omnes sequuntur. Judæi vero per terram Dei, ipsam tantum intelligunt Judæam, veluti quæ populo Dei fuit destinata : cui ideo bene voluisse Deum dicunt, quia post captivitatem rursum eam habitari concessit.

Εὐδόκησας, Κύριε, τὴν γῆν σου. Ταῦτα προεωρακὼς ὁ Προφήτης, προαναφωνεῖ τῷ Θεῷ, ὅτι Ἠγαθὰ ἠθέλησας τῇ γῇ σου · εὐδοκία γὰρ ἡ ἀγαθοθέλεια. Ἀδιάφορος δὲ ἡ σύνταξις τοῦ, *Ἠθέλησας.* Τὴν γῆν σου δὲ, ὅτι *Τοῦ Κυρίου*, φησὶν, ἡ γῆ. Πρώην μὲν γὰρ, διὰ τὴν τοῦ πρώτου Ἀδὰμ παρακοὴν, πονηρὰ αὐτῇ ἠθέλησεν · *Ἐπικατάρατος* γὰρ, φησὶν, *ἡ γῆ ἐν τοῖς ἔργοις σου* · Νῦν δὲ τοὐναντίον, διὰ τὴν τοῦ νέου Ἀδὰμ ὑπακοήν. Καὶ πρότερον μὲν κτίσμα Θεοῦ ἦν, ὕστερον δὲ καὶ κτῆμα αὐτοῦ ἐγένετο. Ἀλλ' οὕτω μὲν καθ' ἡμᾶς. Καθ' Ἑβραίους δὲ γῆν Θεοῦ νοήσεις ἰδικῶς τὴν Ἰουδαίαν, ὡς ἀφωρισμένην τῷ λαῷ αὐτοῦ, ἧς εὐδοκίαν φασὶ τὸν ἐσαῦθις ἐνοικισμόν.

B

Avertisti captivitatem Jacob. Quæ futura erant ponit, ut facta, prophetiæ lege : Avertisti, inquit, captivum populum Jacob a tyrannide qua premebatur. Per Jacob vero, ut jam sæpe diximus, Christianum populum intelligit.

Ἀπέστρεψας τὴν αἰχμαλωσίαν Ἰακώβ. Ὡς ἤδη γεγονότα ἐκτίθεται τὰ μέλλοντα νόμῳ προφητείας. Ἀπέστρεψας, φησὶ, τὸν αἰχμάλωτον λαὸν τοῦ Ἰακὼβ ἀπὸ τῆς κατεχούσης αὐτὸν τυραννίδος · Ἰακὼβ δὲ ὁ Χριστιανικὸς εἴρηται λαὸς, καθὼς διαφόρως εἴρηται.

Vers. 3. *Remisisti iniquitatem populo tuo : operuisti omnia peccata eorum.* Hunc populum Propheta alibi in psalmo LI beatum appellavit dicens : *Beati quorum remissæ sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata.* Remisit enim nobis per pœnitentiam nostras iniquitates, et sacris baptismi aquis peccata nostra contexit. Hebræi vero dicunt quod remisit Deus iniquitates, ob quas acti fuerant in captivitatem, et quod operuit eorum peccata in profundo veritatis. Populus autem Domini non solum antiquus ille Israeliticus populus appellatur, juxta rationem redditam in psalmo LXXX, sed etiam novus Christianorum, ut diximus in primo versiculo psalmi LXXVI.

C

Ἄφῆκας τὰς ἀνομίας τῷ λαῷ σου · ἐκάλυψας πάσας τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν. Τοῦτον τὸν λαὸν καὶ ἐν τῷ λβ' ψαλμῷ ἐμακάρισεν, εἰπών · *Μακάριοι ὧν ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι, καὶ ὧν ἀπεκαλύφθησαν αἱ ἁμαρτίαι.* Ἄφῆκε γὰρ ἡμῖν τὰς ἀνομίας αὐτῶν διὰ τὴν μετάνοιαν, καὶ ἐκάλυψε τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν τοῖς ἱεροῖς ὕδασι τοῦ θείου βαπτίσματος. Καθ' Ἑβραίους δὲ παρεῖδε τὰς ἀνομίας, δι' ἃς ᾐχμαλωτίσθησαν, καὶ ἐκάλυψε τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν τῷ βυθῷ τῆς λήθης. Λαὸς δὲ αὐτοῦ ὁ μὲν πλαιὸς, κατὰ τὴν χρῆσιν ἣν παρηγάγομεν ἐν τῷ π' ψαλμῷ· ὁ δὲ νέος, καθὼς ἀποδεδώκαμεν ἐν τῷ α' στίχῳ τοῦ ος' ψαλμοῦ.

Vers. 4. *Sedasti omnem iram tuam.* Quam antea habebas propter hujusmodi nostras iniquitates, et peccata.

Κατέπαυσας πᾶσαν τὴν ὀργήν σου. Τὴν ἐπὶ ταῖς τοιαύταις ἀνομίαις καὶ ἁμαρτίαις.

Avertisti ab ira indignationis tuæ. Quid sit *ira indignationis* (seu potius, ut in Græco habetur, *ira excandescentiæ*) vidimus in psalmo LXXVII. *Avertisti* autem pro Declinasti, ab indignatione nimirum, atque ita ad hilaritatem et benevolentiam pertransisti.

D *Ἀπέστρεψας ἀπὸ ὀργῆς θυμοῦ σου.* Τί μέν ἐστιν ὀργὴ θυμοῦ, εἰρήκαμεν ἐν τῷ ος' ψαλμῷ · *ἀπέστρεψας* δὲ, ἀντὶ τοῦ Μετεκλήθης· ἀνεχώρησας ἀπὸ θυμοῦ ἐπὶ ἱλαρότητα, καὶ εὐμένειαν.

Vers. 5. *Converte nos, Deus salutarium nostrorum, et averte iram tuam a nobis.* Deinceps ex populi persona sermonem facit, vel etiam seipsum Propheta cum eis annumerat supplicans, ut petita superius consequantur. Quid autem significent illa verba : *Deus salutarium nostrorum*, di-

Ἐπίστρεψον ἡμᾶς, ὁ Θεὸς τῶν σωτηρίων ἡμῶν, καὶ ἀπόστρεψον τὸν θυμόν σου ἀφ' ἡμῶν. Λοιπὸν προσώπῳ τοῦ λαοῦ ποιεῖται τοὺς λόγους. Ἢ καὶ ἐγκαταλέγων ἑαυτὸν αὐτοῖς, ἱκετεύει τυχεῖν αὐτοὺς ὧν εἴρηκε. Περὶ δὲ τοῦ, *Ὁ Θεὸς τῶν σωτηρίων ἡμῶν*, εἴρηται ἐν τῷ ξζ' ψαλμῷ. Ἐπίστρε-

[11] Psal. xxiii, 1. [12] Gen. iii, 17.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ζον δὲ ἡμᾶς ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας πρὸς τὴν προτέραν εὐγένειαν.

ctum est in psalmo LXVII. Converte autem nos a captivitate in pristinam dignitatem.

Μὴ εἰς τοὺς αἰῶνας ὀργισθῇς ἡμῖν. Ἐνταῦθα τὸ, *Εἰς τοὺς αἰῶνας*, ἀντὶ τοῦ, Μὴ αἰώνια, μὴ μακρά. Τινὲς δὲ οὐ κατ' ἐρώτησιν ταῦτα ἀναγινώσκουσιν, ἀλλ' ἠθικῶς· Μὴ εἰς τοὺς αἰῶνας ὀργισθῇς ἡμῖν.

VERS. 6. *Numquid in sæcula irasceris? — In sæcula* hic posuit, pro Perpetuo, seu pro: Numquid diu irasceris? Quidam autem non per interrogationem hoc dictum esse intelligunt, et dictionem μὴ, quæ habetur in Græca lectione exponunt, ut recte etiam exponi potest, pro ne, ut sit sensus: Ne in perpetuum nobis irascaris.

Ἢ διατενεῖς τὴν ὀργήν σου ἀπὸ γενεᾶς εἰς γενεάν; Τὸ αὐτὸ πάλιν φησίν. *Εἰς γενεὰν* δὲ, ἀντὶ τοῦ, Ἕως γενεᾶς ἄλλης. Εἴρηται δὲ περὶ τούτου ἐν τῷ θ' ψαλμῷ. *Διατενεῖς* δὲ, ἀντὶ τοῦ, Παρατενεῖς.

Aut extendes iram tuam a generatione in generationem? Idem rursus repetit. *In generationem* autem dixit, pro usque ad aliam generationem; de quo in IX psalmo dictum est, et *Extendes*, pro Protendes.

Ὁ Θεὸς, σὺ ἐπιστρέψας ζωώσεις ἡμᾶς. Ἐπιστρέψας ἡμᾶς οὐ μόνον ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν ἁμαρτημάτων. Ἢ καὶ, Ἐπιστρέψας σὺ πρὸς ἡμᾶς, οὓς ἀπεστράφης. *Ζωώσεις* δὲ, ἀντὶ τοῦ, Ζωώσαις πρὸς ἀρετὴν, νενεκρωμένους ἤδη πρὸς ἐργασίαν αὐτῆς.

VERS. 7. *Deus, tu convertens vivificabis nos.* Convertens nos nimirum a captivitate ad libertatem, atque a vitiis ad virtutes; vel (quia Græca dictio ἐπιστρέψας in utroque potest sensu accipi, et legi etiam potest: *Deus tu conversus*) dicamus, Deus tu conversus ad nos; antea enim aversus eras a nobis. *Vivificabis*, hoc est, vivos nos reddes ad opera virtutum. Nam antea ad ea pene mortui eramus.

Καὶ ὁ λαός μου εὐφρανθήσεται ἐπὶ σοί. Τυχὼν ἐπιστροφῆς τοιαύτης.

Et populus tuus lætabitur in te. Hujusmodi scilicet conversionem consecutus.

Δεῖξον ἡμῖν, Κύριε, τὸ ἔλεός σου, καὶ τὸ σωτήριόν σου δῴης ἡμῖν. Τὰ ἐντεῦθεν περὶ τοῦ Χριστοῦ διαλαμβάνουσι. Παρακαλεῖ γὰρ ὁ Προφήτης τὸν Πατέρα προσώπῳ τοῦ λαοῦ, τοῦ μέλλοντος πιστεῦσαι, φανῆναι τὸν Χριστόν· τοῦτον γὰρ καλεῖ ἔλεος Θεοῦ, καὶ σωτήριον Θεοῦ· ὅτι, ἐλεήσας ἡμᾶς, ἐνηνθρώπησεν, ἵνα σώσῃ ἡμᾶς, καὶ ὅτι ἐλεήμων ἐστὶ, καὶ Σωτήρ· Ἔλεος δέ σου καὶ σωτήριόν σου· οἷον ὅτι τὸ ἔλεος τὸ παρὰ σοῦ· καὶ τὸ σωτήριον τὸ παρὰ σοῦ τοῦ Πατρός. Δώσεις δὲ ἡμῖν, ὅτι *Παιδίον*, φησὶν, *ἐγεννήθη ἡμῖν, καὶ υἱὸς ἐδόθη ἡμῖν.*

VERS. 8. *Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam, et salutare tuum da nobis.* Hæc et quæ sequuntur de Christo intelligenda sunt. Rogat enim Propheta Deum Patrem ex fidelis populi persona, ut Christus, quem et misericordiam Dei, et Dei salutare appellat, sibi ostendatur. Misericordiam autem et salutare ideo eum appellavit, quia misericordia motus est, ut carnem assumeret, et nos salvaret. Unde et misericors, et Salvator merito appellatur. Misericordiam vero tuam, Deus, et salutare tuum hunc dicimus, quia misericordiam illam, et salutare illud petimus, quod a te est. Ad Patrem enim loquitur Propheta. Tu vero illud nobis dabis, quod petimus, ita ut aliquando canere possimus cum Propheta: *Puer natus est nobis, et filius datus est nobis* [13].

Ἀκούσομαι τί λαλήσει ἐν ἐμοὶ Κύριος ὁ Θεός. Αἰσθόμενος ἐπιπνοίας θείας ὁ Προφήτης, παρασκευάζει ἑαυτὸν εἰς τὸ ἀκοῦσαι. *Ἐν ἐμοὶ* δὲ εἶπε, δεικνὺς ὅτι οὐκ ἔξω λαλήσει, ἀλλ' ἔνδον, εἰς τὰ ὦτα τῆς ψυχῆς.

VERS. 9. *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus.* Divinam Propheta spirationem atque auram in se adventaturam sentiens, ad audiendum præparatur. Quod ait: *Quid loquatur in me*, dictum est ut ostenderet, quod Deus non in exteriores corporis, sed in interiores animæ aures loquturus erat.

Ὅτι λαλήσει εἰρήνην ἐπὶ τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τοὺς ὁσίους αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τοὺς ἐπιστρέφοντας καρδίαν ἐπ' αὐτόν. Ἀκούσομαι δὲ, φησὶν, ὅ τι λαλήσει. Διότι λαλήσει πάντως εἴτουν εὐαγγελίσεται εἰρήνην ἐπὶ τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ ὄντως ὁ λαὸς αὐτοῦ εἰρήνην ἔχει πάντοτε πρός τε τὸν Θεὸν καὶ πρὸς ἑαυτὸν, ὥσπερ αὖθις μάχην πρὸς τοὺς ἐχθροὺς τοῦ Θεοῦ, τόν τε δαίμονα καὶ τοὺς τοῦ δαίμονος. Τοὺς αὐτοὺς δὲ ἐκάλεσε λαὸν Θεοῦ, καὶ ὁσίους, τουτέστιν, ἀφωσιωμένους αὐτῷ καὶ ἐπιστρέφοντας ἐπ' αὐτὸν τὴν ἑαυτῶν καρδίαν, ἤγουν τὴν

Et super sanctos suos, et in eos, qui convertunt corda sua ad eum. Audiam, inquit, quid loquetur. Omnino enim loquetur Deus, atque evangelizabit pacem populo suo. Et vere quidem populus Dei et secum ipse, et cum Deo semper pacem habet, sicuti contra, idem populus semper pugnam ac bellum habet cum dæmone, et cum universis qui dæmonis amici, aut Deo inimici sunt. Eosdem autem fideles et populum Dei appellavit, et sanctos, hoc est, sanctificatos, ac

[13] Isa. IX, 6.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

dicates Deo, et convertentes corda sua, hoc est, animas suas ad eum; vel a corde totum hominem significavit, veluti a parte totum.

A ψυχήν· ἢ ἀπὸ τῆς καρδίας ὅλους ἐσήμανεν, ὡς ἀπὸ μέρους τὸ πᾶν.

VERS. 10. *Verumtamen prope timentes eum salutare ipsius.* Hoc illud est, quod in se Propheta Deum loqui audivit. Dictio autem, *Verumtamen*, superflua est in hoc loco, vel accipitur pro Vere. Erit, inquit, salutare ipsius Dei prope eos qui Deum timent; et sensus est, quod simul ac fuerint aliqui timentes eum, qui fideles nimirum futuri erant, tunc prope eos erit Christus, hoc est, statim tunc adveniet.

Πλὴν ἐγγὺς τῶν φοβουμένων αὐτὸν, τὸ σωτήριον αὐτοῦ. Τοῦτό ἐστιν ὃ ἤκουσεν, ἐν ἑαυτῷ λαληθέν. Τὸ δὲ, *Πλὴν*, περιττὸν, ἢ ἀντὶ τοῦ Ὄντως. Ἐγγὺς, φησὶ, τῶν φοβουμένων αὐτὸν ἔσται τὸ σωτήριον αὐτοῦ. Ἔστι δὲ ὁ νοῦς τοῦ ῥητοῦ τοιοῦτος· ὅτι ὅταν ὥσί τινες φοβούμενοι αὐτὸν, καὶ μέλλωσι πιστεῦσαι, τότε ἐγγὺς αὐτῶν ἐστιν ὁ Χριστὸς, καὶ εὐθὺς φανήσεται.

Ut inhabitet gloria in terra nostra. (Quod in Græco legimus, τοῦ κατασκηνῶσαι, exponi potest, ut exposuit Latinus interpres. Vel etiam: *Ut inhabitare faciat gloriam* quæ lectiones tamen eodem tendunt.) Prope igitur erit Christus, ut inhabitare faciat gloriam, gratiam et honorem, in terra Jerusalem, vel quia ipse ille erat gloria, qui *caro factus est, et habitavit in nobis* [15], vel quia post Salvatoris incarnationem, usque in hodiernum diem, terra illa Jerusalem nobilis, honorata et omnibus desiderabilis facta est.

Τοῦ κατασκηνῶσαι δόξαν ἐν τῇ γῇ ἡμῶν. Ἐγγὺς ἔσται ἐπὶ τῷ κατασκηνῶσαι δόξαν εἰς χάριν καὶ τιμὴν ἐν τῇ γῇ τῶν Ἱεροσολύμων. Ἢ ὅτι αὐτὸς ἦν ἡ δόξα, ὃς σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. Ἢ ὅτι μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ Σωτῆρος ἔνδοξος καὶ τιμία καὶ ἐπιθυμητικὴ γέγονε μέχρι καὶ τήμερον ἡ γῆ ἐκείνη.

B

VERS. 11. *Misericordia et veritas obviaverunt, justitia et pax osculatæ sunt.* Quidam his versiculis connumerari dicunt eas virtutes, quæ in Christo convenerant: veluti misericordiam et veritatem. Et misericordiam quidem demonstravit Christus sanando ægrotos, veritatem vero docendo et prædicando. Convenerant etiam in Christo justitia, et pax. Ita enim significatur nobis illis verbis: *Osculatæ sunt.* Justitia autem Christi apparuit in recte judicando, cum et pravos redarguere, et virtute præditos homines laudaret; pax vero in mansuetudine ac modestia. Verum, ut altius exponamus, misericordia quidem, divina dici potest Christi natura, quæ potestatem habet dimittendi peccata, et sanandi infirmitates; veritas autem, humana ejusdem natura, quia *non inventus est dolus in ore ejus*, et quia ipse solus illam hominis dignitatem ac similitudinem vere servavit qua ad imaginem Dei factus fuerat: et quia verus homo erat, et non phantasma, ut hæretici quidam dixerunt. Quod igitur ait, *Obviaverunt*, idem est quod Convenerunt in unum, hoc est, in unam personam unitæ sunt. Justitia item pro divina accipitur natura. Solus enim Deus justus judex est. Pax vero pro natura humana ob ingenuam nimirum ac nativam ejus mansuetudinem. Hæ igitur virtutes mutuo se exosculatæ sunt, eo quod summam inter se unionem atque convenientiam habebant in Christo.

C

Ut annuntient quod rectus Dominus Deus noster, et non est injustitia in eo. Ita ut læti mutuo annuntient, quod Dominus justus est, qui servis suis requiem præstat, pro iis laboribus, quos in vita sustinuerunt. Quod vero ait : *Et non est injustitia in eo*, repetitio est sententiæ, et idem sibi vult, ac si justum eum appellaret.

Τοῦ ἀναγγεῖλαι, ὅτι εὐθὺς Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐκ ἔστιν ἀδικία ἐν αὐτῷ. Ὥστε χαίροντας ἀναγγεῖλαι ἀλλήλοις, ὅτι δίκαιος ὁ Κύριος, ἀντὶ τῶν ἐν βίῳ καμάτων ἀνάπαυσιν τοῖς δούλοις αὐτοῦ παρέχων. Τὸ δὲ, *Οὐκ ἔστιν ἀδικία ἐν αὐτῷ*, ἀνάπτυξις καὶ διπλασιασμός ἐστι τοῦ δικαίου.

In diem ante Sabbatum, quando habitata fuerat terra.

Εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ προσαββάτου, ὅτε κατῴκιστο ἡ γῆ.

PSALMUS XCII.

ΨΑΛΜΟΣ Βϟ'.

Hic psalmus apud Hebræos omni prorsus caret inscriptione. Quædam exemplaria editionis LXX C interpretum, inscriptionem illam habent, quam superius retulimus, et quidam exponunt, quod dies Sabbati accipitur, pro die universalis judicii, ut in præcedenti psalmo diximus : dies vero ante Sabbatum, dies sit resurrectionis Domini. Fuit enim illa dies, veluti præludium quoddam universalis resurrectionis. In illa autem die habitata est terra, ab iis nimirum hominibus qui per Evangelium et baptismum regenerati, et quodammodo replasmati sunt. Verum castigatiora exemplaria (etiam juxta editionem LXX) carent hujusmodi inscriptione.

Ἀνεπίγραφος παρ' Ἑβραίοις ὁ ψαλμὸς οὗτος. Πλὴν τινα τῶν ἀντιγράφων φέρουσιν ἐπιγραφὴν ὡς ἀπὸ τῆς ἐξηγήσεως τῶν Ἑβδομήκοντα, οὕτως ἔχουσαν · *Εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ προσαββάτου, ὅτε κατῴκιστο ἡ γῆ.* Καὶ ἐξηγήσαντό τινες · ὅτι ἡμέραν μὲν Σαββάτου ἐν τῷ προλαβόντι ψαλμῷ νενοήκαμεν τὴν τῆς παγκοσμίου ἀναστάσεως, ἡμέραν δὲ προσαββάτου ἐν τῷ παρόντι, τὴν τῆς Χριστοῦ ἀναστάσεως, ἥτις προοίμιον ἦν τῆς παγκοσμίου · ὅτε κατῳκίσθη ἡ γῆ ὑπὸ τῶν μεταπλασθέντων καὶ ἀναγεννηθέντων διὰ τοῦ Εὐαγγελίου καὶ τοῦ βαπτίσματος. Ὅμως οὐκ ἔχουσι τὴν ἐπιγραφὴν ταύτην, τὰ ἀκριβέστερα ἀντίγραφα.

VERS. 1. *Dominus regnavit.* Dei quidem Filius, ab æterno semper rex fuit, id tamen non semper fuit ab hominibus cognitum, quinimo eum olim D ignorabant homines ; verum ubi Christus a mortuis resurrexit, fideles omnes, et qui in eum credidere, certiores effecti sunt, Dei Filium et regem esse et Deum. Hoc est igitur, quod nunc nobis prædicit beatus David, dicens : *Dominus regnavit*, hoc est, Cognitus est ut rex. Vel aliter : Rex quidem olim erat Christus ut Deus, sed post resurrectionem regnat, ut homo : *Data est*, inquit, *mihi omnis potestas in cœlo, et in terra* [81]. Et rursus : *Ego autem constitutus sum rex ab eo* [82].

Ὁ Κύριος ἐβασίλευσεν. Ὁ Υἱὸς μέν ἐστι βασιλεὺς ὡς Θεός · οὐκ ἀεὶ δὲ τοῖς ἀνθρώποις τοῦτο ἐγνωρίζετο · πρότερον γὰρ ἀγνοοῦντες αὐτὸν, ὕστερον μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν ἐπληροφορήθησαν οἱ πιστεύσαντες, ὅτι βασιλεύς ἐστιν, ὡς Θεός. Τοῦτο τοίνυν προαναφωνῶν ὁ Δαβὶδ, φησὶν · ὅτι *Ἐβασίλευσε*, τουτέστι Βασιλεὺς ἐγνωρίσθη. Ἢ καὶ ἄλλως · Βασιλεὺς μὲν ὢν ὡς Θεὸς, ἐβασίλευσε καὶ ὡς ἄνθρωπος · *Ἐδόθη μοι γάρ, φησὶν, ἐξουσία ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς* · καὶ πάλιν · *Ἐγὼ δὲ κατεστάθην βασιλεὺς ἐπ' αὐτοῦ.*

Decorem indutus est. Hoc est, gloriam et potestatem ejusmodi demonstravit, quæ decentissima

Εὐπρέπειαν ἐνεδύσατο. Τὴν πρέπουσαν αὐτῷ, ὡς Θεῷ, δόξαν καὶ ἐξουσίαν ἐφανέρωσε · τοῦτο γὰρ

[81] Matth. xxviii, 18. [82] Psal. ii, 6.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

σημαίνει, εἶμαι, τὸ ἐνεδύσατο· ἢ καὶ ἄλλως· Νεκρωθεὶς μὲν τῇ σαρκὶ, οὐκ εἶχεν εἶδος, οὐδὲ κάλλος κατὰ τὸν προφήτην· ἀναστὰς δὲ, εὐπρέπειαν ἐνεδύσατο.

A illi erat, etiam ut Deo. Vel aliter : Dominus carne quidem mortuus, decorem non habebat nec speciem, juxta prophetæ testimonium [83], verum resurgens decorem, quem antea non habebat, indutus est.

Ἐνεδύσατο Κύριος δύναμιν, καὶ περιεζώσατο. Ὁμοίως κἀνταῦθα νοητέον τὸ, *ἐνεδύσατο*. Εἶχε μὲν γὰρ ὡς Θεὸς τὴν θείαν εὐπρέπειαν ἀεὶ, καὶ τὴν θείαν δύναμιν κρυπτομένα· ὕστερον δὲ ἐφανέρωσε ταύτας, ἀποκαταστὰς εἰς οὐρανούς· οὐ μὴν ἔξωθεν αὐτὰς περιεβάλετο· καὶ τὸ *περιεζώσατο* δὲ εὐσεβῶς νοητέον, ἀντὶ τοῦ, ἡτρεπίσθη· σύμβολον γὰρ εὐτρεπισμοῦ ἐστι τὸ ζωννύεσθαι.

Indutus est potentiam, et accinxit se. Eodem modo intelliges hunc versiculum. Habuit præterea Christus semper et decorem, et potentiam, verum olim id homines latebat; manifestum autem fieri cœpit postquam in cœlum ascendit, tametsi hujuscemodi indumentum exterius nullum induerit. Pie etenim hoc intelligendum est, ut diximus, quemadmodum et verbum, *accinxit;* idem enim significat, quod aptavit, seu ornavit, cingulum quippe, ornamenti cujusdam signum est.

Καὶ γὰρ ἐστερέωσε τὴν οἰκουμένην, ἥτις οὐ σαλευθήσεται. Σαλευομένην τῇ ἀπάτῃ ἐστερέωσεν αὐτὴν ἤδη τῇ ἀληθείᾳ, ὥστε μὴ σαλευθῆναι λοιπὸν ὑπὸ τῆς πλάνης, ἐπὶ πέτραν τῆς πίστεως στερεωθεῖσαν. Νοεῖται δὲ καὶ ἰδικῶς οἰκουμένη ἡ Ἐκκλησία, ἣν οἰκοῦσιν οἱ πιστοὶ, ἧς οὐ κατισχύσουσι πύλαι ᾅδου, κατὰ τὴν Δεσποτικὴν ἀπόφασιν.

B *Etenim stabilivit orbem terræ, qui non commovebitur.* Orbem, dæmonum fraude fluctuantem, ac pene concussum, veritate sua Christus ita stabilivit, ut erroribus amodo huc atque illuc non abducatur : quia in fidei petra fundatus ac stabilitus est. Per orbem autem terræ (quem juxta veriorem Græcæ dictionis significationem, *habitabilem* quis appellaverit) Ecclesiam intelligi dicunt, in qua fideles habitant, adversus quam, juxta Domini sententiam [84], inferni portæ non prævalebunt.

Ἕτοιμος ὁ θρόνος σου ἀπὸ τότε. — *Ἕτοιμος* ἀντὶ τοῦ, ἑδραῖος, ὡς ἐν τῷ πε' ψαλμῷ παρασεσημείωται· *ἀπὸ τότε* δὲ, ἀντὶ τοῦ, *ἀπ' ἀρχῆς*· τὸ δὲ *ἀπ' ἀρχῆς* ἐπὶ τῆς θείας φύσεως οὐκ εἰς ἀρχὴν ἀνάγεται χρονικὴν, ἀλλὰ τῆς αἰωνίου ἐστὶν ἐμφαντικὸν παλαιότητος. Τοιοῦτον δέ ἐστιν ἐπὶ Θεοῦ καὶ τὸ, *ἀπ' αἰῶνος*. Λέγει δὲ νῦν ὁ Δαβὶδ ὅτι Εἰ καὶ δούλου μορφὴν ἐνδύει, ἀλλ' οὖν ἑδραία σοι ἡ βασιλεία σου ἀπ' ἀρχῆς, καὶ οὐδέποτε ταύτης ἐξέπεσας.

Vers. 2. *Paratus thronus tuus ex tunc.* — *Paratus*, hoc est, firmus et stabilis, ut diximus in psalmo LXXXV. Et quod ait : *ex tunc*, expone, pro a principio. Illud tamen semper animadvertendum, quod hujusmodi sermo : ab initio nimirum seu, a principio, nullum tempus inducit in divina natura, sed æternam quamdam antiquitatem tantum significat. Tale quiddam est, quod paulo post subdit, dicens : *A sæculo tu es.* Tametsi, inquit, tu servi personam indueris, stabile tamen ac firmum tibi est ab initio regnum tuum. Neque enim unquam ab eo decidisti, aut illinc pulsus es.

C

Ἀπὸ τοῦ αἰῶνος σὺ εἶ. *Ἑδραία* δέ σοι ἀπ' ἀρχῆς ἡ βασιλεία, διότι καὶ σὺ ἀπ' αἰῶνος εἶ, τουτέστιν ὁμοίως ἀπ' ἀρχῆς, ὡς εἴρηται.

A sæculo tu es. Stabile, inquit, tibi ideo est regnum tuum ab initio, quia tu es a sæculo, hoc est, a principio, ut diximus.

Ἐπῆραν οἱ ποταμοὶ, Κύριε, ἐπῆραν οἱ ποταμοὶ φωνὰς αὐτῶν. Ποταμοὺς καλεῖ τοὺς ἀποστόλους, ὡς ἀρδεύοντας τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων τοῖς πνευματικοῖς νάμασι τοῦ Εὐαγγελίου· λέγει δὲ, ὅτι ὕψωσαν τὰς φωνὰς αὐτῶν, τουτέστι, διαῤῥήδην καὶ φανερῶς καὶ ἀνεπαισχύντως ἐκήρυξαν. Εἴρηται δὲ ἡμῖν πολλάκις, ὅτι ὡς ἤδη γεγενημένα προαγορεύει τὰ μέλλοντα. Ὁ διπλασιασμὸς δὲ τοῦ *ἐπῆραν* οἱ ποταμοὶ ἐμφαντικός ἐστι χαρᾶς.

Vers. 3. *Elevaverunt flumina, Domine, elevaverunt flumina voces suas.* Per flumina, apostolos intelligit, veluti qui spiritualibus Evangelii fluentis humanas irrigant animas; et dicit quod exaltaverunt voces suas, hoc est, clare et aperte, palamque, ac sine ulla verecundia, evangelicam doctrinam prædicaverunt. Illud tamen animadverte, quod alibi persæpe diximus, Prophetam frequentissime præterito tempore uti pro futuro, vel futura narrare, quasi jam præterita. Illa etiam repetitio verbi, *elevaverunt*, gaudii intensionem significat.

D

Ἀροῦσιν οἱ ποταμοὶ ἐπιτρίψεις αὐτῶν. Οἱ μετ' αὐτοὺς ποταμοὶ λήψονται τὰς χαραχθείσας καὶ τμηθείσας ὑπ' αὐτῶν ὁδούς· ἐπιτρίψεις γάρ εἰσιν αἱ τομαὶ, ἃς χαράττουσιν οἱ ποταμοὶ ἐπιτρίβοντες τὴν γῆν ἐν τῷ φέρεσθαι. Φησὶ δὲ ὅτι οἱ μετ' αὐτοὺς διδάσκαλοι ταῖς ὁδοῖς τῆς διδασκαλίας αὐτῶν ἀκολούθως χρήσονται.

Vers. 4. *Tollent flumina attritiones eorum.* Illa flumina, quæ post flumina paulo ante dicta, hoc est, post apostolos ventura sunt, tollent, hoc est, capient, seu sequentur eas vias, quæ ab illis tritæ fuerint et formatæ. Per attritiones etenim, semitas illas ac sectiones, alvei cujusdam instar formatas, intelligit, quas flumina, cum per terram feruntur, lambendo ac terendo incidere solent, ac formare. Et sensus est, quod doctores, qui post apostolos venturi sunt, eas vias atque easdem sequentur disciplinas, quibus ipsi etiam apostoli usi fuerint.

[83] Isa. LIII, 2. [84] Matth. XVI, 18.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

A vocibus aquarum multarum, mirabiles elevationes maris. Per aquas multas, baptismi lavacra intellige, quæ ubique in Ecclesiis perficiuntur. Voces autem hujusmodi aquarum, invocationes sunt sanctæ Trinitatis, et supernæ gratiæ, quæ in baptismatis sacramento fieri solent. Per mare etiam singulari sermone, ipsum baptisma significavit, quod ubique terrarum celebratur, quemadmodum dictum est in psalmo LXXIII. Certo etenim merito multiplex videtur, quia variis in locis et innumerabilibus pene personis celebratur : virtute tamen unum atque idem est sacramentum. Elevationes autem hujuscemodi maris, fluctus illi sunt, qui ex immersione atque emersione eorum fiunt, qui baptizantur. Has igitur spiritualis ac mystici maris elevationes admirandas admodum esse dicit, si elementalis maris elevationibus comparentur. Hujus enim maris fluctus hominibus quidem timendi sunt, verum dæmonibus jucundi : contra autem illi baptismatis fluctus, timendi quidem sunt dæmonibus, jucundi autem ac suaves sunt hominibus. Et illi quidem in patriam navigantes perdunt, isti vero submersos servant. Effectæ autem sunt hæ elevationes mirabiles, ab invocatione illa divina, ut dictum est, et ab illo, quod illic inest mysterio.

A Ἀπὸ φωνῶν ὑδάτων πολλῶν θαυμαστοὶ οἱ μετεωρισμοὶ τῆς θαλάσσης. Ὕδατα πολλὰ νοοῦνται τὰ κατὰ πᾶσαν Ἐκκλησίαν βαπτίσματα τῶν πιστῶν. Φωναὶ δὲ τούτων τῶν ὑδάτων αἱ γινόμεναι ἐπ' αὐτοῖς ἐπικλήσεις τῆς ἁγίας Τριάδος καὶ τῆς ἄνωθεν χάριτος. Θάλασσαν δὲ πάλιν ἐνικῶς αὐτὸ τὸ πανταχοῦ τῆς γῆς βάπτισμα, ὡς ἐν τῷ οϛ' ψαλμῷ προείρηται· πληθύνεται μὲν γὰρ ταῖς χρείαις, ἑνίζεται δὲ τῇ δυνάμει. Μετεωρισμοὶ δὲ αὐτῆς τὰ ἀποτελούμενα κύματα ἐκ τῆς καταδύσεως καὶ ἀναδύσεως τῶν βαπτιζομένων. Τούτους τοίνυν τοὺς μετεωρισμοὺς θαυμαστοὺς εἶναί φησι πρὸς σύγκρισιν τῶν μετεωρισμῶν τῆς αἰσθητῆς θαλάσσης· ἐκεῖνα μὲν γὰρ τὰ κύματα φοβερὰ τοῖς ἀνθρώποις, ἡδίστα δὲ τοῖς δαίμοσι· ταῦτα δὲ τοὐναντίον, φοβερὰ μὲν τοῖς δαίμοσιν, ἡδίστα δὲ τοῖς ἀνθρώποις. Καὶ ἐκεῖνα μὲν ἀπόλλυσι τοὺς ἐμπλέοντας· ταῦτα δὲ σώζει. Γεγόνασι δὲ θαυμαστὰ ἀπὸ τῆς δηλωθείσης ἐπικλήσεως καὶ τῆς ἐκεῖθεν τελετῆς.

B

Mirabilis in altis Dominus. Admirabilis vero Deus potissimum est hujuscemodi altis ac sublimibus rebus. Vel ordo sit : Mirabilis est Dominus, qui in altis est. Unde alibi ait : *Qui in altis habitat, et humilia respicit in cœlo et in terra* [88].

Θαυμαστὸς ἐν ὑψηλοῖς ὁ Κύριος. Θαυμαστὸς δὲ μᾶλλον ἐν τοῖς ὑψηλοῖς τούτοις καὶ μεγάλοις πράγμασιν ὁ Θεὸς, ὁ τοιαῦτα ποιῶν θαυμάσια. Ἢ καὶ ἄλλως ἡ σύνταξις· ὅτι θαυμαστὸς μᾶλλον ὁ ἐν ὑψηλοῖς ὢν Κύριος κατ' ἀντιστροφήν. Καὶ ἀλλαχοῦ γάρφησιν· *Ὁ ἐν ὑψηλοῖς κατοικῶν, καὶ τὰ ταπεινὰ ἐφορᾷ.*

C

Vers. 5. *Testimonia tua credibilia facta sunt valde.* Testimonia de te valde sunt fidelia, hoc est vera. Ea autem intelligit, quæ de Christi incarnatione, de dispensatione in carne, ac de ejus conversatione, a prophetis varie prædicta sunt.

Τὰ μαρτύριά σου ἐπιστώθησαν σφόδρα. Αἱ περὶ σοῦ μαρτυρίαι σφόδρα εἰσὶ πιστεῖ· τουτέστιν ἀληθεῖς. Λέγει δὲ τὰς ῥήσεις τῶν προφητῶν, ὅσας περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας καὶ πολιτείας αὐτοῦ, διαφόρως ἐξεφώνησαν.

Domum tuam decet sanctitudo, Domine, in longitudine dierum. Domus Dei est universalis Ecclesia fidelium, ut sæpius dictum est. Hanc, inquit, domum decet sanctitudo, hoc est, ut sit sancta, ea nimirum ratione, quia Dei sancti domus est : verum hoc ita demum fiet, si in iis qui illud templum habitant, munditia exstiterit ab omni prorsus inquinatione. Hujusmodi vero munditia et sanctitas semper decet domum Domini. Domus etiam Domini est templum Dei, quod, secundum Apostolum, fidelis quilibet repræsentat; atque ideo eos omnes decet sanctitudo in longitudine dierum.

D

Τῷ οἴκῳ σου πρέπει ἁγίασμα, Κύριε, εἰς μακρότητα ἡμερῶν. Οἶκος Θεοῦ ἡ καθόλου Ἐκκλησία τῶν πιστῶν, ὡς πολλάκις εἴρηται. Τοίνυν, φησὶ, τῷ οἴκῳ πρέπει ἁγιασμός· ἤγουν τὸ εἶναι ἅγιον, ὡς οἶκον ἁγίου. Ἔσται δὲ τοῦτο, ἁγιαίας ἐμπολιτευομένης τοῖς ἐν αὐτῷ καὶ καθαρότητος ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ. Πρέπει δὲ αὐτῷ τὸ τοιοῦτον ἁγίασμα ἀεί. Λέγεται δὲ οἶκος Θεοῦ καὶ ναὸς Θεοῦ, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, πᾶς πιστὸς, ᾧ πρέπει ἁγίασμα, εἰς μακρότητα ἡμερῶν.

Psalmus ipsi David quarta Sabbati, sine inscriptione apud Hebræos.

PSALMUS XCIII.

Est et præsens psalmus sine inscriptione apud Hebræos. Ea autem verba : *quarta Sabbati*, a quopiam fuere apposita, cum quarta hebdomadæ die psalmum hunc decantari invenisset. Per Sabbatum enim hoc in loco, quemadmodum et sæpe alibi, ipsa hebdomada significatur. Voluit autem hoc psalmo beatus David omnibus hominibus solamen præstare, qui ab injustis, atque a pravis opprimuntur hominibus.

Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ, τετράδι σαββάτου, ἀνεπίγραφος παρ' Ἑβραίοις.

ΨΑΛΜΟΣ ΞΓ'.

Ἀνεπίγραφος καὶ οὗτος παρ' Ἑβραίοις. Τὸ δὲ τετράδι Σαββάτου, προστεθείκασί τινες εὑρόντες, ὅτι ἐν τετράδι ἡμέρᾳ τῆς ἑβδομάδος ἐμελῳδήθη· Σάββατον γὰρ ἐνταῦθα τὴν ἑβδομάδα ἐκάλεσεν. Εἰσάγει δὲ διὰ τοῦ παρόντος ψαλμοῦ παραμυθίαν ὁ Δαβὶδ τοῖς καταδυναστευομένοις ὑπὸ τῶν ἀδίκων.

[88] Psal. CXII, 6.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Θεὸς ἐκδικήσεων Κύριος. — *Θεὸς ἐκδικήσεων*, ἀντὶ τοῦ, Θεὸς ἐκδικητής. Τούτῳ γὰρ τῷ ἰδιώματι λέγεται καὶ Θεὸς ἐλέους, καὶ Θεὸς οἰκτιρμῶν, καὶ Θεὸς παρακλήσεως, καὶ Θεὸς εἰρήνης, καὶ τὰ τοιαῦτα. Λέγει τοίνυν, ὅτι Θεός ἐστιν ἐκδικητὴς ὁ Κύριος.

Θεὸς ἐκδικήσεων ἐπαῤῥησιάσατο. — *Ἐπαῤῥησιάσατο*, ἀντὶ, ἐφανέρωσε τὴν ἑαυτοῦ δικαιοκρισίαν. Καὶ μακροθυμῶν ἄχρι τοῦ παρόντος, νῦν ἐχρήσατο τῇ ἐκδικήσει.

Ὑψώθητι ὁ κρίνων τὴν γῆν. Ἀναβὰς εἰς τὸν δικαστὴν θρόνον, εἶτουν κρίνων, καὶ ἀποφαινόμενος, καὶ ἐκδικῶν ὑψώθητι· τουτέστι, φάνηθι καὶ γνωρίσθητι πᾶσιν. Περὶ δὲ τοῦ *ὑψώθητι* εἴρηται καὶ ἐν τῷ νς' ψαλμῷ.

Ἀπόδος ἀνταπόδοσιν τοῖς ὑπερηφάνοις. Ὑπερηφάνους λέγει τοὺς δυνάστας, ὡς καταφρονοῦντας τῶν πενήτων.

Ἕως πότε ἁμαρτωλοί, Κύριε, ἕως πότε ἁμαρτωλοὶ καυχήσονται; Τοὺς αὐτοὺς ὁμοίως καλεῖ ἁμαρτωλούς, ὡς εἰς Θεὸν ἁμαρτάνοντας, ἐν τῷ παρωθεῖσθαι τὸν περὶ δικαιοσύνης νόμον αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτοὺς τοὺς ἀδικουμένους ἐν τῷ ἀδικεῖν αὐτούς. Ταῦτα δὲ αὐτοὺς προσηγόρευσε καὶ ἐν τῷ θ' ψαλμῷ. Ἔθος δὲ τοῖς τοιούτοις καυχᾶσθαι ἐπὶ τῇ δυναστείᾳ αὐτῶν. Ἡ δὲ ἀναδίπλωσις τοῦ, *Ἕως πότε ἁμαρτωλοί, Κύριε*, ἐμφαντική ἐστι ζήλου, ὥσπερ καὶ ἡ τοῦ, *λαλήσουσιν*, ἐπὶ τοῦ ἑφεξῆς. Οὐκ ἀγνοεῖ δὲ ὁ λέγων τὸ πρόσκαιρον τῆς τῶν ἀδίκων εὐημερίας, ἀλλὰ σχετλιάζει ἐπὶ τῇ μακροθυμίᾳ τοῦ Θεοῦ.

Φθέγξονται καὶ λαλήσουσιν ἀδικίαν; λαλήσουσι πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν; Ἐπὶ μὲν τοῦ *φθέγξονται* ληπτέον ἀπὸ κοινοῦ τὸ *ἕως πότε*· ἐπὶ δὲ τοῦ *λαλήσουσι* τοῦ ἐν τῷ δευτέρῳ στίχῳ τὸ *ἀδικίαν*. Τὸ δὲ *λαλήσουσι* ταυτὸν ἐκ παραλλήλου τοῦ φθέγξονται.

Τὸν λαόν σου, Κύριε, ἐταπείνωσαν, καὶ τὴν κληρονομίαν σου ἐκάκωσαν. Προείρηται παλαιὸς μὲν λαὸς καὶ παλαιὰ κληρονομία οἱ Ἰουδαῖοι, νέος δὲ καὶ νέα οἱ ἐξ ἐθνῶν.

Χήραν καὶ ὀρφανὸν ἀπέκτειναν, καὶ προσήλυτον ἐφόνευσαν. Ταῦτα καὶ οἱ ἄρχοντες τῶν Ἰουδαίων ἐποίουν διὰ πλεονεξίαν, καὶ πολλοὶ τῶν ἡμετέρων ἀρχόντων. Ἀποκτείνει δὲ καὶ φονεύει οὐ μόνον ὁ ξίφει κατ' αὐτῶν χρώμενος, ἀλλὰ καὶ ὁ τὰ αὐτῶν ἁρπάζων, καὶ ὁ περιορῶν αὐτοὺς ἀδικουμένους, καὶ ὁ καταχαριζόμενος τοῖς ἀδικοῦσιν αὐτούς. Προσήλυτος δὲ ὁ ἐξ ἐθνῶν Ἰουδαῖος κατὰ τοὺς Ἰουδαίους, καθ' ἡμᾶς δὲ ὁ πάροικος.

Καὶ εἶπαν· Οὐκ ὄψεται Κύριος, οὐδὲ συνήσει ὁ Θεὸς τοῦ Ἰακώβ. Ταῦτα εἰ καὶ μὴ τῇ γλώσσῃ πολλάκις, ἀλλά γε τῇ γνώμῃ λέγουσιν οἱ παράνομοι.

A

Vers. 1. *Deus ultionum Dominus.* Deus ultionum dixit, pro, Deus ultor. Idioma est et hoc Hebraicum, juxta quod alibi etiam dicitur, Deus misericordiæ, et Deus miserationum, et Deus consolationis, et Deus pacis, et alia hujusmodi. Ait igitur, quod Dominus est Deus ultor.

Deus ultionum libere egit. — *Libere*, seu palam *egit*, hoc est, manifestavit, justum nimirum judicium suum : cumque longanimis hactenus fuerit ac patiens, vindicta tandem usus est.

Vers. 2. *Exaltare, qui judicas terram.*—*Exaltare*, inquit, simul ac judicialem thronum tuum conscenderis, hoc est, appareas, et cognoscaris ab omnibus Deus delinquentium ultor, dum judicas et sententias pronuntias, et dum sumis vindictam. De hoc autem verbo *exaltare*, vide, quæ dicta sunt in psalmo LVI.

B

Redde retributionem superbis. Per superbos, potentissimos quosque intelligit, qui pauperes opprimant, aut despiciant.

Vers. 3. *Usquequo peccatores, Domine, usquequo peccatores gloriabuntur?* Eosdem rursus peccatores appellat, quia et in Deum peccant, dum ejus legem de justitia traditam contemnunt, et in ipsos qui injuriam patiuntur, dum eos lædunt. Atque ita etiam eos appellavit in psalmo IX. Est autem mos hujusmodi hominibus, de propria potentia gloriari. Illa autem repetitio : *Usquequo peccatores, Domine?* loquentis solum demonstrant, quemadmodum et illa repetitio quæ sequitur verbi, *loquentur*. Et

C

quanquam hoc pacto dubitanter loquatur nunc Propheta, non ignorat tamen, momentaneam esse omnium eorum felicitatem, qui injuste agunt, sed tam diuturnam Dei patientiam ægre fert.

Vers. 4. *Effabuntur et loquentur injustitiam? loquentur omnes, qui operantur iniquitatem?* In verbo *effabuntur* a communi sensu sumenda est dictio, *usquequo*, et simili modo in secundo versiculo in verbo, *loquentur*, a communi sensu sumenda est dictio, *justitiam*. Dictiones vero *effabuntur* et *loquentur* idem æque significant.

Vers. 5. *Populum tuum, Domine, humiliaverunt, et hæreditatem tuam afflixerunt.* Jam prædiximus, quod per antiquum populum, et per antiquam

D

hæreditatem, Judæi intelligendi sunt, per novum autem et per novam, fideles ex gentibus.

Vers. 6. *Viduam et orphanum interfecerunt, et proselytum occiderunt.* Hæc et Judæorum principes ob summam avaritiam faciebant, et multi ex nostris similiter principibus faciunt. Interficere enim dicuntur non tantum il qui gladio in eos sæviunt, sed illi etiam qui eorum rapiunt bona, qui illos despiciunt, quotiés injuria afficiuntur, quique eos lædentibus, ut amicis, gratificantur. Proselytum vero Judæi eum appellabant, qui ex gentili effectus fuisset Judæus. Nos autem per proselytum, advenam omnem ac peregrinum intelligimus.

Vers. 7. *Et dixerunt : Non videbit Dominus, et non intelliget Deus Jacob.* Hæc tametsi ipso ore ac lingua non sæpe dicant, corde tamen persæpe

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

intra se revolvunt iniqui homines. Neque enim tanta unquam auderent, nisi hujuscemodi sententiis, vel cogitatione saltem se subscriberent. Et quod ait, *intelliget*, posuit pro, audiet, seu cognoscet.

Οὐ γὰρ ἂν τοιαῦτα ἐτόλμων, εἰ μὴ τοιαῦτα τοῖς λογισμοῖς ὑπέγραφον. *Συνήσει* δὲ, ἀντὶ τοῦ, ἀκούσει, γνώσεται.

Vers. 8. *Intelligite sane, insipientes in populo, et stulti aliquando sapite.* Ea animadvertite, quæ jam diu omnibus nota sunt, atque aliquando, sero saltem, prudentes estote.

Συνίετε δὴ, ἄφρονες ἐν τῷ λαῷ, καὶ μωροὶ ποτε φρονήσατε. Ἐπίγνωτε τὰ πᾶσι γνώριμα, καὶ ποτε καὶ αὐτοὶ φρονήσατε.

Vers. 9. *Qui plantavit aurem non audiet? et qui plasmavit oculum non considerat? — Non considerat*, dixit, pro, *non videt.* At quomodo verisimile est, illum esse sine sensu, qui sensus in aliis creavit? Confundit eos igitur Propheta hujusmodi interrogationibus, quæ apud omnes in confesso sunt.

Ὁ φυτεύσας τὸ οὖς οὐχὶ ἀκούει; ἢ ὁ πλάσας τὸν ὀφθαλμὸν οὐχὶ κατανοεῖ; Οὐχ ὁρᾷ; Καὶ πῶς εἰκὸς ἀναισθητεῖν τὸν Ποιητὴν τῶν αἰσθήσεων; Αἰσχύνει δὲ τούτους διὰ τοιούτων ὁμολογουμένων ἐπερωτήσεων.

Vers. 10. *Qui corrigit gentes non arguet?* Ille, inquit, qui gentes erudit ac corrigit, iis nimirum legibus, quæ apud eas sunt; harum etenim legum scientiam Deus ipsis etiam gentibus præstitit, ut earum severitate delinquentes coercerentur: quomodo non arguet etiam et castigabit eos omnes, qui scelera aliqua, aut iniquitates commiserint?

Ὁ παιδεύων ἔθνη οὐχὶ ἐλέγξῃ; Ὁ παιδεύων ἔθνη διὰ τῶν παρ' αὐτοῖς νόμων, ὧν τὴν γνῶσιν αὐτοῖς αὐτὸς ἐχαρίσατο, καὶ διὰ τῆς αὐστηρίας αὐτῶν κολάζων τοὺς ἁμαρτάνοντας, πῶς οὐχὶ καὶ τοὺς οὕτω παρανομοῦντας ἐλέγξει, τουτέστι κολάσει;

Qui docet hominem scientiam. Is, qui aliis scientiam et cognitionem præstat, quomodo ipse non cognoscet, aut quomodo ignorabit?

Ὁ διδάσκων ἄνθρωπον γνῶσιν. Ὁ χορηγὸς τῆς γνώσεως δηλονότι πῶς οὐ γνώσεται;

Vers. 11. *Dominus cognoscit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt.* Hominum dico talia cogitantium, quod Deus scilicet humana non curet. Cognoscit eos igitur Dominus, quod errant, sed patiens est persæpe et longanimis, ex quadam dispensatione. Vel, cogitationes eorum hominum dicit, qui, quæ ventris sunt, cogitant, et non quæ sunt Dei.

Κύριος γινώσκει τοὺς διαλογισμοὺς τῶν ἀνθρώπων, ὅτι εἰσὶ μάταιοι. Τῶν οὕτω διαλογιζομένων ὅτι οὐκ ἐφορᾷ τὰ ἀνθρώπινα. Γινώσκει μὲν αὐτοὺς, ὅτι εἰσὶ σφαλμένοι· μακροθυμεῖ δὲ πολλάκις δι' οἰκονομίαν τινά. Ἢ καὶ διαλογισμοὺς λέγει τῶν ἐκ κοιλίας διαλογιζομένων, καὶ μὴ ἀπὸ θείας διδασκαλίας.

Vers. 12. *Beatus homo, quem erudieris, Domine.* Quem prudentem feceris doctrina tua.

Et de lege tua docueris eum. Lege tua, naturali, vel scripta, vel etiam utraque; sunt etenim hæ leges prudentiæ ac sapientiæ fontes.

Μακάριος ἄνθρωπος, ὃν ἂν παιδεύσῃς, Κύριε. Ὃν ἂν συνετίσῃς τῇ παρὰ σοῦ διδασκαλίᾳ.

Καὶ ἐκ τοῦ νόμου σου διδάξῃς αὐτόν. Εἴτε τοῦ φυσικοῦ εἴτε τοῦ γραπτοῦ, ἢ καὶ ἀμφοτέρων. Πηγαὶ γὰρ οὗτοι συνέσεως καὶ σοφίας.

Vers. 13. *Ut mitigetur a diebus malis.* Ita ut in diebus afflictionis, mitis fiat et patiens, et non ægre ferat, neque indignetur adversus labores, sed ex tua lege cognoscat, quod ii qui calamitates sustinent, ad propriam utilitatem et commodum vexantur, quodque contra, ii qui eos affligunt, condignas aliquando criminibus suis pœnas dabunt.

Τοῦ πραῦναι αὐτὸν ἀφ' ἡμερῶν πονηρῶν. Ὥστε πρᾶον αὐτὸν γενέσθαι καὶ ἀνεξίκακον ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν πειρασμῶν, μὴ σχετλιάζοντα, μηδὲ ἀγανακτοῦντα πρὸς τοὺς πόνους, ἀλλ' ἐκ τοῦ νόμου σου γινώσκοντα, ὅτι καὶ οἱ πάσχοντες ἐπὶ συμφέροντι πάσχουσι, καὶ οἱ κακοποιοῦντες δώσουσιν ἀξίαν τὴν δίκην.

Donec effossa sit peccatori fovea. Donec iniquis paratum sit periculum, seu donec in illud inciderint. Tunc etenim iis etiam miserebitur, qui se injuria affecerint.

Ἕως οὗ ὀρυγῇ τῷ ἁμαρτωλῷ βόθρος. Ἕως εὐτρεπισθῇ τοῖς παρανόμοις κίνδυνος· ἕως ἂν ἐμπέσωσι. Τότε γὰρ καὶ ἐλεεῖ τοὺς ἀδικοῦντας αὐτόν.

Vers. 14. *Quoniam non repellet Dominus populum suum, et hæreditatem suam non derelinquet.* Non repellet eos, tametsi affligi eos ad tempus persæpe permittat, sicuti ad ipsam usque sæculi consummationem in futurum etiam permissurus est, modo sinens ut pravi justos viros opprimant, modo etiam opem atque auxilium suum probis impertiens, et utrumque ad eorum commodum dispensans. Populus autem, et hæreditas Domini, olim Judæi erant, verum illis expulsis, Christiani ac fideles in eorum locum adoptati sunt, quemadmodum alibi sæpe diximus

Ὅτι οὐκ ἀπώσεται Κύριος τὸν λαὸν αὐτοῦ καὶ τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ οὐκ ἐγκαταλείψει. Εἰ καὶ πρὸς καιρὸν παραχωροῦνται πάσχειν καὶ κακουχεῖσθαι, καὶ τοῦτο ποιήσει μέχρι συντελείας, νῦν μὲν παραχωρῶν τοῖς πονηροῖς ἐκθλίβειν αὐτοὺς, νῦν δὲ ἀντιλαμβανόμενος αὐτῶν· καὶ τοῦτο δὲ κἀκεῖνο λυσιτελῶς. Λαὸς δὲ αὐτοῦ καὶ κληρονομία πάλαι μὲν οἱ Ἰουδαῖοι, νῦν δὲ ἀντ' ἐκείνων εἰσποιηθέντες Χριστιανοὶ, καθὼς πολλάκις εἰρήκαμεν.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Ἕως οὗ δικαιοσύνη ἐπιστρέψηται εἰς κρίσιν. Ἕως ἂν ὁ Χριστὸς, ἡ αὐτοδικαιοσύνη, καταλιπὼν τὴ μακροθυμεῖν, ἐπὶ τῷ κρίνειν τραπῇ. Ὅτι δὲ ὁ Χριστὸς δικαιοσύνη καλεῖται, φησὶν ὁ Ἀπόστολος· *Ὃς ἐδόθη ἡμῖν σοφία ἀπὸ Θεοῦ, δικαιοσύνη τε καὶ ἀπολύτρωσις.*

A

VERS. 15. *Quoadusque justitia convertatur in judicium.* Donec Christus, qui ipsa est justitia, relicta sua longanimitate, ad judicandum se convertat. Quod autem Christus justitia appelletur, testatur beatus Paulus de eo dicens : *Qui datus est nobis a Deo, sapientia, justitia, sanctificatio, et redemptio* [66].

Καὶ ἐχόμενοι αὐτῆς πάντες οἱ εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ. Καὶ λοιπὸν τότε ἐγγὺς αὐτοῦ πάντες οἱ δίκαιοι, παραστησάμενοι αὐτῷ κρίνοντι πᾶσαν τὴν γῆν.

Et proximi ejus omnes recti corde. Cæterum prope eum tunc omnes justi aderunt, illi nimirum assistentes, qui universam erit terram judicaturus.

Τίς ἀναστήσεταί μοι ἐπὶ πονηρευομένους ; Τίς βοηθήσει μοι κατὰ τῶν πονηρευομένων ἐχθρῶν;

VERS. 16. *Quis consurget mihi adversus malignantes?* Quis mihi, inquit, adversus malignos adjutor aderit inimicos ?

Ἢ τίς συμπαραστήσεταί μοι ἐπὶ τοὺς ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν ; Τὴν αὐτὴν εἶπε πάλιν ἔννοιαν, σφόδρα τῆς βοηθείας ὀρεγόμενος διὰ τὴν σφοδρότητα τῆς πονηρίας τῶν δαιμόνων. Τίς, φησὶ, συμπαραστήσεταί μοι παρατεταμένῳ κατὰ τῶν δυσμενῶν; Ἢ πάντως ὁ Θεὸς, ὁ διαφόρως ἐπικουρήσας μοι.

B

Aut quis consistet mecum adversus operantes iniquitatem? Eamdem repetit sententiam, opem sibi ferri maxime expetens, ob immensam nimirum dæmonum malignitatem. Quis, inquit, simul mecum in acie adversus inimicos consistet? Deus profecto, qui et olim persæpe mei curam suscepit.

Εἰ μὴ ὅτι Κύριος ἐβοήθησέ μοι, παρὰ βραχὺ παρῴκησε τῷ ᾅδῃ ἡ ψυχή μου. Καὶ γὰρ εἰ μὴ ὄντως Κύριος ἐβοήθησέ μοι κινδυνεύοντι πολλάκις, μικροῦ ἂν ἀπέθανον, εἴτε τὸν σωματικὸν θάνατον, εἴτε τὸν ψυχικόν. *Παρῴκησε* δὲ νῦν, τὸ ἐνῴκησεν. Ἅδης δὲ λέγοιτ' ἂν καὶ ὁ βόθρος τῆς ἁμαρτίας.

VERS. 17. *Nisi quia Dominus adjuvit me, paulominus habitasset in inferno anima mea.* Pene, inquit, periissem, animæ aut ipsius etiam corporis morte, si periclitanti mihi Dominus opem non tulisset. Per infernum autem possumus peccati foveam intelligere.

Εἰ ἔλεγον, Σεσάλευταί ὁ ποῦς μου, τὸ ἔλεός σου, Κύριε, ἐβοήθει μοι. Εἰ ἔλεγον πρὸς τὸν Θεὸν, Σεσάλευται ἡ ἐδραίωσίς μου, καὶ ὑποσύρομαι· εἰ ἐξωμολογούμην τὴν ἡμετέραν ἀσθένειαν, ἐτύγχανον βοηθείας. Διδάσκει δὲ ὅτι ὅστις ἂν ὀλισθαίνων ἐπιγνῷ, καὶ μὴ ἀπογνῷ, μηδὲ ῥαθυμήσῃ, ἀλλ' ἐξομολογήσηται, ταχεῖαν εὑρίσκει τὴν ἀντίληψιν. Ἐλεήμων γὰρ καὶ συμπαθὴς ὁ Θεός.

C

VERS. 18. *Si dicebam : Motus est pes meus, misericordia tua, Domine, adjuvabat me.* Si ad Deum dicebam, stabilitatem atque constantiam meam fluctuasse, si me huc atque illuc ob propriam infirmitatem distrahi palam fuissem confessus, confestim tu mihi aderas adjutor. Hoc autem sermone docemur a Propheta, quod quicunque lapsus delictum suum agnoverit, et non desperaverit, aut aliquin negligenter aliquid non egerit, sed ingenue coram Deo id confessus fuerit, statim auxilium consequetur. Misericors etenim est Deus, et infirmitatibus nostris facile compatitur.

Κατὰ τὸ πλῆθος τῶν ὀδυνῶν μου ἐν τῇ καρδίᾳ μου αἱ παρακλήσεις σου εὔφραναν τὴν ψυχήν μου. Ἀναλόγως τὸ πλῆθος τῶν ὀδυνῶν μου τῶν ἐν τῇ καρδίᾳ μου ἐχορηγοῦντό μοι καὶ αἱ παρακλήσεις σου. Ὥσπερ δὲ ὀδύναι διάφοροι, οὕτω καὶ αἱ παρὰ Θεοῦ ψυχαγωγίαι· καὶ πρὸς τὸ εἶδος τοῦ τραύματος ἐπάγεται καὶ ἡ θεραπεία.

VERS. 19. *Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificaverunt animam meam.* Juxta proportionem dolorum, quos in corde gerebam, præstita sunt a te mihi solamina. Sicuti enim dolorum varia sunt genera, ita etiam multiplicia sunt refrigeria, quæ nobis tribuit Deus. Nam juxta vulnerum qualitatem, convenientem applicat medicinam.

Μὴ συμπαρέστω σοι θρόνος ἀνομίας. Θρόνος ἀνομίας ὁ διάβολος, ὡς ἐν αὐτῷ καὶ βασιλευούσης καὶ ἀναπαυομένης. *Μὴ συμπαρέστω* δὲ, ἀντὶ τοῦ, μὴ συμπαρείη σοι, κρίνοντι· προστακτικὸν ἀντὶ εὐκτικοῦ, ὡς τὸ ἐλέησον. Τινὲς δὲ ἀντίγραφα, *μὴ συμπροσέσται*, γράφουσιν, ἤγουν, οὐ συμπροσέσται· ἢ καὶ οὕτως μέλλων ἀντὶ εὐκτικοῦ.

D

VERS. 20. *Non adhæreat tibi thronus iniquitatis.* Thronus iniquitatis est diabolus in quo iniquitas et considet, et regnat. Non adhæreat igitur tibi, hoc est, non adsit tibi judicanti. Est autem apud Græcos imperantis modus pro optativo. Quædam vero exemplaria habent : *non adhærebit*, et tunc futurum tempus intellige positum modo optativo.

Ὁ πλάσσων πόνον ἐπὶ πρόσταγμα. Ὁ ὑπογράφων ἡμῖν κόπον εἰς ἐμποδισμὸν τοῦ προστάγματός σου· ὁ πρὸ τοῦ προστάγματός σου τιθεὶς κόπον ἵνα ὡς ἐπίπονον αὐτὸ παραδράμωμεν. Εἶτα

Qui fingit laborem in præcepto. Qui laborem nobis describit, ut impedimentum omnibus præstet observare volentibus mandata tua : vel, qui ante mandatum tuum posuit laborem atque ærumnas,

[66] I Cor. I, 30.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ut tanquam aliquid laboriosum illud pertranseamus. Deinde causam etiam reddit, cur dæmonem optet Deo non assistere.

VERS. 21. *Venabuntur adversus animam justi.* Quia si dæmon, inquit, et socii ejus tibi astiterint, statim ceu laqueos quosdam ac venatorias plagas tendere incipient adversus justos quoslibet, accusantes nimirum eos de peccatis quæ aut ignoranter, aut præter sententiam commiserint, atque hoc, ob immensam eorum malignitatem atque inhumanitatem.

Et sanguinem innocentem condemnabunt. Quantum in eis fuerit. Sanguinem vero innocentem circumloquendo dixit, pro *innocentes homines.* Vel hujusmodi sermone eos damnat, quod indicta causa pœnas inferant, ut sit sensus quod immeritis hominibus infligent supplicia, atque ideo tibi, inquit, non adhærebunt.

VERS. 22. *Et factus est mihi Dominus in refugium.* Mihi, inquam, oppresso, et persecutionem in hac vita sustinenti.

Et Deus meus in adjutorium spei meæ. Sperabam equidem resistere, verum cum opprimerer ac fatigarer, defluebam, ac labebar concepta spe, Deus autem mihi præsto fuit, et spem meam rursum confirmavit, tribuitque, ut meliora adhuc sperarem.

VERS. 23. *Et reddet illis iniquitatem ipsorum.* Condemnationem scilicet pro eorum iniquitatem.

Et secundum malitiam eorum delebit eos Dominus Deus. — Delebit, hoc est, tollet eos de medio. Amplius quippe non apparebunt, tecti nimirum atque obruti igne jamdiu eis parato. Possunt tamen prædicta de pravis hominibus intelligi. Non adhærebit, inquit, tibi thronus iniquitatis, hoc est, nullus injustus princeps tibi appropinquabit. Potuere autem solent hujusmodi injusti principes laborem in præcepto, eo quod fideles non permittunt divina mandata sine labore observare. Venantur etiam adversus justos omnes, et innocentes condemnant, et quæ sequuntur consequenter intelliges. Quod vero ait: *in adjutorium spei meæ*, idem est, ac si dixisset; ad confirmationem illius spei, quam antea fluctuantem habebam cum viderer derelictus. Illico enim eam Deus confirmavit, ut mihi præsto fuit. Reddet autem illis in futuro sæculo, destruens nimirum eos atque interimens.

A λέγει καὶ τὴν αἰτίαν, δι' ἣν αὐτὸν ἐπεύχεται συμπαρεῖναι.

Θηρεύσουσιν ἐπὶ ψυχὴν δικαίου. Διότι οἱ περὶ τὸν διάβολον θῆρας ἄρξοντες, εἰ κατὰ τοῦ τυχόντος δικαίου ἢ συμπαρέσονται κατηγοροῦντες αὐτοῦ τι ἐν ἀγνοίᾳ καὶ παρὰ γνώμην ἁμαρτήματα διὰ πονηρίας καὶ μισανθρωπίας ὑπερβολήν.

Καὶ αἷμα ἀθῷον καταδικάσονται. Τόγε ἐπ' αὐτοῖς. Αἷμα δὲ ἀθῶον, ὁ ἀθῷος περιφραστικῶς ἡ κόλασις ἡ ἀκαταδίκαστος, ὅσον πρὸς τοὺς θείους νόμους, ἵνα καὶ νοηθείη ὅτι κόλασιν ἄδικον ἀποφαίνονται· διὸ πάντως οὐ συμπαρέσονται.

B

Καὶ ἐγένετό μοι Κύριος εἰς καταφυγήν. Πολεμουμένῳ καὶ διωκομένῳ κατὰ τὸν παρόντα βίον.

Καὶ ὁ Θεός μου εἰς βοηθὸν ἐλπίδος μου. Ἠλπιζον μὲν γὰρ ἀντέχειν· καταπονουμένου δέ μου, λοιπὸν ὑπέῤῥεον ἡ ἐλπίς μου· ἐβοήθησε δὲ ταύτῃ ὁ Θεὸς, ἐπανασώσας μοι πάλιν αὐτὴν, καὶ δοὺς ἐλπίζειν χρηστότερα.

Καὶ ἀποδώσει αὐτοῖς Κύριος τὴν ἀνομίαν αὐτῶν. Τὴν καταδίκην τῆς ἀνομίας αὐτῶν.

Καὶ κατὰ τὴν πονηρίαν αὐτῶν ἀφανεῖ αὐτοὺς Κύριος ὁ Θεός. Ἀφανισμὸν ἐνταῦθά φησι τὴν ἐκ μέσου ἄρσιν αὐτῶν, μηδαμοῦ φαινομένων ἔτι, διὰ τὸ κατακεχῶσθαι τῷ ἡτοιμασμένῳ τούτοις πυρί. Νοηθείην δ' ἂν τὰ εἰρημένα καὶ περὶ τῶν πονηρῶν ἀνθρώπων. οἷον, οὐ συμπροτέσται· οὐ προσεγγίσει ἄρχων ἄνομος· ὁ τιθεὶς κόπον, καὶ μὴ συγχωρῶν ἡμῖν ἀπόνως ἐκπληροῦν τὰ προστάγματά σου. Θηρεύσουσιν οἱ παράνομοι τοὺς δικαίους, καὶ τοὺς ἀθῴους καταδικάσουσι, καὶ τὰ ἑξῆς. Τὸ δὲ, *εἰς βοηθὸν ἐλπίδος μου*, ἀντὶ τοῦ, εἰς στήριγμα τῆς εἰς αὐτὸν ἐλπίδος μου, σαλευομένης ὡς ἐγκαταλειπομένου· ἀντιλαβόμενός μου γὰρ, ἐστήριξεν αὐτήν. Καὶ ἀποδώσει Κύριος ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι· καὶ ἀφανεῖ αὐτοὺς ἐν τῷ παρόντι διὰ καταστροφῆς καὶ θανάτου.

C

D

Laus cantici ipsi David.

PSALMUS XCIV.

Iste etiam psalmus apud Hebræos inscriptione caret, verum LXX et *laudem David* inscripserunt, eo quod præsenti psalmo Propheta Deum laudaverit, et *canticum*, quia cum melodia, humana voce, canebatur. Atque imo in eo dicitur: *In psalmis jubilemus ei.* Convocantur autem hoc psalmo ad exsultationem fideles omnes in Christum, et Judæi, qui nondum crediderunt, universi admonentur, ut donec idoneum pœnitentiæ tempus habent, convertantur ad Dominum, et adorent eum. Utrique autem populo beatus David veluti suo populo seipsum conjungit, Christianis quidem ob pietatem et fidem, Judæis vero ob generis originem.

Αἶνος ᾠδῆς τῷ Δαβίδ.

ΨΑΛΜΟΣ ϟΑ'.

Ἀνεπίγραφος καὶ οὗτος παρ' Ἑβραίοις. Οἱ Ο' δὲ μήκοντα δὲ τὴν ἐπιγραφὴν ταύτην ἔγραψαν, *αἶνον* μὲν εἰπόντες, ὅτι αἰνεῖ τὸν Θεὸν, *ᾠδῆς* δὲ, ὅτι μετὰ μέλους ᾄσθη· καὶ *ἐν ψαλμοῖς* γάρ, φησὶν, *ἀλαλάζωμεν αὐτῷ*. Οὗτος τοὺς μὲν πιστεύσαντας ἤδη τῷ Χριστῷ συγκαλεῖ πρὸς ἀγαλλίασιν, τοῖς δὲ μήπω πεπιστευκόσιν Ἰουδαίοις συμβουλεύει, ἕως καιρὸν ἔχουσι μετανοίας, ἐπιστρέψαι καὶ προσπεσεῖν αὐτῷ. Συντάττει δὲ καὶ τούτοις κἀκείνοις ὁ Δαβὶδ ἑαυτόν· τοῖς μὲν, ὡς οἰκείοις ἀπὸ τῆς εὐσεβείας, τοῖς δὲ, ὡς ἰδίοις ἀπὸ τοῦ γένους.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Δεῦτε ἀγαλλιασώμεθα τῷ Κυρίῳ. Ἐν τῷ Δεσπότῃ Χριστῷ· ὑπὸ τοιοῦτον Κύριον ἀξιωθέντες ὑποταγῆναι, σφόδρα φιλανθρωπότατον.

A

Venite, exsultemus Domino. Domino nostro scilicet Jesu Christo. Ea autem ratione nobis exsultandum est, quia digni effecti sumus ut tam benignum ac tam misericordem Dominum consequeremur.

Ἀλαλάξωμεν τῷ Θεῷ τῷ Σωτῆρι ἡμῶν. Ἀλαλάξωμεν αὐτῷ, ὡς νικητῇ τῶν τυραννούντων, καὶ ῥυσαμένῳ ἡμᾶς, ἀπὸ τῆς ἐκείνων αἰχμαλωσίας. Βοὴ γὰρ ἐπινίκιος ὁ ἀλαλαγμός.

Jubilemus Deo salutari nostro. Jubilemus ei tanquam tyrannorum victori, ac tanquam liberatori, qui ab illorum nos captivitate eripuit. Est autem jubilatio, quædam militum vociferatio, quæ fieri solet in victoria.

Προφθάσωμεν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐν ἐξομολογήσει. Προλάβωμεν τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ τὴν δευτέραν· δηλονότι πρὸ τοῦ φανῆναι αὖθις, ἐξομολογησώμεθα, τουτέστι μετανοήσωμεν. Σημεῖον γὰρ μετανοίας ἡ ἐξαγόρευσις τῶν πλημμεληµάτων.

Venite, exsultemus Domino. Prævenimus, inquit, secundum Christi adventum, et antequam rursus nobis appareat, confiteamur, hoc est, pœnitentiam agamus. Signum autem pœnitentiæ maximum est peccatorum confessio.

Καὶ ἐν ψαλμῷ ἀλαλάξωμεν αὐτῷ. Καὶ ἡμεῖς ὁμοίως μετὰ τὸ πιστεῦσαι, μετὰ ψαλμῶν ἀλαλάξωμεν αὐτῷ ἐπινίκια, τῷ εἰπάντι· Θαρσεῖτε· ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον.

B

Et in psalmis jubilemus ei. Et nos quoque post fidem, in victoriæ signum, psalmis ei jubilemus; ei, inquam, qui dicit: *Confidite, ego vici mundum* [87].

Ὅτι Θεὸς μέγας Κύριος, καὶ βασιλεὺς μέγας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. Ὅτι, εἰ καὶ ἄνθρωπος ἐφάνη καὶ πέπονθεν, ἀλλά γε Θεὸς μέγας καὶ Κύριος, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἡδέως δὲ ἐνδιατρίβει διηγούμενος τὸ μέγεθος, καὶ τὴν ἐξουσίαν, καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῦ.

Venite, exsultemus Domino. Nam etsi hominem esse cum constiterit, et multiplices sustinuisse corporis passiones, attamen Deus est magnus et Dominus, et quæ sequuntur. Cum delectatione autem Propheta in divinæ magnitudinis ac potentiæ narratione immoratur.

Ὅτι ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ τὰ πέρατα τῆς γῆς. Ἐν τῇ χειρὶ, ἤγουν τῇ ἐξουσίᾳ σύμπασα ἡ γῆ. Ἢ καὶ ἄλλως τοῦτο τὸ ῥητὸν συμφωνεῖ τῷ τοῦ Ἡσαΐου λέγοντος· Ὁ κατέχων τὸν γύρον τῆς γῆς δρακί.

C

Venite, exsultemus Domino. Quia in manu ejus sunt omnes fines terræ. In illius facultate est universa terra. Vel aliter intelligi, ut Propheta idem fere dicat, quod alibi legimus dici de Deo, apud Isaiam: *Qui continet*, inquit, *gyrum terræ pugno* [88].

Καὶ τὰ ὕψη τῶν ὀρέων αὐτοῦ εἰσι. Κτίσματα ἤγουν κτήματα.

Et altitudines montium ipsius sunt, Ipsius nimirum creaturæ, atque ipsius bona.

Ὅτι αὐτοῦ ἐστιν ἡ θάλασσα, καὶ αὐτὸς ἐποίησεν αὐτήν. Οὐ μόνον γὰρ αὐτῆς ἐστι Κύριος, ἀλλὰ καὶ ποιητής.

Venite, exsultemus Domino. Quoniam ipsius est mare, et ipse fecit illud. Non solum enim ipse est maris Dominus, sed illius etiam creator.

Καὶ τὴν ξηρὰν αἱ χεῖρες αὐτοῦ ἔπλασαν. Διὰ τῶν στοιχείων καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς ἐδήλωσεν. Τὰ ὕψη δὲ τῶν ὀρέων ὡς θαύματος ἄξια παρέλαβε.

Et aridam manus ejus finxerunt. Per ipsa autem elementa, quæ commemorat, ea etiam significavit, quæ in eis sunt. Montium vero altitudines dixit, ut condigna admirandis operibus verba proferret.

Δεῦτε προσκυνήσωμεν, καὶ προσπέσωμεν αὐτῷ, καὶ κλαύσωμεν ἐνώπιον Κυρίου τοῦ ποιήσαντος ἡμᾶς. Προσκυνήσωμεν ὡς δοῦλοι, προσπέσωμεν ὡς βοηθείας τῆς αὐτοῦ δεόμενοι· κλαύσωμεν ὡς ἁμαρτωλοί.

Venite, adoremus, et procidamus ei et ploremus coram Domino, qui fecit nos. Adoremus ut servi, et procidamus ut supplices atque ejus opem implorantes, et ploremus ut peccatores.

D

Ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ ἡμεῖς λαὸς νομῆς αὐτοῦ καὶ πρόβατα χειρὸς αὐτοῦ. Λαὸς μὲν οἱ συνετώτεροι, πρόβατα δὲ οἱ ἀσυνετώτεροι· καὶ λαὸς μὲν, ὡς βασιλέως, πρόβατα δὲ, ὡς ποιμένος· καὶ λαὸς μὲν νομῆς, ὡς παρ' αὐτοῦ τρεφόμενοι καὶ πρανοούμενοι, πρόβατα δὲ χειρὸς αὐτοῦ, ὡς παρ' αὐτοῦ ἰθυνόμενοι καὶ διεξαγόμενοι.

Venite, exsultemus Domino. Quia ipse est Deus noster, et nos populus pascuæ ejus et oves manus ejus. Per populum, prudentiores quosque intelligit, et per oves, eos qui minus prudentes sunt. Et populus quidem dicitur, ut regis, oves autem, ut pastoris. Appellamur autem populus pascuæ, veluti qui ab eo educamur, et pascimur, et illius regimur providentia. Oves vero manus ejus, tanquam qui ab eo dirigimur, et manu quodammodo e periculis in tutum educimur.

Σήμερον ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε, μὴ σκληρύνετε τὰς καρδίας ὑμῶν, ὡς ἐν τῷ παραπικρασμῷ. Τὸ σήμερον οὐχ ὡρισμένην ἡμέραν

Venite, exsultemus Domino. Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra sicut in exacerbatione. Dictio *hodie* non determinatam diem aliquam designat,

[87] Joan. xvi, 33. [88] Isa. xl, 12.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

sed quamcunque diem, in qua dici potest hodie. Ita enim nobis declaravit magnus Paulus [69] : *Quocunque*, inquit, *tempore audieritis vocem ejus*, ejus, dico, vocantis vos per divinas Scripturas, et præsertim per Evangelium. *nolite obdurare corda vestra* obaudiendo; et non suscipiendo eam vocem, *quemadmodum in exacerbatione factum est.*

In die tentationis in deserto. Dictum est in psalmo LXXVII quod *exacerbaverunt Altissimum in inaquoso*, et quod *tentaverunt Deum in cordibus suis.* Tunc enim obdurarunt corda sua, vocem illam Dei repellentes quam audiverant in monte Sina, et obliti sunt beneficiorum ejus, non credentes, quod Deus posset omnia.

Ubi tentaverunt me patres vestri. Verum ubinam id accidit ? In deserto nimirum ; vel (7) eo tempore quo me tentastis. Est autem hic sermo ex sancti Spiritus persona.

Probaverunt me, et viderunt opera mea quadraginta annis. Admiranda nimirum opera illa ac beneficia, quæ plenius connumerantur in psalmo LXXVII. Et quod ait : *quadraginta annis*, aliqui superioribus verbis conjungunt, aliqui vero subsequentibus, dicentes :

VERS. 10. *Quadraginta annis infensus fui generationi illi.* Hoc est, inimicus ei eram atque implacabilis, ob duritiam nimirum cordis, atque ob infidelitatem eorum.

Et dixi : Semper errant corde. Instabiles sunt. *Generatio* enim, alibi inquit, *quæ non direxit cor suum.*

VERS. 11. *Ipsi vero non cognoverunt vias meas.* Per vias Dei, sæpenumero apud Scripturam, divina invenimus præcepta significari : eo quod iter nobis sunt, quo perveniamus ad Deum. Cognitionem vero hic non eam dicit, quæ legendo paratur, aut meditando, sed illam, quæ per opera ipsa demonstratur.

Quoniam juravi in ira mea, Si introibunt in requiem meam. Dictio, *Quoniam*, confirmantis est. Magna, inquit, cum stabilitate deliberavi, cum illis irascerer, quod non introibunt in requiem meam. Quid autem sibi velit Scriptura, cum jurare Deum introducit, diximus in psalmo LXXXVIII, ibi : *Juravi David servo meo.* De ira etiam Dei dictum est in psalmo VI, ibi : *Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.* Multis etiam in locis jam declaravimus, quod dictio *si* persæpe apud Hebræos idem significat quod *non.* Per requiem vero, promissionis terram intellige, in qua Israeliticus populus post quadraginta annorum peregrinationem lassus quievit. Facta est etenim ei requies illa regio. Cæterum qui Dei vocem obaudiverint, in regni cœlorum requiem non ingredientur.

[69] Hebr. IV, 7.

A ἐνταῦθα παρίστησιν, ἀλλὰ πᾶσαν ἐν ᾗ τὸ σήμερον δύναται λέγεσθαι. Οὕτω γὰρ αὐτὸ καὶ Παῦλος ἡρμήνευσε, τουτέστιν, ἐν οἱῳδήποτε καιρῷ· *Ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε*, καλοῦντος ἡμᾶς διὰ τῶν θείων Γραφῶν, καὶ μάλιστα διὰ τοῦ Εὐαγγελίου, *μὴ σκληρύνετε τὰς καρδίας ὑμῶν*, παρακούοντες, καὶ μὴ παραδεχόμενοι αὐτὴν, *ὡς ἐν τῷ παραπικρασμῷ γέγονεν.*

Κατὰ τὴν ἡμέραν τοῦ πειρασμοῦ ἐν τῇ ἐρήμῳ. Εἴρηται ἐν τῷ οζ' ψαλμῷ, ὅτι *Παρεπίκραναν αὐτὸν Ὕψιστον ἐν ἀνύδρῳ* καὶ *ἐξεπείρασαν τὸν Θεὸν ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν*, καὶ τὰ ἑξῆς ἀκολούθως. Καὶ τότε γὰρ ἐσκλήρυναν αὐτῶν τὰς καρδίας, ἀποπεμψάμενοι τὴν τοῦ Θεοῦ φωνὴν, ἣν ἤκουσαν ἐν Σινᾷ, καὶ ἐκλαθόμενοι τὰς εὐεργεσίας αὐτοῦ, καὶ
B ἀπιστήσαντες, ὅτι πάντα δύναται.

Οὗ ἐπείρασάν με οἱ πατέρες ὑμῶν. Οὗ · ὅπου ; Ἐν τῇ ἐρήμῳ. Ἢ οὗ πειρασμοῦ. Ἀπὸ δὲ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ὁ λόγος,

Ἐδοκίμασάν με καὶ εἶδον τὰ ἔργα μου τεσσαράκοντα ἔτη. Τὰ θαυμάσια καὶ τὰς εὐεργεσίας περὶ ὧν διέξεισιν ὁ οζ' ψαλμός. Τὸ δὲ *τεσσαράκοντα ἔτη* τινὲς μὲν τῷ παρόντι στίχῳ συνάπτουσι, τινὲς δὲ ἑφεξῆς, ἀναγινώσκοντες οὕτως ·

Τεσσαράκοντα ἔτη προσώχθισα τῇ γενεᾷ ἐκείνῃ. Τουτέστιν, ἐπαχθῶς ἔσχον αὐτήν· δυσηρεστήθην ἐκείνοις διὰ τὴν ἀπιστίαν καὶ σκληροκαρδίαν
C αὐτῶν.

Καὶ εἶπα· Ἀεὶ πλανῶνται τῇ καρδίᾳ. Ἀστατοῦσι. Γενεὰ γὰρ, φησὶν, ἥτις οὐ κατεύθυνε τὴν καρδίαν ἑαυτῆς.

Αὐτοὶ δὲ οὐκ ἔγνωσαν τὰς ὁδούς μου. Ὁδοὺς πολλάκις ἡ Γραφὴ καθάπερ καὶ νῦν τὰς ἐντολὰς ὀνομάζει, διὰ τὸ φέρειν εἰς Θεόν. Γνῶσιν δὲ αὐτῶν, οὐ τὴν διὰ γνώσεως καὶ μελέτης, ἀλλὰ τὴν δι' ἐνεργείας καὶ πράξεως.

Ὡς ὤμοσα ἐν τῇ ὀργῇ μου, Εἰ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσίν μου. Τὸ *Ὡς* βεβαιωτικόν. Βεβαίως, φησὶν, ἀπεφηνάμην, ἐν τῷ ὀργισθῆναί με, οὐκ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσίν μου. Τί
D μὲν οὖν ἐστιν ὅρκος ἐπὶ Θεοῦ, εἴρηται ἐν τῷ πθ' ψαλμῷ. Ἔνθα τὸ, *Ὤμοσα Δαβὶδ τῷ δούλῳ μου* Περὶ δὲ ὀργῆς πάλιν ἐξηγησάμεθα ἐν τῷ ς' ψαλμῷ. Ὅπου τὸ, *Κύριε μὴ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με, μηδὲ τῇ ὀργῇ σου παιδεύσῃς με.* Ὅτι δὲ τὸ *εἰ* τὸ Οὐ σημαίνει πολλάκις παρ' Ἑβραίοις, καὶ ἐν ἄλλοις εἰρήκαμεν. Κατάπαυσις δὲ ἡ γῆ τῆς ἐπαγγελίας, ὡς παύσασα τοὺς εἰσελθόντας Ἰσραηλίτας ἀπὸ τῆς ἐν μ' ἔτεσι πλάνης καὶ μεταβάσεως. καὶ ἀνάπαυσις αὐτοῖς γενομένη· λοιπὸν οὖν οὐδὲ οἱ παρακούοντες τῆς φωνῆς τοῦ Θεοῦ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσιν τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν.

Variæ lectiones.

(7) Rectius : *Vel* οὗ *referatur ad superiorem dictionem* πειρασμοῦ, *hoc est qua tentatione me tentastis.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Αἶνος ᾠδῆς τῷ Δαβὶδ, ὅτε οἶκος ᾠκοδόμητο μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν.

ΨΑΛΜΟΣ ΛΕ'.

Ἀνεπίγραφος καὶ οὗτος παρ' Ἑβραίοις. Διατί αἶνος ᾠδῆς παρὰ τῶν Ἑβδομήκοντα ἐπιγέγραπται, προείρηται ἐν τῷ πρὸ τούτου ψαλμῷ. Οἴκου δὲ οἰκοδομὴν μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν, καθ' ἱστορίαν μὲν, ἡ παρὰ Ζοροβάβελ ἀνέγερσις τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις ναοῦ. Κατὰ δὲ ἀναγωγὴν, ἡ κατασκευὴ τοῦ προσλήμματος, ἐν ᾧ ᾤκησεν ὁ Υἱὸς καὶ Θεὸς, μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν, ἣν ᾐχμαλώτευσεν ὁ διάβολος· περὶ ἧς εἴρηται· Ἀνέβης εἰς ὕψος, ᾐχμαλώτευσας αἰχμαλωσίαν· ἢ σύστασις τῆς Ἐκκλησίας, ἣν ὁ μέγας καὶ σοφὸς ἀρχιτέκτων ᾠκοδόμησε. Πάντα γὰρ ζαυτὶ προϊδὼν ὁ Δαβὶδ ᾄδειν προτρέπεται χαριστήρια.

Laus cantici, ipsi David, quando aomus ædificata est post captivitatem.

PSALMUS XCV.

Caret etiam hic psalmus inscriptione apud Hebræos. Quare autem a LXX inscriptus fuerit, *Laus cantici*, in superiori psalmo tradidimus. Et per ædificationem domus, quæ facta est post captivitatem, juxta historiam, templi renovationem intelligimus, quæ facta est a rege Zorobabel. Juxta anagogem vero assumptæ humanitatis habitaculum, in quo Dei Filius post captivitatem illam habitavit, qua diabolus hominem olim captivaverat, et de qua alibi dictum est : *Ascendisti in altum, captivasti captivitatem* [90]. Vel ipsam etiam Ecclesiæ constitutionem, quam magnus ac sapiens ille Architectus ædificavit. Cum enim hæc omnia futura esse prævidisset beatus David, exhortatur, ac mandat, ut condignas pro tantis beneficiis gratiarum actiones canamus Deo.

Ἄσατε τῷ Κυρίῳ ᾆσμα καινόν. Τί ἐστιν ᾆσμα καινὸν εἰρήκαμεν τῷ λβ' ψαλμῷ. Ἔνθα τὸ, Ἄσατε αὐτῷ ᾆσμα καινόν, εἰ δ' ἂν ᾆσμα καινὸν, καὶ ὅπερ ἦσαν οἱ ἄγγελοι γεννηθέντος τοῦ Χριστοῦ· τὸ, Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ τὰ ἑξῆς.

Vers. 1. *Cantate Domino canticum novum.* Quid sit novum canticum, diximus in psalmo XLII. Ibi : *Cantate ei canticum novum.* Et sane intelligere possumus, illud esse novum canticum, quod nato Domino angeli vigilantibus pastoribus cecinerunt : *Gloria in altissimis Deo* [91], etc.

Ἄσατε τῷ Κυρίῳ, πᾶσα ἡ γῆ. Ἦκε γὰρ ἐλευθερώσων πᾶσαν τὴν γῆν ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας τοῦ διαβόλου. Τοῦτο δὲ τῇ κατ' ἱστορίαν οἰκοδομῇ τοῦ ναοῦ πῶς ἂν ἁρμόσῃ, μηδὲν ἐνταῦθα τῶν ἄλλων ἐθνῶν ὠφελουμένων;

Cantate Domino, omnis terra. Venit etenim liberaturus omnem terram a dæmonum captivitate. Hæc autem verba quo pacto juxta historiam ædificationi templi possint accommodari, prorsus non video, cum aliæ gentes, præter Judæorum genus, ex hujuscemodi ædificatione omnino nihil juvarentur.

Ἄσατε τῷ Κυρίῳ, εὐλογήσατε τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Εὐφημήσατε τὸ ὄνομα αὐτοῦ, ὅτι σωτήριον· Ἰησοῦς γὰρ ὁ Σωτὴρ· ἢ ὅτι παντοδύναμον ἐκ πίστεως ὀνομαζόμενον. Τρὶς δὲ τὸ αὐτὸ, ἤγουν τὸ, Ἄσατε τῷ Κυρίῳ· ὅτι καὶ τρισὶ προσώποις ἡ αὐτὴ θεότης, καὶ ἡ αὐτὴ πρέπει λατρεία τῇ ἁγίᾳ Τριάδι.

Vers. 2. *Cantate Domino, benedicite nomini ejus.* Laudate nomen ejus, quoniam salutare est. Jesus etenim interpretatur *Salvator*. Vel quia omnipotens est illius nomen, si cum fide nominetur. Et considera quomodo ter dixerit : *Cantate Domino*, quia nimirum tribus divinis personis eadem est divinitas : unde idem merito cultus ipsi præstari debet Trinitati.

Εὐαγγελίζεσθε ἡμέραν ἐξ ἡμέρας τὸ σωτήριον αὐτοῦ. Διαγγέλλετε ἀεὶ τὸ σωτήριον κήρυγμα τοῦ Εὐαγγελίου· πρὸς τοὺς ἀποστόλους δὲ καὶ τοὺς τῶν ἀποστόλων διαδόχους ὁ λόγος· ζήτησον δὲ καὶ ἐν τῷ λθ' ψαλμῷ τὴν ἐξήγησιν τοῦ, Τὴν ἀλήθειάν σου καὶ τὸ σωτήριόν σου εἶπα.

Evangelizate de die in diem salutare ejus. Salutarem, inquit, Evangelii prædicationem semper annuntiate. Loquitur autem ad apostolos, et ad illorum successores. Vide quæ dicta sunt in psalmo XXXIX, in expositione illius versiculi : *Veritatem tuam, et salutare tuum dixi.*

Ἀναγγείλατε ἐν τοῖς ἔθνεσι τὴν δόξαν αὐτοῦ. Τὴν ἐνανθρώπησιν, καὶ τὰ δι' ἡμᾶς πάθη. Δόξα γὰρ τῷ Δεσπότῃ τὸ παθεῖν ὑπὲρ τῆς τῶν δούλων σωτηρίας.

Vers. 3. *Annuntiate inter gentes gloriam ejus.* Incarnationem nimirum, et passiones omnes, quas ob salutem nostram sustinuit. Fuit quippe illi gloria, ut pro servorum suorum redemptione atque salute tanta sit passus.

Ἐν πᾶσι τοῖς λαοῖς τὰ θαυμάσια αὐτοῦ. Τὰ θαυμάσια ἔργα, ἃ ἐποίησε συναναστρεφόμενος τοῖς ἀνθρώποις.

In omnibus populis mirabilia ejus. Mirabilia nimirum opera, quæ fecit cum inter homines versaretur.

Ὅτι μέγας Κύριος καὶ αἰνετὸς σφόδρα. Μέγας μὲν, ὡς παντοδύναμος· αἰνετὸς δὲ, ὡς φιλάνθρωπος.

Vers. 4. *Quoniam magnus Dominus, et laudabilis valde.* Magnus quidem ut omnipotens, laudabilis vero ut misericors.

Φοβερός ἐστιν ὑπὲρ πάντας τοὺς θεούς. Οὗτος μὲν γὰρ ἐν τῷ παρόντι αἰῶνι δύναται κολάζειν,

Timendus est super omnes deos. Nam et in præsenti sæculo punire potest et in futuro : nec cor-

[90] Psal. LXVII, 19. [91] Luc. II, 14.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

pus tantum, sed ipsam etiam animam, quod illi minime possunt : et hic quidem vere timendus, illi autem hominum potius opinione atque imaginatione formidantur. Deos vero improprie hic gentium deos appellavit, ideo sequitur :

A καὶ ἐν τῷ μέλλοντι· καὶ οὐ σῶμα μόνον, ἀλλὰ καὶ ψυχήν· ἐκεῖνοι δὲ, οὐδαμῶς. Καὶ οὗτος μὲν ἀληθείᾳ φοβερός· ἐκεῖνοι δὲ, φαντασίᾳ. Θεοὺς δὲ λέγει, τοὺς τῶν ἐθνῶν.

Vers. 5. *Quoniam omnes dii gentium dæmonia.* Gentiles olim deos suos appellabant dæmones, tanquam scientes, ac cujuscunque boni gnaros : nos vero dæmones eos appellamus, tanquam peritos ad malum.

Ὅτι πάντες οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν, δαιμόνια. Ἕλληνες μὲν δαίμονας τοὺς θεοὺς αὐτῶν ὠνόμαζον, ὡς δαίμονας καὶ ἐπιστήμονας τοῦ καλοῦ· ἡμεῖς δὲ προσαγορεύομεν αὐτοὺς δαίμονας, ὡς ἐπιστήμονας τοῦ κακοῦ.

Dominus autem cœlos fecit. Atqui fecit et cætera omnia : *Omnia* enim, inquit, *per ipsum facta sunt*[93] : Propheta autem hoc loco ad majorem illius admirationem et gloriam, ea tantum commemoravit, quæ digniora sunt et magnificentiora.

Ὁ δὲ Κύριος τοὺς οὐρανοὺς ἐποίησε. Καὶ μὴν καὶ τὰ λοιπὰ πάντα. Πάντα γὰρ, φησὶν, *δι' αὐτοῦ ἐγένετο.* Ἀλλὰ γὰρ τὰ μεγαλοπρεπέστερα παρέλαβεν, ὡς θαυμασιώτερα.

Vers. 6. *Confessio, et pulchritudo in conspectu ejus.* Per ipsas virtutum habitudines, homines illos significare voluit, qui hujuscemodi virtutibus sunt præditi : per confessionem nimirum, eos qui propria delicta confitentur ; et per pulchritudinem, eos qui ipsa confessione pulchriores atque ornatiores efficiuntur, quique per hujusmodi pœnitentiam antiquas quodammodo peccatorum sordes abluunt. Tales igitur viri sunt in conspectu Domini, juxta illud : *Oculi Domini super justos, et aures ejus in preces eorum*[94].

B Ἐξομολόγησις, καὶ ὡραιότης ἐνώπιον αὐτοῦ. Διὰ τῶν ἕξεων τοὺς ἔχοντας ὑποδηλοῖ· ἐξομολόγησιν μὲν λέγων, τοὺς ἐξομολογουμένους τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν· ὡραιότητα δὲ, τοὺς ὡραίους ἐντεῦθεν γινομένους, ὡς διὰ μετανοίας ἀπολουομένους. Οὗτοι οὖν ἐνώπιον αὐτοῦ κατὰ τό· *Ὀφθαλμοὶ Κυρίου ἐπὶ δικαίους, καὶ ὦτα αὐτοῦ, εἰς δέησιν αὐτῶν.*

Sanctimonia et magnificentia in sanctificatione ejus. (Græce pro *sanctificatione* ἁγιάσματι legimus, quæ dictio non tantum *sanctificationem*, sed *sanctuarium* etiam significat.) Per sanctuarium igitur, quodlibet templum intellige Deo dicatum : quod ideo sanctuarium appellat, quia a Deo sanctificatum est, et quia omnes eos homines sanctificet, qui illuc cum fide ingrediantur. In hoc igitur sanctuario, magnificentia et sanctimonia conversantur, hoc est, munditia et puritas, et opera omnia quæ magnos viros decent.

Et dominati sunt eorum, ii qui oderant eos, et tribulaverunt eos inimici eorum, et humiliati sunt sub manibus eorum. Sæpe liberavit eos, ipsi autem exacerbaverunt eum in consilio suo. Maligna quippe, atque ingrata mente sua Deum provocaverunt.

[88] Num. xx, 10, 11. [89] Ibid. 12.

A σιάσαι τὴν συναγωγὴν, καὶ λαλῆσαι πρὸς τὴν ἀπέναντι πέτραν, ὅπως δώσει ὕδωρ, *λαβὼν τὴν ῥάβδον, καὶ ἐκκλησιάσας εἶπεν· Ἀκούσατέ μου οἱ ἀπειθεῖς· μὴ ἐκ τῆς πέτρας ταύτης ἐξάξομεν ὑμῖν ὕδωρ; εἶτα ἐπάταξε τὴν πέτραν τῇ ῥάβδῳ δίς, καὶ ἐξῆλθεν ὕδωρ πολύ.* Ἐπεὶ οὖν οὐκ ἐλάλησε πρὸς τὴν πέτραν, ὡς εἶπεν αὐτῷ ὁ Κύριος εἰς δόξαν Θεοῦ, ἀλλὰ πρὸς τὸν λαὸν μετ' ἀγανακτήσεως κατ' ὀλιγωρίαν, ἐκακώθη παρὰ Θεοῦ εἰπόντος πρὸς τὸν Ἀαρὼν καὶ αὐτόν· *Ἐπεὶ οὐκ ἐπιστεύσατέ μοι, ἁγιάσαι με ἐναντίον τῶν υἱῶν Ἰσραήλ, διὰ τοῦτο οὐκ εἰσάξετε ὑμεῖς τὴν συναγωγὴν ταύτην εἰς τὴν γῆν, ἣν ἔδωκα αὐτοῖς.* Ἁγιάσαι λέγων τὸ *δοξάσαι.*

B *Ὅτι παρεπίκραναν τὸ πνεῦμα αὐτοῦ.* Τὴν ψυχὴν τοῦ Μωσέως οἱ Ἰσραηλῖται, γογγύζοντες καὶ λοιδορούμενοι αὐτῷ. Δείκνυσι δὲ ὅτι ἀναγκασθεὶς ὠλιγώρησε.

Καὶ διέστειλεν ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ. Διέστειλεν, ἤτοι διστακτικῶς ἐλάλησεν. Ἀμφιβόλως εἶπε, καὶ οὐ πιστεύων ὅτι ῥυήσεται ὕδωρ. Οἶμαι γὰρ ὑπέλαβεν ὅτι, διὰ τὸ συνεχῶς αὐτοὺς ἀγνωμονεῖν τὸν πυκνῶς εὐεργετοῦντα, οὐκ ἐξενεχθήσεται ὕδωρ.

Οὐκ ἐξωλόθρευσαν τὰ ἔθνη, ἃ εἶπεν αὐτοῖς Κύριος. Περὶ τούτων ἡ βίβλος τῶν Κριτῶν ἱστορεῖ.

C *Καὶ ἐμίγησαν ἐν τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἔμαθον τὰ ἔργα αὐτῶν, καὶ ἐδούλευσαν τοῖς γλυπτοῖς αὐτῶν.* Ἔργα τὰ παράνομα καὶ ἀσεβῆ. Ζήτησιν ἐν τῷ οζ' ψαλμῷ τὸ, *Καὶ ὑπέστρεψαν, καὶ ἠθέτησαν, καθὼς καὶ οἱ πατέρες αὐτῶν.*

Καὶ ἐγενήθη αὐτοῖς εἰς σκάνδαλον. Ἐγενήθη τὰ γλυπτὰ, ἢ τὸ δουλεῦσαι τοῖς γλυπτοῖς αὐτοῖς, εἰς ἐμπόδιον τῆς θείας ἐπισκοπῆς, εἰς πρόσκομμα καὶ πτῶσιν.

Καὶ ἔθυσαν τοὺς υἱοὺς αὐτῶν καὶ τὰς θυγατέρας αὐτῶν τοῖς δαιμονίοις. Καὶ ἐξέχεαν αἷμα ἀθῷον, αἷμα υἱῶν αὐτῶν καὶ θυγατέρων, ὧν ἔθυσαν τοῖς γλυπτοῖς αὐτῶν Χαναάν. Ὡς τούς μανθάνοντας τὰ ἔργα τῶν ἐθνῶν εἰκός. Εἰργάζοντο γὰρ καὶ τοῦτο τὰ ἔθνη κατά τινας καιρούς.

Καὶ ἐφονοκτονήθη ἡ γῆ ἐν τοῖς αἵμασι, καὶ ἐμιάνθη ἐν τοῖς ἔργοις αὐτῶν. Ἑρμηνευτικὸν τοῦ *ἐμιάνθη*, τὸ, *ἐφονοκτονήθη.*

D *Καὶ ἐπόρνευσαν ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν αὐτῶν.* Ἀποστάντες τοῦ Θεοῦ, ἐκολλήθησαν τοῖς δαίμοσι· τοῦτο γὰρ καὶ ἄλλοι προφῆται πορνείαν καὶ μοιχείαν ὠνόμασαν. Νοεῖται δὲ καὶ περὶ τῆς ἀκολασίας αὐτῶν ὁ λόγος.

Καὶ ὠργίσθη θυμῷ Κύριος ἐπὶ τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ ἐβδελύξατο τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ, καὶ παρέδωκεν αὐτοὺς εἰς χεῖρας ἐχθρῶν. Ὡς ἡ τῶν Κριτῶν βίβλος διδάσκει.

Καὶ ἐκυρίευσαν αὐτῶν οἱ μισοῦντες αὐτους, καὶ ἐθλίψαν αὐτοὺς οἱ ἐχθροὶ αὐτῶν, καὶ ἐταπεινώθησαν ὑπὸ τὰς χεῖρας αὐτῶν. Πλεονάκις ἐῤῥύσατο αὐτούς· αὐτοὶ δὲ παρεπίκραναν αὐτὸν ἐν τῇ βουλῇ αὐτῶν. Ἐν τῇ βουλῇ αὐτῶν, τῇ πονηρᾷ· ἐν τῇ γνώμῃ αὐτῶν, τῇ ἀχαρίστῳ καὶ ἀγνώμονι.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Καὶ ἐταπεινώθησαν ἐν ταῖς ἀνομίαις αὐτῶν. Κατεπτώθησαν, ἠσθένησαν.

Καὶ εἶδε Κύριος ἐν τῷ θλίβεσθαι αὐτούς, ἐν τῷ εἰσακοῦσαι τῆς δεήσεως αὐτῶν, καὶ ἐμνήσθη τῆς διαθήκης αὐτοῦ. Τῆς πρὸς Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακώβ.

Καὶ ἐμελετήθη κατὰ τὸ πλῆθος τοῦ ἐλέους αὐτοῦ. Μετέβαλε τὴν ὀργὴν εἰς οἶκτον, ὡς πολυέλεος.

Καὶ ἔδωκεν αὐτοὺς εἰς οἰκτιρμούς. Ὠκτειρεν αὐτούς.

Ἐναντίον πάντων τῶν αἰχμαλωτευσάντων αὐτούς. Περιφραστικῶς, ὥστε πάντας τοῦτο μαθεῖν τοὺς αἰχμαλωτεύσαντας αὐτούς. Διάφορα γὰρ ἔθνη κατὰ διαφόρους καιροὺς ᾐχμαλώτευσαν αὐτοὺς, ὡς ἡ δηλωθεῖσα βίβλος ἱστορεῖ. Γέγονε δὲ τοῦτο ἐπὶ Κύρου, καὶ Δαρείου, καὶ Ἀρταξέρξου τῶν βασιλέων, ὡς Ἔσδρας ἔγραψε.

Σῶσον ἡμᾶς, Κύριε, ὁ Θεὸς ἡμῶν. Εἰς τὴν προτέραν αὖθις ἀνέδραμε ἱκεσίαν.

Καὶ ἐπισυνάγαγε ἡμᾶς ἐκ τῶν ἐθνῶν. Οἶμαι προσώπῳ τῆς ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίας ἡ παράκλησις· ἴσως δὲ καὶ τῶν διασπαρέντων μετὰ τὴν παρὰ Βαβυλωνίων αἰχμαλωσίαν.

Τοῦ ἐξομολογήσασθαι ἐν τῷ ὀνόματί σου τῷ ἁγίῳ. Τοῦ εὐχαριστῆσαι, ὡς Σωτῆρι καὶ ἐλευθερωτῇ.

Τοῦ ἐγκαυχᾶσθαι ἐν τῇ αἰνέσει σου. Μέγα γὰρ τὸ αἰνεῖν σε· καὶ καύχησις τοῖς αἰνοῦσιν ὄντως, ὅτι ἀξιοῦνται ὑμνολόγοι γενέσθαι τοιούτου Θεοῦ.

Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ ἀπὸ τοῦ αἰῶνος καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος. Εὐφημητὸς, αἰνετὸς ἀεί.

Καὶ ἐρεῖ πᾶς ὁ λαός· Γένοιτο, γένοιτο. Ἐρεῖ τὸ, Εὐλογητὸς ὁ Κύριος· ἢ τὸ, Γένοιτο εὐλογητός.

Ἀλληλούϊα.

ΨΑΛΜΟΣ ΡϚ'.

Καὶ οὗτος ὁ ψαλμὸς, διεξιὼν εὐεργεσίας τοῦ Θεοῦ, τὴν αὐτὴν τῷ προλαβόντι δικαίως ἔλαχεν ἐπιγραφήν.

Ἐξομολογεῖσθε τῷ Κυρίῳ ὅτι χρηστὸς, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. Τοιοῦτον ἔχει προοίμιον καὶ ὁ πρὸ τούτου ψαλμός.

Εἰπάτωσαν οἱ λελυτρωμένοι ὑπὸ Κυρίου. Εἰπάτωσαν ὅτι χρηστὸς καὶ τὸ ἑξῆς.

Οὓς ἐλυτρώσατο ἐκ χειρὸς ἐχθροῦ. Τοῦ διαβόλου. Περὶ γὰρ τῶν πιστευσάντων εἰς Χριστὸν ὁ λόγος, εἰ καὶ Ἰουδαῖοι φιλονεικοῦσι νοεῖσθαι τὸν ψαλμὸν περὶ τῶν μετὰ τὴν παρὰ Βαβυλωνίων αἰχμαλωσίαν ἀνακληθέντων. Τινὰ δὲ τῶν ἀντιγράφων, *ἐκ χειρὸς ἐχθρῶν*, γράφουσιν, ἤτοι τῶν δαιμόνων.

Et humiliati sunt in iniquitatibus suis. Deciderunt enim ab adeptis viribus, infirmique ac debiles effecti sunt.

Vers. 44, 45. *Et vidit Dominus cum tribularentur, dum exaudivit orationem eorum, et memor fuit testamenti sui.* Testamenti, inquam, ad Abraham, Isaac et Jacob.

Et pœnituit eum secundum multitudinem misericordiæ suæ. Commutavit enim iram in misericordiam. Est etenim valde misericors.

Vers. 46. *Et dedit eos in misericordias.* Eorum misertus est.

In conspectu omnium, qui ceperant eos. Adeo palam atque adeo manifeste eorum misertus est, ut omnes, qui fecerant eos captivos, perspicue id cognoverint. Variæ enim gentes, variis temporibus eos in servitutem redegerunt, quemadmodum in prædicto Judicum libro traditur. Factum est autem hoc, tempore Cyri, Darii et Artaxerxis, ut Esdras scribit.

Vers. 47. *Salvos fac nos, Domine Deus noster.* Iterum ad preces recurrit.

Et congrega nos de nationibus. Puto petitionem hanc proferri ex persona Ecclesiæ, quæ de gentibus congregata est : vel forte ex persona Judæorum, qui post Babyloniçam captivitatem dispersi sunt.

Ut confiteamur nomini tuo sancto. Ut gratias tibi agamus, tanquam Salvatori ac liberatori nostro.

Et gloriemur in laude tua. Magnum etenim quid est, Deum laudare. Vera etiam ac summa gloriatio est omnibus, qui eum laudant : ea ratione videlicet, quod digni effecti sunt tanto ministerio.

Vers. 48. *Benedictus Dominus Deus Israel, a sæculo et usque in sæculum.* Benedicendus enim semper est, et laudandus.

Et dicet omnis populus : Fiat, fiat. Dicet omnis populus : Benedictus Dominus ; vel dicet omnis populus : Fiat, inquam, fiat benedictus Dominus.

Alleluia.

PSALMUS CVI.

Cum hic psalmus simili modo beneficia Dei narret in humanum genus collata, eamdem merito cum præcedentibus psalmis inscriptionem sortitus est.

Vers. 1. *Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia ejus.* Eisdem verbis Propheta in præcedenti psalmo exorsus est.

Vers. 2. *Dicant qui redempti sunt a Domino.* Dicant, inquam, quod bonus est, et quæ sequuntur.

Quos redemit de manu inimici. Diaboli scilicet. Est enim sermo de fidelibus Christianis ; quanquam Judæi contendant psalmum hunc intelligi debere de iis qui ex Babylonica captivitate revocati sunt in patriam. Quædam vero exemplaria habent : *De manu inimicorum*, hoc est, De potestate dæmonum.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Et de regionibus congregavit eos. De regionibus gentium congregatos, in unam Ecclesiam, atque in unicam fidem conjunxit.

VERS. 3. *A solis ortu, et occasu, ab aquilone, et mari.* Ex quatuor enim mundi partibus in unum congregati sunt : quia *in omnem terram exivit sonus* apostolorum, *et in fines orbis terræ verba eorum* [46].

VERS. 4. *Erraverunt in solitudine, in inaquoso.* Errabant olim gentes omnes ambulantes in conversatione quadam deserta solitariaque ac viduata virtutum fructibus, et omni sacræ doctrinæ potu prorsus carente.

Viam civitatis habitaculi non invenerunt. Civitas habitaculi proprie cœlum est : cujus viam non invenerant, veluti errabundi : vel ipsa etiam cognitio Dei, virtusque, et religio.

VERS. 5. *Esurientes et sitientes.* Erant scilicet : neque enim cognitionem Dei aut doctrinam ullam habebant, qua cibum aut potum animabus suis præstarent.

Anima eorum in ipsis defecit. In peccatis nimirum contrita, atque imo etiam effecta debilis et infirma.

VERS. 6. *Et clamaverunt ad Dominum cum tribularentur.* Clamabant prophetæ ad Dominum, salutem ac redemptionem gentium optantes ; ipsique angeli pariter, qui universis sortito nationibus præsunt.

Et de omnibus necessitatibus eorum eripuit eos. De multiplici scilicet dæmonum tyrannide.

VERS. 7. *Et deduxit eos in viam rectam.* Quæ ad cœlum ducit, quam antea non invenerunt, cum in errore degerent : incarnatus vero Deus docuit eos omnem veritatem.

Ut irent in civitatem habitaculi. De qua paulo superius diximus.

VERS. 8. *Confiteantur Domino misericordiæ ejus.* Annuntient, inquit, misericordias Dei erga se.

Et mirabilia ejus filiis hominum. Et narrent, inquit, filiis hominum id nescientibus, mirabilia Dei opera in eos, seu propter eos facta.

VERS. 9. *Quia satiavit animam inanem.* Vacuas ac esurientes animas divino pane implevit potuque vivifico : evangelica nimirum doctrina.

Et animam esurientem satiavit bonis. Idem repetit aliis verbis.

VERS. 10. *Sedentes in tenebris et umbra mortis.* Hoc est in tenebris erroris. Error etenim umbra est, atque imago corporeæ hujus mortis, dum a vera ac perpetua cœlesti vita nos separat, quemadmodum illa a præsenti.

Vinctos in mendicitate et ferro. In mendicitate, hoc est, inopia virtutum in forti præterea ac gravi catena peccatorum : *Catenis* enim, inquit, *peccatorum suorum unusquisque constringitur.*

VERS. 11. *Quia exacerbaverunt eloquia Dei.* Hoc

[46] Psal. XVIII, 5.

A *Καὶ ἐκ τῶν χωρῶν συνήγαγεν αὐτούς.* Ἐκ τῶν χωρῶν τῶν ἐθνῶν εἰς μίαν Ἐκκλησίαν καὶ πίστιν.

Ἀπὸ ἀνατολῶν, καὶ δυσμῶν, καὶ βορρᾶ, καὶ θαλάσσης. Ἐκ τῶν τεσσάρων γὰρ περάτων τοῦ κόσμου συνήχθησαν. *Εἰς πᾶσαν* γὰρ, φησὶ, *τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος* τῶν ἀποστόλων, *καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν.*

Ἐπλανήθησαν ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐν ἀνύδρῳ. Ἐπλανήθησαν πρότερον ἐν τῇ πολιτείᾳ τῇ ἐρήμῳ καρπῶν ἀρετῆς, μὴ ἐχούσῃ πόμα διδασκαλίας θείας.

Ὁδὸν πόλεως κατοικητηρίου οὐχ εὗρον. Πόλις κατοικητηρίου ὁ οὐρανὸς, οὗ τὴν ὁδὸν οὐχ εὗρον οἱ B πλανώμενοι· εἰ δ' ἂν ἡ θεογνωσία, καὶ ἡ εὐσέβεια, καὶ αἱ ἀρεταί.

Πεινῶντες καὶ διψῶντες. Ἦσαν δηλονοτι· οὐκ εἶχον γὰρ θεογνωσίαν ἢ διδασκαλίαν τρέφουσαν καὶ ποτίζουσαν ψυχάς.

Ἡ ψυχὴ αὐτῶν ἐν αὐτοῖς ἐξέλιπεν. Ἐν ἁμαρτίᾳ κατετρίβη, ἐξησθένησε.

Καὶ ἐκέκραξαν πρὸς Κύριον ἐν τῷ θλίβεσθαι αὐτούς. Ἐκέκραξαν οἱ προφῆται ὑπὲρ αὐτῶν, καὶ οἱ θεῖοι ἄγγελοι, οἱ προεστηκότες τῶν ἐθνῶν.

Καὶ ἐκ τῶν ἀναγκῶν αὐτῶν ἐῤῥύσατο αὐτούς. C Ἐκ τῶν τυραννίδων τῶν δαιμόνων.

Καὶ ὡδήγησεν αὐτοὺς εἰς ὁδὸν εὐθεῖαν. Τὴν ἀνάγουσαν πρὸς τὸν οὐρανὸν, ἣν πρότερον οὐχ εὗρον ἐν πλάνῃ διάγοντες· ἐνανθρωπήσας γὰρ ἐδίδαξεν αὐτοὺς τὴν ἀλήθειαν.

Τοῦ πορευθῆναι εἰς πόλιν κατοικητήριον. Περὶ οὗ μικρὸν ἀνωτέρω διελάβομεν.

Ἐξομολογησάσθωσαν τῷ Κυρίῳ τὰ ἐλέη αὐτοῦ. Ἐξαγορευσάτωσαν τὰ εἰς αὐτοὺς ἐλέη αὐτοῦ.

Καὶ τὰ θαυμάσια αὐτοῦ τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων. Τὰ εἰς αὐτοὺς ἢ δι' αὐτοὺς θαυμάσια διηγησάσθωσαν τοῖς ἀγνοοῦσιν αὐτά.

Ὅτι ἐχόρτασε ψυχὴν κενήν. Ψυχὰς πεινώσας ἐνέπλησε θείου ἄρτου καὶ πόματος ζωηῤῥύτου· λέγω δὴ τῆς εὐαγγελικῆς διδασκαλίας.

D *Καὶ ψυχὴν πεινῶσαν ἐνέπλησεν ἀγαθῶν.* Τὸ αὐτὸ λέγει πάλιν.

Καθημένους ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου. Ἐν σκότει πλάνης, ἥτις ἐστὶν εἰκὼν θανάτου, χωρίζουσα τῆς ἀληθινῆς ζωῆς, ὡς ὁ θανάτος τῆς παρούσης.

Πεπεδημένους ἐν πτωχείᾳ καὶ σιδήρῳ. Ἐν πτωχείᾳ ἀρετῶν, καὶ κλοιῷ ἰσχυρῷ καὶ βαρεῖ ἁμαρτημάτων. *Σειραῖς* γὰρ, φησὶν, *ἕκαστος ἑαυτῶν ἁμαρτημάτων περισφίγγεται.*

Ὅτι παρεπίκραναν τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ. Ἤτοι

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τὸν λέγοντα περὶ τῆς σωτηρίας αὐτῶν Θεόν· λέγοντα δὲ διὰ τοῦ ἐμφύτου λόγου πᾶσιν ἀνθρώποις, καὶ νόμου τοῦ δοθέντος Ἰουδαίοις, καὶ προφητῶν, καὶ εὐεργεσιῶν, καὶ ἀπειλῶν, καὶ πληγῶν, καὶ λοιπῶν, ὑφ' ὧν ἐκτριβῆναι τὴν κακίαν τὸ σπουδαζόμενον ἦν, ὡς ὁ Θεολόγος φησὶ Γρηγόριος.

A est, Deum ipsum loquentem de eorum salute, loquentem, inquam, per eam rationem, quæ omnibus hominibus insita est : vel per legem datam, per prophetas, per beneficia, per minas, per plagas, et per cætera omnia, quibus, ut inquit Gregorius Theologus, studuit Deus vitia hominum conterere.

Καὶ τὴν βουλὴν τοῦ Ὑψίστου παρώξυναν. Ἤγουν τὸν βουλόμενον τὴν σωτηρίαν αὐτῶν Ὕψιστον· λόγια γὰρ Θεοῦ τὸν Θεὸν, κατὰ περίφρασιν, καὶ βουλὴν Ὑψίστου τὸν Ὕψιστον ἐνταῦθα χρὴ νοεῖν.

Et consilium Altissimi irritaverunt. Ipsum scilicet Altissimum, eorum saluti consulentem, per eloquia enim Dei, et per consilium Altissimi, Deum ipsum circumloquitur.

Καὶ ἐταπεινώθη ἐν κόποις ἡ καρδία αὐτῶν. Ἐταλαιπώρησεν ἡ ψυχὴ αὐτῶν ἐν κόποις τῆς ἁμαρτίας.

Vers. 12. *Et humiliatum est in laboribus cor eorum.* Afflicta est miseriis anima eorum in malis et peccatis.

Ἠσθένησαν, καὶ οὐκ ἦν ὁ βοηθῶν. Ὁ ῥυόμενος αὐτοὺς τῆς τυραννίδος τοῦ διαβόλου.

B *Infirmati sunt, et non erat, qui adjuvaret.* Qui eriperet eos a tyrannide diaboli.

Καὶ ἐκέκραξαν πρὸς Κύριον, ἐν τῷ θλίβεσθαι αὐτοὺς, καὶ ἐκ τῶν ἀναγκῶν αὐτῶν ἔσωσεν αὐτούς. Εἴρηται περὶ τούτων ἀνωτέρω. Τετράκις γὰρ ἐν ὅλῳ τῷ ψαλμῷ ταῦτα τέθεικεν, ἐμφαίνων τὸ μέγεθος τῆς εὐεργεσίας.

Vers. 13. *Et clamaverunt ad Dominum cum tribularentur et de necessitatibus eorum salvavit eos.* Hæc verba, quibus Propheta divinorum beneficiorum magnitudinem exprimere satagens, in præsenti psalmo sæpius, hoc est, quater repetit, jam a nobis superius exposita sunt.

Καὶ ἐξήγαγεν αὐτοὺς ἐκ σκότους καὶ σκιᾶς θανάτου. Εἴρηται περὶ τοῦ σκότους καὶ τῆς σκιᾶς τοῦ θανάτου.

Vers. 14. *Et eduxit eos de tenebris, et umbra mortis.* Atque hæc verba etiam superius exposuimus.

Καὶ τοὺς δεσμοὺς αὐτῶν διέρρηξεν. Τοὺς δεσμοὺς τῆς ἁμαρτίας, οὓς ἐπέβαλεν αὐτοῖς ὁ διάβολος, τοὺς δεσμοὺς τῆς δουλείας τῶν δαιμόνων.

Et vincula eorum dirupit. Vincula videlicet peccati, quibus dæmon eos involverat, vel vincula servitutis dæmonum.

Ἐξομολογησάσθωσαν τῷ Κυρίῳ τὰ ἐλέη αὐτοῦ, καὶ τὰ θαυμάσια αὐτοῦ τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων. Ἐρρήθη καὶ περὶ τούτων· ὁμοίως γὰρ τετράκις ἐν ὅλῳ τῷ ψαλμῷ καὶ ταῦτα τέθεικεν, ἐπιτείνων τὴν εὐχαριστίαν.

C Vers. 15. *Confiteantur Domino misericordiæ ejus, et mirabilia ejus filiis hominum.* Hæc verba, quæ ut sermonem de gratiarum actionibus intensionem redderet, simili modo a Propheta quater in hoc psalmo de industria repetuntur, paulo superius a nobis satis declarata sunt.

Ὅτι συνέτριψε πύλας χαλκᾶς. Πύλας ἰσχυρὰς, πύλας ἀῤῥήκτους, τὰς τοῦ ᾅδου· κατέλυσε γὰρ αὐτὰς ἐκεῖ κατελθὼν, καὶ τὰς κατεχομένας ψυχὰς ἐξήγαγε.

Vers. 16. *Quia contrivit portas æreas.* Occlusas diu olim, et valide obfirmatas inferni januas infregit Dominus, quoniam illuc descendens carceri emancipatos patres eripuit.

Καὶ μοχλοὺς σιδηροῦς συνέθλασεν. Τοὺς τῶν τοιούτων πυλῶν· εἶεν δ' ἂν πύλαι ᾅδου καὶ μοχλοὶ τὸ ἄφυκτον αὐτοῦ καὶ ἀδιεξέλευτον.

Et vectes ferreos confregit. Vectes, inquam, hujusmodi portarum. Per portas etiam æreas, et per vectes ferreos intelligere possumus significari, quam difficile esset evadere loca illa.

Ἀντελάβετο αὐτῶν ἐξ ὁδοῦ ἀνομίας αὐτῶν. Ἔτι ὁδευόντων ἐν ἀνομίᾳ.

D Vers. 17. *Adjuvit eos in via iniquitatis eorum.* Hoc est, cum adhuc in iniquis ac pravis eorum operibus perseverando procederent.

Διὰ γὰρ τὰς ἀνομίας αὐτῶν ἐταπεινώθησαν. Ἐταλαιπώρησαν, καὶ ἐφάνησαν ἐλέους καὶ ἀντιλήψεως ἄξιοι.

Propter iniquitates enim suas humiliati sunt. Valde enim afflicti sunt, ob quod misericordia et auxilio divino dignos se ostenderunt.

Πᾶν βρῶμα ἐβδελύξατο ἡ ψυχὴ αὐτῶν. Πᾶν βρῶμα ψυχικὸν, λογικὸν, διδασκαλικόν· δι' ὑπερβολὴν κακίας. Καὶ αὐτοῖς γὰρ τοῖς Ἑλληνικοῖς δόγμασιν δυσηρεστοῦντο.

Vers. 18. *Omnem cibum abominata est anima eorum.* Omnem, inquam, cibum animæ rationabilem et omnem doctrinam. Adeo enim depravatis erant animis, ut ipsa etiam gentilium studia fastidirent.

Καὶ ἤγγισαν ἕως τῶν πυλῶν τοῦ θανάτου. Τοῦ ψυχικοῦ, τοῦ παραδιδόντος ταῖς αἰωνίοις κολάσεσι. Πύλας δὲ θανάτου λέγει τὰς μεγάλας καὶ χαλεπὰς ἁμαρτίας τὰς εἰσαγούσας εἰς αὐτόν· ἢ

Et appropinquarunt usque ad portas mortis. Mortem animæ intelligit, quæ perpetuis supplicii hominem obnoxium reddit. Per portas autem mortis, magna ac gravia nuncupat delicta, quæ morti

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

hominem addicunt : vel ipsam circumloquitur mortem. Est autem sermo de fidelibus.

A περιφραστικῶς τὸν θάνατον. Περὶ δὲ τῶν πιστευσάντων ὁ λόγος.

Vers. 19. *Et clamaverunt ad Dominum cum tribularentur, et de necessitatibus eorum salvavit eos.* Dictum est superius.

Καὶ ἐκέκραξαν πρὸς Κύριον ἐν τῷ θλίβεσθαι αὐτούς, καὶ ἐκ τῶν ἀναγκῶν αὐτῶν ἐῤῥύσατο αὐτούς. Εἴρηται καὶ περὶ τούτων.

Vers. 20. *Misit Verbum suum, et sanavit eos.* Illis verbis personarum distinctio in divinitate demonstratur, dum dicitur : *Misit Verbum suum* [61]. Hoc est, Filium suum. Neque enim dicere possumus missum, nisi missi persona subsistat, et vivat. Unde consona prophetæ nostro Dominus loquens, dicebat, quod Pater eum misit. Hoc igitur Verbum quod a Patre missum est, omnem languorem, atque omnem infirmitatem sanavit.

(Hujus et sequentis versiculi Græca interpretatio non apparet in Codice.)

B

Et eripuit eos de corruptionibus eorum. Hoc est, a peccatis.

Vers. 21. *Confiteantur Domino misericordiæ ejus, et mirabilia ejus filiis hominum.* De his verbis superius dictum est.

Ἐξομολογησάσθωσαν τῷ Κυρίῳ τὰ ἐλέη αὐτοῦ, καὶ τὰ θαυμάσια αὐτοῦ τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων. Εἴρηται καὶ περὶ τούτων.

Vers. 22. *Et sacrificent ei sacrificium laudis.* Sacrificium, inquam, rationabile atque evangelicum, laudantes, benedicentes, et gratias agentes.

Θυσάτωσαν αὐτῷ θυσίαν αἰνέσεως. Θυσίαν λογικὴν, εὐαγγελικὴν, αἰνοῦντες, εὐλογοῦντες, εὐχαριστοῦντες αὐτῷ.

Et annuntient opera ejus in exsultatione. Scientes ignorantibus annuntient, senes junioribus. Per opera autem Dei, illius beneficia, misericordiam et incarnationem intellige, et cætera omnia quæ ad salutarem dispensationem pertinent.

Καὶ ἐξαγγειλάτωσαν τὰ ἔργα αὐτοῦ. Οἱ γινώσκοντες τοῖς ἀγνοοῦσιν, οἱ παλαιότεροι τοῖς νεωτέροις. Ἔργα δὲ νόει τὰς εὐεργεσίας, τὸν ἔλεον, τὴν ἐνανθρώπησιν, καὶ τὰ ἐξῆς τῆς σωτηρίου οἰκονομίας.

Vers. 23, 24. *Qui descendunt in mare navibus, facientes operationem in aquis multis, ipsi viderunt opera Domini.* Sermo est de apostolis, qui antea piscatores fuere : qui in mare navibus descenderunt, et piscatorum munus in aquis maris exercentes, præcipue, ac supra omnes viderunt opera Domini nostri Jesu Christi.

C *Οἱ καταβαίνοντες εἰς θάλασσαν ἐν πλοίοις, ποιοῦντες ἐργασίαν ἐν ὕδασι πολλοῖς, αὐτοὶ εἶδον τὰ ἔργα Κυρίου.* Περὶ τῶν ἀποστόλων ὁ λόγος, τῶν πρὶν ἁλιέων. Οὗτοι γάρ εἰσιν οἱ καταβαίνοντες εἰς θάλασσαν ἐν πλοίοις, καὶ ποιοῦντες ἐργασίαν ἁλιείαν ἐν ὕδασι πολλοῖς τῆς θαλάσσης· οἳ καὶ εἶδον μᾶλλον τὰ ἔργα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Et mirabilia ejus in profundo. Sed quænam sint hæc mirabilia, audi ex sequentibus.

Καὶ τὰ θαυμάσια αὐτοῦ ἐν τῷ βυθῷ. Ποῖα ; Διὰ τῶν ἐξῆς ἄκουσον.

Vers. 25. *Dixit, et stetit spiritus procellæ, et exaltati sunt fluctus ejus.* Dixit et surrexit procella : *Facta est enim*, inquit, *tempestas venti magna et fluctus irruebant in navim, ita ut operiretur* [62].

Εἶπε, καὶ ἔστη πνεῦμα καταιγίδος, καὶ ὑψώθη καὶ κύματα αὐτῆς. Προσέταξε, καὶ ἠγέρθη κλύδων. *Γίνεται γάρ*, φησὶ, *λαίλαψ ἀνέμου μεγάλη· τὰ δὲ κύματα ἐπέβαλε εἰς τὸ πλοῖον, ὥστε καὶ αὐτὸ ἤδη γεμίζεσθαι.*

D

Vers. 26. *Ascendunt usque ad cœlos, et descendunt usque in abyssos.* Fluctus maris qui tempore illius procellæ excitati sunt, tollebantur modo quasi in cœlos, modo autem in ima descendebant. Quemadmodum in hujusmodi fluctuationibus, atque atrocibus tempestatibus fieri solet. Est autem sermo hyperbolicus, quo loquendi modo sæpenumero Scriptura utitur ; ut illud est : *Super nivem dealbabuntur* [63] ; item illud : *Civitates munitæ erant usque ad cœlum* [64], et cætera hujusmodi.

Ἀναβαίνουσιν ἕως τῶν οὐρανῶν, καὶ καταβαίνουσιν ἕως τῶν ἀβύσσων. Τὰ τότε κύματα, νῦν μὲν λίαν ἀνυψούμενα, νῦν δὲ σφόδρα ταπεινούμενα, καθὼς καὶ ἐπὶ τῶν σάλων εἰῶθε γίνεσθαι. Καθ' ὑπερβολὴν δὲ ὁ λόγος· ὡς τὸ, *Ὑπὲρ χιόνα λευκανθήσομαι*· καὶ τὸ, *Αἱ πόλεις δὲ τετειχισμέναι ἦσαν ἕως τοῦ οὐρανοῦ*. Καὶ πολλὰ παρὰ τῇ Γραφῇ παραδείγματα τοιούτου τρόπου.

Anima eorum in malis tabescebat. In timore atque in periculis defecerat. Ipse enim Dominus dormiebat, apostoli vero accedentes excitaverunt, eum dicentes : *Domine, salva nos, quia perimus* [65].

Ἡ ψυχὴ αὐτοῦ ἐν κακοῖς ἐτήκετο. Ἐν φόβοις, ἐν κινδύνοις ἐξελίμπανεν, ὅτε αὐτὸς μὲν ἐκάθευδεν, αὐτοὶ δὲ, προσελθόντες, ἤγειραν αὐτὸν λέγοντες· Κύριε, σῶσον ἡμᾶς, ἀπολλύμεθα.

[61] Act. x, 36. [62] Matth. viii, 24. [63] Isa. i, 18. [64] Deut. i, 28. [65] Matth. viii, 25.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Ἐταράχθησαν, ἐσαλεύθησαν ὡς ὁ μεθύων. Ἐσαλεύθησαν τὰς φρένας. Ἀλλ' ὁ μὲν μεθύων σαλεύεται ἀπὸ οἴνου, οὗτοι δὲ, ὑπὸ φόβου. A

Καὶ πᾶσα ἡ σοφία αὐτῶν κατεπόθη. Ἡ περὶ τὸ θαλαττεύειν σοφία, ἡ περὶ τὸ πλεῖν ἐμπειρία ἠφανίσθη τότε.

Καὶ ἐκέκραξαν πρὸς Κύριον ἐν τῷ θλίβεσθαι αὐτούς. Ἐν τῷ χειμάζεσθαι, ὡς εἴρηται.

Καὶ ἐκ τῶν ἀναγκῶν αὐτῶν ἐξήγαγεν αὐτούς. Ἐκ τῶν φόβων ἐκείνων, ἐκ τοῦ κινδύνου· εἶτα λέγει καὶ τὸ πῶς.

Καὶ ἐπέταξε τῇ καταιγίδι, καὶ ἔστη εἰς αὔραν, καὶ ἐσίγησε τὰ κύματα αὐτῆς. — Ἐπετίμησε γὰρ, φησὶ, τοῖς ἀνέμοις καὶ τῇ θαλάσσῃ, καὶ ἐγένετο γαλήνη μεγάλη. Αὔρα γὰρ τὸ πρᾶον καὶ γαληναῖον πνεῦμα. B

Καὶ εὐφράνθησαν, ὅτι ἡσύχασαν. Ὅτι ἡσύχασαν τὰ κύματα.

Καὶ ὡδήγησεν αὐτοὺς ἐπὶ λιμένα θελήματος αὐτοῦ. Λιμὴν γὰρ ὄντως αἱ ἐντολαὶ αὐτοῦ, παντὸς ναυαγίου τηροῦσαι τὸν ἐν αὐταῖς (17) ἀνώτερον.

Ἐξομολογησάσθωσαν τῷ Κυρίῳ τὰ ἐλέη αὐτοῦ· καὶ τὰ θαυμάσια αὐτοῦ τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων. Κηρυξάτωσαν πάντα οἱ ἀπόστολοι.

Ὑψωσάτωσαν αὐτὸν ἐν Ἐκκλησίᾳ λαῶν. Ἐν συναγωγῇ λαῶν.

Καὶ ἐν καθέδρᾳ πρεσβυτέρων, αἰνεσάτωσαν αὐτόν. Ἐν συνεδρίῳ ὑπερεχόντων. C

Ἔθετο ποταμοὺς εἰς ἔρημον. Ἔθετο τοὺς ποταμηδὸν εὐῤῥοῦντας ἐν λόγοις Ἕλληνας, εἰς ἐρημίαν σοφίας· ἐπιστομιζόντων αὐτοὺς τῶν ἁλιέων, καὶ ἀγραμμάτων ἀποστόλων.

Καὶ διεξόδους ὑδάτων εἰς δίψαν. Καὶ τὰς πλημμύρας τῶν λόγων αὐτῶν εἰς ξηρανσίαν.

Τὴν καρποφόρον εἰς ἅλμην, ἀπὸ κακίας τῶν κατοικούντων ἐν αὐτῇ. Καὶ τὴν γῆν τῶν Ἰουδαίων τὴν καρποφοροῦσαν τοὺς προφήτας, εἰς ἀκαρπίαν· ἄκαρπος γὰρ ἡ ἁλμυρὰ γῆ. Αἴτιον δὲ ἡ κακία τῶν κατοικούντων ἐν αὐτῇ, δι' ἣν οὐκ ἔτι τοιούτους ἄνδρας καρποφορεῖ.

Ἔθετο ἔρημον εἰς λίμνας ὑδάτων. Τὴν πρὶν ἔρημον καρπῶν ἀρετῆς Ἐκκλησίαν, εἰς λίμνας ὑδάτων τοῦ θείου βαπτίσματος. Εἰς τὸ λιμνάζειν ὕδασι τοιούτοις. D

Καὶ γῆν ἄνυδρον εἰς διεξόδους ὑδάτων. Τὴν Ἐκκλησίαν τῶν πιστῶν αὖθις τὸν πρὶν ἄνυδρον ἐν ἀγονίᾳ λόγου θείου, ἔθετο εἰς τὸ πηγάζειν ὕδατα δογμάτων ζωῆῤῥητα.

VERS. 27. *Turbati sunt, et commoti sunt sicut ebrius.* Commoti sunt in præcordiis suis : quanquam ebrius quidem a vino commovetur, apostoli vero timore perturbati sunt.

Et omnis sapientia eorum devorata est. Sapientia, hoc est, peritia remigandi, tunc omnis defecerat.

VERS. 28. *Et clamaverunt ad Dominum cum tribularentur.* Dum tempestate agitarentur, ut diximus.

Et de omnibus necessitatibus eorum eduxit eos. Ex timore illo videlicet atque ex periculo. Deinde, quo pacto id factum fuerit, narrat.

VERS. 29. *Et mandavit procellæ, et stetit in auram, et siluerunt fluctus ejus. Increpavit* enim, inquit, *Dominus ventos et mare : et facta est tranquillitas magna* [66]. Aura quippe, mitis ac placida est et tranquilla quædam spiratio.

VERS. 30. *Et lætati sunt, quoniam quieverunt.* Vastissimi scilicet illi fluctus.

Et deduxit eos in portum voluntatis suæ. Per portum divina mandata intellige, quæ illic commorantem ab omni animæ naufragio tutum servant.

VERS. 31. *Confiteantur Domino misericordiæ ejus, et mirabilia ejus filiis hominum.* Hæc omnia apostoli annuntiabunt.

VERS. 32. *Extollent eum in Ecclesia populorum.* In nationum omnium congregatione.

Et in cathedra seniorum laudent eum. Eorum scilicet qui cæteris in concilio supereminent.

VERS. 33. *Posuit flumina in desertum.* Græcos et gentiles scilicet qui cum eloquentiæ quasi fluminibus, et omnis generis disciplinis redundarent, omni demum sapientia deserti esse visi sunt, cum illiterati ac piscatores homines eos represserint.

Et exitus aquarum in sitim. Dum hujusmodi re dundantiam ariditate damnavit.

VERS. 34. *Terram fructiferam in salsuginem, a malitia habitantium in ea.* Judæa regio quæ prophetis, quasi speciosissimis fructibus, olim referta erat, in omnimodam sterilitatem versa est. Salsuginosa enim humus, est frugibus prorsus infecunda. Incolarum autem vitio, id effectum est, ut scilicet ejusmodi viros ea terra ampliusnon produceret.

VERS. 35. *Posuit desertum in stagna aquarum.* Ecclesiam de gentibus congregatam, quæ prius virtutum frugibus vacua erat, sacri baptismatis fluentis esse fecit irriguam : quæ abunde adeo efflurerunt, ut ingentis stagni speciem præ se tulerint.

Et terram inaquosam in exitus aquarum. Eamdem Ecclesiam fidelium, quæ antea inaquosa fuerat, et arida, divinique Verbi inops, effecit, ut vitæ dogmata scaturiret.

[66] Matth. VIII, 26.

Variæ lectiones.

(17) Corrupta, ut apparet, lectio : sensus postularet ἐνοικοῦντα, aut ἐμμένοντα, aut quid simile ; quæ verba cum ἀνώτερον nulla cognatione junguntur.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

VERS. 36. *Et collocavit illic esurientes.* Eos qui spirituali cibo diu olim carnerant.

Et constituit civitates habitaculi. Habitationis, inquam, spiritualis. Intelligit autem varias ac particulares ecclesias fidelium, quæ per universum orbem constitutæ sunt : tam aperte adeo omnia prædicit.

VERS. 37. *Et seminaverunt agros.* Evangelicæ prædicationis semine seminarunt apostoli hominum animas, quæ antea agrestes erant atque incultæ.

Et plantaverunt vineas. Rursus per vineas, animas fidelium intelligit, ferentes virtutum racemos.

Et fecerunt fructum germinis. Germinis, inquam, mystici, Christo Domino oblati eumque lætificantis.

VERS. 38. *Et benedixit eis.* Ait enim Lucas de apostolis, quod *extollens Dominus manus suas benedixit eis* [67]. Manifestum est igitur, quod propter apostolos, et eorum successores hoc dictum est.

Et multiplicati sunt valde. Nam ex duodecim, et septuaginta viris, in numerosissimum populum propagati sunt.

Et pecora eorum non sunt minorata. Per pecora eos intellige, qui inter Christianos simpliciores sunt, nec tam solerti ingenio sunt præditi. Vel aliter : pecora apostolorum, discipuli eorum sunt, qui instar pecorum, eos sequuntur, quocumque duxerint, quique veluti rationales oves cibum ab eis capiunt, et numerosissimi etiam fuerunt. Cum autem Ecclesiæ augmenta prædixerit, futuras etiam illius persecutiones, et calamitates annuntiat.

VERS. 39. *Et pauci facti sunt, et afflicti sunt, a tribulatione malorum et dolore.* Pauci facti sunt fideles, cum multa millia eorum pro Christo variis cruciatibus interierint. Afflicti autem sunt a tribulatione tentationum et dolore, dum præsentibus bonis spoliati, expulsi, verberati atque innumerabilia alia passi sunt.

VERS. 40. *Effusa est contemptio super principes eorum.* Per principes, fidelium reges ac duces illos intelligit, quibus suberant, et a quibus multas persecutiones sustinuerunt : qui principes tanquam inutiles a Christo contempti sunt.

Et errare fecit eos in invio, et non in via. Seduci eos permisit tanquam immedicabiles. Est modus hic loquendi frequens apud Scripturam, ut facere quempiam dicat, qui permittit. *Invium* vero et *Sine via* appellat, perversa atque impia eorum dogmata.

VERS. 41. *Et adjuvit pauperem ex inopia.* Populum qui panper erat adjuvit, ex inopia quæ est propter Christum.

Et posuit quasi oves familias. Eas quippe ut proprias oves, in ordinem redegit. Per familias autem (quas, juxta Græci nominis significationem,

[67] Luc. XXIV, 50

Καὶ κατῴκησεν ἐκεῖ πεινῶντας. Τοὺς πρὶν ἐνδεεῖς βρώσεως πνευματικῆς.

Καὶ συνεστήσατο πόλεις κατοικεσίας. Πόλεις κατοικίας πνευματικῆς· λέγει δὲ, τὰς κατὰ τόπους Ἐκκλησίας. Οὕτως ἐναργῶς προφητεύει πάντα.

Καὶ ἔσπειραν ἀγρούς. Ἔσπειραν οἱ ἀπόστολοι τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων τῷ σπόρῳ τοῦ κηρύγματος, ἠγριωμένας πρότερον.

Καὶ ἐφύτευσαν ἀμπελῶνα. Τὰς ψυχὰς αὖθις νόησον ἀμπελῶνας, καρποφορούσας βότρυον ἀρετῶν.

Καὶ ἐποίησαν καρποὺς γεννήματος. Γεννήματος μυστικοῦ, προσφερομένου τῷ Δεσπότῃ Χριστῷ, καὶ τοῦτον εὐφραίνοντας.

Καὶ εὐλόγησεν αὐτούς. Φησὶ γὰρ ὁ Λουκᾶς περὶ τῶν ἀποστόλων, ὅτι, *Ἐπάρας τὰς χεῖρας αὐτοῦ, εὐλόγησεν αὐτούς*· δῆλον δὲ ὅτι δι' αὐτῶν ἄρα καὶ τοὺς διαδόχους τῆς πίστεως αὐτῶν.

Καὶ ἐπληθύνθησαν σφόδρα. Ἀπὸ δώδεκα γὰρ καὶ ἑβδομήκοντα, εἰς ἀναριθμήτους μυριάδας ἐξήνθησαν.

Καὶ τὰ κτήνη αὐτῶν, οὐκ ἐσμίκρυνε. Κτήνη νόησον, τοὺς ἀλογωτέρους ἐν αὐτοῖς· ἢ καὶ ἄλλως, κτήνη τῶν ἀποστόλων, οἱ μαθηταὶ αὐτῶν, ὡς δίκην κτηνῶν ἑπόμενοι τούτοις ὅποιπερ ἄγουσι, καὶ τροφὴν πνευματικὴν παρ' αὐτῶν λαμβάνοντες, ὡς πρόβατα λογικά· οἳ καὶ αὐτοὶ πολλοὶ γεγόνασι. Προαγορεύσας δὲ τὴν προκοπὴν καὶ αὔξησιν τῆς Ἐκκλησίας, ἔτι προλέγει καὶ τοὺς ἐπισυμβῆναι μέλλοντας αὐτῇ διωγμούς.

Καὶ ὠλιγώθησαν καὶ ἐκακώθησαν ἀπὸ θλίψεως κακῶν καὶ ὀδύνης. Ὠλιγώθησαν μὲν οἱ εὐσεβεῖς, μυριάδων πολλῶν ποικίλοις τρόποις ἀναιρεθεισῶν ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ· ἐκακώθησαν δὲ ὑπὸ θλίψεως πειρασμῶν καὶ ὀδύνης τῆς ἐντεῦθεν, ἀφαιρούμενοι τὰς οὐσίας, ἐλαυνόμενοι, μαστιζόμενοι, καὶ μυρία πάσχοντες.

Ἐξεχύθη ἐξουδένωσις ἐπ' ἄρχοντας αὐτῶν. Ἄρχοντες αὐτῶν οἱ βασιλεῖς καὶ ἡγεμόνες, ὑφ' οὓς ἐτέλουν, καὶ ὑφ' ὧν ἐδιώκοντο, οἵτινες ἐξουδενώθησαν τῷ Θεῷ ὡς ἀχρεῖοι.

Καὶ ἐπλάνησεν αὐτοὺς ἐν ἀβάτῳ, καὶ οὐχ ὁδῷ. Πλανηθῆναι παρεχώρησεν αὐτούς· ἰδίωμα δὲ τοῦτο τῆς Γραφῆς, ὡς πολλάκις εἰρήκαμεν. Ἄβατον δὲ καὶ *Οὐχ ὁδὸς*, τὰ δυσσεβῆ δόγματα, καὶ ὀλέθρια.

Καὶ ἐβοήθησε πένητι ἐκ πτωχείας. Τῷ πένητι λαῷ, τῷ πένητι ἐκ πτωχείας τῆς διὰ Χριστόν.

Καὶ ἔθετο ὡς πρόβατα πατριάς. Ὡς πρόβατα οἰκεῖα τὰς πατριάς· ἤγουν ἔταξεν ὡς πρόβατα ἑαυτοῦ, τὰς ἐν ταῖς χώραις πατριάς· πατριὰς δὲ λέγει

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

νῦν, τὰ συστήματα ἑκάστης Ἐκκλησίας· πατριὰς δὲ, διὰ τὴν ἐκ πίστεως συγγένειαν, ἕνα πατέρα τὸν Θεὸν ἐχούσας· ἐπεὶ καὶ *Ποιμὴν* ὀνομάζεται *καλὸς, καὶ τὴν ψυχὴν τιθεὶς ὑπὲρ τῶν προβάτων.*

Ὄψονται εὐθεῖς, καὶ εὐφρανθήσονται. Ὄψονται τὰ ἤδη προφητευθέντα· εὐθεῖς δὲ, οἱ τὴν εὐθεῖαν ὁδεύοντες, εὐσεβεῖς.

Καὶ πᾶσα ἀνομία ἐμφράξει τὸ στόμα αὐτῆς. Τοῦ κηρύγματος πλατυνθέντος ἄχρι βασιλέων· ἀνομία δὲ, οἱ ἄνομοι καὶ ἀσεβεῖς.

Τίς σοφὸς καὶ φυλάξει ταῦτα; καὶ συνήσουσι τὰ ἐλέη τοῦ Κυρίου. Τίς σοφὸς παρατηρήσει ταῦτα, πιστεύων ὅτι γενήσονται, καὶ συνήσουσι τὰ ἐλέη τοῦ Κυρίου· γνώσονται ταῦτα, ὅταν λάβωσι πέρας.

ὨΙδὴ Ψαλμοῦ τῷ Δαβίδ.
ΨΑΛΜΟΣ ΡΖ'.

Περὶ τῆς ἐπιγραφῆς ταύτης καὶ ἐν τῷ προοιμίῳ τῆς παρούσης βίβλου, καὶ ἐν ψαλμοῖς ἑτέροις εἰρήκαμεν.

Ἑτοίμη ἡ καρδία μου, ὁ Θεὸς, ἑτοίμη ἡ καρδία μου, ᾄσομαι καὶ ψαλῶ ἐν τῇ δόξῃ μου. Ἐξεγέρθητι ἡ δόξα μου, ἐξεγέρθητι ψαλτήριον καὶ κιθάρα, ἐξεγερθήσομαι ὄρθρου. Ἐξομολογήσομαί σοι ἐν λαοῖς, Κύριε· ψαλῶ σοι ἐν ἔθνεσιν, ὅτι μέγα ἐπάνω τῶν οὐρανῶν τὸ ἔλεός σου, καὶ ἕως τῶν νεφελῶν ἡ ἀλήθειά σου. Ὑψώθητι ἐπὶ τοὺς οὐρανοὺς ὁ Θεὸς, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἡ δόξα σου. Ταῦτα πάντα καθεξῆς καὶ ἐν τῷ νς' ψαλμῷ κείμενα τῆς καθηκούσης ἐξηγήσεως τετυχήκασιν ἐν ἐκείνῳ· ταὐτὸν δὲ τὸ, *Ἐμεγαλύνθη ἕως τῶν οὐρανῶν*, καὶ τὸ, *Μέγα ἐπάνω τῶν οὐρανῶν τὸ ἔλεός σου.* Νοηθείεν δ' ἂν ταῦτα τὰ ῥητὰ, καὶ τὸ *Ἐξεγέρθητι*, καὶ τὸ *Ἐξεγερθήσομαι*, καὶ περὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ Κυρίου· τοῦ μὲν Δαβὶδ (18) ἱκετεύοντος, τοῦ δὲ Χριστοῦ ὑπισχνουμένου καὶ προτιθέντος· καὶ τὸν καιρόν· ὄρθρου γὰρ βαθέος ἐξηγέρθη, κατὰ τὸν Λουκᾶν. Δόξα δὲ αὐτοῦ ὁ Χριστὸς, ὡς ἐκ σπέρματος αὐτοῦ γεννηθείς.

Ὅπως ἂν ῥυσθῶσιν οἱ ἀγαπητοί σου. Ὁ νέος λαός. *Ἀγαπήσας γὰρ, φησὶ, τοὺς ἰδίους, τοὺς ἐν κόσμῳ, εἰς τέλος ἠγάπησεν αὐτούς.*

Σῶσον τῇ δεξιᾷ σου, καὶ ἐπάκουσόν μου. Ὁ Θεὸς ἐλάλησεν ἐν τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ· Ὑψωθήσομαι καὶ διαμεριῶ Σίκιμα, καὶ τὴν κοιλάδα τῶν σκηνῶν διαμετρήσω. Ἐμός ἐστι Γαλαάδ, καὶ ἐμὸς Μανασσῆς, καὶ Ἐφραὶμ ἀντίληψις τῆς κεφαλῆς μου. Ἰούδας βασιλεύς μου, Μωὰβ λέβης τῆς ἐλπίδος μου. Ἐπὶ τὴν Ἰδουμαίαν ἐπιβαλῶ τὸ ὑπόδημά μου, ἐμοὶ ἀλλόφυλοι ὑπετάγησαν· τίς ἀπάξει με εἰς πόλιν περιοχῆς; ἢ τίς ὁδηγήσει με ἕως τῆς Ἰδουμαίας; Οὐχὶ σὺ ὁ Θεὸς ὁ ἀπω-

parentelas quis melius dixerit), universas ecclesiarum congregationes intelligit, tum propter congregationem fidei, tum quia unum Christum verum patrem familias habent, qui et *pastor bonus* appellatur, et *animam suam posuit pro ovibus* [68].

Vers. 42. *Videbunt recti, et lætabuntur.* Fideles, qui per rectam viam semper incedunt, videbunt ea quæ superius dicta sunt.

Et omnis iniquitas obturabit os suum. Dilatata nimirum prædicatione ad ipsos usque reges. Per iniquitatem autem iniquos ipsos homines intelligit.

Vers. 43. *Quis sapiens et custodiet hæc? et intelligent misericordias Domini.* Quis sapiens erit, et observabit hæc, credens quod futura sint? et intelligent misericordias Domini, hoc est, cognoscent hæc, ubi finem habuerint.

Canticum Psalmi ipsi David.
PSALMUS CVII.

Tituli hujus ratio, in proœmio operis, et alibi etiam explicata est.

Vers. 1-6. *Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum; cantabo et psallam in gloria mea. Exsurge, gloria mea; exsurge psalterium et cithara. Exsurgam diluculo. Confitebor tibi in populis, Domine, psallam tibi in nationibus, quoniam magna est supra cœlos misericordia tua, et usque ad nubes veritas tua. Exaltare super cœlos, Deus, et super omnem terram gloria tua.* Hæc omnia eodem ordine habentur in psalmo LVI, ubi ea exposuimus. Idem enim significat: *Magna est supra cœlos*, quod, *Magnificata est usque ad cœlos.* Illa autem verba: *Exsurge gloria mea*, item illa: *Exsurgam diluculo*, intelligi possunt de resurrectione Domini, ipso scilicet David aliud supplicante, et Christo aliud promittente, et certum etiam resurrectionis suæ tempus præsignante. Profundo quippe diluculo surrexit, ut Lucas tradit [69]. Gloriam vero suam beatus David Christum appellat, veluti, qui ex ejus semine nasciturus erat, et summam ei gloriam paraturus.

Ut liberentur dilecti tui. Novus populus nimirum: *Cum dilexisset* enim, inquit, *suos* Jesus *in mundo, in finem dilexit eos* [70].

Vers. 7-14. *Salvum fac dextera tua, et exaudi me. Deus locutus est in sancto suo. Exaltabor, et dividam Sicima, et vallem tabernaculorum dimetiar. Meus est Galaad, et meus est Manasses, et Ephraim defensio capitis mei: Judas rex meus, Moab lebes spei meæ. In Idumæam immittam calceamentum meum. Mihi alienigenæ subditi sunt. Quis deducet me in civitatem munitam? quis deducet me usque in Idumæam? Nonne tu, Deus, qui repulisti nos? Et non egredieris in virtutibus nostris? Da nobis auxilium*

[68] Joan. x, 14, 15. [69] Luc. xxiv, 1. [70] Joan. xiii, 1.

Variæ lectiones.

(18) Imo vero, idem David orabat, et idem Christus pollicebatur. Expungenda itaque dictio *aliud*, quæ sensum contrarium efficit.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

de tribulatione, et vana salus hominis. In Deo faciemus virtutem, et ipse ad nihilum deducet inimicos nostros. Hæc omnia etiam eodem ordine reperies in psalmo LIX, ubi ea exposuimus. Et licet in aliquibus dictionibus modicum quid hæc ab illis differant, eumdem tamen sensum habent. Nec admireris, si eadem verba, atque easdem sententias Propheta sæpius repetit in aliis psalmis, cum hic mos apud Hebræos habeatur, et apud prophetas præcipue.

In finem ipsi David.

PSALMUS CVIII.

De hac inscriptione sæpe alibi dictum est. Illud animadvertendum est, quod Propheta in hoc psalmo imprecantis quidem personam induere videtur; revera tamen prophetiam eorum malorum contexit, quæ proditorem Judam, atque ejus complices manebant. Est enim hic dicendi motus frequens in prophetis, et plurima exempla apud Scripturam inveniri possunt. Unde et Jesus Nave duodecim tribus dividens, quando in terram promissionis ingressi sunt, visus est jussu Dei quibusdam benedicere, et quibusdam mala imprecari. Benedictiones autem illæ, et maledictiones, futurorum prophetias continebant.

VERS. 2. *Deus, laudem meam ne tacueris.* Præsentem psalmum in persona Christi supplicantis credimus fuisse conscriptum: qui cum hominis personam induisset, omnium hominum more, diutius etiam vivere cupiebat. Deum igitur alloqui introducitur Christus, in hoc psalmo, et dicere: Noli, Deus, exstinguere aut silentio tradere laudem illam, quæ propter me, Filium tuum, tibi jugiter offertur ab iis qui mirabilia opera mea inspicientes, summis te propterea glorificant laudibus. Vel: Noli Deus, exstinguere laudem meam, qua assidue te laudo. Quæcunque enim operor, tibi ascribo, atque ad gloriam tuam refero. Silentio itaque non prætereas preces meas, quaseum laude offero (20).

Quia os peccatoris, et os dolosi super me apertum est. Peccatorem et dolosum, Judam intellige, qui os suum adversus Salvatorem aperuit, quando cum principibus sacerdotum, et senioribus populi locutus est, ut Christum proderet.

VERS. 3. *Locuti sunt adversum me lingua dolosa.* Judas nimirum et principes sacerdotum, ac seniores populi, dolos, atque insidias adversum me simul struentes.

Et sermonibus odii circumdederunt me. Plena odio in me verba vomentes. Sæpenumero enim Judæi, qui Christo circumaderant, hujusmodi sermones proferebant, summo studio contendentes, ut ei aliquo pacto detraherent: quippe qui aut expresse contumelia eum afficiebant, aut perverse interrogabant.

Et impugnaverunt me gratis. Hoc est temere, et absque ulla causa.

A *σάμενος ἡμᾶς, καὶ οὐκ ἐξελεύσῃ ὁ Θεὸς ἐν ταῖς δυνάμεσιν ἡμῶν; Δὸς ἡμῖν βοηθειαν ἐκ θλίψεως, καὶ ματαία σωτηρία ἀνθρώπου. Ἐν τῷ Θεῷ ποιήσομεν δύναμιν, καὶ αὐτὸς ἐξουδενώσει τοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν.* Καὶ ταῦτα πάντα καθεξῆς εὑρήσεις ἐν τῷ νθ' ψαλμῷ. Καὶ ζήτησον ἐκεῖ· εἰ δὲ κατά τινας λέξεις μικρόν τι παραλλάττουσιν, ἀλλά γε τὴν αὐτὴν ἔχουσι διάνοιαν. Μὴ θαυμάσῃς δὲ, εἰ τὰ αὐτὰ καὶ ἐν ἑτέροις τίθηται πολλάκις ψαλμοῖς· ἔθος γὰρ καὶ τοῦτο τοῖς Ἑβραίοις, καὶ μάλιστα τοῖς προφήταις.

Εἰς τὸ τέλος ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΕ'.

Καὶ περὶ ταύτης τῆς ἐπιγραφῆς εἴρηται διαφόρως ἐν ἑτέροις ψαλμοῖς. Ὁ δὲ παρὼν ψαλμὸς ἐσχημάτισται μὲν εἰς ἀρὰν, ἔστι δὲ προφητεία μελλόν- B των καταλήψεσθαι κακῶν τόν τε προδότην Ἰούδαν, καὶ ἑτέρους τινάς. Καὶ γάρ ἐστι καὶ τοιοῦτον εἶδος ἐν ταῖς προφητείαις, καὶ μυρία τούτου παρὰ τῇ Γραφῇ παραδείγματα. Καὶ γὰρ καὶ Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ διαιρῶν τὰς δώδεκα φυλὰς ὅτε εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας εἰσῆεισαν, ἐκελεύσθη παρὰ τοῦ Θεοῦ τὰς μὲν εὐλογῆσαι, τὰς δὲ ἀράσασθαι· καὶ ἦσαν προφητεῖαι καὶ τὰ τῶν εὐλογιῶν, καὶ τὰ τῶν ἀρῶν.

Ὁ Θεός, τὴν αἴνεσίν μου μὴ παρασιωπήσῃς. Τὸν παρόντα ψαλμὸν εἰς πρόσωπον τοῦ Χριστοῦ συντεθεῖσθαι λέγομεν, ἱκετεύοντος ὡς ἀνθρώπου ζῆν ἔτι, καὶ τὰ προκείμενα λέγοντος· Ὁ Θεὸς, τὴν C αἴνεσιν τὴν δι' ἐμοῦ μὴ παρασιωπήσῃς, σοὶ (19) παρὰ τῶν ὁρώντων ἃ ἐργάζομαι θαυμάσια, καὶ δοξαζόντων σε, μὴ καταπαύσῃς· ἢ, Τὴν αἴνεσίν μου, ἣν αἰνῶ σε αὐτὸς, πάντα ὅσα κατορθῶ σοι ἐπιγραφόμενος εἰς δόξαν σήν· ἢ, Τὴν μετὰ αἰνέσεως δέησίν μου μὴ παρέλθῃς ἐν σιωπῇ.

Ὅτι στόμα ἁμαρτωλοῦ, καὶ στόμα δολίου ἐπ' ἐμὲ ἠνοίχθη. Τὸν Ἰούδαν νόησον ἁμαρτωλὸν καὶ δόλιον, ὃς ἤνοιξε στόμα, κατὰ τοῦ Σωτῆρος, ὅτε συνελάλησε τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ πρεσβυτέροις τοῦ D λαοῦ περὶ τῆς προδοσίας.

Ἐλάλησαν κατ' ἐμοῦ γλώσσῃ δολίᾳ. Οὗτός τε κἀκεῖνοι ῥάπτοντες δόλους καὶ ἐπιβουλάς.

Καὶ λόγοις μίσους ἐκύκλωσάν με. Λέγοντες ῥήματα μίσους· πολλάκις γὰρ οἱ Ἰουδαῖοι, κυκλοῦντες αὐτὸν, ἔλεγον τοιαῦτα, διασύροντες, ὑβρίζοντες, ἐρωτῶντες κακοήθως.

Καὶ ἐπολέμησάν με δωρεάν. Μάτην, ἀνευλόγως,

Variæ lectiones.

(19) Ita codex: sed videtur deesse aliquid, puta ἀναφερομένην, aut quid simile.

(20) Græca verba non continentem sensum efficiunt, sed distinctum. Effertur enim per particulam ἢ. Vertendum itaque: *Vel silentio non prætereas*, etc.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Ἀντὶ τοῦ ἀγαπᾶν με, ἐνδιέβαλλόν με. Δέον ἀγαπᾶν με, καθεκάστην αὐτοὺς εὐεργετοῦντα καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ· οἱ δὲ τοὐναντίον διεχωμῴδουν με, πλάνον, καὶ παράνομον, καὶ ἀντίθεον ἀποκαλοῦντές με.

Ἐγὼ δὲ προσηυχόμην. Προσηυχόμην ὑπὲρ αὐτῶν· καὶ γὰρ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις προσεύχεσθαι ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ἐνομοθέτησεν. Ἢ προσηυχόμην ἐπικαλούμενος τὴν παρὰ σοῦ βοήθειαν· διαφόρως γὰρ πρὸς τὸν Πατέρα προσευχόμενον αὐτὸν δηλοῦσιν οἱ εὐαγγελισταί.

Καὶ ἔθεντο κατ' ἐμοῦ κακὰ ἀντὶ ἀγαθῶν. Εἰργάσαντο κατ' ἐμοῦ κακὰ, ἀνθ' ὧν εὐηργετήθησαν.

Καὶ μῖσος ἀντὶ τῆς ἀγαπήσεώς μου. Ἀντὶ τῆς ἀγάπης, ἣν ἠγάπων αὐτούς.

Κατάστησον ἐπ' αὐτὸν ἁμαρτωλόν. Τὸ κατάστησον καὶ τὰ ἑξῆς, προστακτικά τε καὶ εὐκτικὰ, ἔχουσι μὲν σχῆμα τοιοῦτον, σημασίαν δὲ μέλλοντος, ἀντὶ τοῦ Καταστήσεται, καὶ στήσεται, καὶ ἐξελεύσεται, καὶ τὰ τοιαῦτα. Τάξον, φησὶν ἐπὶ τὴν Ἰουδαίαν τὸν διάβολον. Εἰσῆλθε γὰρ, φησὶν, εἰς αὐτὸν ὁ Σατανᾶς. Τὸ δὲ Κατάστησον, ἀντὶτοῦ Παραχώρησον καταστῆναι, κατὰ τὸ τῆς Γραφῆς ἰδίωμα, περὶ οὗ πολλάκις εἰρήκαμεν.

Καὶ διάβολος στήτω ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ. Στήσεται ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ, τουτέστιν, οἰκειωθήσεται ὁ Σατανᾶς αὐτῷ. Τῶν οἰκείων γὰρ ἡ δεξιὰ στάσις. Διὸ καὶ οἱ δίκαιοι παρὰ τῷ Θεῷ τῆς δεξιᾶς ἀξιοῦνται στάσεως· καὶ ἑτέρως δὲ, Στήσεται ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ, τουτέστι δεξιὰς πράξεις ἀποτελῶν. Εἰ δὲ καὶ περὶ Ἰησοῦ τοῦ μεγάλου ἀρχιερέως γέγραπται, ὅτι καὶ *ὁ διάβολος εἱστήκει ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ*· ἀλλ' ἐκεῖ πρόκειται ὅτι τοῦ ἀντιστῆναι αὐτῷ· ἔστη γὰρ ἐκ τῶν δεξιῶν αὐτοῦ μαχόμενος ταῖς δεξιαῖς αὐτοῦ πράξεσιν.

Ἐν τῷ κρίνεσθαι αὐτὸν, ἐξέλθοι καταδεδικασμένος. Ἐν τῷ κρίνεσθαι αὐτὸν ὑπὸ τοῦ ἰδίου συνειδότος, ἐξελεύσεται ἀπὸ τοῦ συνεδρίου κατακεκριμένος· καὶ Μεταμεληθεὶς γὰρ, φησὶν, *ἀπέστρεψε τὰ τριάκοντα ἀργύρια τοῖς ἀρχιερεῦσι* καὶ τοῖς πρεσβυτέροις, λέγων· *Ἥμαρτον παραδοὺς αἷμα ἀθῷον. Οἱ δὲ εἶπον· Τί πρὸς ἡμᾶς; σὺ ὄψει*· ὑφ' ἑαυτοῦ γὰρ κατεκρίθη, καὶ ὑπ' ἐκείνων· καταγνώσεως γὰρ τὸ, *Σὺ ὄψει*.

Καὶ ἡ προσευχὴ αὐτοῦ γενέσθω εἰς ἁμαρτίαν. Εἰς ἀποτυχίαν. Ὅτε γὰρ ἀπέκλινε πρὸς τοὺς ἐχθροὺς τοῦ Χριστοῦ, προσηύχετο μετ' αὐτῶν ἐξολοθρευθῆναι καὶ τὸν Χριστὸν, καὶ τὸ μνημόσυνον αὐτοῦ· ἢ ἁπλῶς ἀποτεύξεται ὧν αἰτεῖ, διὰ τὴν δυστροπίαν αὐτῶν.

Γενηθήτωσαν αἱ ἡμέραι αὐτοῦ ὀλίγαι. Τελευτήσει ταχέως. Μετὰ γὰρ τὴν προδοσίαν ὀλίγον ἐπέζησε, καὶ εὐθὺς ἀπήγξατο.

A VERS. 4. *Pro eo, ut me diligerent, detrahebant mihi.* Cum diligere me debuissent, qui assidue verbo et opere beneficia in eos contuleram, hi contra deridebant me, seductorem, iniquum, et Deo adversarium appellantes [71].

Ego autem orabam. Orabam pro eis. In Evangeliis quippe orari jussit Christus pro calumniantibus. Vel : Orabam invocans auxilium tuum. Sæpenumero enim orasse cum ad Patrem, ibidem legimus.

VERS. 5. *Et posuerunt adversum me mala pro bonis.* Ipsi, inquit, contra operati sunt in me mala, pro benficiiis a me in eos collatis.

Et odium pro dilectione mea. Pro dilectione, qua B eos prosequebar.

VERS. 6. *Constitue super eum peccatorem.* Verbum *Constitue*, et alia verba impetrativi et optativi modi, quæ sequuntur, quanquam sub ejusmodi figura loquendi sint posita, habent tamen significationem futuri temporis, ac si dixisset : *Constituet, stabit, exibit*, et sic de singulis : Constitue, inquit, diabolum super Judam : *intravit* enim, ut legimus in Evangelio, *in eum Satanas* [72]. *Constitue* vero posuit, pro Permitte constitui, juxta peculiare illud Scripturæ idioma, de quo sæpe diximus.

Et diabolus stet a dexteris ejus. Hoc est, fiet ei Satanas familiaris : solent enim familiares ac domestici alicujus stare ei a dextris. Atque ideo justis Deus dextram regionem in futuro judicio assignavit. Et aliter : Diabolus stabit a dextris ejus, dextras illius operationes rapiens. Quod si apud Zachariam prophetam scriptum legimus de Jesu Magno pontifice, quod *diabolus steterit a dextris ejus* [73], animadvertendum est, illic addi causam, ut adversaretur ei. Stetit enim a dextris ejus, ut bona, ac dextera illius opera impugnaret. C

VERS. 7. *Cum judicetur, exeat condemnatus.* Cum a morsu propriæ conscientiæ condemnatus fuerit, exibit de Judæorum concilio condemnatus : *Pœnitentia* enim *ductus retulit triginta argenteos principibus sacerdotum*, et senioribus, dicens : *Peccavi tradens sanguinem innocentem. Illi autem dixerunt, Quid ad nos? tu videbis* [74]. A seipso itaque atque ab D illis pariter condemnatus est : condemnantium enim verba sunt : *Tu videbis.*

Et oratio ejus fiat in errorem. Aberret, inquit, ejus oratio et non consequatur, quod postulat. Optabat enim Judas, votisque ac precibus ipse pariter, ac Christi inimici, quibus se conjunxerat, id unum petebant, ut exterminaretur Christus, et ejus memoria deleretur. Inanis igitur fuit hujusmodi eorum oratio, et votum. Vel, generaliter etiam dicit, quod omnis ejus oratio aberrabit, quod non fructur optatis rebus, ob pravos ac perversos scilicet ejus mores.

VERS. 8. *Fiant dies ejus pauci.* Cito post proditionem morietur. Modico enim tempore supervixit, cum paulo post suffocatus sit.

[71] Matth. v, 44. [72] Joan. xiii. 27. [73] Zachar. iii, 1. [74] Matth. xxvii, 3, 4.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Et episcopatum ejus accipiat alter. Matthias scilicet, qui illius apostolatum sortitus est Apostoli quippe, episcopi, hoc est, custodes erant et pastores credentium.

A *Καὶ τὴν ἐπισκοπὴν αὐτοῦ λάβοι ἕτερος.* Τὴν ἀποστολικὴν αὐτοῦ ἐπισκοπὴν λήψεται ἕτερος. Ὁ Ματθίας δηλονότι ὁ ἀντὶ αὐτοῦ κληρωθείς· οἱ ἀπόστολοι γὰρ τῶν πιστευόντων φύλακες ἦσαν καὶ ποιμένες.

Vers. 9. *Fiant filii ejus orphani, et uxor ejus vidua.* Hæc, et quæ sequuntur ad Judam pertinere non videntur, cum de uxore, aut de filiis ejus, sacra Historia nobis nihil tradiderit. Atque ideo Chrysostomus dicit hæc prædicta esse de alio quodam, qui post reditum populi e Babylone, sacerdotium invadere conatus est, in quo manifeste hæc omnia adimpleta esse traduntur.

Γενηθήτωσαν οἱ υἱοὶ αὐτοῦ ὀρφανοὶ, καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ χήρα. Τοῦτο καὶ τὰ ἑξῆς οὐκ ἀφορῶσι πρὸς τὸν Ἰούδαν· οὐδὲν γὰρ περὶ γυναικὸς αὐτοῦ καὶ τέκνων ἱστόρηται. Διό φησιν ὁ Χρυσόστομος περὶ ἑτέρου ταῦτα προφητεῦσαι τὸν Δαβὶδ, ἐπιβουλεύσαντος τὴν ἱερωσύνην μετὰ τοὺς χρόνους τῆς ἐκ Βαβυλῶνος ἐπανόδου, εἰς ὃν καὶ προδήλως πεπληρῶσθαι πάντα.

Vers. 10. *Fluctuantes transferantur filii ejus, et mendicent.* Veluti tempestate concussi ex propriæ domus sede transferentur, et mendicabunt, paupertatem una cum cæteris calamitatibus sustinentes.

B *Σαλευόμενοι μεταναστήτωσαν οἱ υἱοὶ αὐτοῦ, καὶ ἐπαιτησάτωσαν.* Διασειόμενοι μεταναστήσονται ἀπὸ τοῦ ἰδίου οἴκου, καὶ ἐπαιτήσουσι, πρὸς τῇ ὀρφανίᾳ καὶ μετανάστασιν καὶ πενίαν ὑφιστάμενοι.

Ejiciantur de habitaculis suis. Ex ipsis etiam habitaculis ejicientur, nec in eis dabitur habitandi facultas. Per habitacula autem (ut Græca dictio, οἰκόπεδα, significantius denotat), ruinas domorum intelligit. Hujusmodi vero pœnas dabunt, quia paternæ iniquitatis fuere participes.

Ἐκβληθήτωσαν ἐκ τῶν οἰκοπέδων αὐτῶν. Ἐκβληθήσονται καὶ ἐξ αὐτῶν, μηδὲ ἐν αὐτοῖς οἰκεῖν συγχωρούμενοι. Οἰκόπεδα δὲ τὰ ἐρείπια τῶν οἰκιῶν. Τοιαύτην γὰρ, καὶ οὗτοι δώσουσι δίκην, ὡς κοινωνήσαντες τῆς τοῦ πατρὸς μοχθηρίας.

Vers. 11. *Scrutetur fenerator omnem substantiam ejus.* Scrutabitur eam fenerator, quærens sibi reddi quæ crediderat.

Ἐξερευνησάτω δανειστὴς πάντα ὅσα ὑπάρχει αὐτῷ. Ἐξερευνήσει ζητῶν ἱκάνωσιν τῶν χρεῶν, οἷς ἔτι ζῶν περιπέπτωκε.

Et diripiant alieni labores ejus. Post fenneratorem, isti rapient quæcunque fuerint relicta.

Καὶ διαρπασάτωσαν ἀλλότριοι τοὺς πόνους αὐτοῦ. Διαρπάσουσι μετὰ τὸν δανειστὴν τὰ ὑπολειφθέντα.

C

Vers. 12. *Non sit illi adjutor.* Nemo ei opem aliquam ferat : post mortem scilicet.

Μὴ ὑπαρξάτω αὐτῷ ἀντιλήπτωρ. Οὐχ ὑπάρξει· μετὰ θάνατον δηλονότι.

Nec sit, qui misereatur pupillis ejus. Nec erit aliquis, qui eorum misereatur, ob rationem superius dictam.

Μηδὲ γενηθήτω οἰκτίρμων τοῖς ὀρφανοῖς αὐτοῦ. Οὐ γενηθήσεται διὰ τὴν ἀνωτέρω ῥηθεῖσαν αἰτίαν.

Vers. 13. *Fiant filii ejus in exterminationem.* Sed nec simpliciter exterminabuntur : quinimo et ipsi erunt sine prole. Addidit enim Propheta dicens :

Γενηθήτω τὰ τέκνα αὐτοῦ εἰς ἐξολόθρευσιν. Ἐξολοθρευθήσονται, καὶ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ ἄγονα· ἐπήγαγε γάρ·

In generatione una deleatur nomen ejus. Delebitur ejus memoria conclusa in una generatione : in unica, inquam, generatione ipsorum filiorum, nullis aliis post se liberis relictis.

Ἐν γενεᾷ μιᾷ ἐξαλειφθείη τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Ἐξαλειφθήσεται τὸ μνημόσυνον αὐτοῦ, ἐν γενεᾷ μιᾷ συγκλειόμενον, τῇ τῶν τέκνων μόνων, μὴ ὑπολιμπανομένων ἐκγόνων.

Vers. 14. *In memoriam redeat iniquitas parentum ejus in conspectu Domini.* Parentum, hoc est, patris, et avi, et aliorum majorum. Nam de matre particulariter inferius dicit. Horum vero iniquitas redibit in memoriam : quia una adjutores ei fuere, vel quia filios restituerunt ad vitia. Redituram autem iniquitatem eorum in memoriam, ideo dicit, quia non dimittetur eis delictum nec oblitterabitur, aut nihil existimabitur.

D *Ἀναμνησθείη ἡ ἀνομία τῶν πατέρων ἔναντι Κυρίου.* Τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ πάππου, ὡς κἀκείνων ἢ συμπραξάντων αὐτῷ, ἢ παιδοτριβησάντων εἰς κακίαν. Ἀναμνησθήσεται δὲ, ἀντὶ τοῦ Οὐ παροραθήσεται καὶ οὐ συγχωρηθήσεται αὐτοῖς.

Et peccatum matris ejus non deleatur. Non delebitur : quia simul cum parentum iniquitate peccatum matris condemnabitur. Per iniquitatem autem et per peccatum istorum, institutionem filiorum intelligit ad vitia, vel consensum, aut auxilium præstitum eorum delictis.

Καὶ ἡ ἁμαρτία τῆς μητρὸς αὐτοῦ μὴ ἐξαλειφθείη. Οὐκ ἐξαλειφθήσεται, κἀκείνης ὁμοίως τοῖς πατράσιν αὐτοῦ κατακρινομένης. Ἀνομίαν δὲ καὶ ἁμαρτίαν λέγει, τὴν ἐπὶ τῷ συμπράξαι ἢ παιδοτριβῆσαι εἰς κακίαν, ὡς εἴρηται.

Vers. 15. *Fiant coram Domino semper.* Eorum peccata et iniquitates erunt semper coram Deo, id est, nunquam eorum obliviscetur Deus.

Γενηθήτωσαν ἐναντίον Κυρίου διὰ παντός. Γενήσονται ἡ ἀνομία, καὶ ἡ ἁμαρτία αὐτῶν ἀνεπίληστοι, ἀεὶ ἔχουσαι παρὰ Θεοῦ.

Ἐπίστρεψον, ψυχή μου, εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου, ὅτι Κύριος εὐηργέτησέ σε, ὅτι ἐξείλετο τὴν ψυχήν μου ἀπὸ θανάτου, τοὺς ὀφθαλμούς μου ἀπὸ δακρύων, καὶ τοὺς πόδας μου ἀπὸ ὀλισθήματος. Δοκεῖ μέν τισι προτρέπειν ἑαυτὸν εἰς ἀνάπαυσιν καὶ ἐλευθερίαν τῶν ἄχρι τότε πειρασμῶν, ὡς εὐεργετηθέντα ἤδη, καὶ ἐξαιρεθέντα τοῦ προσδοκωμένου θανάτου, ἤτοι τῆς διαζεύξεως, καὶ τῶν ἀπὸ τῆς θλίψεως δακρύων, καὶ τῶν παγίδων ἃς ἔπηξαν αὐτῷ οἱ ἐχθροὶ, εἰς ἃς πολλάκις ὠλίσθησεν. Εἰ δέ τις κατὰ ἀναγωγὴν ἐκλάβοι ταῦτα, ἀνάπαυσιν μὲν ἐρεῖ, τὴν ἐντεῦθεν τῆς τοῦ δικαίου ψυχῆς ἐκδημίαν, ἀπαλλάττουσαν παντὸς ἀνιαροῦ λοιπὸν, ἢ εὐεργεσία Θεοῦ τούτοις ἐστὶν, ἐλευθερουμένοις τοῦ βάρους τοῦ σώματος, καὶ τῶν ἐκ τούτου κακῶν· φησὶ γὰρ ὁ Παῦλος, ὅτι *Οἱ ὄντες ἐν τῷ σκήνει τούτῳ, στενάζομεν βαρούμενοι*· καὶ πάλιν· *Τῷ ἀναλῦσαι καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι.* Πολλῷ μᾶλλον δὲ κρεῖσσον ἁρμόζουσι ταῦτα τὰ ῥητὰ τοῖς ἐξερχομένοις ἤδη τοῦ σώματος δικαίοις. Εἰπὼν γοῦν ὅτι *Κύριος εὐηργέτησέ σε*, προσέθηκεν ὅτι *Ἐξείλετο* λοιπὸν *τὴν ψυχήν μου τῆς ἁμαρτίας μου*, ἤτις ἐστὶ θάνατος, νεκροῦσα τὰς εἰς ἀρετὴν ἐνεργείας τῆς ψυχῆς, τοὺς ὀφθαλμούς μου ἀπὸ δακρύων, μηκέτι δακρυόντων ὑπὸ τῶν συνεχῶν θλίψεων, καὶ τοὺς πόδας μου ἀπὸ ὑποσκελίσματος τοῦ παρὰ τῶν ἐπιβουλευόντων ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων ἐχθρῶν.

D

Vers. 9. *Delectabor coram Domino in regione viventium.* Regio viventium, cœlum est, vel futurus mundus, ubi nullus est, qui moriatur. Præsens enim mundus, non viventium, sed morientium regio dicenda est, ubi nullus est, qui non moriatur. Delectabor, inquit, in illa regione, versans simul cum angelis, et Deum colens absque ullo prorsus

Εὐαρεστήσω ἐνώπιον Κυρίου ἐν χώρᾳ ζώντων. Χώρα ζώντων, ὁ οὐρανὸς, ἢ ὁ μέλλων κόσμος ἔνθα οὐδεὶς ἐστιν ἀποθνήσκων, ὁ δὲ παρὼν κόσμος, χώρα ἐστὶν ἀποθνησκόντων. Εὐαρεστήσω, φησὶν, ἐν ἐκείνῃ τῇ χώρᾳ μετὰ τῶν ἀγγέλων, λατρεύων ἀνεμποδίστως, οὐδενὸς ἐνεδρεύοντος· ἢ Εὐαρεστήσω, ἀντὶ τοῦ Εὐάρεστος χρηθήσομαι· τὰ παρόντα δὲ

[16] II Cor. v. 4 [17] Philipp. I. 23.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ρητὰ, ἐν τῷ νε' ψαλμῷ, καθ' ἑτέραν ἔννοιαν ἡρμηνεύθησαν.

A impedimento, nullo hoste illic mihi amplius tendente insidias. Vel, juxta aliam litteram : Placebo Domino, hoc est, ejusmodi esse censebor qui Deo placere possim. (Græca enim dictio εὐαρεστήσω, exponi potest, pro *Delectabor*, et pro *Placebo*.) Simile dictum exposuimus in psalmo LV, juxta alium tamen sensum.

Ἀλληλούϊα.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΙΕ'.

Εὐχαριστήριος καὶ ὁ παρὼν ψαλμός.

Alleluia.

PSALMUS CXV.

Præsens etiam psalmus gratiarum actiones continet.

Ἐπίστευσα, διὸ ἐλάλησα. Φησὶν ὁ μέγας Βασίλειος, ὅτι εἰπὼν ὁ προφήτης ἐν τῷ τέλει τοῦ προλαβόντος ψαλμοῦ, *Εὐαρεστήσω ἐνώπιον Κυρίου ἐν χώρᾳ ζώντων*, αὖθις ἐν ἀρχῇ τοῦ παρόντος, λέγει· Ἐπίστευσα, περὶ οὗ προεφήτευσα ἐκεῖ, ὅτι *Εὐαρεστήσω ἐνώπιον Κυρίου ἐν χώρᾳ ζώντων*· διὸ καὶ ἐλάλησα τοῦτο· καὶ γὰρ ἐν τῷ κϛ' ψαλμῷ, πάλιν εἴρηκε· *Πιστεύω τοῦ ἰδεῖν τὰ ἀγαθὰ Κυρίου ἐν γῇ ζώντων*· εἰ καὶ καθ' ἑτέραν ἐπιβολὴν τοῦτο ἐκεῖ διηρμήνευται.

B

VERS. 10. *Credidi, propterea locutus sum.* Ait Magnus Basilius, quod cum Propheta in superiori psalmo dixerit : *Placebo*, seu, *delectabor, coram Domino in regione viventium*, modo in hujus psalmi principio, ait, credidisse se, ea scilicet quæ ibi prædixit, quod placebit seu delectabitur in regione viventium : Et propterea, inquit, ita locutus sum. Nam et alibi in psalmo XXVI, dixit : *Credo videre bona Domini in terra viventium*, tametsi aliam ibi tradiderimus expositionem.

Ἐγὼ δὲ ἐταπεινώθην σφόδρα. Τυχὼν προγνώσεως τοιαύτης, ἐταπεινώθην σφόδρα, ἀνάξιον ἐμαυτὸν ἡγησάμενος, ἵνα μὴ ἐπαρθεὶς ἀπολέσω τὴν χάριν.

Ego autem humiliatus sum valde. Cum tanta mihi prævidere datum sit, humiliatus tamen sum valde, et indignum me putavi, ne dono elatus, hujusmodi gratiam amitterem.

Ἐγὼ δὲ εἶπα ἐν τῇ ἐκστάσει μου· Πᾶς ἄνθρωπος ψεύστης. Ἔκστασιν τὴν ἔκπληξιν, ὑπολητέον. Ἐκπλαγεὶς, φησὶ, τὴν χώραν ἐκείνην τῶν ζώντων, ἣν ἐφαντάσθην διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, εἶπον διαῤῥήδην, ὅτι πᾶς ἄνθρωπος ψεύστης ἐνταῦθα, κατὰ τὴν ἀνθρωπίνην μακαριότητα, ἣν καὶ ὁ μέγας Γρηγόριος ψευδομένην εὐημερίαν ὠνόμασεν, ὡς μὴ παραμένουσαν, ἀλλὰ δίκην ὀνείρων ταχέως ἀφιπταμένην. Πάντα γὰρ τὰ ἀνθρώπινα ματαιότης ματαιοτήτων, μεταβαλλόμενα, καὶ φθειρόμενα· τὰ δὲ τῶν ἐν ἐκείνῃ τῇ χώρᾳ, ἀληθῆ ὄντως, ὡς μόνιμα, καὶ ἀμετάβλητα καὶ ἄφθαρτα.

C

VERS. 11. *Ego autem dixi in extasi mea : Omnis homo fallax.* Per exstasim, stuporem quemdam intelligere debemus. Stupefactus enim, inquit, ob admirationem illius regionis viventium, cujus, per sancti Spiritus gratiam, visionem habui, dixi palam ac manifeste quod omnis homo in hac vita fallax est, juxta humanam hanc beatitudinem, quam magnus Gregorius falsi nominis felicitatem appellavit, veluti non permanentem, sed somnii instar cito avolantem. Omnia enim humana, vanitas vanitatum sunt; mutantur enim et corrumpuntur : sed quæ in illa sunt viventium regione, non fallacia, sed vera sunt omnia, veluti perpetua, immutabilia, atque incorruptibilia

Τί ἀνταποδώσω τῷ Κυρίῳ, περὶ πάντων ὧν ἀνταπέδωκέ μοι; Μυρίων γὰρ ἄλλων ἐμπλήσας εὐεργεσιῶν, ἔτι καὶ τὴν εἰρημένην χάριν ἐχαρίσατο· τὸ δὲ Ἀνταπέδωκεν, ἀντὶ τοῦ Ἔδωκεν ἁπλῶς, ὡς καὶ ἐν τῷ ζ' ψαλμῷ· *Εἰ ἀνταπέδωκα τοῖς ἀνταποδίδουσί μοι κακὰ*, παρεσημειωσάμεθα. Εἶτα μηδὲν ὀντάξιον εὑρὼν, φησὶν·

D

VERS. 12. *Quid retribuam Domino, pro omnibus quæ retribuit mihi?* Nam cum innumeris me affecerit beneficiis, prædictam etiam gratiam ad cumulum addidit. *Retribuit* autem, hoc in loco, expone, pro Tribuit, quemadmodum etiam diximus in psalmo VII, ibi : *Si reddidi retribuentibus mihi mala* Cum autem nihil invenisset condignum quod Deo redderet, ait :

Ποτήριον σωτηρίου λήψομαι. — Ποτήριον σωτηρίου, τὸν ὑπὲρ Χριστοῦ θάνατον ὠνόμασε, τὸν διὰ μαρτυρίου· καὶ γὰρ καὶ ὁ Χριστὸς, ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις, ποτήριον αὐτὸν ὠνόμασε· *Δύνασθε* γὰρ, φησὶ πρὸς τοὺς υἱοὺς Ζεβεδαίου, *πιεῖν τὸ ποτήριον ὃ ἐγὼ πίω*. *Σωτήριον* δὲ τοῦτο εἶπεν οὗτος, ὡς σώζοντα καὶ ζωοποιοῦντα, πολλῷ κρεῖττον, τοὺς ἀποθνήσκοντας δι' αὐτόν. Ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ, φησὶν, ἀποθανοῦμαι, διψῶν τὸν ὑπὲρ αὐτοῦ θάνατον, τοῦ τοσούτων εὐεργεσιῶν με καταξιώσαντος, ὡς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ.

VERS. 13. *Calicem salutaris accipiam.* Per calicem salutaris, mortem ac martyrium pro Christo intelligit. Nam et ipse Dominus in Evangelio : *Potestis*, inquit, *bibere calicem, quem ego bibam* [16]? Salutaris autem ideo dixit, quia salvat, imo eos qui mortui fuerant, ad meliorem vitam vivificat. Pro Christo, inquit, moriar : sitio enim ut pro eo mortem patiar, qui me tantis cumulavit beneficiis.

Καὶ τὸ ὄνομα Κυρίου ἐπικαλέσομαι. Καὶ αὐτὸν ἐπικαλέσομαι δωρήσασθαί μοι καὶ τοῦτο· λοιπὸν

Et nomen Domini invocabo. Et ipsum, inquit, Dominum invocabo, ut calicem mihi istum præstet.

[16] Matth. XX, 22.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Proinde si propositum et mentem animadvertas A beati David, manifeste perspicies illum, quod in se fuit, sæpenumero pro Christo mortuum esse.

οὖν, τόγε εἰ; αὐτὸν ἦκον, ὑπὲρ Χριστοῦ τέθνηκεν, ὅσον ἐπὶ τῇ προαιρέσει.

Vers. 14. *Vota mea Domino reddam coram omni populo ejus.* Reddam, inquit, quidquid Deo pollicitus sum, antequam e præsenti vita excedam.

Τὰς εὐχάς μου τῷ Κύριῳ ἀποδώσω, ἐναντίον παντὸς τοῦ λαοῦ. Τὰς ὑποσχέσεις, ἃς ὑπεσχόμην, μᾶλλον δὲ, ὅσας ὑπεσχόμην· ὅσον οὔπω γὰρ ἐκδημήσω τοῦ παρόντος βίου.

Vers. 15. *Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus.* Lætor, inquit, moriens. Honorata enim est apud Deum illorum mors, qui ei dicati ac sanctificati fuerint. Nam si illorum vita honorata est, multo etiam magis mors, quæ ad ipsum Dominum eos provehit, sanctorum angelorum comitatu ac societate honoratos.

Τίμιος ἐναντίον Κυρίου ὁ θάνατος τῶν ὁσίων αὐτοῦ. Χαίρω, φησὶν, ἀποθνήσκων· τίμιος γὰρ παρὰ Θεῷ ὁ θάνατος τῶν ὡσιωμένων αὐτῷ· εἰ γὰρ ἡ ζωὴ τούτων τιμία, πολλῷ μᾶλλον ὁ θάνατος, ὡς εἰς τὸν Δεσπότην αὐτὸν διαβιβάζων αὐτοὺς τιμωμένους διὰ προπομπῆς ἁγίων ἀγγέλων.

Vers. 16. *O Domine, ego servus tuus.* Dedicatus scilicet atque oblatus tuo imperio, B

Ego servus tuus, et filius ancillæ tuæ. Repetit nomen servi, gaudens ita appellari. Rejecto enim omni pudore, servitutem hanc libere fatetur et prædicat. *Filium autem ancillæ tuæ*, dixit, ostendens se servum Dei, etiam ab ipsis progenitoribus. Indifferenter autem matris tantum meminit; vel quod servi qui ex ancillis nati erant, majore in pretio a dominis habebantur.

Ὦ Κύριε, ἐγὼ δοῦλος σός. Ὡσιωμένος σοὶ, ἀνακείμενος τῇ σῇ δεσποτείᾳ.

Ἐγὼ δοῦλος σὸς, καὶ υἱὸς τῆς παιδίσκης σου. Ἐδιττολόγησε μὲν ἐμφαίνων, ὅτι χαίρει τοῦτο καλούμενος, καὶ ἀνεπαισχύντως ὁμολογεῖ τοῦτο, καὶ κηρύσσει· *Υἱὸς* δὲ, φησὶ, *τῆς παιδίσκης σου*, δηλῶν ὅτι ἐκ προγόνων δοῦλός ἐστι τοῦ Θεοῦ, Ἀδιαφόρως δὲ τῆς μητρὸς μόνον ἐμνημόνευσεν· ἢ καὶ διότι, τότε τὰ ἐκ τῶν θεραπαινίδων οἰκογενῆ, τιμιώτερα τοῖς δεσπόταις ἦσαν.

Tibi sacrificabo hostiam laudis. Hostiam et sacrificium rationale, quod verum ac proprium est sacrificium, fetusque ac germen spiritualis ventris C mei. Hanc, inquam, hostiam laudis tibi sacrificabo in altari animæ meæ.

Διέρρηξας τοὺς δεσμούς μου. Τοὺς ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας, τῷ ξίφει τῆς μετανοίας.

Σοὶ θύσω θυσίαν αἰνέσεως. Θυσίαν λογικὴν, θυσίαν αἰνέσεως, γεννήματα τῆς ἐμῆς κοιλίας, σοὶ θύσω, ἐπὶ τοῦ θυσιαστηρίου τῆς ἐμαυτοῦ ψυχῆς.

Et in nomine Domini invocabo. Et invocabo nomen Domini in subministrationem, atque in auxilium hujus sacrificii.

Καὶ ἐν ὀνόματι Κυρίου ἐπικαλέσομαι. Καὶ τὸ ὄνομα Κυρίου ἐπικαλέσομαι, εἰς χορηγίαν τῆς τοιαύτης θυσίας, καὶ συνεργίαν.

Vers. 18. *Vota mea Domino reddam, coram omni populo ejus.* Repetit verba paulo ante dicta, ad majorem sermonis sui confirmationem.

Τὰς εὐχάς μου τῷ Κυρίῳ ἀποδώσω ἐναντίον παντὸς τοῦ λαοῦ αὐτοῦ. Εἶπε τοῦτο καὶ ἀνωτέρω, καὶ παλιλλογεῖ, βεβαιῶν τὸν λόγον αὐτοῦ.

In aulis domus Domini, in medio tui, Jerusalem. Apponit et locum, ubi redditurus est vota. *In aulis*, inquit, *domus Domini;* varias enim aulas habuit tabernaculum illud, quod beatus David fabricari jusserat in medio Jerusalem. Et hæc quidem juxta præcedentis psalmi consequentiam exposuimus: verum Chrysostomi etiam expositionem addamus D dicentis, quod, cum prævidisset beatus David quæcunque passuri erant Judæi in obsidione, et captivitate Babylonica, et mente etiam revolvisset eos illinc postmodum revocandos esse, atque in patriam restituendos, prorupit in hæc verba, dicens: Credidi, quod scilicet captivi erunt Judæi, et quod in patriam etiam restituentur; credidi vero, ita eductus a prophetica gratia: et propterea locutus sum de hac re, variis scilicet in psalmis. *Ego autem humiliatus sum valde*, dum affligor scilicet et dolco captivorum vicem: *Ego dixi in exstasi mea: Omnis homo fallax.* Summo ego, inquit, dolore correptus, quo, ut assolet sæpenumero, extra me quodammodo ad tempus effectus sum, et pene redditus

Ἐν αὐλαῖς οἴκου Κυρίου, ἐν μέσῳ σου, Ἰερουσαλήμ. Λέγει καὶ τὸν τόπον ἔνθα τὰς εὐχὰς ἀποδώσει, ὅτι *Ἐν αὐλαῖς οἴκου Κυρίου*· διαφόρους γὰρ εἶχεν αὐλὰς ἡ σκηνὴ, ἥτις τότε ἦν ἐν μέσῳ τῆς Ἰερουσαλήμ. Ταῦτα μὲν κατὰ τὴν ἀκολουθίαν ἡρμηνεύσαμεν τοῦ προλαβόντος ψαλμοῦ· λοιπὸν οὖν παραθώμεθα καὶ τὴν ἑρμηνείαν τοῦ Χρυσοστόμου. Λέγει γὰρ ὅτι προϊδὼν ὁ Δαβὶδ ὅσα μέλλουσι παθεῖν οἱ Ἰουδαῖοι πολιορκηθέντες καὶ ἀπαχθέντες εἰς Βαβυλῶνα, αἰχμάλωτοι, εἶτα μνησθεὶς καὶ περὶ τῆς ἀνακλήσεως αὐτῶν καὶ αὖθις ἀποκαταστάσεως, φησὶν ἐν ῥόντι ψαλμῷ· Ἐπίστευσα ὅτι καὶ αἰχμαλωτισθῇ τῷ πασονται καὶ ἐπανελεύσονται, διδαχθεὶς ταῦτα, διὰ τοῦ προφητικοῦ χαρίσματος· διὸ ἐλάλησα περὶ τούτων ἐν διαφόροις ψαλμοῖς. *Ἐγὼ δὲ ἐταπεινώθην σφόδρα*· ἐκακώθην σφόδρα περιαλγήσας ἐπὶ τῇ αἰχμαλωσίᾳ. *Ἐγὼ δὲ εἶπα ἐν τῇ ἐκστάσει μου· Πᾶς ἄνθρωπος ψεύστης.* Ἐν τῇ λύπῃ μου ἐκείνῃ· ἐξιστᾷ γὰρ τοῦ καθεστηκότος πολλάκις ἡ λύπη, σφοδρότερον δὲ κατασχεθεῖσα, καὶ ἀναισθησίαν ἐργάζεται. Ἰδὼν γὰρ μάλιστα τὸ ἀδίβαιον τῆς ἀνθρωπίνης εὐημε-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ρίας ἐν τῇ μεταβολῇ τῆς εὐημερίας τῶν Ἰουδαίων, εἶπον ὄντως ὅτι πᾶν ἀνθρώπινον ἀγαθὸν, ψευδὲς, μὴ πεφυκὸς παραμένειν, ἀλλ' ἐπεὶ πάλιν ἀνάκλησιν ἐλπίζω εὑρεῖν, ὑπερχαίρω, διὸ καὶ λέγω· *Τί ἀνταποδώσω τῷ Κυρίῳ περὶ πάντων, ὧν ἀνταπέδωκέ μοι;* Οἰκείαν εὐεργεσίαν τοῦτο λογίζεται, διὰ τὸ γένος· Πολλὰ μὲν, φησὶν, εὐηργέτησεν ὁ Κύριος, τί οὖν ἀντὶ πάντων ἀνταποδώσω αὐτῷ; Πολλῆς περιχαρείας, καὶ εὐγνωμοσύνης ὁ λόγος. *Ποτήριον σωτηρίου λήψομαι*, σπονδεῖον λήψομαι· σπείσω τῷ Θεῷ ὑπὲρ σωτηρίας τοῦ λαοῦ. Ἦσαν γὰρ παρὰ Ἰουδαίοις τρόποι διάφοροι θυσιῶν, ὧν εἷς ἦν, *σπονδὴ σωτηρίου*, σπονδεῖον δὲ τὸ ποτήριον, δι' οὗ ἔσπονδον. *Καὶ τὸ ὄνομα Κυρίου ἐπικαλέσομαι*· εἰς σωτηρίαν τοῦ λαοῦ. *Τὰς εὐχάς μου τῷ Κυρίῳ ἀποδώσω ἐναντίον παντὸς τοῦ λαοῦ αὐτοῦ.* Τὰς ὑποσχέσεις ἃς ἐν περιστάσεσιν ὢν, ὑπὲρ σωτηρίας ἐπηγγειλάμην· *Τίμιος ἐναντίον Κυρίου ὁ θάνατος τῶν ὁσίων αὐτοῦ.* Τοῦτο καθοδηγητικὴ διδασκαλία, περὶ τοῦ τιμᾶσθαι παρὰ Θεοῦ, καὶ τὸν θάνατον τῶν δούλων αὐτοῦ, διὰ παρουσίας ἀγγέλων πολλάκις, καὶ πολλῶν ἁγίων, εἰς πολλὴν τιμὴν τῶν ἀποθνησκόντων. Ὧν δὲ ὁ θάνατος τίμιος, τούτων καὶ ἡ ζωὴ τιμιωτέρα· ἐν ᾗ τὰς ἀρετὰς ἐργαζόμενοι, τὸν ἑαυτῶν ἐθεράπευον δεσπότην. *Ὦ Κύριε, ἐγὼ δοῦλος σὸς, καὶ υἱὸς τῆς παιδίσκης σου*· οὐ τὴν κοινὴν λέγων δουλείαν, καθ' ἣν πάντες δοῦλοί εἰσι Θεοῦ (*Τὰ σύμπαντα* γὰρ, φησὶν, *δοῦλα σά*), ἀλλὰ τὴν ἐκ προαιρέσεως καὶ πόθου, καὶ στοργῆς· τίθησι δὲ τοῦτο, ἀντὶ παντὸς ἀξιώματος, ἐγκαλλωπιζόμενος τῇ τοιαύτῃ δουλείᾳ μᾶλλον ἢ τῇ βασιλείᾳ. Τὸ δὲ, *Υἱὸς τῆς παιδίσκης σου*, κατὰ τὴν παραδοθεῖσαν ἐξήγησιν. *Διέρρηξας τοὺς δεσμούς μου*, τοὺς τῆς λύπης, τοὺς ἀπὸ τῶν πειρασμῶν, οἳ σφόδρα με συνεῖχον, καὶ συσφίγγοντες ἐπίεζον. Ἢ καὶ κατὰ τὴν ἀνωτέρω ῥηθεῖσαν ἑρμηνείαν· *Σοὶ θυσίαν θύσω αἰνέσεως*, ὑπὲρ τῆς διαῤῥήξεως αὐτῶν, οὓς διέῤῥηξας τῷ ξίφει τῆς φιλανθρωπίας. Θυσίαν δὲ αἰνέσεως λέγει τὴν ὑμνολογίαν καὶ εὐχαριστίαν. *Καὶ ἐν ὀνόματι Κυρίου ἐπικαλέσομαι*, ἀντὶ, Ὄνομα Κυρίου ἐπικαλέσομαι, καὶ εἰς τοὺς ἐξῆς πειρασμοὺς πεῖραν λαβὼν τῆς δυνάμεως τοῦ τοιούτου ὀνόματος. Τὰ δὲ λοιπὰ κατὰ τὴν προεξηγηθεῖσαν διάνοιαν. Ἐνώπιον δὲ παντὸς τοῦ λαοῦ ἀπεδίδου τὰς εὐχὰς, οὐκ ἐπιδεικνύμενος, ἀλλὰ πάντας εἰς τὸν ἑαυτοῦ ζῆλον ἀνάγων, καὶ κοινωνοὺς λαμβάνων τοῦ πράγματος. Πάσης δὲ θυσίας εὐαποδεκτοτέρα Θεῷ ἡ εὐχαριστία, καὶ πρᾶγμά ἐστιν εὐπόριστον, καὶ οὗπερ εὐπορεῖ κατὰ πάντα καιρὸν καὶ ὁ πάντων ἀπορώτατος.

A sine sensu, eo quod maximam humanæ felicitatis inconstantiam cernerem, atque in specie mutationem status Judæorum prævideram, dixi : Vere humanum omne bonum fallax est, quia propriæ naturæ ratione permanens non est. Verum quia illos rursus in patriam revocandos perspexi, et non mediocri propterea gaudio affectus sum, dico : *Quid retribuam Domino, pro omnibus quæ retribuit mihi?* Sibi enim Propheta atque in rationem suam acceptum refert omne beneficium, quod in Judæos cognatos suos fuerit collatum. Multa mihi, inquit, beneficia contulit Dominus. Quid igitur pro omnibus his illi retribuam? Animi valde grati atque hilaris sunt verba : *Calicem salutaris accipiam*, hoc est, vas libaminum. Libabo, inquit, Deo pro salute populi. Erant enim apud Judæos varii sacrificiorum modi : quorum unus *libamen salutaris* dicebatur. Vas autem illud, quo libabant, calicis figuram habebat. *Et nomen Domini invocabo* : ad salutem populi. *Vota mea Domino reddam, in conspectu omnis populi ejus*, hoc est, promissiones illas persolvam, quas feci pro salute mea cum essem in periculis. *Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus.* Docemur ex hoc loco, mortem servorum Dei, angelorum ac cæterorum sanctorum præsentia persæpe honorari. Quorum autem mors honorata est, illorum vita etiam est honoratior : in qua, sectantes virtutum opera, Dominum suum colebant. *O Domine, ego servus tuus, et filius ancillæ tuæ.* Non communem hanc servitutem Propheta intelligit, juxta quam omnes sunt servi Dei (*Omnia* enim, inquit, *serviant tibi* [17]), sed aliam servitutem electione, desiderio, atque amore susceptam : quam cæteris omnibus præponit dignitatibus, exsultans et se magis jactans in hujusmodi servitute, quam in regia sua corona. Quod vero ait : *Et filius ancillæ tuæ*, consimili modo intellige. *Diripuisti vincula mea* : vincula, inquam, tristitiæ, quibus ob assiduas calamitates constringebar. Vel juxta expositionem prædictam : *Tibi sacrificabo hostiam laudis*, pro diruptione scilicet hujusmodi vinculorum; dirupisti enim ea gladio misericordiæ. Per sacrificium autem laudis, hymnos et gratiarum actiones intelligit. *Et in nomine Domini invocabo*, pro, Nomen Domini invocabo. Summa enim mihi est fiducia in hujus divini nominis invocatione, postquam illius vires ac potentiam ipse etiam experimento cognovi. Quæ sequuntur, intellige, juxta ea quæ superius declarata sunt. Reddidit etiam vota sua, beatus David coram omni populo, non ut quasi gloriabundus aliquis se ostentaret, sed ut cæteros ad sui imitationem adduceret, et operis sui faceret participes. Ipsa autem gratiarum actio acceptior est omni sacrificio. Facillima præterea res est, et qua is etiam qui omnium indigentissimus fuerit, quocunque tempore potest abundare.

B

C

D

Ἀλληλούϊα.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΙϚ'.

Εὐχαριστήριος καὶ οὗτος ὁ ψαλμός· καλεῖ γὰρ

Alleluia.

PSALMUS CXVI.

Hic psalmus gratiarum etiam actiones continet.

[17] Psal. cxviii, 91.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

convocat enim universas gentes ad Christi laudes, et ad gratias ei agendas, pro tantis in nos collatis beneficiis.

A πάντα τὰ ἔθνη πρὸς ὑμνολογίαν, καὶ εὐχαριστίαν Χριστοῦ, τηλικαῦτα τούτους εὐεργετήσαντος.

Vers. 1. *Laudate Dominum omnes gentes.* Universas, inquit, gentes appello, quæ ab erroris tenebris ad lucem veritatis adductæ sunt.

Laudate eum omnes populi. Sub aliis verbis eamdem repetit sententiam, laudationis exhortationem magis intendens. Vel, per populos, Judæos illos intellige, qui fideles effecti sunt : vel omnes etiam populos in universum. Oportet enim omnes homines communiter Deo gratias agere, quia pro omnium salute misericorditer carnem assumpsit, et salutares passiones subiit. Ipsos tamen Judæos præcipue decet, ut Christum laudent, qui dixit : *Non sum missus, nisi ad oves quæ perierunt domus Israel* [18].

Αἰνεῖτε τὸν Κύριον, πάντα τὰ ἔθνη. Ἀπὸ τοῦ σκότους τῆς πλάνης, ἐπὶ τὸ φῶς τῆς ἀληθείας ὁδηγηθέντα δι' αὐτοῦ.

Ἐπαινέσατε αὐτὸν, πάντες οἱ λαοί. Τὸ αὐτὸ λέγει, τὴν αἴνεσιν ἐπιτείνων· ἢ λαοὺς νόει τοὺς Ἰουδαίους, ὅσοι προσῆλθον τῇ πίστει, ἢ καὶ πάντας ἁπλῶς. Δεῖ γὰρ κοινῶς πάντας ἀνθρώπους εὐχαριστεῖν τῷ Θεῷ, ὡς ὑπὲρ τῆς πάντων σωτηρίας φιλανθρώπως ἐνανθρωπήσαντι, καὶ τὰ σωτήρια πάθη καταδεξαμένῳ· μάλιστα δὲ πάντων Ἰουδαίους πάντας· *Οὐκ ἀπεστάλην* γὰρ, φησὶν, *εἰ μὴ εἰς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραήλ.* B

Vers. 2. *Quoniam roborata est super nos misericordia ejus.* Valida ac fortis effecta est misericordia Dei. Ampla enim ac vehemens in omnes defluxit, tametsi multi a se eam repulerint. Seipsum vero nobis Propheta hoc in loco conjungit : quemadmodum sæpe alibi facere consuevit, unum se ex iis reputans, qui in Christum credunt.

Ὅτι ἐκραταιώθη τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς. Ἰσχυρὸν γέγονε, στερεὸν, πολὺ ἐρρύη, σφοδρὸν ἐπὶ πάντας ἀνθρώπους, δι' ὑπερβολὴν φιλανθρωπίας, εἰ καί τινες ἀπώσαντο τοῦτο. Καὶ ἑαυτὸν δὲ συντάττει, καθὼς ἐν πολλοῖς εἴωθε ποιεῖν, ἕνα καὶ αὐτὸν ἡγούμενος τῶν πεπιστευκότων εἰς Χριστόν.

Et veritas Domini manet in æternum. Veritas, inquam, Evangelii, quæ apostolis per Christum data est. Nam quæ in lege scripta sunt, non veritatem, sed umbram continebant veritatis. Adveniente autem evangelica veritate umbra illa legis cessavit, non secus atque adumbratio aliqua picturæ exstinguitur, quando veri colores super eam immittuntur. Gratia enim, inquit, et veritas, per Jesum Christum facta est [19]. C

Καὶ ἡ ἀλήθεια τοῦ Κυρίου μένει εἰς τὸν αἰῶνα. Ἡ διὰ τοῦ Εὐαγγελίου· ἡ διὰ τοῦ Χριστοῦ παραδοθεῖσα τοῖς ἀποστόλοις. Τὰ μὲν γὰρ τοῦ νόμου, σκιαγραφίας τις ἦσαν ἀληθείας· διὸ, ταύτης ἐλθούσης, ἐπαύθη, καθάπερ ἡ σκιαγραφία τῶν ζωγράφων, τῶν ἀληθινῶν χρωμάτων ἐπιβληθέντων αὐτῇ· ἡ χάρις δὲ, φησὶ, καὶ ἡ ἀλήθεια, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐγένετο.

Alleluia.

PSALMUS CXVII.

Et hic psalmus etiam gratiarum actiones continet pro receptis beneficiis.

Ἀλληλούϊα.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΙΖ'.

Καὶ οὗτος πάλιν εὐχαριστήριος ὑπὲρ ὧν ἀπήλαυσεν εὐεργεσιῶν.

Vers. 1. *Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia ejus.* Hujusmodi verba habentur etiam in psalmo cv, ubi ea exposuimus.

Ἐξομολογεῖσθε τῷ Κυρίῳ, ὅτι ἀγαθὸς, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. Εἶπε ταῦτα ἐν τῷ ρε' ψαλμῷ καὶ ἡρμηνεύθη ἐκεῖ.

Vers. 2-4. *Dicat sane domus Israel quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia ejus. Dicat sane domus Aaron quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia ejus. Dicant sane omnes qui timent Dominum, quoniam bonus, quoniam in sæculum misecordia ejus.* Omnes enim hi bonitate et misericordia Dei, multis modis potiti sunt. In triplicem autem ordinem Propheta distinxit populum Dei, quemadmodum et alibi fecit in psalmo cxiii, ibi : *Domus Israel speravit in Domino*, cumque omnes populi ordines in unum chorum convocaverit, jusseritque debitas Deo gratias agere, et dicere quod bonus est, et quod in sæculum misericordia ejus, narrat ea postmodum quæ ad se pertinent. Decebat namque universum populum condignas Deo D

Εἰπάτω δὴ οἶκος Ἰσραὴλ, ὅτι ἀγαθὸς, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. Εἰπάτω δὴ οἶκος Ἀαρὼν, ὅτι ἀγαθὸς, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. Εἰπάτωσαν δὴ πάντες οἱ φοβούμενοι τὸν Κύριον, ὅτι ἀγαθὸς, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. Πάντες γὰρ διαφόρως ἀπήλαυσαν τῆς χρηστότητος καὶ τοῦ ἐλέους αὐτοῦ. Ἐποιήσατο δὲ κἀνταῦθα τὴν διαίρεσιν τοῦ ἔθνους τῶν Ἰουδαίων, οἷαν καὶ ἐν τῷ ριγ' ψαλμῷ· ἔνθα τὸ, *Οἶκος Ἰσραὴλ ἤλπισεν ἐπὶ Κύριον*, καὶ τὰ ἑξῆς· ἕνα δὲ χορὸν πάντας ἀπεργασάμενος, καὶ παρακελευσάμενος εὐχαριστεῖν τῷ Θεῷ, καὶ λέγειν, ὅτι ἀγαθὸς, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ, διηγεῖται τὰ καθ' ἑαυτόν. Ἔδει γὰρ αὐτοὺς τοῦτο ποιεῖν ὑπὲρ τοῦ βασιλέως αὐτῶν ὑπὲρ αὐτῶν πολεμοῦντος, καὶ

[18] Matth. xv, 24. [19] Ephes. iv, 15.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

πειρασμοῖς περιπίπτοντος, καὶ παραδόξως ῥυομένου παρὰ Θεοῦ.

Ἐκ θλίψεως ἐπεκαλεσάμην τὸν Κύριον, καὶ ἐπήκουσέ μου εἰς πλατυσμόν. Οὐχ ἁπλῶς, ἔφησεν, ἐπήκουσέ μου, ἀλλὰ καὶ εἰς πλατυσμὸν, τουτέστιν εἰς ἐλευθερίαν ἀπὸ στενοχωρίας καταστήσας. Εἴρηται δὲ καὶ ἐν τῷ δ' ψαλμῷ· *Ἐν θλίψει ἐπλάτυνάς με·* καὶ ζήτησον καὶ τὴν ἐκείνου ἐξήγησιν.

Κύριος ἐμοὶ βοηθὸς, καὶ οὐ φοβηθήσομαί τί ποιήσει μοι ἄνθρωπος. Ὅμοιον δὲ τοῦτο τῷ ἐν τῷ κς' ψαλμῷ· *Κύριος φωτισμός μου καὶ σωτήρ μου, τίνα φοβηθήσομαι;* Σκόπει δὲ πῶς οὐκ εἶπεν, ὅτι Οὐδὲν ὑπὸ ἀνθρώπου πάθω, ἀλλ' ὅτι *Οὐ φοβηθήσομαι*, εἴ τι καὶ πάθω· καὶ γὰρ εἰ πάθω, οὐκ ἐξ ἀσθενείας ἔσται τοῦ βοηθοῦντός μοι, ἀλλὰ κατὰ παραχώρησιν, εἰς παίδευσιν ἐμὴν καὶ διόρθωσιν.

Κύριος ἐμοὶ βοηθὸς, κἀγὼ ἐπόψομαι τοὺς ἐχθρούς μου. Ἐκεῖνος πολεμήσει, κἀγὼ ἐπόψομαι τοὺς ἐχθρούς μου πίπτοντας· τοὺς μὲν αἰσθητοὺς ἐπόψομαι τοῖς αἰσθητοῖς ὀφθαλμοῖς· τοὺς δὲ νοητοὺς τοῖς νοητοῖς. Ἁρμόζουσι δὲ ταῦτα τὰ ῥητὰ καὶ πᾶσι τοῖς ἀδιστάκτοις, ἐλπίζουσιν ἐπὶ Κύριον.

Ἀγαθὸν πεποιθέναι ἐπὶ Κύριον, ἢ πεποιθέναι ἐπ' ἄνθρωπον· ἀγαθὸν ἐλπίζειν ἐπὶ Κύριον, ἢ ἐλπίζειν ἐπ' ἄρχουσι. — Μακάριος γὰρ, φησὶν, *ὁ ἐλπίζων ἐπὶ Κύριον.* Καὶ ἀλλαχοῦ· *Ἐπικατάρατος πᾶς ὁ ἐλπίζων ἐπ' ἄνθρωπον.* Καὶ ἄλλος δέ τις λέγει σοφός· *Ἐμβλέψατε εἰς τὰς ἀρχαίας γενεὰς, καὶ ἴδετε τίς ἤλπισεν ἐπὶ Κύριον, καὶ κατησχύνθη.* Εἰ δὲ κατησχύνθη τις, οὐκ ἤλπισεν ὡς ἐχρῆν. Διὸ Παῦλος, βεβαιῶν τὸν λόγον, εἰρηκεν· *Ἡ δὲ ἐλπὶς οὐ καταισχύνει·* οὐ συγκρίνων δὲ εἶπεν, ἀγαθὸν τόδε παρὰ τόδε· ἀλλὰ συγκαταβατικῶς λέγων πρὸς τὴν ἀσθένειαν τῶν ἀκροωμένων.

Πάντα τὰ ἔθνη ἐκύκλωσάν με, καὶ τῷ ὀνόματι Κυρίου ἠμυνάμην αὐτούς· κυκλώσαντες ἐκύκλωσάν με, καὶ τῷ ὀνόματι Κυρίου ἠμυνάμην αὐτούς. Πάντα τὰ ἔθνη τὰ περὶ τῆς Παλαιστίνης ὁμοῦ ποτὲ συνεπιθέμενα, καὶ ὥσπερ ἐν σαγήνῃ ἐναπολαβόντα· ἢ καὶ τὰ διάφορα πλήθη τῶν δαιμόνων δηλοῖ. Ἔστιν ὅτε γὰρ ὁμοῦ πάντες ἐπιστρατεύουσι καθ' ἑνὸς δικαίου, παντοίως αὐτὸν πολεμοῦντες, καὶ διηνεκῶς ἐκδειματοῦντες. Πολλάκις δὲ καὶ περὶ τῆς κυκλώσεως καὶ τῆς ἀμύνης εἰπὼν, ἔδειξε τοῖς μὲν τὸ ἄφυκτον, τοῖς δὲ τὸ παράδοξον, καὶ οἷαν ἔχει δύναμιν τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ.

Ἐκύκλωσάν με, ὡσεὶ μέλισσαι κηρίον, καὶ ἐξεκαύθησαν ὡς πῦρ ἐν ἀκάνθαις, καὶ τῷ ὀνόματι

A gratias agere pro rege suo, qui pro eis certaverat, quique in tentationes et calamitates inciderat, et mirabiliter fuerat ab eo liberatus.

Vers. 5. *De tribulatione invocavi Dominum, et exaudivit me in latitudine.* Non simpliciter, inquit, exaudivit me, sed in latitudine, hoc est, in libertate, ab arcta et angusta in latam atque amplam regionem me deducens. Dictum est etiam IV psalmo, *In tribulatione dilatasti me :* ubi vide, quæ exponendo dicta sunt.

Vers. 6. *Dominus mihi adjutor, et non timebo quid faciat mihi homo.* Habentur et hæc verba in psalmo XXVI, ibi : *Dominus illuminatio mea, et salus mea, quem timebo?* illud considera, quomodo non hoc dicit, quod ab homine nihil passurus sit, sed B quod tantum negat se timere, tametsi pati aliquid contigerit : quod si patiar, inquit, id accidet, non ob imbecillitatem Dei, quasi opem ille suam mihi afferre non possit, sed ob illius permissionem, qui hac ratione me erudire constituit, ac dirigere.

Vers. 7. *Dominus mihi adjutor, et ego respiciam inimicos meos.* Ille pugnabit pro me, et ego inimicos meos respiciam, cadentes scilicet : et visibiles quidem corporeis, invisibiles vero, animi atque intellectus oculis, intuebor. Accommodari etiam possunt hæc verba iis omnibus, qui certam ac stabilem in Domino spem habuerint.

Vers. 8, 9. *Bonum est confidere in Domino, quam confidere in homine : bonum est sperare in Domino, quam sperare in principibus. Beatus* enim, inquit, C *qui sperat in Domino.* Et alibi etiam, *Maledictus omnis, qui sperat in homine* [20]. Item alius sapiens dicit : *Respicite in antiquas generationes, et videte, quisnam speraverit in Domino, et confusus sit* [21]. Quod si aliquis confusus esse videtur, ille in Domino, ut oportebat, non speravit. Atque ideo Paulus hujusmodi sermonem confirmans, dixit : *Spes autem non confundit* [22]. Illud etiam animadverte, quod Propheta hic, non dixit bonum seu melius hoc esse, comparando scilicet illa ad hoc summum bonum, sed auditorum imbecillitati condescendens, humanum in morem sic locutus est.

Vers. 10, 11. *Omnes gentes circumdederunt me, et nomine Domini ultus sum eos : circumdantes circumdederunt me, et nomine Domini ultus sum eos.* D Omnes gentes, quæ in circuitu sunt Palæstinæ regionis in unum congregatæ simul in me irruentes impetum fecerunt, ac veluti in sagena me comprehenderunt. Vel varias dæmonum copias fortassis significat, quæ una aliquando justum aliquem adoriuntur, variisque, ac multiplicibus modis ei pavorem incutiunt. Repetens autem Propheta sæpius, se circumdatum fuisse, et sæpius ultum inimicos suos, hujusmodi repetitione, et inevitabilis periculi magnitudinem ostendit, et admirandam fuisse liberationis rationem constituit, et summam denique divini nominis fuisse potentiam docet, quo tanta potuit efficere.

Vers. 12. *Circumdederunt me, sicut apes favum, et exarserunt sicut ignis in spinis, et nomine Domini*

[20] Jerem. XVII, 5. [21] Eccli. II, 11. [22] Rom. V, 5.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ultus sum eos. Periculorum magnitudinem describit. Et per apum quidem similitudinem, vehementiam et promptitudinem inimicorum significat, per ignem vero effrenatam iram. Apes siquidem favo mellis invento, summa promptitudine, ac vehementia illum circumdant, ac mellis succum exsugunt : ignis etiam ubi rubum aliquem aut spinetum apprehenderit, retineri non potest.

A *Κυρίου ἠμυνάμην αὐτούς.* Διαγράφει τὸ μέγεθος τῶν δεινῶν· καὶ διὰ μὲν τῆς εἰκόνος τῶν μελισσῶν τὸ σφοδρὸν τῆς προθυμίας αὐτῶν αἰνίττεται, διὰ δὲ τοῦ πυρὸς τὸ ἀκάθεκτον τῆς ὀργῆς. Αἱ μέλισσαι μὲν γὰρ εὑροῦσαι κηρίον μέλιτος, μετὰ σφοδρᾶς προθυμίας κυκλοῦσιν αὐτὸ, τὴν ἰκμάδα τοῦ μέλιτος ἐκμυζῶσαι· καὶ τὸ πῦρ ἀκανθῶν δραξάμενον ἀκάθεκτον γίνεται.

Vers. 13. *Impulsus, eversus sum, ut caderem, et Dominus adjuvit me.* Impulsus, inquit, ab hostibus, veluti jamjam casurus declinavi, hoc est, parum abfuit, quin caderem, et Dominus adjuvit me, ut vires suas, et studium suum in me magis demonstraret. Eripiens ex ore mortis hominem omni humana ope destitutum.

Ὠσθείς, ἀνετράπην τοῦ πεσεῖν, καὶ ὁ Κύριος ἀντελάβετό μου. Ὠσθείς παρ' αὐτῶν, ἔκλινα τοῦ πεσεῖν, τουτέστιν, ἐγγὺς ἐγενόμην τοῦ πεσεῖν, καὶ ὁ Κύριος ἀντελάβετό μου, ἵνα καὶ μᾶλλον δείξῃ τὴν αὐτοῦ ἰσχὺν καὶ κηδεμονίαν, ἁφαρπάσας ἐκ στόματος τοῦ θανάτου τὸν ἀπεγνωσμένον πανταχόθεν ἐτέρωθεν.

Vers. 14. *Fortitudo mea et laus mea Dominus, et factus est mihi in salutem.* Fortitudo mea, inquit, et laus mea Dominus est. In eo etenim vires meas omnes habeo : propter eum etiam ab omnibus laudor, et glorificor, quod talem adjutorem sortitus sum. Vel, ipsum Deum semper laudo, qui factus est Salvator meus.

B *Ἰσχύς μου καὶ ὕμνησίς μου ὁ Κύριος, καὶ ἐγένετό μοι εἰς σωτηρίαν.* Καὶ ἰσχύς μού ἐστιν· ἐν αὐτῷ γὰρ ἰσχύω· καὶ ὕμνησίς μου· δι' αὐτοῦ γὰρ ὑμνοῦμαι, καὶ δοξάζομαι παρὰ πάντων, ὡς τοιοῦτον βοηθὸν πεπλουτηκώς, ἢ καὶ αὐτὸν ὑμνῶ διὰ παντὸς, καὶ ἐγένετό μοι Σωτήρ.

Vers. 15. *Vox exsultationis, et salutis in tabernaculis justorum.* Et rursum factus est mihi Dominus, vox exsultationis, et salutis : hoc est, factus est causa vocis exsultationis, et vocis salutis, quæ canitur in tabernaculis justorum, cum ob admirabiliter mihi præstitam salutem, impulsus sim ut exsultationem, et salutem illam laudarem, quam mihi tribuit. Vel impulsus sum ad laudandum eum in exsultatione, et salute. Per tabernacula autem justorum tuguria prædicere, in quibus Davidici psalmi præcipue decantantur : vel varias, ac particulares, quæ per orbem sunt, Ecclesias.

Φωνὴ ἀγαλλιάσεως καὶ σωτηρίας ἐν σκηναῖς δικαίων. Καὶ ἐγένετό μοι πάλιν φωνὴ ἀγαλλιάσεως καὶ σωτηρίας, ᾀδομένης ἐν σκηναῖς δικαίων, παραδόξως γὰρ ὑπ' αὐτοῦ σωθείς, ἐκινήθην εἰς τὸ ὑμνεῖν τὴν ἀγαλλίασιν καὶ τὴν σωτηρίαν, ἣν μοι δεδώρηται· ἢ εἰς τὸ ὑμνεῖν αὐτὸν ἐν ἀγαλλιάσει καὶ σωτηρίᾳ. Σκηνὰς δὲ δικαίων οἶμαι προφητικῶς λέγειν αὐτὸν, τὰς καλύβας τῶν ἀσκητῶν ἐν αἷς μᾶλλον ᾄδονται τὰ Δαβιδικά· ἢ τὰς κατὰ τόπον Ἐκκλησίας.

C

Vers. 16. *Dextera Domini fecit virtutem.* Dextera Domini, id est, divinum auxilium, quod tribuit nobis victoriam, et tropæum erexit.

Δεξιὰ Κυρίου ἐποίησε δύναμιν. Ἡ δεξιὰ τοῦ Κυρίου, ἤτοι ἡ συμμαχία, εἰργάσατο τὴν νίκην καὶ ἔστησε τὸ τρόπαιον.

Dextera Domini exaltavit me. Erexit me jam penitus inclinatum. Vel, Glorificavit me, postquam inimicos meos in fugam convertit.

Δεξιὰ Κυρίου ὕψωσέ με. Ἀνέστησε κλιθέντα, ἢ ἐδόξασε τροπωσάμενον τοὺς ἐχθρούς.

Dextera Domini fecit virtutem. Eamdem rursus sententiam repetit, et præ lætitia in gratiarum actione extenditur. Vel ter nominans Dei dexteram, triplex trium personarum auxilium in Divinitate denotavit.

Δεξιὰ Κυρίου ἐποίησε δύναμιν. Τὸ αὐτὸ λέγει πάλιν, ὑφ' ἡδονῆς ἐπιτείνων τὴν εὐχαριστίαν· ἢ καὶ τρεῖς δεξιὰς εἰπὼν Κυρίου, τὴν τριπλῆν συμμαχίαν τῆς τρισυποστάτου θεότητος ἐνέφηνεν.

D

Vers. 17. *Non moriar, sed vivam, et narrabo opera Domini.* Non moriar deinceps, nec perdar ab iis qui circumdederunt me, quemadmodum ipsi sperabant, cum illi contra potius perierint : sed vivam, et laudabo mirabilia Dei. Vel, Non moriar animæ morte, sed vivam ea vita quæ est secundum Deum. Vel, Non moriar, sed vivam, hoc est, Immortalis ero, quia mea cantica canentur perpetuo, et illorum cantus nullo unquam tempore deficiet. Possumus etiam hunc versiculum intelligere, ut sermo sit de resurrectione, et asserat Propheta se non moriturum ea conditione, ut nulla ei amplius resurrectionis sit spes. Quinimo si moriar, inquit,

Οὐκ ἀποθανοῦμαι, ἀλλὰ ζήσομαι, καὶ διηγήσομαι τὰ ἔργα Κυρίου. Οὐκ ἀποθανοῦμαι λοιπὸν ἀπὸ τῶν κυκλωσάντων με, καθὼς ἐκείνοις ἐδόκει, τοὐναντίον μᾶλλον αὐτῶν ἀπολωλότων· ἀλλὰ ζήσομαι, καὶ ὑμνήσω τὰ θαυμάσια τοῦ Θεοῦ. Ἢ οὐκ ἀποθανοῦμαι τὸν ψυχικὸν θάνατον, ἀλλὰ ζήσομαι τὴν κατὰ Θεὸν ζωήν. Ἢ οὐκ ἀποθανοῦμαι, ἀλλὰ ζήσομαι, τουτέστιν, ἀθάνατος ἔσομαι, διὰ τὸ διηνεκῶς ᾄδειν παρὰ τοῖς ψάλλουσι τὰς ἐμὰς ᾠδὰς, καὶ μηδέ ποτε παύεσθαι, μέχρι παντὸς αἰῶνος. Ἢ καὶ περὶ τῆς ἀναστάσεως προφητεύοντος ὁ λόγος, ὅτι οὐκ ἀποθανοῦμαι εἰς τὸ μηκέτι ἀναστῆναι, ἀλλὰ ζήσομαι πάλιν μετὰ πάντων ἀνθρώπων· διὸ καὶ διηγήσομαι

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τὰ ἔργα τοῦ Κυρίου μετὰ τῶν ἄλλων, καὶ τὴν ἀνάστασίν μοι χαρισαμένου.

perpetua mihi tamen non erit mors : atque ideo non vere moriar, sed una cum cæteris hominibus rursum vivam, et propterea narrabo opera Domini, qui mihi simul cum aliis bonis resurrectionem hanc largitus est.

Παιδεύων ἐπαίδευσέ με ὁ Κύριος, τῷδε θανάτῳ οὐ παρέδωκέ με. Ἐπαίδευσέ με συγχωρήσας ἐμπεσεῖν τοῖς δεινοῖς, ἵνα τῷ φόβῳ τοῦ χαλεποῦ κινδύνου, καὶ τῆς ἀνάγκης ἐκείνης βελτιωθῶ, καὶ σωφρονέστερος γένωμαι. Οὐκ ἀφῆκε δὲ ἀποθανεῖν, ἐξαρπάσας, καθὼς ἀνωτέρω δεδήλωται, ἵνα δείξῃ τὴν ἰσχὺν αὐτοῦ, καὶ κηδεμονίαν.

Vers. 18. *Castigans castigavit me Dominus, et morti non tradidit me.* Castigavit autem, dum in varias me permisit calamitates incidere, ea nimirum ratione, ut periculorum atque afflictionum timore, de cætero melior ac prudentior fiam. Nec tamen permisit me mori, quinimo eripuit a periculis, ea ratione ut vires suas et studium suum erga me ostenderet, ut diximus

Ἀνοίξατέ μοι πύλας δικαιοσύνης. Τὰς τῆς σκηνῆς, ἐν ᾗ ἐπέκειτο ἡ νομικὴ δικαιοσύνη, τὰ δικαιώματα τοῦ νόμου.

Vers. 19. *Aperite mihi portas justitiæ.* Tabernaculi portas, ubi legalis jacebat justitia, justificationes scilicet legis.

Εἰσελθὼν ἐν αὐταῖς ἐξομολογήσομαι τῷ Κυρίῳ. Εἰσελθὼν ἔνδον αὐτῶν εὐχαριστήσω τῷ Κυρίῳ, ὑμνολογήσω αὐτὸν, ὡς ἐπηγγειλάμην. Νοήσεις δὲ πύλας δικαιοσύνης, καὶ τὰς τῶν ἀνωτέρω ῥηθεισῶν σκηνῶν δικαίων, καὶ τὰς τῶν πανταχοῦ Ἐκκλησιῶν, ἐν αἷς καὶ δικαιοσύνη, καὶ πᾶσα ἀρετὴ πολιτεύεται, ὧν ἔνδον γενόμενος διὰ τῶν ψαλμῶν ἀντευχαριστήσει τῷ Κυρίῳ.

Ingressus in eas confitebor Domino. Introingressus in eas, inquit, agam gratias Domino et laudabo eum, sicuti pollicitus sum. Per portas autem justitiæ, tabernaculi, ut diximus, portas intellige, seu Ecclesiarum, quæ ubique locorum sunt, in quibus justitia una cum reliquis virtutibus colitur, et intra quas beatus David ingressus, per psalmos suos condignas pro tantis beneficiis Domino gratias agit.

Αὕτη ἡ πύλη τοῦ Κυρίου, δίκαιοι εἰσελεύσονται ἐν αὐτῇ. Δοκεῖ μοι τὴν στενὴν λέγειν, περὶ ἧς εἴρηκεν ὁ Χριστὸς ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις· *Εἰσέλθετε διὰ τῆς στενῆς πύλης*· διὸ καὶ προϊδὼν αὐτὴν οὗτος ἐβόησεν· Αὕτη ἡ πύλη τοῦ Κυρίου, περὶ ἧς ὁ Κύριος; Ἰησοῦς Χριστὸς διδάξει, ἢ πρὸς Κύριον ἄγουσα. Εἶτα προσέθηκε, Δίκαιοι εἰσελεύσονται ἐν αὐτῇ, ἤτοι δι' αὐτῆς. Καὶ γὰρ ὁ Χριστὸς εἶπεν· ὅτι *Ὀλίγοι εἰσὶν οἱ εὑρίσκοντες αὐτήν.*

Vers. 20. *Hæc porta Domini, justi intrabunt in eam.* Videtur mihi Propheta, arctam illam atque angustam portam signare, de qua Dominus in Evangeliis ait : *Intrate per angustam portam*[23]. Hanc etenim propheticis oculis cernens beatus David, clamat, dicens : Hæc est porta Domini ; hæc est illa porta, de qua Dominus Jesus Christus docebit vos ; vel, illa porta, quæ ad Christum ducit ; et deinde addidit quod justi tantum intrabunt in eam, hoc est, per eam. Quamobrem ipse etiam Christus dixit, *quod pauci sunt, qui inveniunt eam*[24].

Καὶ ἐξομολογήσομαί σοι, ὅτι ἐπήκουσάς μου, καὶ ἐγένου μοι εἰς σωτηρίαν. Πάλιν εὐχαριστεῖν ἐπαγγέλλεται τῷ Σωτῆρι.

Vers. 21. *Confitebor, quia exaudisti me, et factus es mihi in salutem.* Rursus polliceter se gratias acturum Deo.

Λίθον, ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας. Τοῦτο προφητεία περὶ τοῦ Χριστοῦ· τὸ συνεχὲς γὰρ τοῦ λόγου διακόπτουσιν ἐν πολλοῖς αἱ προφητεῖαι, διὰ τὸ δεῖν αὐτὰς συσκιάζεσθαι τέως, ἵνα μὴ καὶ τὰ βιβλία παρὰ τῶν ἐχθρῶν ἐξαλειφῶσι. Καὶ οἰκοδομοῦντας μὲν λέγει τοὺς ἀρχιερεῖς, τοὺς γραμματεῖς, τοὺς διδασκάλους τῶν Ἰουδαίων, ὡς προκεχειρισμένους οἰκοδομεῖν καὶ καταρτίζειν τὸν λαὸν, ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τοῦ νόμου· λίθον δὲ ἀποδοκιμασθέντα τὸν Χριστόν· λίθον μὲν, διὰ τὸ στερρὸν, καὶ ἀνένδοτον πρὸς κακίαν· *Ἁμαρτίαν* γὰρ, φησὶν, *οὐκ ἐποίησεν*· Ἀπεδοκίμασαν δὲ αὐτὸν, ὡς ἄχρηστον, εἰς οἰκοδομήν· ἔλεγον γὰρ ὅτι, *Σαμαρείτης εἶ σύ*· καὶ ὅτι, *Θὺτος ὁ ἄνθρωπος οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ Θεοῦ, — ἀλλὰ πλανᾷ τὸν ὄχλον.* Ἀλλ' ὅμως οὗτος ὁ παρ' αὐτῶν ἀποδοκιμασθεὶς οὕτως ἐφάνη δόκιμος, ὡς γενέσθαι εἰς κεφαλὴν γωνίας, ἤγουν, ὡς ἀκρογωνιαῖος. Οὐ πᾶς δὲ λίθος γίνεται ἀκρογωνιαῖος, ἀλλ' ὁ τῶν ὅλων δοκιμώτερος,

Vers. 22. *Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli.* Hæc est etiam prophetia, quæ ad Christum pertinet. Animadvertendum vero est, prophetas persæpe sermonem inceptum intercidere : ea nimirum ratione, ut ipsæ prophetiæ, umbra quadam ac velamine obtegantur, ne si apertius traderentur, majus sacris Libris immineret ab inimicis periculum. Delerent enim eos omnes fortassis. Per ædificantes autem, sacerdotum principes intelligit ac scribas et doctores Judæorum, quibus cura commissa fuerat ædificandi et perficiendi populum in fundamento legis. Lapis vero reprobatus, sine dubio Christus est ; lapis quidem ob summam soliditatem ac constantiam adversus omnia vitia : *Peccatum* enim, inquit, *non fecit*[25] ; reprobatus vero ab ædificantibus, ut inutilis : quia Judæi Samaritanum eum dicebant, et negabant eum esse a Deo. Quinimo populi seductorem appellabant. Verum lapis

[23] Matth. VII, 13. [24] Ibid. 14. [25] I Petr. II, 22.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

iste, qui ab illis reprobatus est, ita postmodum approbatus fuit, ut factus sit in caput anguli, effectus nimirum angularis lapis. Neque enim omnis lapis esse potest angularis lapis, sed ille tantum, qui aliis probabilior est, et ex utroque latere potest in unum angulum duos parietes colligare. Christus vero effectus est lapis angularis, quia in seipso duos populos in unam fidem conjunxit : fidelem nimirum populum ex circumcisione, et illum qui ex gentibus. Quocirca apostolus Paulus de eo dixit : quod *Christus est pax vestra, qui fecit ex utroque unum*[26]. Præterea ipse etiam Dominus ad Judæos dicebat, se *alias oves habere quæ non erant ex illo ovili, et quas adauci etiam oportebat, ut fieret unum ovile, atque unus pastor*[27]. Vel per angulum intelligit Ecclesiam fidelium : quia quemadmodum angulus facit duos parietes in se conjungi, ita etiam Ecclesia duorum populorum, ut diximus, conjunctionem, atque unitatem operatur. Hujus autem Ecclesiæ, quam lapidi angulari comparari diximus, Christus caput est, tanquam unius corporis præcipuum ac principale membrum, nec tantum caput, sed conjunctio, et vinculum, et fundamentum.

A ἐξ ἑκατέρας αὐτοῦ πλευρᾶς συνδῆσαι τοὺς δύο τοίχους εἰς μίαν γωνίαν δυνάμενος. Πῶς δὲ ὁ Χριστὸς ἐγένετο ἀκρογωνιαῖος ; ὡς ἐφ' ἑαυτοῦ συνάψας τοὺς δύο λαοὺς εἰς μίαν πίστιν · τόν τε ἐκ περιτομῆς πιστεύσαντα, καὶ τὸν ἐξ ἐθνῶν. Φησὶν ὁ Παῦλος, ὅτι *Αὐτός ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν, ὁ ποιήσας τὰ ἀμφότερα ἕν.* Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Χριστὸς εἴρηκε · *Καὶ ἄλλα πρόβατα ἔχω, ἃ οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς αὐλῆς ταύτης* · κἀκεῖνά μοι δεῖ ἀγαγεῖν, *Καὶ γενήσεται μία ποίμνη, εἷς ποιμήν* · ἡ γωνίαν λέγει τὴν Ἐκκλησίαν τῶν πιστῶν. Ὥσπερ γὰρ ἡ γωνία δύο τοίχων δι' ἑαυτῆς ποιεῖται εἰς μίαν συνάφειαν, οὕτω καὶ ἡ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία δύο λαῶν, τοῦτε ἐξ Ἰουδαίων, καὶ τοῦ ἐξ ἐθνῶν ἕνωσιν ἀπεργάζεται · ταύτης δὲ κεφαλὴ ὁ Χριστός, ὡς ἑνὸς λοιπὸν σώματος · καὶ οὐ B κεφαλὴ δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ σύνδεσμος καὶ θεμέλιος.

Vers. 23. *A Domino factus est iste, et est mirabilis in oculis nostris.* Iste angulus nimirum, hoc est, ita duorum parietum, seu potius duorum populorum conjunctio a Deo ipso, et non a simplici quopiam homine, facta est ; et est mirabilis in oculis nostris, eo quod digni effecti sumus, ut conjunctionem hanc oculis nostris videamus. Quomodo igitur opus hoc non est admirabile ?

Παρὰ Κυρίου ἐγένετο αὕτη, καὶ ἔστι θαυμαστὴ ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν. Αὕτη ἡ γωνία, αὕτη ἡ σύνοδος τῶν δύο λαῶν. Οὗτος ὁ σύνδεσμος παρὰ Θεοῦ ἐγένετο, καὶ οὐ παρὰ ἀνθρώπου ψιλοῦ. Καὶ ἔστι θαυμαστὴ ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν, τῶν ἰδεῖν αὐτὴν ἀξιωθέντων· καὶ πῶς γὰρ οὐ θαυμαστὸν τοιοῦτον ἔργον;

Vers. 24. *Hæc dies quam fecit Dominus.* Per diem, mundi felicitatem intelligit. Nam quemadmodum Scriptura sæpe diem malum dicit, non ut solarem diei cursum aliquem malum designet, sed mala illa quæ in eo die sunt, ita etiam per bonum diem, bona illa intelligit, quæ in eo die perfici contingit. Prædicare vult igitur Propheta hoc in libro, summa illa bona, quæ in die resurrectionis Domini futura erant, et quæ Christus ipse operatus est. Nam et iratum hominibus Deum conciliavit et dæmonis tyrannidem dissolvit, et mortis potentiam exinanivit, eos qui vel ipsius terræ habitatione indigni erant, fecit esse dignos cœlo, erroris tenebras dissolvit, fugavit peccata, plantavit virtutes, et innumerabilibus denique bonis mundum replevit.

C *Αὕτη ἡ ἡμέρα ἣν ἐποίησεν ὁ Κύριος.* Ἡμέραν λέγει τὴν εὐημερίαν τῆς οἰκουμένης. Ὥσπερ γὰρ ἡμέραν λέγοντες πονηρὰν, οὐ τὸν ἡλιακὸν λέγομεν δρόμον, ἀλλὰ τὰ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ κακά, οὕτως καὶ ἡμέραν ὀνομάζοντες ἀγαθὴν, τὰ ἐν αὐτῇ δηλοῦμεν κατορθώματα. Καὶ νῦν οὖν τὰ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς ἀναστάσεως τοῦ Χριστοῦ κατορθώματα προαγορεύει, ἃ ἐποίησεν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός. Κατήλλαξε γὰρ τὸν Θεὸν πρὸς ἀνθρώπους, κατέλυσε τὴν τυραννίδα τοῦ διαβόλου, κατήργησε τὴν δύναμιν τοῦ θανάτου, τοὺς ἀναξίους τῆς γῆς ἐποίησεν ἀξίους τοῦ οὐρανοῦ, ἔλυσε τὸ σκότος τῆς πλάνης, ἀπήλασε τὴν ἁμαρτίαν, ἐφύτευσε τὴν ἀρετὴν, καὶ ἄλλων μυρίων ἀγαθῶν ἐνέπλησε τὴν οἰκουμένην.

Exsultemus, et lætemur in ea. Spirituali scilicet gaudio. Exhortatur autem fideles omnes ad hanc lætitiam, tanquam dignos tantis bonis effectos.

D *Ἀγαλλιασώμεθα καὶ εὐφραν θῶμεν ἐν αὐτῇ.* Πνευματικῶς. Προτρέπεται δὲ εἰς τοῦτο τοὺς πιστοὺς, ὡς τοιούτων ἀξιωθέντας.

Vers. 25. *O Domine, salva sane.* Populum tuum scilicet.

Ὦ Κύριε, σῶσον δή. Τὸν λαόν σου.

O Domine, bene prospera. Populum tuum nimirum, aut evangelicæ prædicationis fidem.

Ὦ Κύριε, εὐόδωσον δή. Τὸν αὐτὸν καὶ τὴν πίστιν τοῦ κηρύγματος.

Vers. 26. *Benedictus qui venit in nomine Domini.* Hoc etiam ad Christum pertinet, qui venire dicitur in nomine Domini, hoc est, a Domino Patre, atque ab ejus substantia. Quocirca ad Judæos dicebat : *Ego veni in nomine Patris, et*

Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου. Καὶ τοῦτο περὶ τοῦ Χριστοῦ · οὗτος γὰρ ἦλθεν ἐν ὀνόματι Κυρίου, τουτέστιν ἀπὸ Κυρίου καὶ ἀπὸ τῆς οὐσίας τοῦ Κυρίου. Διὸ καὶ πρὸς Ἰουδαίους ἔλεγεν· *Ἐγὼ ἐλήλυθα ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Πατρός μου,*

[26] Ephes. II, 14. [27] Joan. X, 16.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

καὶ οὐ λαμβάνετέ με. , Ἤ, Ἐν ὀνόματι Κυρίου, ἤτοι ἐν ὀνόματι Θεοῦ, τουτέστιν, ὄνομα Θεοῦ ἔχων.

non accipitis me [28]. Vel, *In nomine Domini*, prc In nomine Dei, eo quod Christus Dei nomen habet, estque, et appellatur Deus.

Εὐλογήκαμεν ὑμᾶς ἐξ οἴκου Κυρίου. Ἡμεῖς οἱ εἰδότες ταῦτα εὐλογήκαμεν ὑμᾶς, ὦ ἐξ οἴκου Κυρίου ἄνθρωποι, ὦ τῆς Ἐκκλησίας θρέμματα, ὡς τοιούτων ἀξιωθέντας· ἢ ὑμᾶς ἐξ οἴκου Κυρίου ὄντας. Οἶκος δὲ Κυρίου, ἡ Ἐκκλησία τῶν πιστῶν.

Benediximus vobis de domo Domini. Nos prophetæ, inquit, qui olim tanta prævidimus bona, benediximus vobis hominibus, qui estis ex domo Domini, qui estis Ecclesiæ grex, et digni effecti estis, quibus benedicamus.

Θεὸς Κύριος, καὶ ἐπέφανεν ἡμῖν. Θεός ἐστιν ὁ Χριστὸς, Κύριός ἐστιν ὁ Χριστός. Καὶ ἐπέφανε τοῖς ἀνθρώποις διὰ τῆς ἐνανθρωπήσεως. Ὡς γεγονότα δὲ λέγει τὰ μέλλοντα, νόμῳ προφητείας.

VERS. 27. *Deus Dominus, et apparuit nobis.* Christus, qui per incarnationem suam hominibus apparuit, Deus ac Dominus est. Prophetico autem more futura narrat tanquam præterita.

Συστήσασθε ἑορτὴν ἐν τοῖς πυκάζουσιν, ἕως τῶν κεράτων τοῦ θυσιαστηρίου. Εἷς μὲν ἑρμηνευτὴς φησιν· *Ἑορτάσατε ἐν τοῖς καλύπτουσιν,* ἤγουν ἐν θυσίαις, καλυπτούσαις τὸ θυσιαστήριον ἄχρι τῶν κεράτων αὐτοῦ· κέρατα δὲ, τὰ ἀκρότατα. Ἕτερος δέ· *Ἑορτάσατε ἐν τοῖς βλαστάνουσι,* τουτέστιν, ἐν στεφάνοις ἀνθέων, καὶ κλάδοις. Πυκάζειν γὰρ κατὰ μέν τινας, τὸ *καλύπτειν*· κατὰ δέ τινας, τὸ *βλαστάνειν.* Προτρέπεται δὲ ὁ λόγος ἑορτάζειν λαμπρῶς· καθ' Ἑβραίους μὲν, ὡς εἴρηται· καθ' ἡμᾶς δὲ θυσίαις πνευματικαῖς καλυπτούσαις τῷ πλήθει τὸ θυσιαστήριον τῆς ψυχῆς, καὶ στεφάνοις ἀρετῶν, καὶ κλάδοις ἀγαθοεργίας.

Constituite solemnitatem in condensis, usque ad cornua altaris. Unus quidem interpretum exposuit: *Agite celebritatem in operientibus,* hoc est, In sacrificiis; per quæ altare operiri ac tegi solet, usque ad ejus cornua, hoc est, usque ad ejus extremitates. Alius vero : *Festivitatem,* inquit, *agite in germinantibus,* hoc est, In florentibus coronis, atque in virentibus arborum ramis: Græcam enim dictionem πυκάζειν, quæ hic habetur alii idem significare intellexerunt, quod *operire,* alii vero idem, quod *germinare.* Hoc autem sermone omnino illud suademur, ut celebrem Deo ac splendidam solemnitatem agamus, et quæ juxta Hebræos quidem, eo modo agenda est, ut jam diximus; juxta fideles vero spiritualibus celebranda est sacrificiis, et virtutum coronis, bonorumque operum ramis : quorum densitate ac copia invisibile animæ nostræ obtegatur altare.

Θεός μου εἶ σὺ, καὶ ἐξομολογήσομαί σοι· Θεός μου εἶ σὺ, καὶ ὑψώσω σε. Θεός μου εἶ σύ. Διὸ χωρὶς ὧν εὐηργετήθην, εὐχαριστήσω σοι, καὶ δοξάσω σε. Χρὴ γὰρ εὐχαριστεῖν τῷ Κτίσαντι, καὶ διὰ τὸ κτίσαι μόνον, καὶ προνοεῖσθαι.

VERS. 28. *Deus meus es tu, et confitebor tibi : Deus meus es tu, et exaltabo te.* Ea, inquit, ratione, quia Deus meus es, a me tibi maximæ agendæ sunt gratiæ, tametsi nulla in me hactenus contulisses beneficia. Oportet enim nos Deo creatori gratias agere, et illum glorificare, et quia creavit nos, et quia perpetuam nostri providentiam habet.

Ἐξομολογήσομαί σοι, ὅτι ἐπήκουσάς μου, καὶ ἐγένου μοι εἰς σωτηρίαν. Εὐχαριστήσω σοι διὰ παντὸς, ὡς εὐεργέτῃ.

Confitebor tibi quia exaudisti me, et factus es mihi in salutem. Gratias, inquit, semper tibi agam ut benefactori.

Ἐξομολογεῖσθε τῷ Κυρίῳ ὅτι ἀγαθὸς, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. Εἰς τὸν ἐν ἀρχῇ στίχον ἀποπερασθεὶς ὁ ψαλμὸς, κύκλον μιμεῖται, προτρεπόμενος αὖθις τὸν λαὸν, εἰς ὃ κατ' ἀρχάς.

VERS. 29. *Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia ejus.* Hic psalmus eodem versiculo finem faciens, quo initium sumpsit, circulum atque orbem quemdam imitatur et ad eadem agenda rursus populum suadet, ad quæ initio etiam suaserat.

Ἀλληλούϊα.
ΨΑΛΜΟΣ ΡΙΗ'.

Πολλὰς πραγμάτων μεταβολὰς ὁ θεῖος ἔσχε Δαβὶδ, ὡς καὶ ἐν τῷ προοιμίῳ τῆς παρούσης βίβλου διηγησάμεθα· καὶ γάρ ποτε μὲν ἔφυγε πολεμίους, ποτὲ δὲ, περιέπιπτε συμφοραῖς, ποτὲ δὲ θυμαρεστέραν εἶχε ζωήν· καὶ νῦν ὧδευε τὴν θείαν ὁδὸν, νῦν δὲ ταύτῃ προσέπταιεν· Ἅπερ ἅπαντα συνελὼν, ἤθροισεν εἰς τὸν παρόντα ψαλμὸν, ἐντάξας καὶ τὰς ἀγράφους ἑκάστοτε προσενεχθείσας αὐτῷ τῷ Θεῷ δεήσεις, πρὸς παιδαγωγίαν, καὶ ὠφέλειαν τῶν ἐντυγχανόντων. Ἄρτιος δὲ οὗτος ὁ ψαλμὸς, τοὺς μὲν ἀρετὴν μετιόντας, τελειοῦν,

Alleluia.
PSALMUS CXVIII.

Varias status sui mutationes sustinuit beatus David, quemadmodum diximus in Proœmio operis. Nam et aliquando belli pericula evadere ei contigit, aliquando autem in calamitates incidere, et aliquando placidiorem ac magis tranquillam vitam habere : et modo quidem per mandatorum Dei viam incessit, modo vero ab illa decidit. Quæ omnia brevi in hunc psalmum congessit. Ad lectoris præterea institutionem, multas preces suas apposuit, quas Deo sæpius verbis tantum, et non scriptis obtulerat. Potest autem hic psalmus fi-

[28] Joan. v, 43.

Digitized by Google Распознавание текста ABKAFR

deles omnes ad virtutem accedentes perfectiores reddere, et omnes qui hactenus negligentius vixerint, ad virtutem excitare ; et quoniam in hoc psalmo frequenter invenies mentionem fieri de lege, de testimoniis de mandatis, de justificationibus, de judiciis, de eloquiis, atque id fere in unoquoque versiculo (de his etenim, ut brevi dicam, totus psalmus pertractat ; huic enim materiæ beatus David eum applicavit), vide quæ in CXVII psalmo dicta sint, ibi : *Et omnia judicia ejus in conspectu meo ;* unde quoties aliquid hujusmodi invenerimus, superfluum fuerit ibi dicta repetere. Illud tamen scire oportet, quod licet, quæ dictiones inter se differant ut ibi jam dictum est, ut plurimum tamen his nominibus beatus A τοὺς δὲ ζῶντας ῥᾳθύμως, διεγείρειν. Ἐπεὶ δὲ συνεχῶς ἐν τῷ παρόντι ψαλμῷ νόμου, καὶ μαρτυρίων, καὶ ἐντολῶν, καὶ δικαιωμάτων, καὶ κριμάτων, καὶ λογίων μέμνηται, καὶ σχεδὸν ἐν ἑκάστῳ στίχῳ· περὶ τούτων γάρ, ὡς εἰπεῖν, ἡ σύμπασα πραγματεία τοῦ ψαλμοῦ τούτου. Καὶ τούτοις ἰδικῶς ἀνέθηκε τοῦτον, ζήτησον ἐν τῷ ιζ' ψαλμῷ τὸ, ὅτι *Πάντα τὰ κρίματα αὐτοῦ ἐνώπιόν μου*, καὶ περὶ πάντων, εὑρήσεις τὴν ἐξήγησιν ἐκείνου διαλαμβάνουσαν· καὶ λοιπὸν οὐ χρεία πάλιν ἑρμηνεύειν, ἔνθα τι τοιοῦτον εὑρίσκομεν. Χρὴ δὲ γινώσκειν ὡς εἰ καὶ διαφέρουσιν ἀλλήλων, ἀλλ' ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, τοῖς τοιούτοις ὀνόμασι τὸν νόμον δηλοῖ, ἀπὸ τῶν περιεχομένων τὸν περιέχοντα.

David ipsam legem significavit, veluti continens

Vers. 136. *Decursus aquarum subierunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam.* Per aquarum decursus, charadras et valles intelligit, ac loca concava, per quæ aquæ fluere solent. Oculi, inquit, mei lacrymando concavi effecti sunt, charadræque ac vallis cujusdam speciem subierunt; vel contabuerunt lacrymarum copia, quam ideo emisi, quia transgressores non custodierunt legem tuam: tota etenim nocte miseriam ego illorum deflebam. Intelligi etiam possunt hæc verba, ut pertineant ad Judæos, qui inique agentes Christum eos, tanquam super cognatos, ac ejusdem generis

Διεξόδους ὑδάτων κατέδυσαν οἱ ὀφθαλμοί μου, ἐπεὶ οὐκ ἐφύλαξαν τὸν νόμον σου. Διέξοδοι ὑδάτων αἱ χαράδραι καὶ τὰ κοιλώματα· φησὶν οὖν, ὅτι Κοιλώματα ἐκοιλάνθησαν οἱ ὀφθαλμοί μου δακρύοντες, ἦγουν ἐτάκησαν, πλῆθος δακρύων ἀποῤῥέοντες, διότι οὐκ ἐφύλαξαν τὸν νόμον σου οἱ παρανομοῦντες· παννύχιον γὰρ ἀπεκλαιόμην τοὺς ἀθλίους. Νοεῖται δὲ τοῦτο καὶ περὶ τῶν Ἰουδαίων, οἱ παρανομοῦντες ἀνεῖλον τὸν Χριστόν· ἐδάκρυε γὰρ αὐτοὺς, ὡς ὁμογενεῖς.

interemerunt; lacrymatus enim est Dominus super homines.

Vers. 137. *Justus es, Domine, et recta judicia tua.* Hoc assidue cogitare, dicere, credere et confiteri optimum est.

B *Δίκαιος εἶ, Κύριε, καὶ εὐθεῖς αἱ κρίσεις σου.* Τοῦτο καὶ νοεῖν, καὶ λέγειν ἀεὶ καλὸν, καὶ πιστεύειν, καὶ ὁμολογεῖν.

Vers. 138. *Mandasti justitiam testimonia tua, et veritatem tuam valde.* Mandasti ea valde, justitiam nimirum et veritatem. Vel, mandasti ea testimonia observari, ut valde justa, et valde vera. Lex etenim tua, quod justum est, omnibus retribuit, tam iis qui recte agunt, quam iis qui non recte; et verax etiam est in promissionibus suis.

Ἐνετείλω δικαιοσύνην τὰ μαρτύριά σου, καὶ ἀλήθειαν σφόδρα. Ἐνετείλω αὐτὰ, δικαιοσύνην αὐτόχρημα, καὶ ἀλήθειαν πάνυ. Ἢ, ἐνετείλω αὐτὰ, δίκαια καὶ ἀληθῆ πάνυ. Ὁ νόμος σου γὰρ δικαίως ἀμείβεται καὶ τὸν κατορθοῦντα, καὶ τὸν σφαλλόμενον, καὶ ἀληθεύει ταῖς ἐπαγγελίαις.

Vers. 139. *Tabescere me fecit zelus meus, quia obliti sunt verba tua inimici mei.* Zelus quo propter te accendor, quod ab eis spernaris; vel justa ira, qua pro te commoveor, quod mandatorum tuorum obliti sunt, quodque a veteri meditatione sua recesserunt inimici illi mei, qui ob ardorem animi C in te meum, mihi infensi sunt.

Ἐξέτηξέ με ὁ ζῆλός σου, ὅτι ἐπελάθοντο τῶν λόγων σου οἱ ἐχθροί μου. Ὁ ὑπὲρ σοῦ ζῆλος καταφρονουμένου· ἢ ὑπὲρ σοῦ δικαία ὀργή· διότι ἐπελάθοντο τῶν ἐντολῶν σου, οἱ διὰ τοῦτο ἐχθροί μου ἀποστάντες τῆς μελέτης αὐτῶν.

Vers. 140. *Ignitum eloquium tuum vehementer, et servus tuus dilexit illud.* Purissima, inquit, atque immaculata est lex tua, quasi aurum quoddam ignitum atque igne examinatum. Similem sententiam habuimus in psalmo undecimo, ibi: *Eloquia Domini, eloquia casta, argentum ignitum* (eadem enim dictio utrobique est in Græca lectione, quæ et *ignitum* significat, et *igne examinatum*). Hoc vero eloquium seu mandatum tuum is solus diligit, qui servus tuus est, qui tibi servit, te colit et cum timore veneratur.

Πεπυρωμένον τὸ λόγιόν σου σφόδρα, καὶ ὁ δοῦλός σου ἠγάπησεν αὐτό. Καθαρώτατος, ἀμεμπτος· ὁ νόμος σου· τοιοῦτον γὰρ τὸ πεπυρωμένον χρυσίον. Εἴρηται δὲ καὶ ἐν τῷ ια' ψαλμῷ· *Τὰ λόγια Κυρίου ἀγνὰ, ἀργύριον πεπυρωμένον·* καὶ ἠγάπησεν αὐτὸ μόνος ὁ δοῦλός σου, εἴ τίς ἐστι θεράπων σου, εἴ τις μετὰ φόβου λατρεύει.

Vers. 141. *Adolescentulus sum ego et contemptus, justificationes tuas non sum oblitus.* Juxta historiam beatus David adolescentior erat inter cæteros fratres, et propter staturæ exilitatem fuit etiam contemptus a patre, quando Samuel propheta uncturus eum in regem, advenit. Fuit etiam junior ipso Saul et neglectus ab eo, cum persecutiones ab eo varias sustineret: verumtamen hic junior et neglectus supra hos omnes, divinorum mandatorum

D *Νεώτερός εἰμι ἐγὼ καὶ ἐξουδενωμένος, τὰ δικαιώματά σου ἐπελαθόμην.* Καθ' ἱστορίαν ὁ Δαβὶδ νεώτερος ἦν τῶν ἀδελφῶν, καὶ ἐξουδενωμένος παρὰ τοῦ πατρὸς διὰ τὴν βραχύτητα τῆς ἡλικίας, ὅτε ὁ Σαμουὴλ παρεγένετο χρίσων αὐτὸν εἰς βασιλέα. Ἀλλὰ καὶ τοῦ Σαοὺλ νεώτερος ἦν, καὶ ἐξουδενοῦτο παρ' αὐτοῦ, καὶ ἐδιώκετο· καὶ ὅμως ὑπὲρ πάντας τούτους ἐμνημόνευε τῆς ἐντολῆς τοῦ Θεοῦ. Νοεῖται δὲ ὁ λόγος καὶ προσώπῳ τοῦ νέου λαοῦ, ἐξουδενωμένου μὲν ὑπὸ τοῦ παλαιοῦ, τὸν δὲ νόμον ὑπὲρ ἐκεῖνον καὶ νοοῦντος καὶ φυλάσσοντος.

eminit. Possumus etiam intelligere hæc verba, ut prolata sint ex persona novi populi, qui contemptus quidem et neglectus fuit ab antiquo Judæorum populo, et tamen supra eum divinam legem intellexit atque observavit.

Vers. 142. *Justitia tua, justitia in sæculum.* Divina justitia proprie ac vere est et dicitur justitia; quemcunque enim Deus justificaverit, is juste atque in æternum justificatur: hominum vero justitia hujusmodi non est, sed temporalis et persæpe fallitur.

Ἡ δικαιοσύνη σου δικαιοσύνη εἰς τὸν αἰῶνα. Δικαιοσύνη αἰώνιος, δικαιοσύνη κυρίως· ὃν γὰρ ἂν δικαιοῖς, αἰωνίως καὶ δικαίως δικαιοῖς· ἡ δὲ τῶν ἀνθρώπων οὐ τοιαύτη, πρόσκαιρός τε οὖσα καὶ σφαλλομένη τὰ πολλά.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Καὶ ὁ νόμος σου ἀλήθεια. Αὐτόχρημα ἀλήθεια· σφόδρα ἀληθεύων ἐν πᾶσι. Νοεῖται δὲ ἀλήθεια καὶ ἡ ὀρθότης, κατὰ τὸ, *Δίκαιος εἶ, Κύριε, καὶ εὐθεῖς αἱ κρίσεις σου.* Εἴρηται δὲ καὶ ἐν τῷ ις' ψαλμῷ· *Τὰ κρίματα τοῦ Κυρίου ἀληθινά, δεδικαιωμένα ἐπὶ τὸ αὐτό.*

A *Et lex tua veritas.* Lex tua idem fere est, quod veritas, cum in omnibus vera dicat. Vel veritatem dixit, pro rectitudine, juxta illud : *Justus es, Domine, et recta judicia tua.* De hoc etiam dictum est in psalmo XVIII, ibi : *Judicia Domini vera simul et justificata.*

Θλίψεις καὶ ἀνάγκαι εὗρόσάν με· αἱ ἐντολαί σου μελέτη μου. Ἐν ταῖς θλίψεσιν αἱ ἐντολαί σου μελέτη μου ἦσαν, παρηγοροῦσαι, καὶ τὸ ἄλγος ἐπικουφίζουσαι.

VERS. 143. *Tribulationes et angustiæ invenerunt me : mandata tua meditatio mea est.* Inter tot calamitates meas illud mihi unicum fuit solamen, quo dolorem levabam, quod in mandatis tuis assiduus meditabar.

Δικαιοσύνη τὰ μαρτύριά σου εἰς τὸν αἰῶνα. Δικαιοσύνη αἰώνιος, ὡς προείρηται· ἐνδιατρίβει γὰρ τῇ ὑμνολογίᾳ τοῦ νόμου.

VERS. 144. *Justitia testimonia tua in sæculum.* Hoc est, Justitia æterna, ut prædiximus.

Συνέτισόν με, καὶ ζήσομαι. Καὶ ζήσομαι ὄντως· οἱ γὰρ μὴ συνετισθέντες οὐκ ὄντως ζῶσιν, ὡς φαύλως ζῶντες.

B *Intellectum da mihi, et vivam.* (Græca dictio, συνέτισον, non solum significat *intellectum da*, sed etiam *prudentem facito.*) Si igitur intellectum et prudentiam mihi dederis, vivam et vere vivam. Nam qui prudentes non sunt, vere non vivunt eorum etenim vita inanis est.

Ἐκέκραξα ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου, ἐπάκουσόν μου, Κύριε, τὰ δικαιώματά σου ἐκζητήσω. Ἐν τῷ θλίβεσθαί με ἐκέκραξα πρὸς σέ· καὶ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου· διὰ τοῦτο ἐπάκουσόν μου· τὰ δικαιώματά σου ἐκζητήσω, εἰ ἐπακούσεις μου.

VERS. 145. *Clamavi in toto corde meo, exaudi me, Domine, justificationes tuas exquiram.* Dum tribularer, inquit, clamavi ad te; nec simpliciter, sed in toto corde meo, ideo exaudi me, nam si exaudiveris, justificationes tuas perquiram.

Ἐκέκραξά σοι, σῶσόν με, καὶ φυλάξω τὰ μαρτύριά σου. Τὸ αὐτὸ λέγει καὶ νῦν, ἐπιτείνων τὴν δέησιν, καὶ βεβαιῶν τὴν ὑπόσχεσιν. Σῶσόν με κινδυνεύοντα.

VERS. 146. *Clamavi ad te, salvum me fac, et custodiam mandata tua.* Eamdem repetit sententiam, preces suas magis intendens, et promissionem confirmari cupiens. Salvum autem fac me, periclitantem scilicet.

C

Προέφθασα ἐν ὠρίᾳ, καὶ ἐκέκραξα, εἰς τοὺς λόγους σου ἐπήλπισα. Προέλαβον τὸν ὄρθρον, ἐν ὠρίᾳ τῆς νυκτός· μήπω τῆς ὥρας ἐπιστάσης, καθ' ἣν ἀνίστανται οἱ ἄνθρωποι· καὶ ἐκέκραξα πρὸς σέ· εἰς τοὺς λόγους σου τεθάρρηκα, οὓς ἐνήχησάς μοι διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. *Κεκράξεται πρός με, καὶ ἐπακούσομαι αὐτοῦ.*

VERS. 147. *Præveni ante tempus, et clamavi, quia in verba tua supersperavi.* Præveni, inquit, diluculum, in ipsa etiam intempesta nocte, cum tempus adhuc non esset quo exsurgere homines solent : et clamavi ad te confidens in verbis tuis, quæ per sanctum mihi Spiritum manifestasti. *Clamabit* enim, inquit, *ad me, et ego exaudiam eum* [37].

Προέφθασαν οἱ ὀφθαλμοί μου πρὸς ὄρθρον, τοῦ μελετᾶν τὰ λόγιά σου. Προέλαβον οἱ ὀφθαλμοί μου τὴν ἡμέραν πρὸς καιρὸν ὄρθρου, ὥστε μελετᾶν τὸν νόμον σου. Ἐν ὠρίᾳ μὲν γὰρ προσηύχετο· κατὰ τὸν ὄρθρον δὲ ἐμελέτα τὸν νόμον.

VERS. 148. *Prævenerunt oculi mei diluculo, ut meditarer eloquia tua.* Ipsum etiam diem præoccupaverunt oculi mei, diluculi nimirum tempore; atque hoc ut legem tuam meditarer. Orabat autem beatus David ante tempus, hoc est, ante diluculum. In ipso vero diluculo meditationibus atque contemplationibus vacabat.

D

Τῆς φωνῆς μου ἄκουσον, Κύριε, κατὰ τὸ ἔλεός σου. Ἐν τῷ ἐλέει σου, ὡς ἐλεήμων.

VERS. 149. *Vocem meam audi, Domine, secundum misericordiam tuam.* In tua scilicet misericordia, ac tanquam misericors.

Κατὰ τὸ κρῖμά σου ζῆσόν με. Κατὰ τὸν νόμον σου ζῆν ποίησον, ἐννόμως βιοῦν.

Secundum judicium tuum vivifica me. Secundum legem tuam fac, ut vivam, atque ut legitime vivam.

Προσήγγισαν οἱ καταδιώκοντές με ἀνομίᾳ, ἀπὸ δὲ τοῦ νόμου σου ἐμακρύνθησαν. Ὅσον γὰρ τῇ ἀνομίᾳ ἐγγίζουσι, τοσοῦτον μακρύνουσιν ἀπὸ τοῦ νόμου. Τινὰ δὲ τῶν ἀντιγράφων ἀνομίαν γράφουσιν, ὡς νοεῖσθαι ὅτι Προσεπέλασάν μοι ἀνομίαν· ἐγγὺς μου ἤγαγον τὴν ἀνομίαν αὐτῶν, παρ' ὀλίγον ἐθήρευσάν με, ἀπὸ δὲ τοῦ νόμου σου ἐμακρύνθησαν, τοιαῦτα σκαιωροῦντες.

VERS. 150. *Appropinquaverunt persequentes me iniquitati, a lege autem tua longe facti sunt.* Quanto illi magis iniquitati appropinquant, tanto magis a lege tua se elongant. In quibusdam vero exemplaribus *iniquitatem* in quarto casu scriptum est, ut sit sensus, quod Persequentes me appropinquaverunt *iniquitatem* mihi, hoc est, iniquitatem suam prope me adduxerunt, ac pene comprehenderunt me. Hujusmodi vero homines tam prava operantes longe facti sunt a lege tua.

[37] Psal. XC, 15.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

VERS. 151. *Prope es tu, Domine.* Alibi etiam ait : *Prope est Dominus omnibus invocantibus eum* [38]. Item alibi scriptum est : *Deus appropinquans ego sum, et non Deus a longe* [39], juxta illud : *Nonne cœlum et terram ego impleo? dicit Dominus* [40]. Et rursus : *Adhuc loquente te dicam, Ecce adsum* [41]. Appropinquat igitur Deus iis qui, per profectum et ascensum, ei pariter appropinquant. Peccatores vero elongantur a Deo, de eis enim scriptum est : *Ecce qui se elongaverint a te, peribunt* [42].

A *Ἐγγὺς εἶ σὺ, Κύριε.* Καὶ ἀλλαχοῦ φησιν· *Ἐγγὺς Κύριος πᾶσι τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτόν·* καὶ ἐν ἑτέρῳ γέγραπται· *Θεὸς ἐγγίζων ἐγώ εἰμι, καὶ οὐ Θεὸς πόρρωθεν,* κατὰ τὸ, *Οὐχὶ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν πληρῶ Κύριος;* καὶ πάλιν· *Ἔτι λαλοῦντός σου ἐρῶ, Ἰδοὺ πάρειμι.* Ἐγγίζει μὲν οὖν ὁ Θεὸς, ἀλλὰ τοῖς ἐγγίζουσιν· οἱ μὲν γὰρ δίκαιοι ἐγγίζουσιν αὐτῷ διὰ προκοπῆς καὶ ἀναβάσεως· οἱ δὲ ἁμαρτωλοὶ μακρύνουσιν ἀπ' αὐτοῦ· περὶ ὧν εἴρηται· *Ἰδοὺ οἱ μακρύνοντες ἑαυτοὺς ἀπὸ σοῦ ἀπολοῦνται.*

Et omnes viæ tuæ veritas. Tua omnia vera sunt et firma. Vel omnes providentiæ tuæ rationes, quibus mundum gubernas, veræ sunt, tanquam providentia tua vera sit providentia. Vel omnia judicia tua vera sunt, tanquam tuta et recta.

Καὶ πᾶσαι αἱ ὁδοί σου ἀλήθεια. Πάντα τὰ σὰ ἀληθινὰ καὶ βέβαια, ἢ πᾶσαι αἱ πρόνοιαί σου καθ' ἃς διοικεῖς τὸν κόσμον, ἀληθεῖς, ὡς ὄντως πρόνοιαι· ἢ πᾶσαι αἱ κρίσεις σου ἀληθεῖς. ὡς ἀσφαλεῖς καὶ B ὀρθαί.

VERS. 152. *Initio cognovi ex testimoniis tuis, quod in sæculum fundasti ea.* A principio, inquit, ex his cognovi, quod æterna illa esse stabilisti. Nam cum ea intelligere inciperem, cognovi, quod fecisti immobilia ea esse, atque incommutabilia, et quod nullus ea aboliturus esset; quod si plura ex his per Evangelium aboleri videntur, revera tamen juxta interiorem atque reconditum sensum non abolentur, sed juxta exteriorem quamdam apparentiam et ipsius litteræ umbram, ut jam declaratum est.

Κατ' ἀρχὰς ἔγνων ἐκ τῶν μαρτυρίων σου, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα ἐθεμελίωσας αὐτά. Ἐν προοιμίοις ἔγνων ἐκ τῶν μαρτυρίων σου, ὅτι αἰώνια ἥδρασας αὐτά. Ἀρξάμενος συνιέναι ταῦτα, ἔγνων ὅτι ἀσάλευτα πεποίηκας αὐτὰ, καὶ οὐδεὶς αὐτὰ καταλύσει. Εἰ γὰρ καὶ δοκοῦσι τὰ πλείω καταλυθῆναι παρὰ τοῦ Εὐαγγελίου, ἀλλ' οὐ κατὰ τὸν ἐγκεκρυμμένον νοῦν, ἀλλὰ κατὰ τὸ φαινόμενον καὶ σκιῶδες, ὡς προδιείληπται.

VERS. 153. *Vide humilitatem meam et eripe me, quia legem tuam non sum oblitus.* Vide, inquit, afflictionem meam, et ex hujusmodi me eripe calamitatibus : quia, licet propter legem tuam affligerer, ejus tamen oblitus non sum, nec sustinui iniquum aliquid agere aut odisse insidiatores meos. Vel, Vide humilitatis meæ virtutem, et eripe me, quia legis tuæ oblitus non sum, illius, inquam, legis, quæ humilitatem jubet esse sectandam.

Ἴδε τὴν ταπείνωσίν μου, καὶ ἐξελοῦ με, ὅτι τοῦ νόμου σου οὐκ ἐπελαθόμην. Ἴδε τὴν κακοπάθειάν μου, καὶ ἐξελοῦ με τῶν πειρασμῶν, ὅτι, διὰ τὸν νόμον σου κακοπαθῶν, οὐκ ἐπελαθόμην αὐτοῦ, C οὐδ' ἠνεσχόμην παρανομῆσαι, οὐδὲ μιμήσασθαι τοὺς ἐπιβουλεύοντας. Ἢ, Ἴδε τὴν ἐνάρετον ταπείνωσίν μου, καὶ ἐξελοῦ με, ὅτι τοῦ νόμου σου οὐκ ἐπελαθόμην, τοῦ κελεύοντος ταπεινοφρονεῖν.

VERS. 154. *Judica judicium meum, et redime me.* Judicium meum dico, quod cum iis mihi est, qui me oppugnant.

Κρῖνον τὴν κρίσιν μου, καὶ λύτρωσαί με. Τὴν κρίσιν μου μετὰ τῶν πολεμούντων μοι.

Propter verbum tuum vivifica me. Propter legem tuam, propter quam in mortis periculo constitutus sum, vivifica me a sævissimis hostibus oppressum.

Διὰ τὸν λόγον σου ζῆσόν με. Διὰ τὸν νόμον σου ζωοποίησόν με, δι' ὃν ἀποθανεῖν κινδυνεύω, ἤδη καταπονούμενος ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν.

VERS. 155. *Longe a peccatoribus salus, quia justificationes tuas non exquisierunt.* Longe est salus ab iniquis. In periculo enim sunt, qui mandata tua contemnunt, verum mihi ea salus prope est. Liberabor etenim ab illorum insidiis, quia mandata tua ego exquisivi. Vel docentis sermo est, dicens, quod nulli peccatores salvabuntur, tametsi in hac vita fortunati ac felices esse videantur. Vel peccatores, a Deo auxilium non consequentur, eo quod illius justificationes contempserunt.

Μακρὰν ἀπὸ ἁμαρτωλῶν σωτηρία, ὅτι τὰ δικαιώματά σου οὐκ ἐξεζήτησαν. Μακρὰν ἀπὸ τῶν παρανόμων ἡ σωτηρία· κινδυνεύουσι γάρ, ὅτι τῶν D ἐντολῶν σου κατεφρόνησαν· ἐγγὺς δὲ ἐμοῦ· ῥυσθήσομαι γὰρ τῆς ἐπιβουλῆς αὐτῶν, ὅτι αὐτὰ ἐξεζήτησα. Ἢ καὶ διδασκαλικὸς ὁ λόγος, ὅτι οὐ σωθήσονται οἱ ἁμαρτωλοὶ, κἂν εὐημερῶσιν ἐνταῦθα· ἢ ὅτι οὐκ ἔχουσι παρὰ Θεοῦ βοήθειαν, ὡς ὑπερόπται τῶν δικαιωμάτων αὐτοῦ.

VERS. 156. *Misericordiæ tuæ multæ, Domine, secundum judicium tuum vivifica me.* Tu valde misericors es. Fac igitur ut in universali judicio beatam ego vitam vivam, quando boni ac justi in vi-

Οἱ οἰκτιρμοί σου πολλοί, Κύριε· κατὰ τὸ κρῖμά σου ζῆσόν με. Πολυέλεος εἶ. Κατὰ τὴν κρίσιν σου τὴν παγκόσμιον ζῆν με ποίησον τὴν μακαρίαν ζωὴν, ὅτε ἀπελεύσονται οἱ δίκαιοι εἰς ζωὴν αἰώνιον·

[38] Psal. CXLIV, 14. [39] Jerem. XXIII, 23. [40] Ibid. 24. [41] Isa. LVIII, 9. [42] Psal. LXXII, 27.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἢ καὶ ἐνταῦθα ζῆν με ποίησον κατὰ τὸν νόμον σου, συνεργῶν μοι προθυμουμένω.

A tam abibunt æternam. Vel, Fac me in hac vita vivere secundum legem tuam, adjuvans promptitudinem meam, et simul cooperans.

Πολλοί οἱ ἐκδιώκοντές με, καὶ θλίβοντές με, ἐκ τῶν μαρτυρίων σου, οὐκ ἐξέκλινα. Πολλοὶ ὁρατοὶ καὶ ἀόρατοι ζητοῦντες ἐλεῖν με, καὶ πᾶν εἶδος ἐπεγείροντες πειρασμῶν· ἀλλ' ἐγώ σοι μόνῳ θαῤῥῶν ἐκ τῶν μαρτυρίων σου οὐκ ἐξέκλινα. Διαφόρως δὲ λέγει τὰ προῤῥηθέντα, ἃ καὶ κατὰ διαφόρου; εἴρηκε καιρούς.

VERS. 157. *Multi qui persequuntur me, et tribulant me, a testimoniis tuis non declinavi.* Complures visibiles atque invisibiles persecutores sunt, qui quæruntme comprehendere, et omne tentationum genus excitant ; verum ego in te solo fretus a testimoniis tuis aversus non sum. Variis autem modis repetit Propheta ea quæ sæpe ab eo dicta sunt, et diversis prolata temporibus.

Εἶδον ἀσυνετοῦντας καὶ ἐξετηκόμην, ὅτι τὰ λόγιά σου οὐκ ἐφυλάξαντο. Καὶ ἀνωτέρω εἴρηκεν· *Ἐξέτηξέ με ὁ ζῆλός σου ὅτι ἐπελάθοντο τῶν λόγων σου οἱ ἐχθροί μου.*

VERS. 158. *Vidi insipientes et tabescebam, quia eloquia tua non custodierunt.* Superius etiam dixisse eum legimus : *Tabescere me fecit zelus meus, quia obliti sunt verba tua inimici mei.*

B

Ἴδε ὅτι τὰς ἐντολάς σου ἠγάπησα, Κύριε, ἐν τῷ ἐλέει σου ζῆσόν με. Ποτὲ μὲν ἱκετεύει ζωοποιηθῆναι διὰ τὴν φυλακὴν τῶν ἐντολῶν σου, ποτὲ δὲ διὰ τὸ ἔλεος τοῦ Θεοῦ· ἐκεῖνο μὲν δικαιολογούμενος, τοῦτο δὲ μετριοφρονῶν· τελειότερον δὲ τὸ δεύτερον. *Οὐδεὶς γὰρ ἐξ ἔργων νόμου δικαιοῦται.* Ζήτησον καὶ ἐν τῷ ρβ' ψαλμῷ τὴν ἐξήγησιν τοῦ, *Τὸν στεφανοῦντά σε ἐν ἐλέει καὶ οἰκτιρμοῖς.*

VERS. 159. *Vide quoniam mandata tua dilexi, Domine, in misericordia tua vivifica me.* Aliquando vivificari petit propter mandatorum observantiam, et aliquando, propter misericordiam Dei : illud quidem ut se justificet, hoc vero ut modestiam atque humilitatem suam in exemplum cæteris proponat. Perfectioris autem animæ est quod secundo loco eum facere diximus : *Nemo* enim, ut inquit Apostolus, *ex operibus legis justificatur* [48]. Vide psalmo cii quæ dicta sint in illo versiculo : *Qui coronat te misericordia et miserationibus.*

Ἀρχὴ τῶν λόγων ἀλήθεια. Βούλεται λέγειν ὅτι Οἱ λόγοι σου ἀληθεῖς. Εἰ γὰρ ἡ ἀρχὴ αὐτῶν ἀλήθεια, καὶ τὰ ἑξῆς πάντως ἀλήθεια, ἑπόμενα τῇ ἀρχῇ. Ἴσως δὲ περὶ τοῦ πρώτου λέγει τοῦ λαληθέντος πρὸς τὸν Ἀδάμ· *Ἀπὸ παντὸς γὰρ, φησὶ, ξύλου τοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ, βρώσει φάγου, ἀπὸ δὲ τοῦ ξύλου τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρὸν, οὐ φάγεσθε ἀπ' αὐτοῦ. Ἧ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγησθε, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε.* Ἀρχή τε γὰρ οὗτος ὁ λόγος πάντων τῶν πρὸς τὸν ἄνθρωπον τοῦ Θεοῦ λόγων· καὶ τοσοῦτον ἀληθὴς, ὥστε καὶ κατὰ παντὸς τοῦ γένους ἡμῶν κατὰ διαδοχὴν ἐκράτησεν ὁ θάνατος.

VERS. 160. *Principium verborum tuorum veritas.* Omnia, inquit, verba tua veritate nituntur ; nam si earum principia sunt vera, consequenter et reliqua etiam vera sunt, et principio suo correspondent. Fortasse etiam de primis verbis loquitur, quæ locutus est Dominus ad Adam : *Ab omni*, inquiens, *ligno, quod in paradiso est, comede, de ligno autem scientiæ boni et mali non comedetis. In quacunque autem die comederitis, morte moriemini* [49]. Principium enim est hic sermo verborum omnium, quæ a Deo ad hominem dicta sunt : qui adeo etiam fuit verus, ut in universum humanum genus mors imperium sumpserit.

C

Καὶ εἰς τὸν αἰῶνα πάντα τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης σου. Αἰώνια, ἀσάλευτα. Καὶ ἀνωτέρω γὰρ εἶπεν· *Ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα ἐθεμελίωσας αὐτά.*

Et in sæculum omnia judicia justitiæ tuæ. Hoc est, æterna sunt atque inconcussa. Nam et superius dixit : *Quia in sæculum fundasti ea.*

Ἄρχοντες κατεδίωξάν με δωρεὰν, καὶ ἀπὸ τῶν λόγων σου ἐδειλίασεν ἡ καρδία μου. Οὐκ ἐδειλίασεν ἀπ' ἐκείνων τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, ἀλλὰ ἀπὸ τῶν λόγων σου, τῶν δυναμένων καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα ἀπολέσαι ἐν γεέννῃ. Τουτέστι, Τὰς σὰς ἐντολὰς πλέον ἐφοβήθην ἢ ἐκείνους, καὶ οὐ διὰ τὸν φόβον ἐκείνων ἔπραξά τι παρὰ ταύτας. Νοοῦνται δὲ ἄρχοντες καὶ οἱ περὶ τὸν Σαοὺλ, ὃν πολλάκις δυνάμενος ἀνελεῖν ἐφείσατο, εὐλαβηθεὶς τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ. *Ἄρχοντα γὰρ, φησὶ, τοῦ λαοῦ σου οὐκ ἐρεῖς κακῶς.* Εἰ δ' οὐ κακολογήσεις, πολλῷ μᾶλλον οὐκ ἀποκτενεῖς.

VERS. 161. *Principes persecuti sunt me gratis, et a verbis tuis formidavit cor meum.* Non ab illis formidavit qui occidunt corpus, sed a verbis tuis : quia tu non corpus tantum, sed animam occidere potes in gehenna. Hoc est, Mandata ego tua magis timui, quam sæculi hujus principes, ob quorum timorem nunquam ego aliquid adversus tua commisi mandata. Intelligere etiam possumus principum nomine, ipsum Saul regem, quem cum beatus David occidere sæpius potuisset, ob venerationem tamen mandatorum Dei abstinuit. *Principi* enim, inquit, *populi tui non maledices* [50]. Quod si maledicere prohibemur, quanto magis lædere, aut occidere?

D

Ἀγαλλιάσομαι ἐγὼ ἐπὶ τὰ λόγιά σου, ὡς εὑρί-

VERS. 162. *Exsultabo ego super eloquia tua, sic-*

[48] Rom. III, 20. [49] Gen. II, 16, 17. [50] Exod. XXII, 28.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ut qui invenit spolia multa. Quemadmodum, inquit, quis dives efficitur spoliis, ita eloquia tua mentem illuminantia, et scientiæ thesaurum præstantia, me divitem faciunt.

A σκων σκῦλα πολλά. Ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνον τὰ λάφυρα ἐκεῖνα πλουτίζουσιν, οὕτω κἀμὲ τὰ λόγιά σου, φωτίζοντά μου τὸν νοῦν, καὶ θησαυρὸν γνώσεως χαριζόμενα.

Vers. 163. *Injustitiam odio habui et abominatus sum, legem autem tuam dilexi.* Non simpliciter odio habui, sed etiam abominatus sum. Est autem abominatio major quædam odii intentio. De odio enim jam superius dixerat : *Iniquos odio habui, et legem tuam dilexi.*

Ἀδικίαν ἐμίσησα καὶ ἐβδελυξάμην, τὸν δὲ νόμον σου ἠγάπησα. Οὐχ ἁπλῶς ἐμίσησα, ἀλλὰ καὶ ἐβδελυξάμην· ἐπίτασις δὲ τοῦτο τοῦ μίσους. Καὶ ἀνωτέρω δὲ εἴρηκε· *Παρανόμους ἐμίσησα, τὸν δὲ νόμον σου ἠγάπησα.*

Vers. 164. *Septies in die laudem dixi tibi, super judicia justitiæ tuæ. — Septies* apud Hebræos sæpenumero ponitur pro *Pluries.* Sæpe, inquit, in die laudavi te, propter judicia justitiæ tuæ, hoc est, propter legem tuam, vel propter dispensationes atque administrationes tuas, quæ cum judicio a te fiunt, cum juste omnia et decenter facias. Quod si *septies* referri dicamus ad numerum, diem hic intelliges perfectum, hoc est, diem et noctem. Et connumera hoc pacto mediam noctem, diluculum, manc, tertiam horam, sextam, nonam, et vesperas.

Ἑπτάκις τῆς ἡμέρας ᾔνεσά σε ἐπὶ τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης σου. Τὸ Ἑπτάκις ἔστιν ὅτε παρ' Ἑβραίοις τὸ πολλάκις δηλοῖ. Πολλάκις τῆς ἡμέρας, φησὶν, ὑμνήσω σε διὰ τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης σου, διὰ τὸν νόμον σου· ἢ διὰ B τὰς μετὰ διακρίσεως οἰκονομίας σου, τοῦ δικαίως πάντα καὶ πρεπόντως ποιοῦντος. Εἰ δὲ κατ' ἀριθμὸν ἑπτάκις λάβοιμεν, ἡμέραν μὲν νόησον τὸ ἡμερονύκτιον. Ἀριθμεῖ δὲ μεσονύκτιον, καὶ ὄρθρον, καὶ πρωΐ, καὶ ὥρας γ', καὶ ς', καὶ θ', καὶ ἑσπέραν.

Vers. 165. *Pax multa diligentibus legem tuam, et non est illis scandalum.* Diligentibus legem tuam pax est, non cum invisibilibus inimicis, sed cum Deo ; et non est illis offendiculum aliquod. Lex etenim omnem illis viam virtutis explanat, et omne peccati impedimentum aufert. Vel illis est pax cum iis qui ejusdem sunt fidei, tametsi hi sæpenumero pacem habere cum eis nolint. C

Εἰρήνη πολλὴ τοῖς ἀγαπῶσι τὸν νόμον σου, καὶ οὐκ ἔστιν αὐτοῖς σκάνδαλον. Εἰρήνη οὐ πρὸς τοὺς ἀοράτους ἐχθροὺς, ἀλλὰ πρὸς τὸν Θεόν· καὶ οὐκ ἔστιν αὐτοῖς πρόσκρουσμα. Ἐξομαλίζει γὰρ τούτοις ὁ νόμος τὴν ὁδὸν τῆς ἀρετῆς, πᾶν σκῦλον ἁμαρτίας ἐξαίρων. Ἢ εἰρήνη πρὸς τοὺς τῆς αὐτῆς πίστεως· εἰ καὶ ἐκεῖνοι πολλάκις εἰρηνεύειν πρὸς τούτους οὐ βούλονται.

Vers. 166. *Exspectabam salutare tuum, Domine, et mandata tua dilexi.* Et dilexi ea, ut adinvenirem, quod exspectabam.

Προσεδόκων τὸ σωτήριόν σου, Κύριε, καὶ τὰς ἐντολάς σου ἠγάπησα. Καὶ ἠγάπησα ταύτας, ἵνα ἔλθῃ τὸ προσδοκώμενον.

Vers. 167. *Custodivit anima mea testimonia tua, et dilexit ea vehementer.* Non solum custodivit, sed etiam dilexit; nec tantum dilexit, sed dilexit vehementer.

Ἐφύλαξεν ἡ ψυχή μου τὰ μαρτύριά σου, καὶ ἠγάπησεν αὐτὰ σφόδρα. Οὐ μόνον ἐφύλαξεν, ἀλλὰ καὶ ἠγάπησεν, καὶ οὐχ ἁπλῶς ἠγάπησεν, ἀλλὰ καὶ σφόδρα.

Vers. 168. *Servavi mandata tua et testimonia tua.* Quæ superius divisit, nunc conjungit.

Ἐφύλαξα τὰς ἐντολάς σου καὶ τὰ μαρτύριά σου. Ἃ διέστειλε, νῦν ἤνωσεν.

Quia omnes viæ meæ in conspectu tuo, Domine. Causa, inquit, hujus observationis meæ viæ, et omnis actio mea in conspectu tuo perficitur, et te teste, vitæ me semitam ambulo. *Prævidebam* enim, inquit, *Dominum in conspectu meo semper.* Unde timens te, qui omnia mea semper vides, observo etiam mandata tua, et testimonia tua.

Ὅτι πᾶσαι αἱ ὁδοί μου ἐνώπιόν σου, Κύριε. Αἴτιον δὲ τῆς φυλακῆς τούτων, ὅτι πᾶσαι αἱ ὁδοὶ τῆς πολιτείας μου καὶ πᾶσα πρᾶξίς μου ἐνώπιόν σου τελεῖται, καὶ ὑπὸ σοὶ μάρτυρι ὁδεύω τὸν βίον. D Προεωρώμην γὰρ, φησὶ, τὸν Κύριον ἐνώπιόν μου διὰ παντός· ὅθεν καὶ, φοβούμενός σε τὰ ἐμὰ βλέποντα, φυλάσσω τὰς ἐντολάς σου καὶ τὰ μαρτύριά σου.

Vers. 169. *Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo, Domine.* Non avertatur, nec repudietur a te, tanquam quæ admittenda non sit. Quænam autem fuerit hæc deprecatio, audi.

Εἰσέλθοι ἡ δέησίς μου ἐνώπιόν σου, Κύριε. Μὴ ἀποστραφείη, ὡς ἀπρόσδεκτος. Τίς δέ ; Αὕτη.

Juxta eloquium tuum da mihi intellectum. Ecce prophetæ nostri deprecationem. Fac, inquit, me non juxta humanas artes, aut mundi scientias sapere, sed juxta rationem tuam, ut et sermones tuos intelligam, et legem tuam ad plenum cognoscam.

Κατὰ τὸ λόγιόν σου συνέτισόν με. Αὕτη ἐστὶν ἡ δέησις, ὅτι Συνέτισόν με μὴ κατὰ τέχνην ἀνθρωπίνην ἢ ἐπιστήμην βιωτικὴν, ἀλλὰ κατὰ τὸν λόγον σου, ἵνα συνῶ τοὺς λόγους σου, ἵνα γνῶ ἀκριβῶς τὸν νόμον σου.

Vers. 170. *Intret postulatio mea in conspectu tuo, Domine.* Postulationem Aquila *Orationem* dixit, et Symmachus *Supplicationem.* Et superius

Εἰσέλθοι τὸ δέησίμά μου ἐνώπιόν σου, Κύριε. Τὸ δέησιμον ὁ μὲν Ἀκύλας Δέησιν ἐξέδωκεν, ὁ δὲ Σύμμαχος Ἱκεσίαν. Ἀνωτέρω μὲν οὖν εἶπεν, Ἔγγι-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

σάτω, νῦν δὲ, *Εἰσέλθοι*· ἐὰν γὰρ ἐγγ'ση, πάντως καὶ εἰσελεύσεται.

A quidem dixit *Appropinquet*, modo vero *Intret*. Nam si appropinquaverit, omnino etiam intrabit.

Κατὰ τὸ λόγιόν σου ἐξελοῦ με. Κατὰ τὴν σοφίαν σου ῥῦσαί με τῶν πειρασμῶν, ἢ κατὰ τὴν ὑπόσχεσίν σου, καθὼς ἀνωτέρω διαφόρως εἴρηται. Καὶ ἰδικῶς γὰρ αὐτῷ ὁ Θεὸς ἐπηγγείλατο βοήθειαν.

Secundum eloquium tuum eripe me. Juxta sapientiam tuam libera me ab afflictionibus. Vel : Juxta promissionem tuam, quemadmodum et superius dictum est. Nam privatim Dominus ei pollicitus fuerat, auxilium atque opem suam se illi præstiturum esse.

Ἐξερεύξαιντο τὰ χείλη μου ὕμνον, ὅταν διδάξῃς με τὰ δικαιώματά σου. Ἐξενέγκοι ὕμνον εὐχαριστήριον, ὅταν διδάξῃς με τὰ δικαιώματά σου συνετώτερον, ὕμνον ἰδικῶς εὐχαριστήριον, ὑπὲρ τῆς εὐεργεσίας ταύτης. Εὔχεται δὲ τοῦτο τὴν ἐπιθυμίαν ἐμφαίνων.

VERS. 171. *Eructent labia mea hymnum cum docueris me justificationes tuas.* Simul ac justificationes tuas sapientius me docueris, hymnum aliquem in gratiarum actionem, mea efferant labia : hymnum, dico privatum aliquem qui pro hujusmodi acceptis beneficiis in laudem tuam, atque in gratiarum actionem conscriptus sit. Hoc autem orationis et precum genere suum Propheta omnibus ardentissimum demonstrat desiderium.

Φθέγξοιτο ἡ γλῶσσά μου τὰ λόγιά σου. Ἀεὶ ταῦτα φθέγξαιτο, τοῦτο μὲν μελετῶσα, τοῦτο δὲ ἑτέρους διδάσκουσα καὶ μηδὲν ἕτερον ἀσχολουμένη.

B VERS. 172. *Pronuntiat lingua mea eloquia tua.* Assidue ea loquatur, ita ut semper eadem, aut mediter, aut alios doceam, et nulli rei alii vacem.

Ὅτι πᾶσαι αἱ ἐντολαί σου δικαιοσύνη. Εὐθύτης εὐθυνοῦσα τὸν βίον, καὶ ῥυθμίζουσα τὸν ἄνθρωπον. Καὶ προλαβὼν δὲ εἶπε· *Δικαιοσύνη τὰ μαρτύριά σου.*

Quia omnia mandata tua justitia. Hoc est, rectitudo, seu directio ; mandata, inquam, tua humanam vitam moderantia. Hujusmodi autem sermone superius etiam usus est, dicens. *Judicia, testimonia tua.*

Γενέσθω ἡ χείρ σου τοῦ σῶσαί με, ὅτι τὰς ἐντολάς σου ᾑρετισάμην. Τοιοῦτόν ἐστι καὶ τοῦτο, οἷον καὶ τὸ *Γενῆ μοι εἰς Θεὸν ὑπερασπιστήν.* Παραγενέσθω ἐπὶ τῷ σῶσαί με· γενέσθω εἰς τὸ σῶσαί με.

VERS. 173. *Fiat manus tua, ut salvet me, quia mandata tua elegi.* Adveniat, ut salvet me. Hujusmodi illud est, quod alibi legimus : *Esto mihi in Deum protectorem* [46].

Ἐπεπόθησα τὸ σωτήριόν σου, Κύριε, καὶ ὁ νόμος σου μελέτη μού ἐστι. Ἐπεπόθησα τὴν παρὰ σοῦ σωτηρίαν, οὐ τὴν παρ' ἀνθρώπου βοήθειαν. Διὸ καὶ ὁ νόμος σου μελέτη μού ἐστιν, ἵνα διὰ ταύτην ῥύσῃ με τῶν ἐχθρῶν. Ἴσως δὲ καὶ περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Σωτῆρος λέγει· αὕτη γὰρ σωτήριον τοῦ κόσμου παρ' αὐτοῦ· *Ἐτέχθη γάρ, φησὶν, ὑμῖν σήμερον Σωτήρ*· ὅπερ σωτήριον ἐπεπόθησα ἰδεῖν, ὡς καὶ ἐν ἄλλοις εἰρήκαμεν· καὶ *Ὁ νόμος σου μελέτη μού ἐστιν*, ὡς τὰ περὶ τοῦ σωτηρίου τούτου σκιαγραφῶν καὶ ὑπαινιττόμενος.

C VERS. 174. *Concupivi salutare tuum, Domine, et lex tua meditatio mea est.* Salutem eam concupivi, quæ a te est, et non humanum aliquod auxilium : atque ideo lex tua meditatio mea est, ut per eam ab inimicorum insidiis me eripias. Possunt hæc etiam intelligi dicta esse de Salvatoris nostri incarnatione, quæ quoddam mundi salutare a Deo missum merito appellatur (*Natus est* enim, inquit, *nobis hodie Salvator* [47]), quod salutare, Propheta noster videre optabat : quemadmodum alibi diximus. Undo merito subdit : *Lex tua meditatio mea est*, veluti quæ de hujusmodi sæpenumero loquitur salutari : tametsi adumbrate atque obscure admodum illud nobis significet.

Ζήσεταί ἡ ψυχή μου, καὶ αἰνέσει σε, καὶ τὰ κρίματά σου βοηθήσει μοι. Ζήσεται τὴν ὄντως ζωὴν, ὅτε ἀπελεύσονται οἱ τὰ ἀγαθὰ ποιήσαντες εἰς ζωὴν αἰώνιον, καὶ αἰνέσει τότε ὑψηλότερόν τε καὶ τελειώτερον· καὶ τὰ κρίματά σου τὰ νοητὰ βοηθήσει μοι φυλάξαντι ταῦτα, καὶ παῤῥησίαν προξενήσει. Τινὰ δὲ τῶν ἀντιγράφων, *ζήσαιτο*, γράφουσι, καὶ *βοηθήσαι*, εὐχομένου τοῦ προφήτου ζῆσαι ζωὴν ἀνάρετον· αὕτη γὰρ κύριος ζωὴ· καὶ βοηθηθῆναι εἰς τοῦτο παρὰ τοῦ νόμου ἰθύνοντος, καὶ ῥυθμίζοντος αὐτὸν, ὡς προείρηται.

D VERS. 175. *Vivet anima mea, et laudabit te, et judicia tua adjuvabunt me.* Vivet anima mea veram vitam, quando qui bona fecerunt, ibunt in vitam æternam ; et laudabit te tunc sublimius et perfectius. Et judicia tua legalia adjuvabunt me, quia ea servavi, et non mediocrem mihi fiduciam præstabunt. Quædam vero exemplaria habent optantis in modum : *Vivat et adjuvent*, ita ut precetur Propheta vivere vitam ex virtute, quæ proprie vita est : et adjuvari ad hoc a lege, quæ dirigat eum et moderetur, ut prædictum est.

Ἐπλανήθην ὡς πρόβατον ἀπολωλός· ζήτησον τὸν δοῦλόν σου, ὅτι τὰς ἐντολάς σου οὐκ ἐπελαθόμην. Ἐπλανήθην, οὐκ ἀπολέσας τὴν ὁδὸν τῶν ἐν-

VERS. 176. *Erravi sicut ovis perdita : quære servum tuum, quia mandata tua non sum oblitus.* Erravi, non deperdita aut relicta via mandatorum

[46] Psal. xxx, 3. [47] Luc. II, 11

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

tuorum, sed erravi in montibus, errabundus illic degens, huc atque illuc pertransiens, dum persecutionem sustineo. Quære igitur me, et iterum ad priorem habitationem reducito, persecutores meos compescens, quia mandata tua non neglexi. Vel sermo est ex novi populi persona : Erravi, inquit, quasi ovis perdita per rectam religionis semitam non ambulans, sed per obliquas quasdam atque ambiguas vias, quæ ad perditionem ferunt. Quære servum tuum : *Omnia enim*, inquit, *serviunt tibi.* Quære cum igitur tu, o pastor bone, qui juxta evangelicam deperditæ ovis parabolam, animam posuisti pro ovibus tuis, et me perditam ovem ad ovile tuum congrega. Verum quod sequitur, adversari videtur huic sensui. Neque enim oblivisci dicitur mandatorum Dei is qui nondum ea didicit, sed qui ea olim edoctus est, nisi quis fortasse tempus hoc in loco positum esse dicat pro tempore : Non sum oblitus, hoc est, Non oblitus fuerim.

A τολῶν σου, ἀλλ' ἐν τοῖς ὄρεσι διαιρόμενος, καὶ τῇ κἀκεῖσε μεταβαίνων, ἐν τῷ καταδιώκεσθαι. Ζήτησόν με, καὶ ἐπανάγαγε εἰς τὴν προτέραν κατοικίαν, φιμώσας τοὺς καταδιώκοντας, ὅτι οὐκ ἠμέλησα τῶν ἐντολῶν σου. Ἢ καὶ προσώπῳ τοῦ νέου λαοῦ ποιεῖται τὸν λόγον· Ἐπλανήθην ὡς πρόβατον ἀπολωλὸς, μὴ τὴν ὀρθὴν τρίβον τῆς εὐσεβείας βαδίζων, ἀλλὰ σκολιάς τινας καὶ πολυσχιδεῖς καὶ φερούσας εἰς ὄλεθρον ἐμαυτῷ τεμνόμενος. Ζήτησον τὸν δοῦλόν σου· *Τὰ σύμπαντα* γάρ, φησὶ, *δοῦλά σά.* Ζήτησον, ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, ὁ τιθεὶς τὴν ψυχὴν ὑπὲρ τῶν προβάτων, κατὰ τὴν ἐν Εὐαγγελίοις παραβολὴν τοῦ ἀπολωλότος προβάτου, καὶ συνάγαγε εἰς τὴν μάνδραν σου. Τὸ δὲ ἑξῆς ἀντιλέγειν δοκεῖ. Ἐπιλανθάνεται γὰρ οὐχ ὁ μήπω μαθὼν τὰς ἐντολὰς, ἀλλ' ὁ πάλαι ταύτας μεμαθηκὼς, εἰ μή τις ἀντιχρονικῶς ἑρμηνεύῃ τὰ ῥητά. Οὐκ ἐπελαθόμην, ἀντὶ τοῦ, οὐκ ἐπιλήσομαι.

Canticum ascensuum.

PSALMUS CXIX.

ὨΙδὴ τῶν ἀναβαθμῶν.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΙΘ'.

Quindecim hæc cantica eamdem prorsus inscriptionem habent, videlicet *Canticum ascensuum* vel juxta alium interpretem, *Canticum ascensionum*. Hujusmodi autem inscriptionem sortita sunt, quia captivos in Babylone Judæos ascensuros esse prædicunt in Jerusalem. Continent namque hujusmodi materiam, et tradunt quomodo illi tunc in captivitate constituti, Deum rogaverint, ac tandem ab eo exauditi, suam patriam receperint. Et incipiunt quidem a clamore atque a precibus, quas ad Deum fundebant, cum ea calamitate premerentur : finem vero habent qui ad illud tempus pertinet, quo integre in patriam restituti fuerunt. Et hoc quidem secundum historiam. Juxta anagogen vero, hujusmodi inscriptionem habent hæc cantica, quia inter cæteros psalmos hujusmodi præcipue, Dei populum a Babylone, hoc est, a sæculi hujus confusione, ubi in passionum atque in affectuum servitute captivus detinebatur, ad supernam deducunt Jerusalem. Quicunque enim legerit atque intellexerit, quanto antiquus ille populus terrestris Jerusalem teneretur desiderio, et quomodo lamentabatur, et quales ad Deum emittebat voces, quænam etiam diceret verba, cum illuc reduceretur, atque ea denique omnia, quæ in his canticis continentur : ardentior profecto et ipse reddetur, et vehementiori amore flagrabit supernæ ac cœlestis Jerusalem.

Πεντεκαίδεκα μὲν αὗται αἱ ᾠδαί. Μίαν δὲ πᾶσαι τὴν ἐπιγραφὴν ἔχουσιν· *ὨΙδὴ τῶν ἀναβαθμῶν*, ἢ καθ' ἕτερον ἑρμηνευτὴν, *ὨΙδὴ τῶν ἀναβάσεων*· τινὲς δὲ *τῶν ἀναβαθμῶν* ἀναγινώσκουσι, περισπῶντες. Ἔλαχον δὲ τὴν αὐτὴν ἐπιγραφὴν, ὅτι περὶ τῆς ἐκ Βαβυλῶνος πρὸς Ἱερουσαλὴμ ἀναβάσεως τῶν ἐκεῖ κατασχεθέντων αἰχμαλώτων προφητεύουσι· πῶς ἐν θλίψει ὄντες ἱκέτευσαν τὸν Θεόν· καὶ εἰσακουσθέντες ἀπέλαβον τὴν ἑαυτῶν πατρίδα. Καὶ ἄρχονται μὲν ἀπὸ τῆς ἐν τῷ θλίβεσθαι κραυγῆς καὶ δεήσεως πρὸς Θεόν· συμπερατοῦνται δὲ ἐπὶ τὴν τελείαν εἰς τὴν Ἱερουσαλὴμ ἀποκατάστασιν. Καὶ οὕτω μὲν καθ' ἱστορίαν· κατὰ δὲ ἀναγωγὴν, ἔσχον τοιαύτην ἐπιγραφὴν, ὡς μάλιστα τῶν ἄλλων ψαλμῶν ἀνάγουσαι τὸν λαὸν τοῦ Θεοῦ ἀπὸ τῆς Βαβυλῶνος, ἤτοι τῆς τοῦ παρόντος βίου συγχύσεως, αἰχμάλωτον, εἰς δουλείαν τῶν παθῶν ἐνταῦθα κατεχόμενον, πρὸς τὴν ἄνω Ἱερουσαλήμ. Ἀναγινώσκων γὰρ ταύτας καὶ διαγινώσκων, οἷον εἶχεν ἐκεῖνος ὁ λαὸς ἔρωτα τῆς Ἱερουσαλὴμ, καὶ ὅπως ἐθρήνει, καὶ οἵας ἠφίει πρὸς Θεὸν φωνὰς, καὶ οἷα ἔλεγεν ἀναγόμενος, καὶ ὅσα τῶν ᾠδῶν τούτων, διαθερμαίνεται καὶ αὐτὸς πρὸς ἔρωτα σφοδρὸν τῆς ἄνω Ἱερουσαλήμ.

Vers. 1. *Ad Dominum cum tribularer clamavi, et exaudivit me.* In captivitatis scilicet calamitate, quam in Babylone sustinui. Clamorem autem non oris intelligit, sed animæ valde dolentis, et contritæ, atque ad solum Deum intentæ, qui solus eripere hominem potest a periculis. Hujusmodi etenim animæ clamorem statim exaudit Deus. Verba autem hæc ex fidelium etiam persona dicta esse possunt.

Πρὸς Κύριον ἐν τῷ θλίβεσθαί με ἐκέκραξα, καὶ εἰσήκουσέ μου. Ἐν τῇ θλίψει τῆς αἰχμαλωσίας καὶ τῆς ἐκεῖθεν κακοπαθείας. Κραυγὴν δὲ λέγει τὴν ἐκ κατωδύνου ψυχῆς καὶ συντετριμμένης καὶ τεταμένης πρὸς μόνον τὸν δυνάμενον ῥύεσθαι, ἧς εὐθέως ἐπακούει Θεός. Προσώπῳ δὲ τοῦ εὐσεβεστέρου μέρους οἱ λόγοι.

Vers. 2. *Domine, eripe animam meam a labiis injustis, et a lingua dolosa.* Hoc est, quod a Deo petiit cum clamaret. Vel hoc una cum aliis, quæ inferius postulasse eum videbimus. Per labia au-

Κύριε, ῥῦσαι τὴν ψυχήν μου ἀπὸ χειλέων ἀδίκων καὶ ἀπὸ γλώσσης δολίας. Κράζων τοῦτο ᾐτήσατο· ἢ μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τοῦτο. Χεῖλη δὲ ἄδικα τὰ ἀδικίαν εἰς τὸ ὕψος λαλοῦντα, ὡς ἐν τῷ οβ'

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ψαλμῷ γέγραπται, ἔνθα τὸ Ἀδικίαν εἰς τὸ ὕψος ἐλάλησαν, καὶ τὰ τῶν συκοφαντῶν, καὶ ἁπλῶς τῶν παρανόμων πάντων. Γλῶσσα δὲ δολία ἡ αὐτῶν τούτων, ἢ τῶν ἐπιβουλευόντων.

tem injusta, ea intelligit, quæ injustitiam in alto loquuntur, quemadmodum in LXXII psalmo scriptum est; vel calumniantium, et iniquorum hominum labia. Linguam etiam dolosam eorumdem linguam appellat, vel speciatim insidiatorum linguam.

Τί δοθείη σοι, καὶ τί προστεθείη σοι πρὸς γλῶσσαν δολίαν; Ἕτερος δέ φησιν ἑρμηνευτής, Τί δοθήσεταί σοι, καὶ τί προστεθήσεταί σοι πρὸς γλῶσσαν δολίαν; Πρὸς γὰρ τὸν ἱκετεύοντα ὁ προφήτης ἀποκρίνεται πυνθανόμενος· Τί δοθήσεταί σοι καὶ τί προστεθήσεταί σοι ἀμυντήριον πρὸς γλῶσσαν δολίαν; Ἐμφαίνει δὲ ὁ λόγος ἢ ὅτι δυσκαταγώνιστος αὕτη διὰ πονηρίας ὑπερβολήν, ἢ ὅτι οὐ χρεία σοι ἀμυντηρίου· αὕτη γὰρ ἡ δολιότης ἀρκοῦσα τοῦ δολίου τιμωρία.

Vers. 3. *Quid detur tibi et quid apponatur tibi ad linguam dolosam?* Alius interpres reddidit: *Quid dabitur tibi, et quid apponetur?* Ad ipsum enim supplicantem Propheta sermonem convertit interrogans, quænam ei defensio, seu quænam dabitur vindicta adversus dolosam linguam illam. Et significare nobis videtur hoc sermone, vel quod hujusmodi lingua ob summam suam malignitatem difficillime poterit superari, vel quod nulla ei defensione aut vindicta adversus talem linguam opus est: cum dolose homini dolus ipse satis ampla sit pœna.

Τὰ βέλη τοῦ δυνατοῦ ἡκονημένα σὺν τοῖς ἄνθραξι τοῖς ἐρημικοῖς. Καὶ τοῦτο πρὸς παρηγορίαν τοῦ ἱκετεύοντος, μὴ ἀθυμεῖν ὑποτιθέμενον. Καὶ γὰρ τὰ βέλη τοῦ δυνατοῦ Θεοῦ ἠκονημένα κατὰ παρανόμων καὶ δολίων μετὰ ἀνθράκων ἐρημοποιῶν, ὥστε τέμνειν, καὶ καίειν, καὶ ἀφανίζειν αὐτούς. Βέλη δὲ καὶ ἄνθρακας τὰς διαφόρους τιμωρίας ὠνόμασεν. Ἐνόησαν δέ τινες δυνατὸν μὲν τὸν διάβολον, ὡς κατισχύοντα τῶν ῥᾳθυμούντων· βέλη δὲ αὐτοῦ ἠκονημένα μετ' ἀνθράκων ἀφανιστικῶν τοὺς ἐμπαθεῖς λογισμοὺς, ὀξέως εἰσδύνοντας, καὶ ἐμπιμπρῶντας, καὶ ἀφανίζοντας τὴν ἀρετήν· οὓς καὶ ὁ Ἀπόστολος βέλη πεπυρωμένα ἐκάλεσεν. Εἶτα πάλιν ὁ λόγος ἀπὸ τοῦ ἱκετεύοντος.

Vers. 4. *Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus desolatoriis.* Hoc etiam a Propheta ad supplicantis populi consolationem dictum est, cui his verbis suadere nititur, tristandum ei minime esse, cum potentis Dei sagittæ acutæ effectæ sint adversus iniquos et dolosos, et cum desolatorlis pariter carbonibus paratæ, ita ut iniqui ferro cædendi, atque igne exurendi, et penitus delendi sint. Per sagittas autem et carbones varia suppliciorum ac pœnarum genera intelligit. Quidam vero per potentem hoc in loco diabolum significari dixerunt, tanquam invalescentem adversus negligentes atque inertes, et per sagittas cum carbonibus desolatoriis, cogitationes quascunque passionum atque affectuum plenas. Nam et cito sagittarum instar penetrant, et carbonum, hoc est, ardentium prunarum instar incendunt, et virtutem delent: quasque ipse etiam Apostolus carbones ignis appellavit [48]. Deinde rursus sermo est ex persona supplicantis populi (sequitur enim):

Οἴμοι, ὅτι ἡ παροικία μου ἐμακρύνθη. Ἡ ἐν Βαβυλῶνι, ἢ ἐν αἰχμαλωσίᾳ· ἀποδύρεται γὰρ τὸ πολυετὲς αὐτῆς.

Vers. 5. *Heu mihi, quia peregrinatio mea prolongata est.* In Babylone nimirum, seu in captivitate, cujus nunc diuturnitatem deplorat.

Κατεσκήνωσα μετὰ τῶν σκηνωμάτων Κηδάρ. Μέσον τῶν σκηνωμάτων Κηδάρ· ἀποκλαίεται γὰρ καὶ τοῦτο. Κηδὰρ δὲ χώρα τίς ἐστι παρακειμένη Βαβυλωνίοις, οἰκήτορας ἔχουσα βδελυρούς· ἐν οἷς καὶ αὐτοὺς οἱ Βαβυλώνιοι σκηνοῦν ἔταξαν. Ἐπεὶ δὲ Κηδὰρ *σκοτασμὸς* ἑρμηνεύεται, εἰκότως θρηνοῦσιν οἱ κατασκηνοῦντες ἐν τοῖς σκηνώμασι τοῦ σκοτασμοῦ. Σκηνώματα δὲ σκοτασμοῦ ἡ ἐν τοῖς πάθεσι διατριβή, τοῖς σκοτίζουσι τὸν νοῦν.

Habitavi cum tabernaculis Cedar. Habitavi, inquit, in medio tabernaculorum Cedar. Hanc etenim miseriam etiam deplorat. Cedar autem regio quædam est Babyloni proxima, quæ habitatores pravos habebat. Inter hos vero Babylonii Judæos habitare statuerant. Et quia Cedar interpretatur *obtenebratio*, merito ii qui inter tenebrarum tabernacula habitant, lamentantur. Possumus autem tenebrarum tabernaculum appellare, moram illam, ac consuetudinem, quam quis inter animi affectus et passiones ducit, quæ mentem obtenebrant.

Πολλὰ παρῴκησεν ἡ ψυχή μου. Πολλὰ ἔτη, πολὺν παρῴκησεν καιρὸν ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ.

Multum peregrinata est anima mea. Multis annis ac longo tempore in captivitate peregrina fuit.

Μετὰ τῶν μισούντων τὴν εἰρήνην, ἤμην εἰρηνικός. Μετὰ τῶν φιλονείκων ἐκείνων, τῶν τῆς Κηδὰρ εἰρήνευον, οὐκ ἀνθιστάμενος αὐτοῖς περὶ βιωτικοῦ τινος πράγματος, ἀλλὰ παραχωρῶν, ὡς αἰχμάλωτος. Παιδεύει δὲ καὶ ἡμᾶς ὁ λόγος τοιούτους γίνεσθαι, καὶ μετὰ πάντων εἰρηνεύειν· εἰ γὰρ μετὰ τῶν μισούντων τὴν εἰρήνην, πολλῷ μᾶλλον

Vers. 6. *Cum iis qui oderant pacem, eram pacificus.* Cum contentiosis illis hominibus Cedar, pacem agebam, nec pro mundana aut temporali re ulla eis adversabar: quinimo, ut captivus omnia illis permittebam. Docemur autem his verbis tales fieri et nos, cum omnibus scilicet pacem habere. Nam si cum iis etiam, qui pacem ipsam oderunt, pacificos

[48] Rom. XII, 20.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

nos esse decet, quanto magis cum iis qui pacem amaverint! Erimus autem tales, si veluti hospites atque exteri in hoc mundo vixerimus, si tanquam peregrini conversabimur, non contendentes pro præsentibus hujus sæculi rebus, neque animum in eis quasi in permanentibus ac perpetuis rebus ponentes.

A μετὰ τῶν ἀγαπώντων αὐτήν. Ἐσόμεθα δὲ τοιοῦτοι, ἐὰν ὡς ξένοι διατρίβωμεν, ἐὰν ὡς πάροικοι πολιτευώμεθα, μὴ ἀφόδρα τῶν παρόντων ἀντεχόμενοι, μηδ' ὡς παραμένουσι προστρέχοντες τούτοις.

Cum loquebar illis, *oppugnabant me gratis.* — *Gratis* dixit pro sine causa, nullam nimirum occasionem habentes, sed temere omnia administrantes: quod ex eo perspicere licet, quod nec tunc parcebant mihi, quando ego pacifice agebam cum eis.

Ὅταν ἐλάλουν αὐτοῖς, ἐπολέμουν με δωρεάν. Ὅταν ἐλάλουν αὐτοῖς εἰρηνικά, ἐπολέμουν με μάτην, μηδεμίαν ἀφορμὴν ἔχοντες, καὶ οὐδὲ τότε ἐφείδοντο· ἐγὼ δὲ καὶ οὕτως εἰρήνευον.

Canticum ascensuum.

PSALMUS CXX.

Ὠδὴ τῶν Ἀναβαθμῶν.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΚ'.

VERS. 1. *Levavi oculos meos in montes, unde veniet auxilium mihi.* Hoc cantico ea verba prædicuntur a Propheta, quæ dicturi erant Judæorum captivi, cum ex Babylone discessuri essent, et ascensuri in Jerusalem. Per montes autem cœlos intelligit, ob summam scilicet eorum altitudinem. Illinc etenim sperabant adventurum sibi esse consuetum Dei auxilium, quo ducente illæsi in patriam pervenirent. Deinde sermonem suum magis declarat, dicens:

B *Ἦρα τοὺς ὀφθαλμούς μου εἰς τὰ ὄρη, ὅθεν ἥξει ἡ βοήθειά μου.* Αὕτη ἡ ᾠδὴ προφητεύει ἃ ἔλεγον, ἀρξάμενοι ἀναβαίνειν. Ὄρη δὲ λέγει τοὺς οὐρανούς διὰ τὸ ὕψος. Ἐκεῖθεν γὰρ ἤλπιζον ἐλθεῖν αὐτοῖς τὴν συνήθη βοήθειαν, παραπέμπουσαν ἀβλαβεῖς. Εἶτα καὶ σαφηνίζει τὸν λόγον.

VERS. 2. *Auxilium meum a Domino, qui fecit cœlum et terram.* Ab eo qui vere Dominus est. Proprium enim Dei est, ut omnium creator dicatur, cum ipse solus sit, qui possit creare. Et nos igitur si animæ oculos in cœlum levaverimus, eosque a terrenis rebus omnibus dimoverimus, divinum simili modo consequemur auxilium.

Ἡ βοήθειά μου παρὰ Κυρίου τοῦ ποιήσαντος τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. Τοῦ ἀληθῶς Κυρίου. Ἴδιον γὰρ τὸ δημιουργικὸν τοῦ Θεοῦ. Καὶ ἡμῖν οὖν, ἐὰν ἄρωμεν τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς ψυχῆς εἰς τὸν οὐρανόν, ἀποστήσαντες αὐτοὺς τῶν γηΐνων πραγμάτων, ἡ βοήθεια παρὰ Κυρίου ἔσται.

VERS. 3. *Ne des in commotionem pedem tuum, neque dormitet qui custodit te.* Hoc ad fraternum amorem pertinet, ut unusquisque pro altero effundere ad Deum preces addiscat. Ne des, inquit, pedem tuum in commotionem, hoc est, in fluctuationem: neque a recta virtutum via avertaris, ne idcirco ipse etiam Deus, qui te custodire solebat, dormitet, hoc est, ne ipse etiam negligens videri possit in iis quæ ad custodiam tuam pertinent: eo quod inadvertenter sis lapsus. Vel, ne des iter tuum in fluctuantia et lubrica negotia, sed tutam legis ac mandatorum semitam conscende, quæ rectum iter incedentibus præstat.

C *Μὴ δῴης εἰς σάλον τὸν πόδα σου, μηδὲ νυστάξῃ ὁ φυλάσσων σε.* Τοῦτο φιλαδελφίας, ἕκαστον ἑκάστου ὑπερεύχεσθαι. Μὴ δῴης εἰς παρατροπὴν τὸν πόδα σου, μηδὲ παρατραπείης τῆς εὐθείας, ἥτις ἐστὶν ἡ ἐνάρετος ὁδός· μηδὲ διὰ τοῦτο νυστάξαι ὁ φυλάσσων σε Θεὸς, μὴ διὰ τοῦτο βραθυμήσαι περὶ τὴν φυλακήν σου, ὡς ἐξ ἀπροσεξίας ὀλισθήσαντος. Ἤ, μὴ δῴης εἰς σαλευόμενα καὶ ὀλισθηρὰ πράγματα τὴν πορείαν σου, ἀλλ' ἐπιβαίνοις τρίβου ἀσφαλοῦς, ἥτις ἐστὶν ἡ ἔννομος, εὐθυπορεῖν σε κατασκευάζουσα.

VERS. 4. *Ecce non dormitabit, neque soporabitur, qui custodit Israel.* Deus eum non negligit, nec negligenter aliquid erga illum aget, qui per tutam, quam diximus, viam incesserit, et a lubrico sæculi calle abstinuerit. Possumus et nos fideles omnes, dici novus Israel, quemadmodum sæpe alibi diximus, præcipue in psalmo XLIII, ibi: *Exsurge, quare obdormis, Domine?*

Ἰδοὺ οὐ νυστάξει, οὐδὲ ὑπνώσει ὁ φυλάσσων τὸν Ἰσραήλ. Εἰ ἀπέχεται δηλονότι τῶν ὀλισθηρῶν, εἰ ἀσφαλῶς βαίνει, οὔτε βραθυμήσει, οὔτε ἀμελήσει (32). Ἰσραὴλ δὲ καὶ ἡμεῖς νέος, ὡς πολλάκις εἰρήκαμεν. Ζήτησον καὶ ἐν τῷ μγ' ψαλμῷ, *Ἐξεγέρθητι, ἵνα τί ὑπνοῖς, Κύριε;*

VERS. 5. *Dominus custodiet te, Dominus protectio tua ad manum dexteram tuam.* Dominus te hoc pacto incedentem custodiet, Dominus protectio sibi erit, juxta manum dexteram tuam, hoc est,

Κύριος φυλάξει σε, Κύριος σκέπη σοι, ἐπὶ χεῖρα δεξιάν σου. Κύριος φυλάξει σε οὕτως βαδίζοντα, Κύριος σκέπη σοι παρὰ τὴν δεξιάν σου χεῖρα, τουτέστι παραστάτης, σκεπαστὴς, σκέπων σε πρατ-

Variæ lectiones.

(32) Nimirum Θεὸς, εἰ ἀπέχεται Ἰσραήλ.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τοντα ἀγαθά· ἢ, σκέπη σοι διὰ πράξεις σου δεξιάς.

A adjutor tibi erit in bello. (Solent enim, qui aliquem protegunt illius dexteræ assistere.) Vel : Protectio tua ad dexteras actiones tuas : protegens nimirum te bona opera facientem.

Ἡμέρας ὁ ἥλιος οὐ συγκαύσει σε, οὐδὲ ἡ σελήνη τὴν νύκτα. Τοσαύτην σου ποιήσεται πρόνοιαν, ὡς μηδὲ ταῦτα ἐᾶται παρενοχλῆσαί σοι. Πρὸς ἔμφασιν δὲ τοῦτο εἶπε τῆς ἄκρας ἐπιμελείας. Εἰκὸς δὲ αὐτοὺς καὶ τοιαύτης ἀπολαῦσαι χάριτος. Συγκαίειν δὲ λέγουσι καὶ τὴν σελήνην τὰ σώματα, οὐ μόνον ὑγρὰν οὖσαν, ἀλλὰ καὶ θερμήν· ἢ, ὁ ἥλιος οὐ συγκαύσει σε, οὐδὲ ἡ σελήνη, βλάψει δηλονότι.

Vers. 6. *Per diem sol non uret te, neque luna per noctem.* Tantam tui curam habebit, ut neque solem, aut lunam permittat tibi perturbationem aliquam inferre : quod dixit, ut summum erga hominem Dei studium esse demonstraret. Verisimile est autem antiquum populum prædicto tempore hanc gratiam a Deo fuisse consecutum. Lunam autem urere dixit, juxta aliquos, eo quod non humida sit tantum, sed etiam calida. Vel sol non uret te, neque etiam luna lædet te. Urere enim dixit pro lædere.

Κύριος φυλάξει σε ἀπὸ παντὸς κακοῦ, φυλάξει τὴν ψυχήν σου ὁ Κύριος. Πολλάκις τοῦτο λέγει, βεβαιῶν τὸν λόγον καὶ ὑποτρεπόμενος εἰς τὸ βαίνειν ὀρθῶς πόθῳ τῆς ἐκ Θεοῦ φυλακῆς· ἢ, φυλάξει τὸ σῶμά σου ἀπὸ παντὸς κινδύνου, καὶ τὴν ψυχήν σου.

Vers. 7. *Dominus custodiet te ab omni malo, custodiet animam tuam Dominus.* Eamdem sæpius repetit sententiam, sermonem confirmans, et divinæ protectionis desiderio nos exhortans, ut per rectam, quam diximus, virtutum semitam incedamus. Vel : Custodiet corpus tuum et animam tuam ab omni periculo.

Κύριος φυλάξει τὴν εἴσοδόν σου καὶ τὴν ἔξοδόν σου. Τὴν ἀναστροφήν σου, τὴν πολιτείαν σου, τὸν βίον σου· ἢ καὶ ἄλλως, τήν τε εἰς τὸν βίον τοῦτον εἴσοδον, καὶ τὴν ἐξ αὐτοῦ ἔξοδον· ἢ καὶ πάντα τὸν βίον. Ἐν εἰσόδοις γὰρ οὗτος καὶ ἐξόδοις καθορᾶται.

Vers. 8. *Dominus custodiet introitum tuum et exitum tuum.* Hoc est, conversationem et vitam tuam. Vel ingressum in hanc vitam, et exitum ex ea. Vel omnem vitam, quæ in ingressu atque in exitu perspicitur.

Ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος. Καὶ εἰς τὸ ἑξῆς· ἢ καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος τῆς ζωῆς σου.

Ex nunc et usque in sæculum. Hoc est et in futurum vel usque in sæculum vitæ tuæ.

ὨΙδὴ τῶν Ἀναβαθμῶν.

Canticum ascensuum.

C

ΨΑΛΜΟΣ ΡΚΑ'.

PSALMUS CXXI.

Εὐφράνθην ἐπὶ τοῖς εἰρηκόσι μοι, Εἰς οἶκον Κυρίου πορευσόμεθα. Τοῦτο ἔλεγον ὁδεύοντες, καὶ προκόπτοντες μετὰ περιχαρείας.

Vers. 1. *Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi, In domum Domini ibimus.* Hujusmodi verba dicebant, cum incederent, et proficiscerentur cum gaudio.

Ἑστῶτες ἦσαν οἱ πόδες ἡμῶν ἐν ταῖς αὐλαῖς σου, Ἰερουσαλήμ. Ἀκουσάντων ἡμῶν, εὐθὺς ἑστῶτες ἦσαν ἐν ταῖς αὐλαῖς σου τῇ δοκήσει· ἔδοξα μὲν γὰρ ἑστάναι ἐν αὐταῖς, οὕτω τῆς σφοδρᾶς ἐπιθυμίας παρασκευασθείσης.

Vers. 2. *Stantes erant pedes nostri in aulis tuis, Jerusalem.* Cum prædicta audissemus verba, pedes nostri illico stantes erant in aulis Jerusalem, opinione scilicet, seu reputatione nostra. Visus enim mihi sum illic consistere, ita animo imaginatus, ob vehemens patriæ desiderium.

Ἰερουσαλὴμ οἰκοδομουμένη ὡς πόλις. Ὦ Ἰερουσαλὴμ οἰκοδομουμένη ὡς πόλις πάλαι κυρίως.

Vers. 3. *Jerusalem ædificata, ut civitas.* O Jerusalem, quæ olim, ut vera civitas constructa es.

Ἧς ἡ μετοχὴ αὐτῆς ἐπὶ τὸ αὐτό. Καθ' ἕτερον δὲ ἑρμηνευτὴν, Ἧς ἡ συνάφεια ὁμοῦ, τουτέστιν, Ἧς τὰ μετόχια, τὰ συναφῆ οἰκοδομήματα ὁμοῦ, διὰ τὸ πλῆθος τῶν οἰκούντων.

D *Cujus participatio ejus in idipsum.* Vel juxta alium interpretem : *Cujus contiguitas simul est,* hoc est, Cujus participationes atque habitationes ob inhabitantium multitudinem contiguæ atque in unum connexæ sunt. (Nam quod ait : *in idipsum,* idem est, quod *una,* aut *simul.*)

Οἱ πορευόμενοι ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ. Ταῖς νε-νομοθετημέναις, ταῖς ὑποδειχθείσαις διὰ τῶν ἐντο-λῶν.

Qui ambulant in viis ejus. In viis ab eo statutis et per divina præcepta demonstratis.

Τοὺς πόνους τῶν καρπῶν σου φάγεσαι. Διδά-ξας τίς ἐστι κυρίως μακάριος, καὶ δείξας τίς ἐστιν ὁ φοβούμενος τὸν Κύριον, κάντεῦθεν τὸν λαὸν εἰς τὸ πορεύεσθαι ἐν ταῖς ὁδοῖς τοῦ Θεοῦ προτρεψάμενος, λοιπὸν τείνει τὸν λόγον, πρὸς τὸν φοβούμενον τὸν Θεὸν, προφητεύων αὐτῷ ἀγαθά. Τινὲς μὲν οὖν καρ-ποὺς τὰς χεῖρας ἐνόησαν ἀπὸ μέρους τὸ πᾶν· μέρος γὰρ τῆς χειρὸς ὁ καρπός· ἑρμηνεύοντες, ὅτι τοὺς πόνους τῶν χειρῶν σου δρέψῃ· κερδανεῖς, μηδενὸς κωλύοντος. Οὕτω γὰρ Ἀκύλας καὶ Σύμ-μαχος ἐξεδεδώκεισαν· ἕτεροι δὲ ἀντισημασίαν τὸ ῥητὸν τοῦτο, οἷον *Τοὺς καρποὺς τῶν πόνων σου φάγεσαι.*

VERS. 2. *Labores palmarum tuarum manducabis.* Cum docuerit quisnam vere sit beatus, et osten-derit illum vere beatum dici, qui Deum timet, at-que ex hoc adhortatus fuerit populum ad ambu-landum in viis Dei, deinceps ad hunc timentem Deum sermonem dirigit, futura ei bona prædicens. Quidam vero palmas dici intellexerunt pro mani-bus, veluti a parte totum. Est etenim palma pars

C manus. Et sensum hujusmodi esse dicunt: quod timens Deum, manuum suarum labores percipiet, et nullo impediente lucrum componet. Atque hoc pacto Aquila et Symmachus reddidere. Aliqui vero figuram hic contineri dixerunt quam Græce ἀντι-σημασίαν, vocant, hoc est, *significationem contrariam.* (Ad cujus declarationem animadvertendum est primo, quod Græca dictio καρπός non solum *palmam*, seu potius *juncturam manus* significat, sed etiam *fructum.* Juxta quem sensum, præsentis versiculi littera legenda esset: *Labores fructuum suorum manducabis.*) Exponunt igitur hoc pacto ut *labores fructuum*, dictum esse affirment, pro, Fru-ctus laborum, et sensus sit, quod manducabit fructus laborum suorum quisquis timuerit Domi-num.

Μακάριος εἶ. Εἰ φοβῇ τὸν Θεόν. Πάλιν δὲ τοῦτο λέγει, βεβαιῶν τὸν λόγον.

Beatus es. Si times scilicet Deum. Ad majorem enim sermonis sui confirmationem, iterum repetit beatitudinem.

Καὶ καλῶς σοι ἔσται. Καὶ εὐπραγήσεις.

Et bene tibi erit. Et prospere tibi cuncta succe-dent.

Ἡ γυνή σου, ὡς ἄμπελος εὐθηνοῦσα, ἐν τοῖς κλίτεσι τῆς οἰκίας σου. Ὡς ἄμπελος εὐθηνοῦσα βότρυσιν, οὕτως εὐθηνοῦσα τέκνοις. *Εὐθηνοῦσα* δὲ, ἀντὶ Κομῶσα, βρίθουσα. Κλίτη δὲ οἰκίας τὰ μέρη· τουτέστιν ἐν τῇ περιοχῇ τῆς οἰκίας σου. Ἄλλος ἑρμηνεὺς, Ἐν τοῖς ἐσωτάτοις τοῦ οἴκου σου, ἐξέδωκεν, ἤγουν, Ἐν τοῖς θαλάμοις· ἔνθα τὸ κλί-νεσθαι πρὸς ἀνάπαυσιν.

D VERS. 3. *Uxor tua, sicut vitis abundans, in late-ribus domus tuæ.* Quemadmodum vitis abundat ra-cemis, ita et ipsa filiis abundabit. Abundantem autem eam filiis dixit, hoc est, ornatam ac stipa-tam. Latera autem, seu potius, ut in Græca le-ctione habetur, κλίτη, pars quædam domus sunt. Quo sermone idem sibi vult ac si diceret: In cir-cuitu domus tuæ. Alius vero interpres reddidit: *In penetralibus domus*, hoc est, in thalamis, ubi recumbere ac requiescere solemus.

Οἱ υἱοί σου, ὡς νεόφυτα ἐλαιῶν, κύκλῳ τῆς τραπέζης σου. Εὐθαλεῖς, ὡς νεόφυτα ἐλαιῶν.

Filii tui, sicut novellæ olivarum, in circuitu mensæ tuæ. Florentes nimirum atque in summo vigore, tanquam novæ olivarum plantæ.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

VERS. 4. *Ecce sic benedicetur homo, qui timet Dominum.* Hujuscemodi divina benedictione fruetur. Per benedictionem vero gratiam et beneficium intelligit, tanquam laude dignum, et de quo bene ab omnibus dicendum sit. Quod si quis quæstionem moveat, dicens, Quomodo iis qui timent Deum, non majora promittantur bona, sed hæc tantum temporalia, illud in primis dicendum est, Prophetam ad eos sermonem suum dirigere, qui talium bonorum amore detinentur : deinde illud etiam addemus, quod ex abundanti, Propheta hæc etiam bona pollicetur, veluti una cum æternis bonis Deus hæc temporalia etiam sit præstiturus ; secundum quod alibi scriptum legimus : *Quærite primum regnum Dei, et hæc omnia adjicientur vobis* [52]. Juxta anagogen vero, uxor pii ac religiosi viri est anima, quæ conjugis instar corpori conjuncta, virtutibus iis delectatur, quæ corpori insunt ; filii vero illius animæ, discipuli sunt, et ejusdem religionis imitatores, seu successores ; qui etiam in spiritualis ætatis augmento florent, ac vigent, et ipsum doctorem circumdant, rationalibus eos cibis pascentem.

A *Ἰδοὺ οὕτως εὐλογηθήσεται ἄνθρωπος, ὁ φοβούμενος τὸν Κύριον.* Τοιαύτης εὐλογίας ἀπολαύσει παρὰ Θεοῦ. Εὐλογία δὲ νῦν τὴν χάριν καλεῖ, τὴν εὐεργεσίαν, ὡς εὐφημίας ἀξίαν. Τί λέγεις, τοιαύτην, χάριτος; ἀπολαύσει ; Ναί, φησί, πρὸς γὰρ ἐρῶντας ἔτι τοιούτων ἀγαθῶν διαλέγομαι. Ἄλλως τε δὲ καὶ ἐκ περιουσίας ὁ λόγος, ὅτι μετὰ τῶν ἰδίων ἀγαθῶν καὶ ταῦτα δώσει · *Ζητεῖτε* γάρ, φησίν, *τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν.* Κατὰ δὲ ἀναγωγὴν γυνὴ μὲν τοῦ θεοσεβοῦς ἡ σύζυγος ψυχὴ κομῶσα ταῖς ἀρεταῖς ἐν τῷ σώματι · υἱοὶ δὲ αὐτοῦ οἱ μαθηταὶ καὶ μιμηταί, καὶ διάδοχοι τῆς εὐσεβείας, θάλλοντες ἐν αὐξήσει πνευματικῆς ἡλικίας, καὶ κυκλοῦντες αὐτὸν διδάσκοντα, καὶ ἑστιῶντα αὐτοὺς ἐδέσμασι λογικοῖς. B

VERS. 5. *Benedicat te Dominus ex Sion.* Laudet te, et gratias etiam tibi tribuat. Quem enim suscipit Deus, eum etiam laudat, et quem laudat, eumdem gratiis ac donis multiplicibus solet cumulare : *Dominum* vero dixit *ex Sion*, pro Qui habitat in Sion, hoc est, in ea domo, seu in templo, quod est in Sion. Illic etenim habitare dicebatur Deus, eo quod ibidem sacerdotibus responsum dabat, atque ad eos loquebatur.

Εὐλογήσαι σε Κύριος ἐκ Σιών. Ἐπαινέσαι, χαριτώσαι· ὃν γὰρ ἀποδέχεται, ἐπαινοῖ · καὶ ὃν ἐπαινοῖ, χαριτοῖ. Κύριος δὲ ὁ ἐν Σιὼν οἰκῶν, ἐν τῷ οἴκῳ τῷ ἐν Σιών. Ἐκεῖσε γὰρ οἰκεῖν ἐλέγετο, διὰ τὸ ὠφελεῖν ἐν τῷ ναῷ τοῖς ἱερεῦσι.

Et videas bona Jerusalem omnibus diebus vitæ tuæ. Bona quidem inferioris ac terrestris hujus Jerusalem hæc sunt : opes, divitiæ, potentia, exercitus, victoria de inimicis, gloria apud omnes, atque alia hujusmodi : bona vero supernæ ac cœlestis Jerusalem ea sunt, quæ *nec oculus vidit, neque auris audivit*, et quæ *in cor hominis non ascenderunt* [53].

Καὶ ἴδοις τὰ ἀγαθὰ Ἰερουσαλὴμ πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς σου. Ἀγαθὰ τῆς μὲν κάτω Ἱερουσαλὴμ πλοῦτος ἐν χρήμασι, δύναμις ἐν στρατεύμασι, νίκη κατ' ἐχθρῶν, δόξα παρὰ πᾶσι, καὶ τὰ τοιαῦτα· τοῖς δὲ ἄνω, *ἃ οὔτε ὀφθαλμὸς εἶδεν, οὔτε οὖς ἤκουσεν, οὔτε ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη.* C

VERS. 6. *Et videas filios filiorum tuorum.* Juxta historiam quidem generis tui successores ; juxta anagogen vero per filios filiorum, hæredes ac successores in religione ac pietate intelligit : te nimirum eos docente, et spiritualiter regnante.

Καὶ ἴδοις υἱοὺς τῶν υἱῶν σου. Αἰσθητῶς μὲν διαδόχους γένους σου · ἀναγωγικῶς δὲ διαδόχους εὐσεβείας · τούτους ἐκείνου διδάσκοντος καὶ πνευματικῶς ἀναγεννῶντος.

Pax super Israel. Hujusmodi etiam verba habuimus in psalmo CXXIV. Per Israelem vero, non solum antiquum populum, sed novum etiam intelligimus, ut alibi sæpe dictum est. Quod si pax intercisa est aliquando, id illorum gratia effectum est, qui se indignos præstiterunt. Neque enim comminante Deo desperandum nobis est, sed per pœnitentiam confitendum, ut illius a nobis iram avertamus, sicuti fecerunt Ninivitæ : nec rursus eodem Deo bona pollicente, nobis pigrescendum est : quinimo majori tunc studio nobis est contendendum, ut promissiones illius ad finem perducamus. Siquidem et Judæ Dominum promisisse novimus quod simul cum aliis apostolis consessurus esset super thronum, et judicaturus duodecim tribus Israel : verumtamen promissionem hujusmodi tandem repulit, et se ea indignum esse omnibus probavit.

Εἰρήνη ἐπὶ τὸν Ἰσραήλ. Τοῦτο εἶπε καὶ ἐν τῷ τέλει τοῦ ρκδ' ψαλμοῦ. Ἰσραὴλ δὲ οὐ μόνον ὁ παλαιὸς λαός, ἀλλὰ καὶ ὁ νέος, ὡς διαφόρως εἰρήκαμεν. Εἰ δὲ διεκόπη τὰ τῆς εἰρήνης, ἀλλὰ παρὰ τὴν αἰτίαν τῶν φανέντων ἀναξίων αὐτῆς · καὶ γὰρ οὔτε ἀπειλοῦντος τοῦ Θεοῦ χρὴ ἀπογινώσκειν, ἀλλὰ διὰ μετάνοιαν τὴν ὀργὴν ἀποκρούεσθαι, καθάπερ οἱ Νινευῖται · οὔτε ἀγαθὰ ἐπαγγελλομένου προσήκει ἀναπίπτειν, καὶ ῥᾳθυμεῖν, ἀλλὰ πλεῖον ἐπιμελείᾳ βίου εἰς ἔργον προκαλεῖσθαι τὰς ἐπαγγελίας. Καὶ γὰρ καὶ τὸν Ἰούδαν ὁ Χριστὸς ἐπηγγείλατο, ὅτι καθιεῖται ἐπὶ θρόνου, καὶ αὐτὸς μετὰ τῶν ἀμώμων μαθητῶν καὶ κρινεῖ τὰς δώδεκα φυλὰς τοῦ Ἰσραήλ· ἀλλ' αὐτὸς διεκρούσατο τὴν ἐπαγγελίαν ἀνάξιον αὐτῆς ἑαυτὸν παρασχόμενος. D

[52] Matth. VI, 33. [53] Isa. LXIV, 4 ; 1 Cor. II, 9.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Ὠδὴ ὁμοίως.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΚΗ'.

Πλεονάκις ἐπολέμησάν με ἐκ νεότητός μου. Προσώπῳ τοῦ λαοῦ καὶ ταῦτα, πολλάκις πολεμηθέντος παρὰ τῶν πλησιοχώρων ἐθνῶν, ὡς προείρηται, κωλυόντων τὴν οἰκοδομήν. Νεότητα δὲ λέγει τὴν ἀρχὴν τῆς ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπανόδου· εἰ δὲ περὶ τοῦ τῶν δαιμόνων πολέμου λάβῃς τὸ ῥητὸν, νεότητα νοήσεις τὴν καθ' ἡλικίαν· εὐθὺς ἐκ πρώτης ἡλικίας ἐπιθεμένων ἡμῖν.

Canticum ascensuum.

PSALMUS CXXVIII.

VERS. 1, 2. *Sæpe oppugnaverunt me a juventute mea.* Hæc verba etiam ex populi persona dicta sunt, cui sæpenumero, ut diximus, bellum illatum est a finitimis illis gentibus, quæ et templi et civitatis instaurationem impedire nitebantur. Per juventutem vero, hoc in loco Propheta primum illud tempus intelligit, quo populus e Babylone in patriam reversus est. Quod si hæc verba de dæmonum impugnatione intelligenda esse dicas, per juventutem expones primam ætatem; in ea etenim a dæmonibus statim nobis bellum infertur.

Εἰπάτω δὴ Ἰσραήλ· Πολλάκις ἐπολέμησάν με ἐκ νεότητός μου. Εἰπάτω δὴ τοῦτο διαῤῥήδην, ὅπως γνῶσι πάντες ἀφ' οἵων κινδύνων ἐῤῥύσατο ἡμᾶς ὁ Θεός.

Dicat sane Israel, Sæpe oppugnaverunt me a juventute mea. Aperte hoc et palam dicat, ut omnibus innotescat, a quantis nos Deus liberavit periculis.

Καὶ γὰρ οὐκ ἠδυνήθησάν μοι. Οὐκ ἠδυνήθησαν ἐν ἐμοί· οὐ κατίσχυσάν μου τέλεον, τοῦτο τοῦ Θεοῦ μὴ συγχωροῦντος. Διὸ καὶ συνεχέστερον ἐπολέμουν με, ἐκτρῖψαί με φιλονεικοῦντες.

Etenim non potuerunt mihi. In me aliquid non potuerunt, seu non prorsus prævaluerunt adversum me; Deo scilicet illud non permittente. Atque ideo frequentius me impugnabant contendentes subvertere.

Ἐπὶ τὸν νῶτόν μου ἐτέκταινον οἱ ἁμαρτωλοί. Ἐπὶ τὸν νῶτόν μου κατεσκεύαζον τὰ κακὰ οἱ ἀσεβεῖς, οἱ πονηροί· τουτέστιν, οὐ μόνον ἔμπροσθέν μου, ἀλλὰ καὶ ὄπισθεν, οὐ μόνον φανερῶς, ἀλλὰ καὶ ἀφανῶς μηχανώμενοι· ἢ σύνεγγύς μου, ἢ καὶ αὐτῶν ἁπτόμενοι τῶν σαρκῶν μου.

VERS. 3. *Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores.* Impii, inquit, ac pravi homines multa mala machinati sunt supra dorsum meum, hoc est, non tantum coram me, atque in conspectu meo aut palam, sed retro etiam et clam, ac latenter plurima in me moliti sunt: vel mihi appropinquantes corpori meo et carnibus meis etiam non parcentes.

Ἐμάκρυναν τὴν ἀνομίαν αὐτῶν. Ἐπὶ μακρὸν χρόνον πολεμοῦντές μοι.

Prolongaverunt iniquitatem suam. Dum diu scilicet me impugnant.

Κύριος δίκαιος. Οὕτως δίκαιος, ἐμὲ μὲν πάσχειν παραχωρῶν, ἵνα σωφρονέστερος γένωμαι, ἐκείνους δὲ κολάζων, ὡς ἀδίκως ἐπιθεμένους, καὶ φθονερῶς.

VERS. 4. *Dominus justus.* Vere justus est, me quidem pati permittens, ut moderatior fiam, illos vero injuste in me irruentes, tanquam invidos castigans.

Συνέκοψεν αὐχένας ἁμαρτωλῶν. Διέκοψε τὴν ὑψαυχενίαν τῶν πολεμίων, ἀφεῖλε τὴν ἔπαρσιν αὐτῶν, ἐπικρατεστέρους ἡμᾶς ποιήσας.

Concidit cervices peccatorum. Elatas hostium cervices, hoc est, arrogantiam et superbiam illorum abstulit, dum illis nos superiores facit.

Αἰσχυνθήτωσαν, καὶ ἀποστραφήτωσαν πάντες οἱ μισοῦντες Σιών. Ἢ εὐκτικῶς, ἀντὶ τοῦ Αἰσχυνθείησαν, ἢ προφητικῶς ἀντὶ τοῦ Αἰσχυνθήσονται, καὶ τὰ ἑξῆς ὁμοίως. Ἁρμόζουσι δὲ τὰ τοῦ ψαλμοῦ νοεῖσθαι καὶ λέγεσθαι καὶ περὶ τῆς νέας Σιὼν τῆς Ἐκκλησίας τῶν πιστῶν.

VERS. 5. *Confundantur et convertantur retrorsum, omnes qui oderunt Sion.* Optantis sunt verba (tametsi, ut ex Græca lectione manifeste dignoscitur, imperantis modum habeant). Vel prophetico more imperativo modo usus est, pro futuro, ac si diceret: Confundentur et convertentur, quam loquendi figuram in sequentibus etiam observabis. Possumus etiam hunc psalmum de nova Sion, et de futura fidelium Ecclesia intelligere.

Γενηθήτωσαν ὡσεὶ χόρτος δωμάτων. Μὴ ὡς χόρτος; ἁπλῶς, ἀλλ' ὡς χόρτος ἐπὶ δωμάτων φυόμενος· εὐμαραντότερος γὰρ οὗτος, καὶ ταχὺ διαφθειρόμενος. Γενηθήτωσαν εὐκατάπτωτοι, ὠκύμοροι, ἄκαρποι. Εἶτα ἐνδιατρίβει τῇ εἰκόνι τοῦ τοιούτου χόρτου, καταλέγων, ὅσα τούτῳ παρακολουθεῖ.

VERS. 6. *Fiant sicut herba tectorum.* Non simpliciter dixit, *Sicut herba*; sed, Sicut herba quæ supra domos in tectis nascitur. Tabescit enim hæc facilius, et citius deperditur. Fiant igitur caduci et faciles ad ruinam; cito etiam pereant, ac sine fructu. Deinde in hac herbæ similitudine immoratur, narrans quænam ei accidant.

Ὃς πρὸ τοῦ ἐκσπασθῆναι ἐξηράνθη. Ἄωρος ἐξηράνθη. Ὁ γὰρ ἄλλος χόρτος μετὰ τὸ καρποφορῆσαι ξηραίνεται, εἶτα ἀνασπᾶται.

Quæ priusquam evellatur, exaruit. Immatura, atque intempestiva exaruit. Aliæ etenim non prius arescunt, quam fructum dederint, et post datum fructum evelluntur.

Οὗ οὐκ ἐπλήρωσε τὴν χεῖρα αὐτοῦ ὁ θερίζων Ἤγουν, ὃν οὐν ἐθέρισέ τις, ὡς προδιαφθαρέντα.

VERS. 7. *De qua non implevit manum suam qui metit.* Id est, quam nemo metit, eo quod jam antea periit.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Nec sinum suum, qui manipulos colligit. Et sinum suum non implevit, quemadmodum fieri solet in tempestiva ac matura herba.

A

Καὶ τὸν κόλπον αὐτοῦ, ὁ τὰ δράγματα συλλέγων. Καὶ οὗ πάλιν οὐκ ἐπλήρωσε τὸν κόλπον αὐτοῦ, ἅπερ γίνονται ἐπὶ τοῦ ὡρίμου χόρτου, καὶ καρποφόρου.

Vers. 8. *Et non dixerunt prætereuntes : Benedictio Domini super vos.* Et super qua herba viatores non benedixerunt, ut benedici solet metentibus. Per benedictionem vero, ut diximus, divinam gratiam intelligit.

Καὶ οὐκ εἶπον οἱ παράγοντες· Εὐλογία Κυρίου ἐφ' ὑμᾶς. Καὶ ἐφ' οὗ χόρτου οὐκ εὐλόγησαν, ὡς ἔθος τοὺς θερίζοντας, οἱ παροδεύοντες. Εὐλογίαν δὲ λέγει τὴν χάριν.

Benediximus vobis in nomine Domini. Ista etiam verba ex prætereuntium viatorum persona dicta sunt. *Benediximus* autem *vobis* dixit, pro Benedictionem vobis precati sumus, *In nomine Domini*, pro Invocando ipsum Dominum.

Εὐλογήκαμεν ὑμᾶς ἐν ὀνόματι Κυρίου. Καὶ οὗτος τῶν παροδευόντων ὁ λόγος. Εὐλογήκαμεν δὲ, ἀντὶ τοῦ Εὐλογίαν ὑμῖν ηὐξάμεθα, ἐν τῷ ὀνομάσαι τὸν Κύριον, ἐν τῷ ἐπικαλέσασθαι αὐτόν.

Canticum ascensuum.

B

Ὠδὴ ὁμοίως.

PSALMUS CXXIX.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΚΘ'.

Vers. 1. *De profundis clamavi ad te, Domine.* Hunc psalmum conscripsit Propheta, modum narrans, quem ipse servabat quando in tentationibus atque in calamitatibus constitutus ad Deum orabat ; et docet eos pariter, qui ex Babylonica captivitate in patriam reversuri erant, se imitari, et sperare in Domino : Ex profundo, inquit, corde clamavi ad te, non ex summis labiis. Alter enim clamor ardentissimus est, et alter frigidissimus. Et ille quidem inferne intensus ex intimo corde ascendit, et cum labore ; hic vero superne ab ore et remissus ac maxima cum facilitate. Ille etiam orantem prorsus trahit ad Deum, alter vero sola vocis organa commovet. Per clamorem igitur, emissam vocem C intelligit, non cum exteriori hac spirationis vehementia, sed cum interiori affectus intentione.

Ἐκ βαθέων ἐκέκραξά σοι, Κύριε. Τὸν παρόντα ψαλμὸν ἔγραψεν ὁ προφήτης, διεξιὼν μὲν, ὅπως ἐν πειρασμοῖς προσηύχετο, καὶ οἷα προσηύχετο· παιδεύει δὲ καὶ τοὺς ἐκ Βαβυλῶνος ἐπανελθόντας μιμεῖσθαι αὐτὸν ἐν τοῖς ὁμοίοις, καὶ ἐλπίζειν ἐπὶ τὸν Κύριον. Ἐκ βάθους, φησὶ, τῆς καρδίας ἐκέκραξά σοι, καὶ οὐκ ἐξ ἄκρων χειλέων. Τὸ μὲν γὰρ θερμοτάτης ἐστὶ κραυγῆς, τὸ δὲ ψυχροτάτης. Καὶ τὸ μὲν, κάτωθεν εὐτόνως ἅμα καὶ ἐμπόνως ἀνιούσης, τὸ δὲ ἄνωθεν ἀτόνως καὶ ἀπόνως. Καὶ τὸ μὲν ὅλον τὸν εὐχόμενον κατατεινούσης· τὸ δὲ μόνα τὰ τῆς φωνῆς ὄργανα συγκινούσης. Κραυγὴν δὲ λέγει τὴν μεγάλην βοὴν οὐ τῇ σφοδρότητι τοῦ πνεύματος, ἀλλὰ τῇ συντονίᾳ τῆς διαθέσεως.

Vers. 2. *Domine, exaudi vocem meam.* Ex profundo scilicet emissam.

Κύριε, εἰσάκουσον τῆς φωνῆς μου. Ἐκ βάθους ἀναπεμφθείσης.

Fiant aures tuæ intendentes in vocem deprecationis meæ. — Aures, dixit, pro Audiendi potentia. Intende, inquit, ad preces meas, veluti rationabiles et decenter factas, ex ardentissimo nimirum atque intentissimo corde.

Γενηθήτω τὰ ὦτά σου προσέχοντα εἰς τὴν φωνὴν τῆς δεήσεώς μου. Ἡ ἀκουστική σου δύναμις προσέχουσα εἰς ταύτην, ὡς εὔλογον, θερμῶς καὶ εὐτόνως.

Vers. 3. *Si iniquitates observaveris, Domine, Domine, quis sustinebit ?* Si exquisiveris, et diligenter investigare volueris delicta omnia, quis, quæso, inquisitionem hujusmodi tuam sustinere poterit? Vel : Quisnam inultus relinquetur ? Certe nullus. *Quis* enim, inquit, *gloriabitur mundum se habere cor ? vel quis vere dicere poterit se mundum esse a peccato* [54] ? *Omnes*, inquit Paulus, *peccaverunt* [55]. Et rursus de seipso : *Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc justificatus sum* [56]. Illud autem : *Domine, Domine*, admirantis in modum dictum est : admirantis dico summam Dei misericordiam et benignitatem.

Ἐὰν ἀνομίας παρατηρήσῃς, Κύριε, Κύριε, τίς ὑποστήσεται ; Ἐὰν ἀνομίας πάσας ἐξετάσῃς καὶ ἀκριβῶς ἐρευνήσῃς, τίς ὑπομενεῖ τὴν ἐξέτασιν ταύτην ; Ἢ τίς ὑπολειφθήσεται ; Ὄντως οὐδείς. Τίς γὰρ, φησὶ, *καυχήσεται ἁγνὴν ἔχειν καρδίαν ; ἢ τίς παῤῥησιάσεται καθαρὸς εἶναι ἀπὸ ἁμαρτίας* ; καὶ, *Πάντες ἥμαρτον*, φησὶν ὁ Παῦλος. Καὶ αὖθις περὶ ἑαυτοῦ· *Οὐδὲν ἐμαυτῷ σύνοιδα, ἀλλ' οὐκ ἐν τούτῳ δεδικαίωμαι*. Τὸ δὲ, *Κύριε, Κύριε*, θαυμάζοντός ἐστι τὴν πολλὴν φιλανθρωπίαν, καὶ ἀγαθότητα.

D

Vers. 4. *Quia apud te propitiatio est.* Vere, inquit, apud te vera illa est propitiatio et misericordia : quoniam, parcendo ac remittendo semper exquiris.

Ὅτι παρὰ σοὶ ὁ ἱλασμός ἐστιν. Ὄντως παρὰ σοί ἐστιν ὁ Κύριος ἱλασμὸς, ὁ ἀληθὴς ἔλεος· διὸ μετὰ φειδοῦς ἐξετάζεις.

Propter nomen tuum sustinui te, Domine. Non ob mea virtutum opera, salvatorem te mihi adfu-

Ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου ὑπέμεινά σε, Κύριε. Οὐ διὰ τὰ κατορθώματά μου προτεδόκησά σε σω-

[54] Prov. xx, 9. [55] Rom. III, 23. [56] I Cor. IV, 4.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τῆρα· ἁμαρτωλὸς γάρ εἰμι καὶ αὐτός, ὡς εἴρηται· ἀλλὰ διὰ τὸ ὄνομά σου, ἵνα μὴ ἐξουδενωθῇ παρὰ τῶν πολεμίων, ὡς μὴ δυναμένου σου σώζειν τὸν λαόν σου. Λέγει γὰρ καὶ διὰ τοῦ Ἰεζεκιήλ· *Οὐ δι' ὑμᾶς ἐγὼ ποιῶ, ἀλλὰ διὰ τὸ ὄνομά μου, ἵνα μὴ βεβηλωθῇ ἐν τοῖς ἔθνεσιν.*

turum speravi: peccator etenim ipse etiam sum, ut dictum est; sed id futurum speravi propter nomen tuum, ne scilicet contemneretur nomen tuum ab inimicis, quasi qui populum tuum a calamitatibus eripere ac salvare non possis. Unde dixisse Deum legimus apud Ezechielem: *Non propter vos hæc facio, sed propter nomen meum, ne despiciatur in gentibus* [87].

Ὑπέμεινεν ἡ ψυχή μου εἰς τὸν λόγον σου. Προσεδόκησεν, ἤλπισεν εἰς τὴν ἐπαγγελίαν σου, τὴν πρὸς τοὺς πατριάρχας, τὴν πρὸς τοὺς προγόνους ἡμῶν, ὅτι κληρονομήσομεν τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας· καὶ ὅτι ἐὰν εἰσακούσωμέν σου, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φαγόμεθα· ἢ καὶ τὴν ὑπόσχεσιν τὴν ὅτι σώσεις τοὺς εὐαρεστοῦντάς σοι, καὶ τοὺς μετανοοῦντας.

Sustinuit anima mea in verbo ejus. Exspectavi et speravi in divina illa promissione, quæ ad patriarchas et progenitores nostros facta est, quod scilicet promissionis terram hæreditabimus: et quod si audiverimus te, bona terræ comedemus. Vel etiam promissionem illam, quod tu eos omnes salvabis, qui placere tibi studuerint, atque eos qui pœnitentiam egerint peccatorum.

Ἤλπισεν ἡ ψυχή μου ἐπὶ τὸν Κύριον. Εἰς τὸν Κύριον μόνον, οὐκ εἰς ἄλλο τι τῶν ἁπάντων.

VERS. 5. *Speravit anima mea in Domino.* In solo scilicet Deo, et nulla alia in re.

Ἀπὸ φυλακῆς πρωΐας μέχρι νυκτός, ἀπὸ φυλακῆς πρωΐας ἐλπισάτω Ἰσραὴλ ἐπὶ τὸν Κύριον. Τὸν μόνον δυνάμενον ῥύεσθαι καὶ σώζειν. Φυλακὰς δὲ τὰ μέρη τῆς νυκτὸς ἐκάλουν οἱ παλαιοί· εἰς τέσσαρα γὰρ ταύτην διαιροῦντες οἱ νυκτοφύλακες ἐν τοῖς στρατοπέδοις, τὸ τεταρτημόριον αὐτῆς, ἤτοι τὴν ὄρθριον φυλακήν, πρωΐας ὠνόμαζον, ὡς τὴν πρωΐαν ἤδη μηνῦον. Παραινεῖ τοίνυν ὁ προφήτης πάντα Ἰσραὴλ ἐλπίζειν ἐπὶ τὸν Κύριον μόνον πᾶσαν τὴν ζωήν· διὰ γὰρ τοῦ ἡμερονυκτίου πᾶσαν τὴν ζωὴν ὑπεδήλωσεν, ἀρξάμενος ἀπὸ φυλακῆς πρωΐας, καὶ μέχρι νυκτὸς ἐλθών. Εἶτα πάλιν εἰς τὴν φυλακὴν τῆς πρωΐας καταντήσας, τὴν κυκλοφορικὴν ἐμιμήσατο τοῦ ἡμερονυκτίου περίοδον, ἀπὸ πρωΐας εἰς πρωΐαν ἐπανερχομένην.

VERS. 6. *A custodia matutina usque ad noctem, a custodia matutina speret Israel in Domino.* In eo nimirum, qui a periculis solus eripere eum potest, et salvare. Custodias autem antiqui certas noctis partes appellabant, eo quod milites in exercitibus noctem in quatuor solent partes dividere, quibus alternatim vigilantes reliquum exercitum ab hostium insidiis custodiunt. Quartam igitur noctis vigiliam, matutinam custodiam appellabant, velut quæ mane ipsum jamjam adfore significaret. Admonet igitur Propheta universum populum Israel, ut toto vitæ tempore, in solo Domino spem suam collocet. Per diem enim et noctem, omnem prorsus vitam significavit. Nam qui inceperit a matutina custodia et pervenerit ad noctem, et rursum ad matutinam redierit custodiam, hic circularem diei et noctis ambitum peraget; a mane etenim incipiens redibit ad mane.

Ὅτι παρὰ τῷ Κυρίῳ τὸ ἔλεος. Τὸ ἀληθῶς ἔλεος, τὸ ταχινὸν, καὶ ἰσχυρὸν καὶ ἀδιάπτωτον, εἰς τοὺς ἀξίους αὐτοῦ.

VERS. 7. *Quia apud Dominum misericordia.* Vera nimirum misericordia quam et celerem et validam et illabantem iis omnibus præstat, qui Deo digni sunt.

Καὶ πολλὴ παρ' αὐτῷ λύτρωσις. Πηγὴ γὰρ παρ' αὐτῷ λυτρώσεως, πέλαγος σωτηρίας.

Et multa apud eum redemptio. enim Fons apud eum redemptionis, pelagus salutis.

Καὶ αὐτὸς λυτρώσεται τὸν Ἰσραὴλ ἐκ πασῶν τῶν ἀνομιῶν αὐτοῦ. Εὐαρεστοῦντα δηλονότι, καὶ κατὰ νόμους πολιτευόμενον. Ἁρμόζει δὲ ψαλμὸς καὶ τῷ νέῳ Ἰσραήλ.

VERS. 8. *Et ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus ejus.* Populum Israel, Deo scilicet placere studentem, ac juxta legis præcepta conversantem. Congruit autem hic psalmus novo etiam populo Israel.

ὨΙδὴ ὁμοίως.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΛ'.

Canticum ascensuum.

PSALMUS CXXX.

Κύριε, οὐχ ὑψώθη ἡ καρδία μου, οὐδὲ ἐμετεωρίσθησαν οἱ ὀφθαλμοί μου. Καὶ τοῦτον τὸν ψαλμὸν εἰς ἑαυτὸν μὲν ἔγραψε, διεξιὼν οἷαν εἶχεν ἐν ἀνέσει καὶ ἀπαλλαγῇ τῶν πειρασμῶν μετριοφροσύνην. Παιδεύει δὲ τὸν ἐπανελθόντα ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας λαὸν ὁμοίως ταπεινοφρονεῖν, καὶ μὴ θαῤῥεῖν ἐπὶ κατορθώμασιν, ἀλλ' ἐλπίζειν ἐπὶ Κύριον. Οὐχ ὑψώθη, φησὶν, ἡ καρδία μου τῇ ἐπάρσει τῆς οἰήσεως, οὐδὲ μετεωρίσθησαν οἱ ὀφθαλμοί μου τῷ νοσήματι τῆς ὑπερηφανίας· τί οὖν; καυχᾶται νῦν ὁ Προφήτης; Ναί· καιροῦ γὰρ καλοῦντος χρεία καυ-

VERS. 1. *Domine, non exaltatum est cor meum, neque elevati sunt oculi mei.* Hunc psalmum etiam conscripsit in seipsum beatus David, narrans qualem animi moderationem haberet, quando a tentationibus atque a calamitatibus liberatus, quietam vitam agebat. Instruit tamen et populum e Babylonica reversum captivitate, eamdem secum humilitatem, atque animi moderationem sectari: docens in factis etiam atque virtutibus propriis non confidere, sed in unico tantum Deo sperare. Non exaltatum est, inquit, cor meum, elatione

[87] Ezech. xx, 9, 14, 22.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

aliqua, aut temeraria existimatione ; neque oculi mei superbiæ morbo elevati sunt. Sed dicet aliquis : Nonne hoc in loco Propheta gloriatur? quod elationis ac superbiæ vitium est. Profecto gloriatur. Verum, exigente id tempore, gloriari etiam nos decet de virtute : quando nimirum non ad ostentationem gloriamur, sed ad audientium commodum, hoc est, quando illi hujuscemodi gloriatione ad virtutum imitationem invitantur. Et cum dixerit : *Non exaltatum est cor meum*, atque addiderit : *Neque elevati sunt oculi mei*, docuisse videtur quod ubi primum cor exaltatum in nobis fuerit, oculi etiam deinceps elevantur.

A χάσθαι τοῖς κατορθώμασιν· ὅταν μὴ δι' ἐπιδείξιν, ἀλλὰ δι' ὠφέλειαν τῶν ἀκροωμένων τὸ πρᾶγμα γίνεται, πρὸς μίμησιν ἑνάγον αὐτούς. Εἰπὼν δὲ ὅτι *Οὐχ ὑψώθη ἡ καρδία μου*, καὶ προσθεὶς, *Οὐδὲ μετεωρίσθησαν οἱ ὀφθαλμοί μου*, ἔδειξεν ὅτι ταύτης πρῶτον ὑψουμένης, εἶτα οὗτοι μετεωρίζονται.

Neque ambulavi in magnis, neque in mirabilibus super me. Non ambulavi, inquit, cum hominibus majoribus, et supra me admirandis. Cum hujuscemodi enim viris conversatus non sum, indignum me illorum conversatione esse reputans ; nisi illi fortassis me invitum coegissent. Vel per magnos B et admirandos, eos forte intelligit, qui sibi ipsis magni atque admirabiles esse videbantur, hoc est, qui animo elati essent, et superbi. Ac si diceret : Non tantum ego superbiam evitavi, sed cum hominibus eo vitio laborantibus etiam non conversabar.

Οὐδὲ ἐπορεύθην ἐν μεγάλοις, οὐδὲ ἐν θαυμασίοις ὑπὲρ ἐμέ. Οὐδὲ ἐπορεύθην μετὰ ἀνδρῶν μειζόνων καὶ θαυμασιωτέρων μου· οὐ συνανεστράφην τοῖς ὑπὲρ ἐμὲ, ἀνάξιον ἐκείνων ἑαυτὸν ἡγούμενος· εἰ μή που ἄκοντα κατηνάγκασαν. Ἢ μεγάλους καὶ θαυμασίους λέγει τοὺς δοκοῦντας τοιούτους παρ' ἑαυτοῖς, ἤτοι τοὺς ἐπηρμένους καὶ ὑψαύχενας, ὡσανεὶ λέγων, ὅτι οὐ μόνον ἔφευγον τὸ νόσημα τῆς ὑπερηφανίας, ἀλλ' οὐδὲ συνεδιαιτώμην τοῖς νοσοῦσιν αὐτό.

Vers. 2. *Si non humiliter sentiebam, sed exaltavi animam meam, sicut ablactatus in matrem suam, ita retribues animæ meæ.* Si humilia, inquit, non sum sectatus, sed animo elevatus sum, cum humilis tamen atque abjectus essem, et veluti infans, qui a matris papilla abstinuit. Vel, quia Græca dictio, ὡς, non solum *ita*, sed *valde* etiam significat, alio modo expone : Tu valde retribues animæ meæ. Utitur etiam hoc in loco Propheta C futuro indicativi, pro optativo, quemadmodum sæpe hujuscemodi abusus apud Scripturam reperimus. Vel vere retribues, retributionem scilicet superbiæ. Quidam vero ita construunt : *Si non humiliter sentiebam, tanquam ablactatus erga matrem suam*, etc.

Εἰ μὴ ἐταπεινοφρόνουν, ἀλλὰ ὕψωσα τὴν ψυχήν μου, ὡς τὸ ἀπογεγαλακτισμένον ἐπὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, ὡς ἀνταποδώσεις ἐπὶ τὴν ψυχήν μου. Εἰ μὴ ἐταπεινοφρόνουν, ἀλλὰ ἐπήρθην ὡς ταπεινὸς, καὶ ὡς τὸ νήπιον εὐθὺς τὸ ἀποσχόμενον δὴ τῆς θηλῆς παρὰ τῇ μητρὶ αὐτοῦ, οὕτως ἀνταποδώσεις. Ἢ λίαν ἀνταποδώσεις εἰς τὴν ψυχήν μου. Μέλλοντι δὲ ἐχρήσατο εὐκτικὴν ἔχοντι σημασίαν· πολλὰ γὰρ τοιαῦτα τοῖς παλαιοῖς. Ἢ ὄντως ἀποδώσεις ἀμοιβὴν τῆς ὑπερηφανίας. Τινὲς δὲ οὕτω συνάπτουσιν· *Εἰ μὴ ἐταπεινοφρόνουν, ὡς τὸ ἀπογεγαλακτισμένον ἐπὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ.*

Vers. 3. *Speret Israel in Domino ex nunc, et usque in sæculum.* Me scilicet imitatus qui in calamitatibus, in otio et quiete, et in omni denique tempore in Deum spero. Congruit etiam hic psalmus novo populo Israel. Fortasse etiam beatus David et præsentem et proxime præcedentem psalmum ex eorum persona conscripsit, qui, inter reversos e Babylonica captivitate, pii magis et religiosi erant : narrans scilicet quas inter afflictiones emitterent ad Deum preces, et qualem, D postquam ab eis liberati sunt, animi moderationem haberent : atque hoc ad utilitatem et eruditionem nostram qui a sæviori dæmonum captivitate liberati sumus.

Ἐλπισάτω Ἰσραὴλ ἐπὶ τὸν Κύριον ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος. Ἐμὲ μιμούμενος τὸν ἐν θλίψει καὶ ἐν ἀνέσει, καὶ κατὰ πάντα καιρὸν, ἐλπίζοντα ἐπὶ Κύριον. Ἁρμόζει δὲ καὶ οὗτος ὁ ψαλμὸς τῷ νέῳ Ἰσραήλ. Ἴσως δὲ καὶ τὸν προλαβόντα ψαλμὸν καὶ τὸν παρόντα προσώπῳ τοῦ εὐσεβεστέρου μέρους τῶν ἐπανελθόντων, συνέγραψεν ὁ Προφήτης, διεξιόντος, οἷα μὲν προσηύχετο ἐν πειρασμοῖς, οἵαν δὲ μετριοφροσύνην εἶχεν ἐν ἀπαλλαγῇ πειρασμῶν, εἰς ὠφέλειαν καὶ παίδευσιν ἡμῶν τῶν ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας τῶν δαιμόνων ἐπανελθόντων.

Canticum ascensuum.

PSALMUS CXXXI.

Vers. 1, *Memento, Domine, David, et omnis mansuetudinis ejus.* Hunc etiam psalmum Propheta ex populi persona conscripsit supplicantis templi constructionem exsurgere, atque id impetrare optantis, si non propter se, saltem propter illud studium, quod eorum progenitor David rex in Deum habuisse perspicitur : utpote qui ante primam templi constructionem, locum ei idoneum multa

ὨΙδὴ ὁμοίως

ΨΑΛΜΟΣ ΡΛΑ'.

Μνήσθητι, Κύριε, τοῦ Δαβὶδ, καὶ πάσης τῆς πραότητος αὐτοῦ. Προσώπῳ τοῦ ῥηθέντος λαοῦ καὶ τὸν παρόντα ψαλμὸν ἀνέγραψε, ἱκετεύοντος, ἀναστῆναι τὸν ναόν· εἰ καὶ μὴ δι' αὐτοὺς, ἀλλά γε διὰ τὴν σπουδὴν, ἣν εἶχε ὁ Δαβὶδ, ὁ πρόγονος βασιλεὺς αὐτῶν, ἐκζητῶν πρὸ τῆς οἰκοδομῆς τὸν τόπον τοῦ τοιούτου ναοῦ ἐπιμελῶς. Πραότητα δὲ λέγει τὴν ἀνεξικακίαν, ἣν ἐνεδείκνυτο εἰς τὸν Σαοὺλ, καὶ

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

τοὺς περὶ αὐτόν· ἔτι δὲ καὶ εἰς τὸν Σεμεεὶ, τὸν ὑβρίζοντα αὐτὸν, καὶ εἰς πολλοὺς ἄλλους. Περὶ μόνης δὲ τῆς πραότητος αὐτοῦ λέγουσιν, ὡς ταύτην διαφερόντως κατορθώσαντος· ἢ καὶ ὡς διὰ ταύτης δηλουμένων καὶ τῶν λοιπῶν. Μνήσθητι τοῦ Δαβὶδ, τοῦ πραοτάτου, τοῦ διὰ τῆς πραότητος εὐαρεστήσαντός σοι.

cum diligentia perquisivit. Per mansuetudinem vero, patientiam intelligit, quam beatus David erga Saulem et socios, erga Semei qui contumelia eum affecerat, atque erga omnes alios hostes suos summam ostendit. Solius autem mansuetudinis meminit, quia in hac virtute præ cæteris excelluit. Vel per hanc virtutem cæteras quoque intellexit. Memento, inquit, David mitissimi hominis, atque ob mansuetudinem suam tibi olim charissimi.

Ὡς ὤμοσε τῷ Κυρίῳ, ηὔξατο τῷ Θεῷ Ἰακώβ. Μνήσθητι αὐτοῦ πῶς ἐνώμοτος ὑπέσχετο Κυρίῳ τῷ Θεῷ τὰ ῥηθησόμενα.

Vers. 2. *Quomodo juravit Domino, et vovit Deo Jacob.* Memento ejus, inquit, quemadmodum cum juramento ea Deo pollicitus sit, quæ inferius dicentur.

Εἰ εἰσελεύσομαι εἰς σκήνωμα οἴκου μου, εἰ ἀναβήσομαι ἐπὶ κλίνης στρωμνῆς μου, εἰ δώσω ὕπνον τοῖς ὀφθαλμοῖς μου, καὶ τοῖς βλεφάροις μου νυσταγμὸν, καὶ ἀνάπαυσιν τοῖς κροτάφοις μου, ἕως οὗ εὕρω τόπον τῷ Κυρίῳ, σκήνωμα τῷ Θεῷ Ἰακώβ (33). Πῶς ποτε ζηλώσας ὑπὲρ τοῦ φέρεσθαι τῇδε κἀκεῖσε τὴν κιβωτὸν, ἐνωμότως ὑπέσχετο, ὅτι Οὐ ποιήσω ἢ τόδε ἢ τόδε, ἕως οὗ εὕρω τὸν τόπον τῷ Κυρίῳ ἄξιον, ἥγουν οἰκητήριον, τουτέστι τόπον ναοῦ· καὶ οὐκ ἀνεπαύσατο, ἕως εὑρεῖν ὡς ἡ βίβλος τῶν Βασιλειῶν ἡ πρώτη διαλαμβάνει. Τὸ *εἰ* δὲ, τὸ *οὐ* σημαίνει, ὡς καὶ ἐν ἄλλοις εἰρήκαμεν. Σκήνωμα δὲ καὶ οἶκος τοῦ Θεοῦ λέγοιτο, διὰ τὸ ἐκεῖθεν χρηματίζειν καὶ ὁμιλεῖν τοῖς ἀξίοις, ὡς καὶ προλαβόντες εἰρήκαμεν.

Vers. 3-5. *Si introibo in tabernaculum domus meæ, si ascendam super lectum strati mei, si dabo somnum oculis meis, et palpebris meis dormitationem, et requiem temporibus meis, donec invenero locum Domino, tabernaculum Deo Jacob.* Memento, inquit, quemadmodum ipse olim zelo quodam correptus est, cum Domini arcam huc atque illuc errabundam ac vagam circumferri videret, et cum juramento pollicitus sit, dicens: Non faciam ego hoc, neque illud, donec invenero locum Domino dignum, hoc est, locum templi, et habitationem arcæ ac tabernaculi. Et revera etiam non quievit, donec illum invenerit, quemadmodum in primo Regum libro traditur. Dictio autem *si*, hoc in loco, idem significat quod *non*, quemadmodum sæpe alibi diximus. Tabernaculum vero et domus Dei, dicebatur locus ille, ubi responsa atque oracula dabantur a Deo; ubi etiam ad probos et ad virtute præditos homines loquebatur, ut in superioribus diximus. (Nam alioqui Deus nulla habitatione seu domo indiget, aut tabernaculo.)

Ἰδοὺ ἠκούσαμεν αὐτὴν ἐν Εὐφραθᾶ. Ἐπειδὴ παρὰ τῶν πατέρων ἡμῶν, ἢ παρὰ τῶν βίβλων ἠκούσαμεν ἐνεχθῆναι τὴν κιβωτὸν, ἐν τῷ τόπῳ τῷ καλουμένῳ Εὐφραθᾶ. Καὶ τὴν Ῥαχὴλ δὲ θάπτει Ἰακὼβ ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ τοῦ Εὐφραθᾶ· Αὕτη, φησὶν, *ἐστὶ Βηθλεέμ*· ἔφερε γὰρ ὁ τόπος τοῦ προκατόχου τὸ ὄνομα.

Vers. 6. *Ecce audivimus eam in Ephrata.* Quoniam, inquit, a patribus nostris, vel etiam aliunde ex sacris Libris audivimus eam, arcam nimirum in Ephratæ locum delatam fuisse. Est autem Ephrata eadem, quæ et Bethleem. Legimus enim alibi apud Scripturam: *Bethleem domus Ephrata* [a]. Item Jacob uxorem Rachel sepelivit in Hippodromo Ephratæ: *Hæc*, inquit, *est Bethleem*. Appellabatur namque olim locus ille primi possessoris nomine.

Εὕρομεν αὐτὴν ἐν τοῖς πεδίοις τοῦ δρυμοῦ. Εὕρομεν αὐτὴν ἀπὸ τῶν εἰρημένων· παρὰ τούτων ἐμάθομεν αὐτὴν αὐλιζομένην ἐν τοῖς πεδίοις τοῦ δρυμοῦ, τουτέστιν, ὧδε κἀκεῖσε περιφερομένην, παρὰ τὸ μὴ ἔχειν τόπον ἀφωρισμένον. Ταῦτα δὲ λέγουσι συνιστῶντες ὅτι ἀναγκαίως ἐζήλωσεν, ὑπὲρ αὐτῆς ὁ Δαβὶδ, καὶ τὸν τόπον εὗρεν, ὑπὲρ οὗ καὶ νῦν ἱκετεύουσιν.

Invenimus eam in campis silvæ. Invenimus eam, hoc est, eo modo didicimus, ut supra dictum est, a majoribus nimirum nostris, seu ex divinis libris: didicimus, inquam, eam commoratam fuisse in campis silvæ, hoc est, huc atque illuc erraatis in morem circumlata, utpote quæ certum ac destinatum locum aliquem non haberet. Hoc autem dicunt, demonstrare contendentes, quod beatus David necessario admodum pro ea zelo correptus est, ut locum illum inveniret, pro quo ipsi in præsentia ad Deum supplicant.

Εἰσελευσόμεθα εἰς τὰ σκηνώματα αὐτοῦ, προσκυνήσωμεν εἰς τὸν τόπον, οὗ ἔστησαν οἱ πόδες αὐτοῦ. Ταῦτα προσώπῳ τῶν ἐν αὐτοῖς ἁγίων, προφητευόντων αὐτοῖς, ὅτι ἀναστήσεται ὁ ναὸς, καὶ εἰσελεύσονται καὶ προσκυνήσουσι καὶ λα-

Vers. 7. *Introeamus in tabernacula ejus, adoremus in loco, ubi steterunt pedes ejus.* Hæc verba ex sanctorum persona dicta sunt, qui populo ex captivitate in patriam restituto aderant. Prædicitur autem his verbis, quemadmodum templum

[a] Mich. v 2.

Variæ lectiones.

(33) Supple Μνήσθητι.

Digitized by Google Распознавание текста ABKFR

denuo erigendum erat, et quemadmodum ipsi illuc ingressuri erant, et adoraturi ibi Deum, ut antea. Tabernacula autem, templi aulas appellavit, vel ipsum templum, plurali usus numero Hebræorum more, ut sæpe diximus. Præterea Dei tabernacula, ac pedes Dei, et stetisse Deum, humano more dixit, ut auditorum hebetudini condescenderet. Illinc etenim horrendæ illæ voces exibant, quæ obscura atque ambigua quælibet de Judæorum rebus declarabant, et futura prædicebant.

A τρεύσουσιν, ὡς τὸ πρότερον. Σκηνώματα δὲ ἢ τὰς αὐλὰς αὐτοῦ ὠνόμασεν, ἢ αὐτὸν δὴ τὸν ναὸν, κατὰ θυντικῶς εἰπὼν, ὡς πολλάκις ἔθος Ἑβραίοις. Σκηνώματα δὲ καὶ πόδας καὶ στάσιν εἶπε Θεοῦ ἀνθρωποπρεπῶς διὰ τὴν παχύτητα τῶν ἀκροωμένων. Ἐκεῖθεν γὰρ ἐφέροντο αἱ φρικταὶ φωναὶ περὶ τῶν ἐν Ἰουδαίοις πραγμάτων, λύουσαι τὰ ἀσαφῆ, καὶ περὶ τῶν μελλόντων προλέγουσαι.

VERS. 8. *Exsurge, Domine, in requiem tuam.* Hoc est in templum tuum atque ad ejus ædificationem, in quo antea requiescebas : hoc est, veni ad illud templum, atque ad illius loci auxilium, quod refrigerium, ita ut dicam, præstare tibi solebat, et requiem.

Ἀνάστηθι, Κύριε, εἰς τὴν ἀναπαυσίν σου. Εἰς τὸν ναόν σου, εἰς οἰκοδομὴν αὐτοῦ, ἐν ᾧ ἀνεπαύου, τουτέστιν, εἰς τὸν ἀναπαύοντά σε ναὸν, εἰς συνεργίαν αὐτοῦ.

B

Tu et arca sanctificationis tuæ. Exsurge, inquit, tu una cum sanctificationis tuæ arca. Potest enim et illa, quemadmodum olim, admiranda nunc etiam multa perficere, propter divinam gratiam, quæ in ea est. Divinæ etenim gratiæ domus merito poterat appellari. Sanctificationis etiam arcam dixit, tanquam sanctificatione plenam, et per quam multa sanctificari dicebantur. Nam et omnia quæ in ea reponebantur sancta erant, et præsertim lex, quæ quoslibet ad se accedentes sanctificabat. Vel per sanctificationem templum ipsum intelligit, tanquam Deo sanctificatum, et quod in psalmo LXXIII sanctuarium appellavit, dicens : *Incenderunt in igne sanctuarium tuum.*

Σὺ καὶ ἡ κιβωτὸς τοῦ ἁγιάσματός σου. Ἀνάστηθι σὺ καὶ ἡ κιβωτὸς τῆς ἁγιωσύνης σου. Δύναται γὰρ καὶ αὐτὴ, ὡς πολλὰ πολλάκις τερατουργήσασα, διὰ τῆς ἐν αὐτῇ χάριτος· καὶ ὅτι καὶ ταύτης οἶκος ἦν οὗτος· κιβωτὸς δὲ τῆς ἁγιωσύνης, ὡς πεπληρωμένης ἁγιωσύνης, δι' ἧς ἡγίαζε· τά τε γὰρ ἐναποκείμενα αὐτῇ, ἅγια ἦσαν, καὶ τούτων μᾶλλον ὁ νόμος ἡγίαζε τοὺς μετιόντας αὐτόν. Ἢ ἁγίασμα τὸν ναὸν λέγει, ὡς ἡγιασμένον τῷ Θεῷ, καὶ ἁγιάζοντα, καὶ τῶν ἁγίων παρεκτικὸν, ὃν καὶ ἐν τῷ οϛ' ψαλμῷ, ἁγιαστήριον ὠνόμασεν· *Ἐνεπύρισαν γὰρ τὸ ἁγιαστήριόν σου*, φησὶν, *ἐν πυρί.*

VERS. 9. *Sacerdotes tui induentur justitia.* Si hoc factum fuerit, sacerdotes tui instar vestis justitiam induent, cultus nimirum divinos. Vel, Omni justitia induentur, hoc est, universa virtute, utpote jam Deum colentes, atque in dies magis virtutis ipsius studium amplexuri.

C *Οἱ ἱερεῖς σου ἐνδύσονται δικαιοσύνην.* Εἰ τοῦτο γένηται, οἱ ἱερεῖς σου ἐνδύσονται, δίκην ἱματίου, τὴν δικαιοσύνην τῆς λατρείας· ἢ δικαιοσύνην πᾶσαν, εἴτουν παντοίαν ἀρετὴν, ἤδη λατρεύοντες, καὶ μᾶλλον ἀρετῆς φροντίζειν ὀφείλοντες.

Et sancti tui exsultabunt. Et reliqui, inquit, homines, qui tibi sanctificati ac dedicati sunt, exsultabunt, hoc est, universus populus tuus lætitia afficietur. Vel per sanctos, eos intelligit, qui præ cæteris excellebant virtutibus. Deinde rursus ad memoriam confugiunt beati David, Deo possint impetrare.

Καὶ οἱ ὅσιοί σου ἀγαλλιάσονται. Οἱ λοιποὶ, οἱ καθωσιωμένοι σοι, τουτέστιν ὁ λαός σου, ἀγαλλιάσονται· ἢ ὁσίους λέγει τοὺς ἐναρετωτέρους. Εἶτε πάλιν ἐπὶ τοῦ Δαβὶδ καταφεύγουσιν, ἀνξίους ἑαυτοὺς ἡγούμενοι.

seipsos indignos esse judicantes, qui gratiam a

VERS. 10. *Propter David servum tuum non avertas faciem Christi tui.* Hoc est, eum non respuas, qui, ut princeps foret super nos, a te in regem unctus est. *Tuum* autem dixit, ut Dei benevolentiam erga eum ostenderet; vel unctum a te per legem tuam. Non avertas autem eum nobiscum pro templi, civitatis, et regni erectione supplicantem, nec inanes illius preces fore permittito.

D *Ἕνεκεν Δαβὶδ τοῦ δούλου σου, μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπον τοῦ Χριστοῦ σου.* Τουτέστι τὸν χρισθέντα εἰς τὸ ἄρχειν ἡμῖν. Τὸ *σοῦ* δὲ, οἰκειώσεώς ἐστιν· ἢ τὸν χρισθέντα διὰ σοῦ διὰ τοῦ νόμου σου. Μὴ ἀποστρέψῃς αὐτὸν ἄπρακτον, δεόμενόν σου μεθ' ἡμῶν ὑπέρ τε τοῦ ναοῦ καὶ τῆς πόλεως, καὶ τῆς βασιλείας.

VERS. 11. *Juravit Dominus ipsi David veritatem.* Hoc est, stabilem ac veram promissionem fecit.

Ὤμοσε Κύριος τῷ Δαβὶδ ἀλήθειαν. Βεβαίως ἐπηγγείλατο, ἀληθινὴν ἐπαγγελίαν.

Et non contemnet eam. Cum verax sit, quinimo et ipsa veritas. Quænam autem fuerit hæc promissio, audi :

Καὶ οὐ μὴ ἀθετήσει αὐτήν. Ἀληθὴς ὢν καὶ αὐτοαλήθεια. Τίς δὲ ἡ ἐπαγγελία, ἄκουσον.

De fructu ventris tui, ponam super thronum tuum.

Ἐκ καρποῦ τῆς κοιλίας σου θήσομαι ἐπὶ τοῦ

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

θρόνου σου. Ἐπὶ τοῦ θρόνου τῆς βασιλείας σου. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ ἕτερα. Τίνα δὲ ταῦτα, ἔχουσιν.

A Hoc est, in throno, atque in sede regni tui. Nec tantum hoc dixit, sed et alia quæ sequuntur.

Ἐὰν φυλάξωνται οἱ υἱοί σου τὴν διαθήκην μου, καὶ τὰ μαρτύριά μου, ἃ διδάξω αὐτούς, καὶ οἱ υἱοὶ αὐτῶν ἕως τοῦ αἰῶνος καθιοῦνται ἐπὶ τοῦ θρόνου σου. Ἐὰν τηρήσωσι τὸν νόμον μου οἱ υἱοί σου, ἐκ διαδοχῆς βασιλεύοντες· τοῦτον γὰρ ἐκάλεσε διαθήκην· ἔτι δὲ καὶ μαρτύρια, ὡς ἐν τῷ ριη' ψαλμῷ, πολλάκις δεδήλωται. Ταῦτα δὲ, φησὶν, ἃ διδάξω αὐτοὺς διὰ τῆς ἀναγνώσεως αὐτῶν, οὐκ αὐτοὶ μόνον βασιλεύσουσιν, ἀλλὰ καὶ οἱ τούτων υἱοὶ ἀεὶ βασιλεύσουσι κατὰ διαδοχήν. Τοιαῦτα μὲν τὰ τῆς ἐπαγγελίας· ἐπεὶ δὲ οὐκ ἐφύλαξαν, ἐξέπεσον. Ταῦτα δὲ λέγουσιν οἱ δυσωποῦντες ὥσπερ ἀναμιμνήσκοντες τὸν Θεὸν τῆς τοιαύτης ἐπαγγελίας, καὶ εἰς ἀποπλήρωσιν αὐτῆς παρακαλοῦντες, ἢ καὶ ἀλλήλους παραμυθούμενοι, καὶ τῷ λαῷ χρηστὰς ἐλπίδας ἐντιθέντες. Εἶτα καὶ τὰ ἑξῆς ἐπισυνάπτουσιν, ὡς καὶ αὐτὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ τότε ῥηθέντα πρὸς τὸν Δαβίδ.

Vers. 12. *Si custodierint filii tui testamentum meum, et testimonia mea hæc, quæ docebo eos, et filii eorum in sæculum sæculi sedebunt super thronum tuum.* Si filii tui, inquit, qui per successiones regnabunt, legem meam observaverint. Per testamentum enim et per testimonia, legem ipsam intelligit, quemadmodum et sæpe alibi, præsertim in psalmo CXVIII, ubi etiam diximus. Si observaverint, inquit, testimonia, quæ ego eos docebo, si lectionis legis meæ vacaverint, non ipsi solum regnabunt, sed illorum etiam filii perpetuam regni successionem consequentur. Et hæc quidem a Deo eis promissa sunt : verum postquam ipsi pacta non observaverunt, jure etiam a promissis deciderunt. Possunt etiam hæc verba intelligi, ut ab eis dicta sint, ea ratione ut Deum sibi magis conciliarent, revocantes ei in memoriam antiquas pollicitationes, et rogantes quodammodo ut eas adimpleret, vel ut mutuo sese consolarentur, et bonam populo spem præstarent. Deinde addunt etiam sequentia verba, veluti et quæ a Deo olim dicta etiam fuissent ad beatum David.

B

Ὅτι ἐξελέξατο Κύριος τὴν Σιὼν, ἠρετίσατο αὐτὴν εἰς κατοικίαν ἑαυτῷ. Καθιοῦνται, φησὶν, ἐπὶ τοῦ θρόνου σου, διότι καὶ τὴν Σιὼν ἐν ᾗ ὁ θρόνος τῆς βασιλείας σου ἐξελέξατο ὁ Κύριος, ὁ ταῦτα ἐπαγγελλόμενος, ἤγουν ἐγώ.

Vers. 13. *Quoniam elegit Dominus Sion, elegit eam in habitationem sibi.* Sedebunt, inquit, filii tui in throno tuo, quoniam Dominus elegit Sion, in qua sedes est regni tui. Ille, inquam, Dominus, qui hæc tibi nunc loquitur verba : Ego videlicet qui Dominus sum.

Αὕτη ἡ κατάπαυσίς μου εἰς αἰῶνα αἰῶνος. Ἡ κατοικία μου.

C Hoc est, Hæc habitatio mea.

Ὧδε κατοικήσω, ὅτι ἠρετισάμην αὐτήν. Καὶ ταῦτα καὶ τὰ ἑξῆς λέγουσιν ὡς ἐπαγγελμένα καὶ αὐτά.

Hic habitabo, quoniam elegi eam. Hæc et sequentia dicunt tanquam etiam sibi promissa.

Τὴν θήραν αὐτῆς εὐλογῶν εὐλογήσω. Θήραν ὠνόμασε τὸν πορισμὸν καὶ τὴν συγκομιδὴν τῆς τροφῆς. Εὐλογῶν εὐλογήσω, τουτέστι χαριτώσω εἰς δαψίλειαν καὶ ἀφθονίαν.

Vers. 15. *Venationem ejus benedicens benedicam.* Per venationem, ciborum atque eduliorum suppeditationem intelligit. Hæc, inquit, benedicens benedicam, hoc est, Præstabo magna cum abundantia.

Τοὺς πτωχοὺς αὐτῆς χορτάσω ἄρτων. Πλουτήσω.

Pauperes ejus saturabo panibus. Hoc est, divites reddam.

Τοὺς ἱερεῖς αὐτῆς ἐνδύσω σωτηρίαν. Ὑγείαν, ἀσφάλειαν.

Vers. 16. *Sacerdotes ejus induam salute.* Hoc est, securitate, ac bona valetudine.

Καὶ οἱ ὅσιοι αὐτῆς ἀγαλλιάσει ἀγαλλιάσονται. Εἴρηται περὶ τῶν ὁσίων. Τὸ δὲ *Ἀγαλλιάσει ἀγαλλιάσονται*, καὶ τὸ *Εὐλογῶν εὐλογήσω*, καὶ τὰ τοιαῦτα, τινὲς μὲν ἰδίωμα φασὶ τῆς Γραφῆς, τινὲς δὲ ἐπίτασιν ἐμφαίνειν, ἢ βεβαίωσιν.

D

Et sancti ejus exsultatione exsultabunt. Quinam sint sancti Dei, jam sæpe alibi dictum est. Quod autem ait: *Exsultatione exsultabunt*, item : *Benedicens benedicam*, et alia hujusmodi, quidam idioma esse dicunt Hebraicæ linguæ; quidam vero hujusmodi sermone uti dicunt Scripturam, ad majorem intensionem, et ad validiorem sententiæ confirmationem.

Ἐκεῖ ἐξανατελῶ κέρας τῷ Δαβίδ. Ἐν τῇ Σιὼν· ἐκ τοῦ γένους τοῦ Δαβὶδ αὐτῷ ἀνατελῶ κέρας, ὕψος, τιμὴν, δοξαζομένῳ παρὰ τῶν μετέπειτα, καὶ διὰ τὸ βασιλεῦον ἀεὶ γένος αὐτοῦ.

Vers. 17. *Illic oriri faciam cornu ipsi David.* In Sion scilicet, in qua oriri ei faciam gloriam, ac celsitudinem ex genere David, quia et a posteris glorificabitur, et illius generatio semper regnavit.

Ἡτοίμασα λύχνον τῷ χριστῷ μου. Ἡτοίμασα λύχνον τῷ βασιλεῖ μοῦ Δαβίδ. Οἰκειώσεως δὲ τὸ *μοῦ* ἀνταῦθα· Λύχνον δὲ λέγει τὴν εὐκλειαν τοῦ σπέρματος αὐτοῦ, δίκην λύχνου μηνύουσαν ἅπασι τὴν δόξαν αὐτοῦ, καὶ τρόπον φωτὸς ὑποδεικνύουσαν ταῖς ἑφεξῆς γενεαῖς τὸν πρόγονον τοῦ τοιούτου γένους·

Paravi lucernam christo meo. Christo meo, hoc est, regi meo David. Meum autem ideo dixit, ut benevolentiam suam erga eum ostenderet, ut diximus. Per lucernam vero gloriam posterorum ejus intelligit, quæ, lucernæ instar, gloriæ ejus splendorem omnibus demonstrat, et hujuscemodi genera-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

tionis progenitorem, veluti quoddam lumen futuris generationibus illucere facit. Vel per lucernam, generis sui splendorem ideo intelligit, quia splendet inter gentes. Verum hæc omnia ea conditione illis promissa sunt, si testamentum Dei custodiverint, ut dictum est.

A ἢ λύχνον τὴν λαμπρότητα τοῦ γένους αὐτοῦ, λάμπουσαν ἐν τοῖς ἔθνεσιν. Ἀλλὰ ταῦτα πάντα, ἐὰν φυλάξωνται τὴν δικαιοσύνην, ὡς εἴρηται

Vers. 18. *Inimicos ejus induam confusione.* Inimicos scilicet David aut generis ejus.

Super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea.— *Super ipsum* David, seu super ejus semen. Super *ipsum* autem, hoc est, tempore ipsius David, vel tempore seminis ejus, quo tempore templum meum summo cum splendore florebit, hoc est, eo regnante. Quidam vero per cornu, et per lucernam, regem intelligunt Zorobabel, cujus hostes aiunt fuisse confusos, et quo regnante templum Domini, quod diu olim profanatum, dirutum, atque (ut ita dicam) tabefactum fuerat, efflorvit. Quidam etiam verba illa : *Quia elegit Dominus Sion*, et quæ sequuntur omnia, prophetiam continere dicunt, de iis qui in Judæorum populo digni fuerunt, ut propheticam gratiam consequerentur. Et quoniam juxta historiæ sensum psalmum jam exposuimus, restat ut tradamus etiam quæcunque de Salvatore nostro in eo tractantur. *Introibimus*, inquit, *in tabernacula ejus, adorabimus in loco ubi steterunt pedes ejus;* hæc verba ex fidelium persona prophetice dicta sunt, qui mutuo inter sese consultant, quidnam facturi sint. Et per tabernacula, loca intelligunt, quæ in Palæstina sunt, ubi habitavit aut conversatus est Christus. Per locum autem *ubi steterunt pedes ejus*, vel eadem intellige tabernacula et loca in quibus Dominus ambulavit; vel ipsam crucem, cui Christi pedes confixi sunt, et quam, in psalmo XCVIII, *scabellum pedum ejus* appellavit. Ex universis siquidem mundi partibus illuc confluunt homines, atque in ea sancta loca ingrediuntur, et adorant illic Dominum. *Exsurge*, inquit, *Domine, in requiem tuam, tu et arca sanctificationis tuæ*, hoc est, tuæ divinitatis tabernaculum, tuum scilicet sacratissimum corpus. Quemadmodum enim arca illa sancta Dei ex incorruptibilibus lignis fabricata erat, et purissimo insuper auro inaurata, ita etiam assumpta Christi humanitas ex incorrupto ejus corpore erat compacta, ex ipsaque vera ac sanctissima divinitate (ut ita dicam) erat deificata, per unionem nimirum illam ineffabilem veri Dei. *Sacerdotes tui induentur justitia*, evangelica nimirum, vel omni virtutum genere ornabuntur ; *et sancti tui exsultabunt*, et quicunque cum sacerdotibus amatores fuerint virtutum, angelicam peragentes conversationem, illorum etiam more exsultabunt. *Propter David servum tuum, ne avertas faciem Christi tui.* Si nullam aliam ob causam, propter me saltem servum tuum, quæso, ne Christi tui præsentiam avertas, qui per incarnationem suam hominibus apparebit; quinimo rogo te ut cito appareat. Veritas etiam quæ jurata fuit ipsi David quod ejus semen consessurum esset super thronum regni ejus, ad ipsum etiam Christum pertinet. Hic etenim

Τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ ἐνδύσω αἰσχυνην. Τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ, ἤτοι τοῦ γένους αὐτοῦ.

Ἐπὶ δὲ αὐτὸν ἐξανθήσει τὸ ἁγίασμά μου. Ἐπὶ Δαβὶδ, ἤγουν ἐπὶ τὸ σπέρμα αὐτοῦ φαιδρυνθήσεται θάλλων ὁ ναός μου. Τὸ *Ἐπ' αὐτὸν* δὲ, ἀντὶ τοῦ Κατ' αὐτὸν, ἤτοι κατὰ τὴν γενεὰν αὐτοῦ, ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ. Τινὲς δὲ κέρας καὶ λύχνον τὸν Ζοροβάβελ φασί· καὶ τούτου λέγουσι τοὺς ἐχθροὺς αἰσχυνθῆναι, καὶ ἐπὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἐξανθῆσαι τὸν ἀπομαρανθέντα πάλαι ναόν· ἕτεροι δὲ πάλιν

B τὸ *ὅτι ἐξελέξατο Κύριος τὴν Σιὼν*, καὶ τὰ ἑφεξῆς ἅπαντα ῥητὰ, προφητείαν εἶναι λέγουσι τῶν ἐν τῷ δηλωθέντι ναῷ προφητικοῦ χαρίσματος ἠξιωμένων. Ἐπεὶ δὲ καθ' ἱστορίαν ὁ ψαλμὸς ἡρμήνευται, μετακεχειριστέον ἤδη καὶ ὅσα τούτου περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ διαλαμβάνουσιν· *Εἰσελευσόμεθα*, φησὶν, *εἰς τὰ σκηνώματα αὐτοῦ, προσκυνήσωμεν εἰς τόπον οὗ ἔστησαν οἱ πόδες αὐτοῦ.* Προφητεία τοῦτο περὶ τῶν Χριστιανῶν, ἀλλήλοις ταῦτα συμβουλευόντων, καὶ σκήνωμα μὲν λεγόντων· τοὺς ἐν Παλαιστίνῃ τόπους, ἔνθα ἀνεστράφετο, καὶ κατῴκει· τόπον δὲ ὅπου ἔστησαν οἱ πόδες αὐτοῦ, ἢ αὐτὰ τὰ σκηνώματα ἔνθα περιεπάτει, ἢ τὸν σταυρὸν, ᾧ προσηλώθησαν οἱ πόδες αὐτοῦ, ὃν καὶ *ὑποπόδιον* ὠνόμασεν ἐν τῷ υιη' ψαλμῷ. Καὶ μέντοι πανταχόθεν συῤῥέοντες εἰσέρχονται εἰς τοὺς τόπους

C ἐκείνους, καὶ προσκυνοῦσιν ἑκάστοτε. *Ἀνάστηθι*, φησὶ, *Κύριε, εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου, σὺ καὶ ἡ κιβωτὸς τοῦ ἁγιάσματός σου· ἀνάστηθι ἐκ νεκρῶν, καὶ ἀνάβηθι εἰς τὸν θρόνον τῆς ἐν οὐρανῷ βασιλείας σου, σὺ ὁ Θεὸς, καὶ τὸ πρόσλημμά σου.* Τοῦτο γὰρ κιβωτὸς τῆς ἁγιωσύνης, ἤτοι σκήνωμα τῆς θεότητος· ὥσπερ γὰρ ἡ κιβωτὸς ἐκ ξύλων μὲν ἀσήπτων κατεσκεύαστο, κεχρύσωτο δὲ καθαρῷ χρυσῷ, οὕτω καὶ τὸ πρόσλημμα ἐκ σώματος μὲν ἀδιαφθόρου συμπέπηκτο. Ἐτεθέωτο δὲ ἐκ θεότητος φυσικῆς, κυρίως θεότητος, ἤγουν ἐκ τῆς ἑνώσεως τοῦ ὄντως Θεοῦ. *Οἱ ἱερεῖς*, φησὶν, *ἐνδύσονται δικαιοσύνην* τὴν κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον, ἤτοι κοσμηθήσονται ἀρετῇ

D πάσῃ· *καὶ οἱ ὅσιοί σου ἀγαλλιάσονται*· καὶ οἱ μετὰ τοὺς ἱερεῖς σου φιλάρετοι ἀγαλλιάσονται, πολιτευόμενοι ἀγγελικῶς. *Ἕνεκεν*, φησὶ, *Δαβὶδ τοῦ δούλου σου, μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπον τοῦ Χριστοῦ σου.* Εἰ καὶ μὴ δι' ἄλλο τι, ἀλλά γε δι' ἐμὲ τὸν δοῦλόν σου, μὴ ἀποστρέψῃς τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ Χριστοῦ σου, μέλλοντος ἐπιφανῆναι τοῖς ἀνθρώποις δι' ἐνανθρωπήσεως· ἀλλ' ἐπιφανήτω. Ἡ ὁμοσθεῖσα δὲ τῷ Δαβὶδ ἀλήθεια, ἤτοι τὸ ἐκ σπέρματος αὐτοῦ καθίσαι εἰς τὸν θρόνον τῆς βασιλείας αὐτοῦ, τὸν Χριστὸν ἠνίττετο. Οὗτος γάρ ἐστιν ὁ κυρίως βασιλεὺς τοῦ Ἰσραὴλ, ἐκ σπέρματος τοῦ Δαβὶδ μὲν ὢν, κατὰ τὴν μητέρα ἐκ γένους Δαβὶδ καταγομένην, βασιλεὺς δὲ κατὰ τὸ νομοθετεῖν τοῖς ὑπηκόοις αὐτοῦ, καὶ ῥυθμίζειν, καὶ περιέπειν, καὶ ὑπεραποθνήσκειν

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

αὐτῶν, ἃ μάλιστα χαρακτηρίζουσι τὸν ἀληθῶς βασιλέα. *Ἐὰν φυλάξωνται*, φησὶν, *οἱ υἱοί τὴν διαθήκην σου* τὴν εὐαγγελικὴν, *καὶ τὰ μαρτύριά μου ταῦτα, ἃ διδάξω αὐτοὺς* διὰ σοῦ. Ἀπὸ τοῦ Πατρὸς δὲ ὁ λόγος πρὸς τὸν ἐκ Δαβὶδ Χριστὸν, τὸν μονογενῆ Υἱὸν, περὶ τῶν μαθητῶν καὶ ἀποστόλων, οὓς τεκνία ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις ὠνόμασεν, ὡς ἐκ διδασκαλίας καὶ πίστεως υἱοθετηθέντας αὐτῷ· Ἐὰν τοῦτο ποιήσωσιν, οὐκ αὐτοὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ τούτων αὖθις μαθηταὶ καὶ μιμηταὶ καθιοῦνται ἐπὶ τοῦ θρόνου τοῦ ποιμαντικοῦ καὶ διδασκαλικοῦ. *Καταστήσεις* γὰρ, φησὶν, *αὐτοὺς ἄρχοντας ἐπὶ πᾶσαν γῆν*· ἢ ἐπὶ τῆς ἀναπαύσεως καὶ ἀπολαύσεως τῆς οὐρανίου βασιλείας σου· ὃ δὴ καὶ πέρας λαμβάνει, φυλαξάντων, ὡς εἴρηται. Κατάπαυσις δὲ τοῦ Θεοῦ αἰώνιος, ἡ Ἐκκλησία, *ἧς πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσι*· θήρα δὲ αὐτῆς, ἡ σαγήνη τοῦ κηρύγματος, δι' ἧς θηρεύει τοὺς ἐννηχομένους τῇ ἅλμῃ τῆς πλάνης· ἡ θήρευσις, καθ' ἣν οἱ ἁλιεῖς ἀπόστολοι ἐξήγρουν τὰ πλήθη. Πτωχοὶ δὲ αὐτῆς οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, οὓς χορτάσει ἄρτου οὐρανίου· ἤτοι τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν· τοὺς ἱερεῖς δὲ αὐτῆς ἐνδύσει σωτηρίαν αἰώνιον· ἐνδυσαμένους πρῶτον δικαιοσύνην, ὡς προείρηται, ἧς *οἱ ὅσιοι, ἀγαλλιάσει αἰωνίᾳ ἀγαλλιάσονται*, μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἐκδημίαν δηλαδή· κἀκείνων ἐνδυομένων, καὶ τῶν οὕτως ἀγαλλιωμένων. Ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ δὲ *ἐξανέτειλεν ὕψος, καὶ τιμὴν τῷ Δαβὶδ*, εὐφημουμένῳ καὶ δοξαζομένῳ, ὡς προγόνῳ τοῦ Χριστοῦ· ἢ καὶ ἐν τῇ Σιὼν ἐξανέτειλε κέρας βασιλείας τῷ Δαβὶδ, ὑψηλόν τε καὶ ἰσχυρὸν, κερατίζον καὶ καταβάλλον πάντας τοὺς ἀνθισταμένους αὐτῷ, ὅ ἐστιν ἡ βασιλεία Χριστοῦ. Λύχνος δὲ ἑτοιμασθεὶς τῷ Χριστῷ ἡ κατασκευασθεῖσα αὐτῷ παναγία σὰρξ, ἡ φωτεινὴ διὰ τὴν λαμπρότητα τῆς ἀναμαρτησίας· ἢ τὸ Εὐαγγέλιον φωτίζον τοὺς ἐν σκότει πλάνης, καὶ ὁδηγοῦν εἰς ἀρετήν· *Λύχνος* γὰρ, φησὶν, *τοῖς ποσί μου ὁ νόμος σου*, ἢ ὁ Πρόδρομος; *Ἐκεῖνος* γὰρ, φησὶν, *ἦν ὁ λύχνος ὁ καιόμενος*· ἐχθροὶ δὲ αὐτοῦ οἱ δαίμονες, καὶ πάντες οἱ ἐχθροὶ τῆς ἀληθείας, οἳ σύμπαντες αἰσχυνθήσονται, καὶ μάλιστα κατὰ τὴν παγκόσμιον ἀνάστασιν· εἰς αὐτὸν δὲ ἐξανθήσει ἡ ἁγία Ἐκκλησία, ἡ ἀγιάζουσα τοὺς ὀρθῶς προσερχομένους· αὐτὸν ἕξει ἄνθος καὶ εὐπρέπειαν.

A vere ac proprie illius semen fuit; quia ex semine quidem fuit Davidico, propter matrem, quæ a beato David genus ducebat. Fuit etiam vere rex, eo quod subditis suis fidelibus legem imposuit, et summam eorum curam habens, veri regis et directoris amorem atque officium docuit, cum pro eis mortuus sit: quæ omnia veri regis characterem ac figuram exprimunt: *Si custodierint*, inquit, *filii ejus testamentum meum*, Evangelicum nimirum: *et testimonia mea, hæc, quæ docebo eos;* te scilicet prædicante. Est etenim hic sermo ex persona Patris ad Christum natum ex semine David unigenitum Filium; sermo, inquam, de apostolis et discipulis, quos in Evangelio etiam Christus filios suos appellavit, tanquam per doctrinam et fidem sibi B adoptatos. Si igitur hi filii tui hæc fecerint, quæ dico, non ipsi tantum, sed eorum etiam discipuli sedebunt super thronum tuum, super thronum inquam pastoris et doctoris: *Constitues* enim *eos*, inquit, *principes super omnem terram* [59]. Vel in fruitione et requie æterni regni. Quæ promissio sane tunc demum adimplebitur, si custodierint legem, ut dictum est. *Hæc requies mea in sæculum sæculi:* æterna Dei requies Ecclesia est fidelium, in qua Deus quiescit; *Portæ* enim, inquit, *inferni non prævalebunt adversum eam* [60]. Per *venationem* autem ejus, (seu ut Græca dictio θήρα, aliter significat, per *capturam*,) prædicationis sagenam ac rete intelliges, per quam Christus venatur et capit eos qui C in hac natant, ita ut dicam, erroris salsugine. Vel, venationem et capturam illam, juxta quam piscatores apostoli, non amplius vivos pisces capiebant ut occiderent, sed mortuos peccatis homines irretiebant ut vivificarent. Per pauperes etiam ejus pauperes spiritu intellige, quos cœli pane, hoc est: cœlesti regno, Christus erat saturaturus. Sacerdotes autem ejus, æterna Christus tunc demum induet salute, si antea justitia induti fuerint, ut prædictum est. Ejus etiam *sancti exsultatione exsultabunt*, post discessum scilicet ex hac vita: tunc etenim et sacerdotes ita induti erunt, ut diximus, et sancti exsultabunt. In Ecclesia etiam *oriri fecit cornu ipsi David*, hoc est, gloriam, atque honorem Davidici nominis celebrari, atque exaltari, dum D laudatur scilicet et glorificatur ab omnibus, tanquam progenitor Christi. Vel oriri fecit, validum et sublime cornu regni ipsi David, in Sion, feriens scilicet, atque dejiciens quoscunque sibi adversantes. Hoc autem est regnum Christi. Lucerna vero, quæ Christo fuit parata, caro illa sanctissima est, quæ a Deo fabricata, et divinitati fuit conjuncta: quæ lucentissima erat, propter vitæ splendorem (fuit etenim sine peccato), et quia in ea requievit, septemplicis illius fulgentissimæ lucernæ instar, lucentissima septemplicis spiritus potentia. Vel per lucernam, Evangelium intellige, per quod omnes qui constituti erant in tenebris, illuminati sunt, et ad clarissimam deducti virtutem. *Lucerna* enim, inquit, *pedibus meis verbum tuum* [61]. Vel ipsum etiam Domini Præcursorem, de quo scriptum est: *Ille erat lucerna ardens* [62]. Inimici vero dæmones sunt, et reliqui omnes veritatis inimici: qui etiam omnes pariter confundentur, sed præcipue in die resurrectionis universæ carnis: et super ipsum denique efflorebit illius sanctificatio, sancta nimirum Ecclesia, quæ omnes ad se accedentes sanctificat, quæque ipsum Christum tanquam florentissimam coronam in decorem, atque in ornamentum erat habitura.

[59] Psal. XLIV, 17. [60] Matth. XVI, 18. [61] Psal. CXVIII, 105. [62] Joan. V, 35.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Canticum ascensuum.

PSALMUS CXXXII.

A

Ὠδὴ ὁμοίως.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΛΒ'.

Vers 1. *Ecce sane quid bonum, aut quid jucundum, quam habitare fratres in unum.* Integram atque plenam captivorum restitutionem prospiciens beatus David, et quomodo a perturbationibus atque ab ærumnis liberati, templum et civitatem iterum ædificaturi erant, et sub uno principe vitam acturi, admonet eos, ne rursus dividantur, ne in diversas ac varias scindantur partes, ut antea, quando decem tribus proprium habebant ducem, et reliquæ duæ alterum imperatorem : quæ res transgressionum legis contentionumque, et calamitatum persæpe illis causa fuit. Admonet igitur eos, ut una, atque sub eodem degant principe, dicens : Ecce sane quid tam bonum, aut quid tam jucundum est, quam ut fratres eodem habitent in loco, atque eisdem animis, summa cum concordia et consensu? Et multa quidem bona sunt, quæ non sunt jucunda, et rursum jucunda multa, quæ non bona : fratrum autem concordia et communis eorum habitatio, utrumque hoc in se bonum continet. Nemini enim dubium esse puto, quod fraterno consensui utrumque hoc conveniat bonum. Deinde hujuscemodi bonum, similitudine atque exemplo quodam describit, dicens :

Ἰδοὺ δὴ τι καλὸν, ἢ τί τερπνὸν, ἀλλ' ἢ τὸ κατοικεῖν ἀδελφοὺς ἐπὶ τὸ αὐτό; Τὴν τελείαν αὐτῶν ἀποκατάστασιν προϊδὼν ὁ Δαβὶδ, ὅπως; ἀπαλλαγέντες τῶν ἐνοχλούντων ᾠκοδόμησαν καὶ τὸν ναὸν, καὶ τὴν πόλιν, καὶ ὑφ' ἕνα ἀρχηγὸν ἐπολιτεύοντο, παραινεῖ μὴ διασχισθῆναι, καθάπερ τὸ πρότερον· ἡνίκα αἱ δέκα μὲν φυλαὶ ἴδιον εἶχον ἡγεμόνα· αἱ δύο δὲ πάλαι ἴδιον, ὃ πολλῆς αὐτοῖς παρανομίας, καὶ στάσεως, καὶ συμφορῶν αἴτιον ἐγένετο· ἀλλ' ὁμοῦ κατοικεῖν καὶ ὑφ' ἕνα ἡγεμόνα τάττεσθαι. Ἰδοὺ δὴ, τί καλόν, ἢ τί τερπνὸν οὕτως, εἰ μὴ κατοικεῖν ἀδελφοὺς ἅμα; ἢ τῷ τόπῳ ἢ τῇ ὁμονοίᾳ· πολλὰ γὰρ καλὰ μὲν, οὐ τερπνὰ δέ· καὶ αὖθις τερπνὰ μὲν, οὐ καλὰ δέ· ἡ δὲ ὁμοσκηνία καὶ ὁμόνοια τῶν ἀδελφῶν ἀμφότερα κέκτηται, ἅπερ ὁμοῦ συνελθεῖν ὡς σφόδρα εὔπορον. Εἶτα τοῦτο τὸ ἀγαθὸν παρεικάζει παραδείγματι.

B

Vers. 2. *Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron.* Hoc quod diximus, adeo bonum est et jucundum, sicut legale illud unguentum, quo sacerdotes ungebantur, quodque super eorum capita effundi solebat. Nam quemadmodum hujuscemodi unguentum bonum est, utpote sanctum, et jucundum etiam, veluti odoriferum : ita et illa communis fratrum habitatio, atque concordia, summum quoddam bonum est, veluti quod, et natura ipsa, et lege etiam divina commendatur. Et jucundum bonum est, eo quia utile est, et commodum. Et quoniam a sacerdotum capite unguentum in barbam descendebat, addidit : *Quod descendit in barbam*, et deinde, in cujusnam barbam descenderet, expressit dicens : *In barbam ipsius Aaron.* Hic etenim sacerdotum omnium primus, unguento unctus est. Vel per Aaron, quemcunque sacerdotem intelligit, tanquam omnes ab eo descenderent, et quoniam unguentum hoc a barba in sacerdotalis indumenti oram rursus descendebat, iterum addidit, dicens :

Ὡς μύρον ἐπὶ κεφαλῆς τὸ καταβαῖνον ἐπὶ πώγωνα, τὸν πώγωνα τὸν Ἀαρών. Οὕτως ἐστὶ τὸ πρᾶγμα καλὸν καὶ τερπνὸν, ὡς τὸ νομικὸν ἐκεῖνο μύρον, τὸ χρῖον τοὺς ἱερεῖς, τὸ ἐπὶ κεφαλῆς τοῦ ἱερέως χεόμενον. Καθάπερ τοῦτο καλὸν μέν ἐστιν. ὡς ἅγιον, τερπνὸν δὲ ὡς εὐῶδες, οὕτω καὶ ἐκεῖνο· καλὸν μὲν, ὡς φύσει καὶ νόμῳ ἀπαιτούμενον· τερπνὸν δὲ, ὡς ὠφέλιμον· ἐπεὶ δὲ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἐπὶ τὸν πώγωνα τὸ μύρον κατέβαινε, φησὶ, τὸ *Καταβαῖνον ἐπὶ πώγωνα*, εἶτα προστίθησι, καὶ τίνος πώγωνα· ὅτι, *τὸν τοῦ Ἀαρών.* Οὗτος γὰρ πρῶτος αὐτῷ ἐχρίσθη. Ἢ καὶ Ἀαρὼν λέγει, πάντα ἱερέα, ὡς ἐκ τοῦ Ἀαρὼν καταγόμενον· ἐπεὶ δὲ ἀπὸ τοῦ πώγωνος, καὶ ἐπὶ τὴν ὥαν τοῦ ἱερατικοῦ ἐνδύματος αὖθις τοῦτο κατέβαινεν, ἐπήγαγε καὶ τοῦτο, λέγων.

C

Quod descendit in oram vestimenti ejus. Oram seu marginem vestimenti, reliqui interpretes *Os vestimenti* reddiderunt. Eo usque enim descendebat.

Τὸ καταβαῖνον ἐπὶ τὴν ὥαν τοῦ ἐνδύματος αὐτοῦ. Τὴν ὥαν οἱ ἄλλοι ἑρμηνευταὶ, *στόμα ἐνδύματος*, ἐξέδωκαν· ἄχρι γὰρ τούτου κατήρχετο.

D

Vers. 3. *Sicut ros Ærmon, qui descendit in montes Sion.* Ærmon mons est Libano adjacens, ubi multa nivium copia conservatur, unde vapores generantur, qui aerem montium Sion crassiorem atque hebetiorem reddunt, ac rorem æstatis tempore non modicum efficiunt : quem bonum quidem esse dicemus, veluti terræ arescenti necessarium, jucundum vero eo quod æquabiliter et cum delectatione superne in terram defertur. Quia igitur ros iste causam atque originem habet ex monte Ærmon, idcirco rorem Ærmon eum appellavit.

Ὡς δρόσος Ἑρμὼν, ἡ καταβαίνουσα ἐπὶ τὰ ὄρη Σιών. Ἑρμὼν ὄρος ἐστὶ, παρακείμενον τῷ Λιβάνῳ, χιόνα πολλὴν συνάγον, καὶ φυλάττον, ἀφ' ἧς ἀτμοὶ ἀναδιδόμενοι καὶ τὸν ἀέρα τὸν ὑπεράνω τῆς Σιὼν παχύνοντες, δρόσον ἀποτελοῦσιν ἐν θέρει. καλὴν μὲν, ὡς ἀναγκαίαν τῇ γῇ, τερπνὴν δὲ, ὡς ἡδέως καὶ ὁμαλῶς καταφερομένην Ἐπεὶ οὖν ἡ δρόσος αὕτη ἐκ τοῦ Ἑρμὼν ἔχει τὴν αἰτίαν. δρόσον τοῦ Ἑρμὼν αὐτὴν ἐκάλεσεν.

Quoniam illic mandavit Dominus benedictionem. Illic, id est, in communi habitatione, in concordia, in amore fraterno, atque in dilectione, quæ est

Ὅτι ἐκεῖ ἐνετείλατο Κύριος τὴν εὐλογίαν. Ἐκεῖ· ποῦ; Ἐν τῇ ὁμοσκηνίᾳ, ἐν τῇ φιλαδελφίᾳ, ἐν τῇ ἀγάπῃ, ἥτις ἐστὶ τὸ κεφάλαιον τῶν ἀρετῶν· εὐ-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

λογία δὲ παρὰ Θεοῦ μὲν εἰς ἀνθρώπους ἡ χάρις, παρὰ δὲ ἀνθρώπων εἰς Θεὸν ἡ ὑμνολογία καὶ εὐφημία, παρὰ δὲ ἀνθρώπων εἰς ἀνθρώπους ἡ ὑπὲρ τούτων εὐχή.

A virtutum omnium caput. Cæterum Dei benedictio erga homines idem est, quod divina gratia, et benedictio ab hominibus in Deum divina laus est, seu gratiarum actio. Benedictio vero ab hominibus in homines, humana esse dicitur ad Deum oratio, quando nimirum pro aliis preces effundimus ad Deum.

Ζωὴν ἕως τοῦ αἰῶνος. Καὶ αὖθις ἐκεῖ ἐνετείλατο, καὶ ἀπέστειλε ζωὴν μακρὰν ἕως τοῦ ὡρισμένου αἰῶνος, παρ' ὅλον τὸν ἀποκεκληρωμένον βίον. Ὥσπερ γὰρ ἡ στάσις θανάτους ἐργάζεται, οὕτως ἡ εἰρήνη ζωὴν, οὔτε ἀλλήλους ἀναιρούντων, οὔτε παρ' ἐχθρῶν φθειρομένων, διὰ τὸ συμπεφράχθαι καὶ ὠχυρῶσθαι. Ἁρμόζει δὲ καὶ ἡμῖν ὁ ψαλμός.

Vitam usque in sæculum. Et rursus Dominus mandavit et misit in concordes homines diuturnam vitam usque ad sæculum ab eo determinatum, hoc est, per universum, ac præstitutum vitæ tempus. Nam quemadmodum contentio mortes operatur, ita et pax vitam, cum unanimes, ac pacifici homines neque mutuo sese occidant, neque ab hostibus lædi possint, quia conjuncti sunt, et muniti. Congruit etiam hic psalmus fidelibus omnibus Christianis.

Ὠδὴ ὁμοίως.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΛΓ'.

B

Canticum ascensuum.

PSALMUS CXXXIII.

Ἰδοὺ εὐλογεῖτε τὸν Κύριον, πάντες οἱ δοῦλοι Κυρίου. Ἐνταῦθα κατέλυσε τὰς ᾠδὰς τῶν ἀναβάθρων, ἢ ἀναβαθμῶν, εἰς εὐχαριστίαν κατακλείσας τὸν λόγον. Κελεύει γὰρ εὐχαριστεῖν τῷ Θεῷ, τῆς αἰχμαλωσίας ἀπαλλάξαντι, καὶ διὰ τοσούτων ἐθνῶν ἀβλαβεῖς ἐπανελθεῖν εἰς τὴν πατρίδα παρασκευάσαντι, καὶ τοῦ συνεχοῦς πολέμου τῶν πλησιοχώρων ἐλευθερώσαντι, καὶ τὸν ναὸν καὶ τὴν πόλιν ἀνοικοδομῆσαι δόντι, καὶ κατοικεῖν ἀδεῶς ἤδη, καὶ πολιτεύεσθαι χαρισαμένῳ. Λοιπὸν εὐχαριστεῖτε, φησὶν, οἱ δοῦλοι, οἱ θεράποντες. Δοῦλος δὲ Θεοῦ ὁ πειθόμενος τοῖς προστάγμασιν αὐτοῦ, καὶ θεραπεύων αὐτόν.

VERS. 1. *Ecce sane benedicite Dominum omnes servi Domini.* Cantica ascensionum, seu (ut diximus) ascensuum in hoc psalmo finem accipiunt: quem Propheta in gratiarum actionem desinere voluit. Jubet enim hic condignas Deo gratias agi, qui et captivitate populum liberaverat, et ei præstiterat ut per tot inimicas gentes illæsus atque tutus in patriam rediret, et ab assiduis finitimarum gentium bellis quiesceret; qui etiam civitatem et templum rursum ædificari permiserat, feceratque ut securi jam conversarentur, atque habitarent in patria. De cætero enim, inquit, vos o servi et cultores Dei, condignas Deo gratias agite. Servus autem Dei dicitur, qui eum colit, atque illius paret mandatis.

Οἱ ἑστῶτες ἐν οἴκῳ Κυρίου, ἐν αὐλαῖς οἴκου Θεοῦ ἡμῶν. Οἱ λοιπὸν ἑστῶτες ἐν τῷ ναῷ, οἱ ἀπὸ τοῦ νῦν εἰσερχόμενοι ἀπαρτισθέντι, καὶ ἀπολαβόντι καὶ τὴν εὐπρέπειαν καὶ τὴν λατρείαν αὐτοῦ.

C *Qui statis in domo Domini, in aulis domus Dei nostri.* Vos, inquam, Deo benedicite, qui assidue in templo commoramini, qui templum a modo perfectum, suoque decore et cultu jam recepto ingredimini.

Ἐν ταῖς νυξὶν ἐπάρατε τὰς χεῖρας ὑμῶν εἰς τὰ ἅγια, καὶ εὐλογεῖτε τὸν Κύριον. Μὴ τὴν νύκτα πᾶσαν εἰς ὕπνον δαπανᾶτε, ἀλλὰ καὶ ἐν ταύτῃ ἐπάρατε τὰς χεῖρας ὑμῶν εἰς τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων, ὅπου ὁ Θεὸς κατοικεῖν ἐλέγετο διὰ τὴν ἐκεῖσε χάριν· καὶ εὐφημεῖτε τὸν Θεὸν, ἐν ταῖς νυξὶ μᾶλλον, ὅτε καὶ κουφότερος ὁ νοῦς, καὶ πλείων ἡ σχολή· εἰ δὲ ἐν νυκτὶ παραγίνεσθαι πρὸς τὸν ναὸν κελεύει τῆς κλίνης ἀνισταμένους, ποίας τεύξεται συγγνώμης ὁ μηδὲ οἴκοι κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον εὐχὰς ἐπιτελῶν; Εἶτα ὑπερεύχεται τοῦ λαοῦ.

VERS. 2. *In noctibus extollite manus vestras in sancta, et benedicite Dominum.* Nolite, inquit, universam noctem somno perdere, sed in ea, manus vestras ad Sancta sanctorum extollite, ubi propter divinam illam gratiam, quæ illic erat, habitare Deus dicebatur; atque in noctibus præcipue Deum laudate, quando mens a sollicitudinibus et curis magis vacua est, quando vobis majus otium adest. Quod si noctu eos jubet e lecto surgere, atque in templum accedere, quamnam unquam veniam ii D consequentur qui tempore illo, neque etiam domi ad preces, neque ad orationem consurgunt? Deinde rogat pro populo dicens:

Εὐλογήσαι σε Κύριος ἐκ Σιὼν, ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. Εἴρηται περὶ τούτου ἐν τῷ ρκζ' ψαλμῷ, καὶ οὗτος δὲ ὁ ψαλμὸς ἁρμόδιος πᾶσι.

VERS. 3. *Benedicat tibi Dominus ex Sion, qui fecit cœlum et terram.* De hujuscemodi verbis alibi etiam dictum est, videlicet in psalmo CXXVII. Hic psalmus præterea omnibus potest accommodari.

Ἀλληλούϊα.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΛΔ'.

Alleluia.

PSALMUS CXXXIV.

Εἰρήκαμεν προλαβόντες ὅτι εὐχαριστήριοι ψαλμοὶ, τοιαύτην ἔσχον ἐπιγραφήν.

Jam in superioribus dictum est, quod psalmi, qui hujuscemodi habent inscriptionem gratiarum actiones continent.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

VERS. 1. *Laudate nomen Domini, laudate, servi Dominum.* De his verbis diximus in psalmo CII.

VERS. 2. *Qui statis in domo Domini, in aulis domus Dei nostri.* Hæc verba ad unguem habentur in proxime præcedenti psalmo, ubi ea exposuimus: verum hic non universum populum alloquitur Propheta, sed eos qui in templum frequentius accedebant. Vos, inquit, qui statis in templo, laudate Deum. Iis etenim, qui in templo non manebant, non licebat Deum laudare, neque alio in loco ad Deum orare: ea nimirum ratione ut templum cernentes, atque ea quæ erant in templo, divinæ majestatis nunquam obliviscerentur.

A *Αἰνεῖτε τὸ ὄνομα Κυρίου, αἰνεῖτε, δοῦλοι, Κύριον.* Εἴρηται περὶ τούτου ἐν τῷ ρβ' ψαλμῷ.

Οἱ ἑστῶτες ἐν οἴκῳ Κυρίου, ἐν αὐλαῖς οἴκου Θεοῦ ἡμῶν. Εἴρηται ἐν τῷ προλαβόντι ψαλμῷ· ἀλλὰ καὶ νῦν περὶ τῶν ἑκάστοτε φοιτώντων εἰς τὸν ναὸν διαλαμβάνει. Αἰνεῖτε, φησὶν, οἱ ἑστῶτες ἐν τῷ ναῷ· τοῖς γὰρ μὴ ἑστῶσιν ἐν τούτῳ οὐκ ἐξῆν ὑμνολογεῖν αὐτὸν, οὐδὲ ἑτέρῳ τόπῳ προσεύχεσθαι, ἵνα τὸν ναὸν καὶ τὰ ἐν αὐτῷ βλέποντες, μὴ ἐπιλάθωντό ποτε τοῦ Θεοῦ.

VERS. 3. *Laudate Dominum, quoniam bonus est Dominus.* Quoniam misericors, ac beneficentissimus est in omnes: sed in illos præsertim qui eum laudant.

Αἰνεῖτε τὸν Κύριον, ὅτι ἀγαθὸς Κύριος. Ὅτι φιλάνθρωπος, ὅτι εὐεργετικώτατος, καὶ μάλιστα τοῖς αἰνοῦσιν αὐτόν.

Psallite nomini ejus, quoniam pulchrum est. Pulchrum est ei psallere. Ex psalmis etenim et canticis, divinorum dogmatum excellentiam addiscimus. Psalmi etiam et cantica psallentium mentes protendunt ad Deum, humanos affectus sedant, animam cantu delectant, et cum delectatione conjunctam quoque utilitatem afferunt. Vide quæ dicta sint in psalmo IX in eo versiculo: *Psallam nomini tuo, Altissime.*

B *Ψάλατε τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, ὅτι καλόν.* Ὅτι καλὸν τὸ ψάλλειν αὐτῷ· παιδεύουσι γὰρ αἱ ᾠδαὶ δογμάτων ἀκρίβειαν, καὶ τείνουσι τὸν νοῦν τοῦ ψάλλοντος πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ κοιμίζουσι τὰ πάθη, καὶ ἡδύνουσι τὴν ψυχὴν τῷ μέλει, καὶ μετὰ τῆς ὠφελείας ἔχουσι καὶ τὸ τερπνόν. Ζήτησον καὶ ἐν τῷ ιε' ψαλμῷ τὴν ἐξήγησιν τοῦ, *Ψαλῶ τῷ ὀνόματί σου, Ὕψιστε.*

VERS. 4. *Quoniam Jacob elegit sibi Dominus.* Quoniam Dominus ex omnibus nationibus Israeliticum sibi populum elegit, ac sibi reposuit, veluti eum populum a quo solo coleretur.

Ὅτι τὸν Ἰακὼβ ἐξελέξατο ἑαυτῷ ὁ Κύριος. Ὅτι τὸν Ἰσραηλίτην λαὸν ἐκ πάντων τῶν ἐθνῶν ἐξελέξατο, καὶ ἀνέθηκεν ἑαυτῷ ὡς μόνον αὐτῷ λατρεύοντα.

Israel in peculium sibi. Populum Judæorum descendentem ex Jacob, duplici nomine appellavit. Jacob nimirum et Israel: quemadmodum ipse etiam patriarcha Jacob utroque hoc nomine fuit appellatus. Eumdem, inquit, populum elegit sibi Deus in hæreditatem, atque in sortem; et ideo peculiarem populum illum persæpe appellavit, ea nimirum ratione, quod non secus illum amaret, summoque studio custodiret, quam divitias quasdam non vulgares, et peculium quoddam pretiosissimum.

C *Ἰσραὴλ εἰς περιουσιασμὸν ἑαυτῷ.* Τὸν ἐξ Ἰακὼβ λαὸν καλεῖ καὶ Ἰσραήλ· ἀμφότερα γὰρ ὁ Ἰακὼβ ὠνομάζετο. Τὸν αὐτὸν, φησὶν, ἐξελέξατο εἰς περιουσιασμὸν ἑαυτῷ, εἰς κλῆρον· διὸ καὶ λαὸν περιούσιον προσηγόρευσεν αὐτὸν, ἤγουν ὡς περιουσίαν, ὡς πλοῦτον λογιζόμενον, καὶ στερ-όμενον, καὶ ἐπιμελείας ἀξιούμενον.

VERS. 5. *Quoniam ego cognovi quod magnus est Dominus.* Ecce quod aliam divinæ laudis causam apponit, dicens: Quoniam ego amplius quam vos cognovi; vel, quia id exactissime novi, quod Dominus magnus est. Cognovi autem id a divina gratia, et quia illius opera, multa cum prudentia consideravi.

Ὅτι ἐγὼ ἔγνωκα, ὅτι μέγας ὁ Κύριος. Ἰδοὺ καὶ ἄλλην αἰτίαν τοῦ αἰνεῖν τίθησιν· Ὅτι, φησὶν, ἐγὼ πλέον ὑμῶν ἔγνωκα, ἢ ἀκριβῶς ἔγνωκα, ὅτι μέγας ὁ Κύριος· ἀπό τε τῆς θείας χάριτος, ἀπό τε τοῦ συνετῶς ὁρᾷν τὰ ἔργα αὐτοῦ, τοῦτο γνούς.

D *Et Dominus noster præ omnibus diis.* Hic si quidem est; illi vero non sunt. Hic etiam vere Dominus; illi autem non vere dii. Nam et si comparationis verba, hæc esse videantur, non tamen falsos deos vero Deo comparant, sed ex dispensatione quadam propter populi hebetudinem Propheta sic loquitur: quippe qui alibi Deum deorum appellat, et nunc etiam auditorem pedetentim erigit, mirabilium rerum ipsum Deum operatorem esse demonstrans, ac deinceps paulo post gentium deos subsannans. Dictum est etiam in psalmo XCVI: *Nimis exaltatus es super omnes deos;* ibi vide quæ in expositione diximus.

Καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν παρὰ πάντας θεούς. Ὁ μὲν γάρ ἐστιν, οἱ δὲ οὐκ εἰσί. Καὶ ὁ μὲν Κύριος ὄντως, οἱ δὲ θεοὶ οὐκ ὄντως. Δοκεῖ δὲ τοῦτο συγκριτικὸν οἰκονομικῶς διὰ τὴν παχύτητα τοῦ λαοῦ· ἀλλαχοῦ γὰρ Θεὸν τῶν θεῶν ὀνομάζει τοῦτον· καὶ νῦν δὲ κατὰ μικρὸν ἀνάγων τοὺς ἀκροατὰς, ἐργάτην αὐτὸν δείκνυσι θαυμασίων, καὶ προῶν δὲ διαμυκτηρίζει, καὶ φαυλίζει τοὺς θεοὺς τῶν ἐθνῶν· εἴρηται δὲ καὶ ἐν τῷ ιϛ' ψαλμῷ· *Σφόδρα ὑπερυψώθης ὑπὲρ πάντας τοὺς θεούς·* καὶ ζήτησον τὴν ἐξήγησιν ἐκεῖ.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Πάντα ὅσα ἠθέλησεν ἐποίησεν ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ γῇ. Εἶπε τοῦτο καὶ ἐν τῷ ριγ' ψαλμῷ· *Ὁ δὲ Θεὸς ἡμῶν ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ γῇ πάντα ὅσα ἠθέλησεν ἐποίησεν.*

Ἐν ταῖς θαλάσσαις καὶ ἐν πάσαις ταῖς ἀβύσσοις. Θαλάσσας μὲν λέγει τοὺς διαφόρους κόλπους· τὰ συστήματα γὰρ τῶν ὑδάτων ἐκάλεσε θαλάσσας, ἀβύσσους δὲ, τὰ ὑποκάτω τῆς γῆς, τὰ ἀνεξερεύνητα, ἐν οἷς πᾶσι πάντα ὅσα ἠθέλησεν ἐποίησεν· εἶτα ὑμνεῖ τοῦ Θεοῦ ἔργα τινὰ ἀξιοθαύμαστα, παραδραμὼν τὰ μείζονα, ἵνα καὶ ἀπὸ τῶν ἐλαττόνων δείξῃ τὸ μεγαλεῖον καὶ ἀξιύμνητον αὐτοῦ.

Ἀνάγων νεφέλας ἐξ ἐσχάτων τῆς γῆς. Ὁ ἐξ αὐτοῦ τοῦ κατωτάτου βάθους τῆς γῆς ἀνάγων νεφέλας· καὶ τοσοῦτον αὐτὰς μετεωρίζων βαρείας οὔσας, καὶ τὸ κατωφερὲς ὑγρὸν ἄνω φέρεσθαι ποιῶν.

Ἀστραπὰς εἰς ὑετὸν ἐποίησεν. Εἰς καιρὸν ὑετοῦ· ἢ ἐν τῷ ὑετῷ, καὶ δι' ἀλλήλων ἀβλαβῶς φέρεσθαι τὰ φθαρτικὰ ἀλλήλων παρεσκεύασεν, ὡς μήτε τὴν ἀστραπὴν πυρωδεστάτην οὖσαν ἀναλίσκειν τὸ ὑέτιον ὕδωρ, μήτ' ἂν τοῦτο ῥαγδαῖον φερόμενον σβεννύειν ἐκείνην.

Ὁ ἐξάγων ἀνέμους ἐκ θησαυρῶν αὐτοῦ. Θησαυροὺς αὐτοῦ νῦν λέγει τοὺς ἀποκρύφους τόπους, ὅθεν ἐξέρχονται· κεκρυμμένος γὰρ ὁ θησαυρὸς, τὸ ἄγνωστον τῆς γενέσεως αὐτῶν· ἢ ἐξάγων ἀνέμους ἐκ θησαυρῶν αὐτοῦ, ὡς ἐντεῦθεν δηλοῦσθαι τὸ εὐχερὲς τῆς ἐξαγωγῆς αὐτῶν, καὶ *πρόχειρον*, ὅτε βούλεται· Θαυμαστὸν γὰρ τὸ νῦν μὲν τοῦτον εὐχερῶς, νῦν δὲ ἐκεῖνον ἐπιπέμπειν, ἄλλοτε δὲ τοῦτον κἀκεῖνον ἅμα. Ἔστι δ' ὅτε καὶ πλείονας ἐν ταὐτῷ, καὶ πολλάκις οὐδένα· καὶ πάντα κατὰ χρείαν, καὶ οὐδὲν ἀλόγως, καθάπερ ἐν θησαυροῖς τισι κατακεκλεισμένων, καὶ ὁπηνίκα βούλεται, καὶ ῥᾳδίως ἐξαγομένων.

Ὃς ἐπάταξε τὰ πρωτότοκα Αἰγύπτου ἀπὸ ἀνθρώπου ἕως κτήνους. Εἴρηται ἐν τῷ οζ' ψαλμῷ· καὶ ζήτησον ἐκεῖ τὴν ἐξήγησιν τοῦ, *Ὡδοποίησε τρίβον τῇ ὀργῇ αὐτοῦ.* Ἕως δὲ κτήνους, εἰς ἐπίτασιν τῆς συμφορᾶς.

Ἐξαπέστειλε σημεῖα καὶ τέρατα ἐν μέσῳ σου, Αἴγυπτε, ἐν Φαραὼ καὶ ἐν πᾶσι τοῖς δούλοις αὐτοῦ. Εἴρηται περὶ τούτων ἐκεῖ· *Ὃς ἔθετο ἐν Αἰγύπτῳ τὰ σημεῖα αὐτοῦ, καὶ τὰ τέρατα αὐτοῦ ἐν πεδίῳ Τάνεως·* μνημονεύσας δὲ τῆς βαρυτέρας πληγῆς, εἶτα συλλήδδην εἶπε, σημεῖα καὶ τέρατα.

Ὃς ἐπάταξεν ἔθνη πολλά. Εἴτε τὰ ἀποτειχίζοντα τοῖς Ἰουδαίοις τὴν πάροδον, εἴτε τὰ ἐν Παλαιστίνῃ· ἐπιτόμως δὲ πάντα λέγει, καὶ κατὰ παραδρομήν.

Καὶ ἀπέκτεινε βασιλεῖς κραταιούς. Τοὺς ἡγεμόνας αὐτῶν.

VERS. 6. *Omnia quæcunque voluit, fecit in cœlo et in terra.* Eadem verba habentur in psalmo CXIII, ibi. *Deus autem noster in cœlo et in terra omnia quæcunque voluit fecit.*

In maribus et omnibus abyssis. Maria quidem varios maris sinus appellat: *Congregationes*, inquit, *aquarum appellavit maria* [43]. Abyssos autem subterranea loca, quæ imperscrutabilia sunt: in quibus tamen fecit omnia Deus, quæ voluit. Deinde privata quædam Dei opera admiratione digna laudat, majora præteriens, ut ex minoribus, magnitudinem ejus summis esse laudibus dignam ostenderet.

VERS. 7. *Educens nubes ab extremo terræ.* Qui ex ipsa inferiori terræ profunditate nubes educit, easque tametsi graves sint, in altum extollit, et illarum humorem, qui natura sua deorsum fertur, in sublime elevari facit.

Fulgura in pluviam fecit. In tempus scilicet pluviæ, vel in pluvia. Effecitque ut quæ suapte natura mutuo sese perdunt, una, ac pariter sine alterius læsione conjuncta deferantur, ita ut neque fulgur, quod natura ignitum est, pluvialem aquam consumat, neque aqua rursum magna vi delata fulgur exstinguat.

Qui educit ventos de thesauris suis. Per thesauros Dei, hoc in loco Propheta occulta illa loca intelligit, unde exeunt venti. Occultus enim esse dicitur thesaurus: eo quod et generatio et locus ejus ignoratur. Thesauri nomine præterea, non tantum pecuniæ aut occulta alia bona intelliguntur, sed et ipsa etiam loca, ubi thesauri recondi solent. Vel qui educit ventos tanquam e thesauris suis, ut subintelligatur dictio illa, *Tanquam*, vel, *quasi*· ita ut ex his verbis educendi facilitas denotetur, et quod eos Deus semper in promptu habet, cum voluerit. Illud autem quam maxime admirandum est, quod modo hunc, modo illum Deus ventum emittat, et aliquando una utrumque; persæpe etiam plures uno atque eodem tempore; persæpe etiam nullum prorsus; atque hæc omnia ex utilitate, et nihil sine ratione, illis scilicet interea inclusis, veluti in quibusdam thesauris: atque illinc quoties Deo libuerit, maxima cum facilitate eductis.

VERS. 8. *Qui percussit primogenita Ægypti ab homine usque ad pecus.* De hoc diximus in psalmo LXXVII. Vide ibi, in versiculo: *Fecit semitam iræ suæ. — Usque ad pecus* vero dixit, ut calamitatem angeret.

VERS. 9. *Emisit signa et prodigia in medio tui, Ægypte, in Pharaonem, et in omnes servos ejus.* Ibidem etiam dictum est, quod *posuit in Ægypto signa, et prodigia sua in campo Taneos*: cumque gravissimæ omnium plagæ meminerit, collectim postmodum signa dixit, et prodigia.

VERS. 10. *Qui percussit gentes multas.* Sive eas quæ transitum Judæis prohibebant, seu gentes quæ in Palæstina erant. In compendio etenim omnia narrat et cursim.

Et occidit reges fortes. Illarum scilicet gentium duces.

[43] Gen. I, 10.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

VERS. 11. *Seon regem Amorrhæorum et Og regem Basan.* Seon quidem rex, divitiis ac militum copiis erat celeberrimus; Og vero magnitudine ac fortitudine corporis conspicuus, in omnium hominum ore ferebatur. Aiunt enim eum lecto usum fuisse ferreo, novem cubitorum in longitudine, et quinque in latitudine.

A *Τὸν Σηὼν βασιλέα τῶν Ἀμορραίων, καὶ τὸν Ὼγ βασιλέα τῆς Βασάν.* Σηὼν μὲν γὰρ πλούτῳ καὶ στρατοπέδοις περιβόητος ἦν· Ὼγ δὲ μεγέθει καὶ ῥώμῃ σώματος πολυθρύλλητος· φασὶ γὰρ αὐτὸν καὶ κλίνῃ σιδηρᾷ κεχρῆσθαι, ἐννέα μὲν πηχῶν τὸ μῆκος, πέντε δὲ τὸ εὖρος ἐχούσῃ.

Et omnia regna Chanaan. Hoc est Palæstinæ provinciæ: cujus populi magis particulariter præ cæteris Chananæi dicebantur.

Καὶ πάσας τὰς βασιλείας Χαναάν. Τῆς Παλαιστίνης ἓν ἦν ἔθνος ἰδικῶς παρὰ τ' ἄλλα Χαναναῖος καλούμενον.

VERS. 12. *Et dedit terram eorum hæreditatem, hæreditatem Israel populo suo.* Bis hæreditatem dixit, ut illius provinciæ ubertatem denotaret, ac si diceret: Hæreditatem, dico, ac vere hæreditatem.

Καὶ ἔδωκε τὴν γῆν αὐτῶν κληρονομίαν, κληρονομίαν Ἰσραὴλ λαῷ αὐτοῦ. Δὶς εἶπε κληρονομίαν, τὸ δαψιλὲς αὐτῆς ἐμφαίνων, κληρονομίαν, ὄντως κληρονομίαν.

VERS. 13. *Domine, nomen tuum in sæculum, et memoriale tuum in generationem et generationem.* Propterea, inquit, nomen tuum, ac memoria tua in sæculum atque in omnes generationes perpetua erit: apud eas nimirum, qui hujuscemodi a te beneficiis donati sunt.

B *Κύριε, τὸ ὄνομά σου εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ τὸ μνημόσυνόν σου εἰς γενεὰν καὶ γενεάν.* Διὰ ταῦτα, φησὶ, τὸ ὄνομά σου καὶ ἡ μνήμη σου ἀΐδια ἔσονται, εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰς πάσας γενεὰς, παρὰ τοῖς τούτῳ εὐεργετηθεῖσιν.

VERS. 14. *Quia judicabit Dominus populum suum.* — *Judicabit* cum pro Ulciscetur eum, quoties ab inimicis læsus fuerit, hoc est, justum ei reddet judicium.

Et in servis suis exorabitur. Hoc est, ad orantes et placantes eum servos suos flectetur. Vel populum quidem peccantem judicabit, et pœnas ab eo exiget, a pœnitentibus vero exorabitur, atque eos adjuvabit.

Ὅτι κρινεῖ Κύριος τὸν λαὸν αὐτοῦ. Κρινεῖ αὐτὸν, ἤγουν ἐκδικήσει βλαπτόμενον παρ' ἐχθροῖς.

Καὶ ἐπὶ τοῖς δούλοις αὐτοῦ παρακληθήσεται. Ἱλουμένοις αὐτὸν, ἐπικαμφθήσεται· ἢ κρινεῖ μὲν τὸν λαὸν ἁμαρτάνοντα, καὶ δικαίως ἀπαιτήσει· μετανοοῦντος δὲ παρακληθήσεται, καὶ ἀντιλήψεται αὐτῶν.

VERS. 15. *Idola gentium argentum et aurum, opera manuum hominum.* Hujuscemodi verba habes etiam in psalmo CXIII. Atqui apud nos sunt etiam sanctorum imagines, quæ et aurum, atque argentum sunt et opera manuum hominum; verum enimvero idola non sunt: quoniam idolorum quidem, primæ species, ac prima eorum argumenta, falsa sunt: fabulæ nimirum, quæ nulla rei veritate subsistunt. Deos etenim sibi ascribunt gentes, qui dei non sunt, sed dæmones falso sibi divinitatem

C *Τὰ εἴδωλα τῶν ἐθνῶν ἀργύριον καὶ χρυσίον, ἔργα χειρῶν ἀνθρώπων.* Εἶπε τοῦτο καὶ ἐν τῷ ριγ' ψαλμῷ· καὶ μὴν καὶ αἱ παρ' ἡμῖν ἅγιαι εἰκόνες ἀργύριον καὶ χρυσίον, ἔργα χειρῶν ἀνθρώπων, ἀλλ' οὐκ εἴδωλα, ὅτι ἐκείνων μὲν τὰ πρωτότυπα ἀνυπόστατα καὶ ψευδῆ. Θεοὺς γὰρ ἐπεφήμιζον οὐκ ὄντας, ἀλλὰ δαίμονας ψευδομένους τὴν θεότητα· τῶν δὲ παρ' ἡμῖν εἰκόνων τὰ πρωτότυπα ὄντα, καὶ ἀληθεύοντα, ὅ καλοῦνται· κἀκεῖνα μὲν εἴδωλα μιαρῶν, ταῦτα δὲ, εἰκόνες ἁγίων.

arrogantes; verum sanctorum nostrorum imagines primas suas species veras habent, ac prima eorum argumenta, vera sunt: quoniam secundum veram rerum historiam, vere id fuerunt quod appellantur, et vera etiam quæcunque de illorum vita ac conversatione traduntur. Unde idola scelestorum ac nequissimorum hominum aut dæmonum sunt simulacra: nostræ autem, sanctorum et clarissimorum hominum, imagines.

VERS. 16, 17. *Os habent et non loquentur, oculos habent et non videbunt, aures habent et non audient.* Hæc verba pari modo illic etiam habentur.

Neque enim est spiritus in ore eorum. Reddit rationem Propheta, et docet, quomodo idola omnia sensibus careant. Et delectatur, dum in eorum accusatione atque reprehensione sermonem suum magis extendit.

D *Στόμα ἔχουσι, καὶ οὐ λαλήσουσιν, ὀφθαλμοὺς ἔχουσι, καὶ οὐκ ὄψονται, ὦτα ἔχουσι, καὶ οὐκ ἐνωτισθήσονται.* Εἶπε καὶ ταῦτα ἐκεῖ.

Οὐδὲ γάρ ἐστι πνεῦμα ἐν τῷ στόματι αὐτῶν. Τοῦτο αἰτία τῆς ἀναισθησίας· ἐμφιλοχωρεῖ δὲ τῇ κωμῳδίᾳ, ἐπιτείνων τὴν διαβολὴν αὐτῶν.

VERS. 18. *Similes fiant eis, qui faciunt ea, et omnes qui confidunt in eis.* Ibidem etiam hujuscemodi habentur verba.

Ὅμοιοι αὐτοῖς γένοιντο οἱ ποιοῦντες αὐτὰ, καὶ πάντες οἱ πεποιθότες ἐπ' αὐτοῖς. Ἐκεῖ καὶ ταῦτα ἐν τῷ ριγ' ψαλμῷ.

VERS. 19, 20. *Domus Israel benedicite Domino, domus Aaron benedicite Domino, domus Levi benedicite Domino: qui timetis Dominum benedicite Do-*

Οἶκος Ἰσραὴλ, εὐλογήσατε τὸν Κύριον· οἶκος Ἀαρὼν, εὐλογήσατε τὸν Κύριον· οἶκος Λευΐ, εὐλογήσατε τὸν Κύριον· οἱ φοβούμενοι τὸν Κύριον,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

εὐλογήσατε τὸν Κύριον. Ἐν ἐκείνῳ καὶ ταύτην ἐποιήσατο τὴν διαίρεσιν τῶν πραγμάτων. Καὶ ζήτησον τὴν ἐκεῖ ῥηθεῖσαν ἐξήγησιν· ἀλλ' ἐκεῖ μέν, *Ἤλπισε* γέγραπται, ἐνταῦθα δὲ, *Εὐλογήσατε*, διὰ τὰς δηλωθείσας εὐεργεσίας. Εἰπὼν δὲ τὸν Ἀαρὼν, ἀνέδραμεν εἰς τὸν φύλαρχον, καθολικώτερον καὶ φανερώτερον τὸν λόγον ποιῶν. A

Εὐλογητὸς Κύριος ἐκ Σιών. Εἴρηται καὶ ἐν τῷ ρκζ' ψαλμῷ.

Ὁ κατοικῶν Ἰερουσαλήμ. Ἐν τῷ ναῷ τῆς Ἰερουσαλήμ.

Ἀλληλούϊα.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΛΕ'.

Καὶ οὗτος ὁ ψαλμὸς τῷ πρὸ αὐτοῦ συνάδων, ὁμοίαν ἔχει τὴν ἐπιγραφήν. B

Ἐξομολογεῖσθε τῷ Κυρίῳ, ὅτι ἀγαθὸς, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. Εὐχαριστεῖτε αὐτῷ ὑπὲρ τῶν ὁμοίων εὐεργεσιῶν. Ἑρμηνεύεται δὲ οὗτος ὁ στίχος καὶ ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ ρε' ψαλμοῦ τρόπον ἕτερον, καὶ ἐν ὅλοις δὲ τοῖς ἑφεξῆς στίχοις ἀκροτελεύτιον τὸ, ὅτι *Εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ*, πρὸς ἐπίτασιν τοῦ ὕμνου τοῦ τοιούτου ἐλέους, ἢ καὶ πρὸς ἔκπληξιν.

Ἐξομολογεῖσθε τῷ Θεῷ τῶν θεῶν. Τῶν ψευδωνύμων· εἰ γὰρ καὶ ἠτιμωμένοι καὶ προσκεκρουκότες οἱ δαίμονες, ἀλλὰ δοῦλοι καὶ ὑποκύπτοντες ἐξ ἀνάγκης. C

Ἐξομολογεῖσθε τῷ Κυρίῳ τῶν κυρίων. Τῶν προσκαίρων κυρίων· ἢ προσκαίρως τῶν οὐκ ὄντως κυρίων· *Ὁ Βασιλεὺς γὰρ τῶν βασιλευόντων, καὶ Κύριος τῶν κυριευόντων.*

Τῷ ποιήσαντι θαυμάσια μεγάλα μόνῳ. Τὸ *Μόνῳ* πρὸς ἀντιδιαστολὴν κεῖται τῶν δαιμόνων. Κύριον γὰρ λέγει τὸν ἐν τρισὶ προσώποις ἕνα Θεόν.

Τῷ ποιήσαντι τοὺς οὐρανοὺς ἐν συνέσει. Ἐν σοφίᾳ· προσμαρτυρεῖ δὲ τῷ Θεῷ διὰ τῶν εἰρημένων D ἀγαθότητα, καὶ ἐλεημοσύνην, καὶ κυριότητα πάντων, καὶ δύναμιν, καὶ σοφίαν.

Τῷ στερεώσαντι τὴν γῆν ἐπὶ τῶν ὑδάτων. Εἴρηται καὶ ἐν τῷ κγ' ψαλμῷ· *Αὐτὸς ἐπὶ θαλασσῶν ἐθεμελίωσεν αὐτήν.* Καὶ ζήτει τὴν ἐκεῖ ἐξήγησιν.

Τῷ ποιήσαντι φῶτα μεγάλα μόνῳ, τὸν ἥλιον εἰς ἐξουσίαν τῆς ἡμέρας, τὴν σελήνην, καὶ τοὺς ἀστέρας, εἰς ἐξουσίαν τῆς νυκτός. Καὶ ἐποίησε, φησὶν, ὁ Θεὸς τοὺς δύο φωστῆρας τοὺς μεγάλους· τὸν φωστῆρα τὸν μέγαν εἰς ἀρχὰς τῆς ἡμέρας

mino. Illic etiam hujuscemodi ordinum divisionem fecit, ubi vide, quæ per nos in expositione dicta sunt. Quanquam ibi Propheta sperare jussit, hic autem benedicere, propter prædicta nimirum beneficia. Et cum Aaron meminerit, deinceps ad ipsius Leviticæ tribus principem patriarcham recurrit, ut sermonem suum clariorem redderet, et magis universalem.

VERS. 21. *Benedictus Dominus in Sion.* Dictum est in psalmo CXXVII.

Qui habitat in Jerusalem. Hoc est, in templo civitatis Jerusalem.

Alleluia.

PSALMUS CXXXV.

Hic psalmus multa proxime præcedenti consona habens, similem etiam sortitus est inscriptionem.

VERS. 1. *Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia ejus.* Gratias ei agite pro innumerabilibus beneficiis. Alio autem modo hunc versiculum exposuimus in principio psalmi CV. Apposuit etiam Propheta verba hæc: *Quoniam in sæculum misericordia ejus*, omnibus subsequentibus versiculis, ut majorem divinæ hujuscemodi misericordiæ laudem esse demonstraret, vel etiam ut lectorem in admirationem, ac stuporem divinæ majestatis adduceret.

VERS. 2. *Confitemini Deo deorum; quoniam*, etc. Falsorum scilicet deorum, vel deorum falsi nominis. Illorum etenim etiam Deus est. Nam etsi a Deo inhonorati sunt dæmones, ipsique Deo pariter adversentur, verumtamen et illius servi sunt, et voluntati ejus necessario succumbunt.

VERS. 3. *Confitemini Domino dominorum, quoniam*, etc. Dominorum dico hujus sæculi, qui ad modicum tempus tantum, et non perpetuo sunt domini; atque ideo vere domini non sunt, tametsi ita appellentur: *Rex* enim, inquit, *regnantium, et Dominus dominantium* [44].

VERS. 4. *Ei qui fecit mirabilia magna solus, quoniam*, etc. Solum dixit, ad idolorum distinctionem. Nam alioqui per Dominum eum intelligit, qui in tribus personis unus Deus est.

VERS. 5. *Ei qui fecit cœlos in intelligentia, quoniam*, etc. In sapientia nimirum. Per prædicta autem, summam Deo esse attestatur bonitatem, et misericordiam, rerumque omnium dominium cum summa potentia et sapientia ei adscribit.

VERS. 6. *Ei qui stabilivit terram super aquas, quoniam*, etc. In psalmo XXIII dixit etiam Propheta: *Ipse super maria fundavit eam.* Vide quæ illic dicta sunt.

VERS. 7-9. *Ei qui fecit luminaria magna solus, quoniam*, etc. *Solem in potestatem diei, quoniam*, etc. *Lunam et stellas in potestatem noctis, quoniam*, etc. — *Et fecit*, inquit, *Deus duo luminaria magna: luminare magnum in præfecturas diei,*

[44] Deut. x, 17; I Tim. VI, 15; Apoc. XIX, 16.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

et luminare minus, in præfecturas noctis : et posuit ea in firmamento cœli, ut lucerent super terram, et imperarent diei ac nocti [65].

A καὶ τὸν φωστῆρα τὸν ἐλάσσονα εἰς ἀρχὰς τῆς νυκτός· καὶ ἔθετο αὐτοὺς ἐν τῷ στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ, ὥστε φαίνειν ἐπὶ τῆς γῆς, ἄρχειν τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτός.

Vers. 11. *Ei qui percussit Ægyptum cum primogenitis eorum, quoniam*, etc. Ei dico, qui flagellis Ægyptum affecit.

Τῷ πατάξαντι Αἴγυπτον σὺν τοῖς πρωτοτόκοις αὐτῶν. Τῷ πλήξαντι Αἴγυπτον.

Vers. 11, 12. *Et eduxit Israel de medio eorum, quoniam*, etc., *in manu potenti et in brachio excelso, quoniam*, etc. Eorum scilicet Ægyptiorum. Per manum autem, et per brachium Dei, divinam intelligit potentiam. Magnæ autem potentiæ, prodigia illa fuerunt et signa, quæ in Ægypto facta sunt, magnæ etiam potentiæ quod captivum illinc populum eduxit.

Καὶ ἐξαγαγόντι τὸν Ἰσραὴλ ἐκ μέσου αὐτῶν ἐν χειρὶ κραταιᾷ καὶ ἐν βραχίονι ὑψηλῷ. Αὐτῶν δηλαδὴ τῶν Αἰγυπτίων. Χεῖρα δὲ καὶ βραχίονα, τὴν δύναμιν ὀνομάζει. Μεγάλης γὰρ δυνάμεως τὰ ἐν Αἰγύπτῳ σημεῖα, καὶ τέρατα, καὶ ἡ ἐκεῖθεν ἐξαγωγὴ τοῦ λαοῦ.

Vers. 13-15. *Ei qui divisit mare Rubrum in divisiones, quoniam*, etc., *et eduxit Israelem per medium ejus, quoniam*, etc., *et excussit Pharaonem et potentiam ejus in mari Rubro, quoniam*, etc. Per divisiones, aquarum sectiones intelligit. In duas etenim partes mare illud divisit, ut plane omnia traduntur in Exodo. Per excussionem vero projectionem et demersionem intelligit.

B *Τῷ καταδιελόντι τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν εἰς διαιρέσεις, καὶ διαγαγόντι τὸν Ἰσραὴλ διὰ μέσου αὐτῆς, καὶ ἐκτινάξαντι Φαραὼ καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῦ εἰς θάλασσαν Ἐρυθράν.* Διαιρέσεις λέγει, τὰ τμήματα, διχῇ γὰρ διεῖλεν αὐτήν· περὶ ὧν ἁπάντων ἡ τῆς Ἐξόδου βίβλος διδάσκει. Ἐκτίναξιν δὲ λέγει τὴν καταπόντισιν, τὴν ῥίψιν.

Vers. 16. *Ei qui transduxit populum suum in deserto, quoniam*, etc. Atque hoc etiam non minori admiratione dignum est, quam quod per medium mare Rubrum deducti sint. Multa etenim populo adversa in deserto, et dura contigerunt, fames scilicet ac sitis, terræ siccitas, atque ipso igne ardentiores soles radii, ferarum præterea innumerabilis multitudo, ac multa denique alia gravia incommoda, quæ omnia tamen illæsi atque tuti superaverunt. Prætermisit autem Propheta in discursu multa, quæ colligi posse ex Mosaicis libris putavit.

Τῷ διαγαγόντι τὸν λαὸν αὐτοῦ ἐν τῇ ἐρήμῳ. Καὶ τοῦτο γὰρ οὐκ ἔλαττον θαῦμα τοῦ διὰ μέσης τῆς Ἐρυθρᾶς διαγαγεῖν αὐτούς· πολλὰ γὰρ τὰ τρύχοντα ἐν τῇ ἐρήμῳ· λιμός, δίψα, αὐχμός, ἀκτὶς φλογωδεστέρα, θηρίων πλῆθος, καὶ μυρία τοιαῦτα, ὧν ἁπάντων τῆς βλάβης ἀνωτέρους αὐτοὺς διήγαγε. Παρατρέχει δὲ τὰ πολλά, παραχωρῶν ἐκλέγεσθαι C πάντα κατὰ σχολὴν ἀπὸ τῆς βίβλου Μωσέως.

Vers. 17-21. *Ei qui percussit reges magnos, quoniam*, etc., *et occidit reges fortes, quoniam*, etc. *Seon regem Amorrhæorum, quoniam*, etc. *Et Og regem Basan, quoniam*, etc. *Et dedit terram eorum hæreditatem, quoniam*, etc. *Hæreditatem Israel servo suo, quoniam*, etc. Hæc omnia etiam habuimus in superiori psalmo.

Τῷ πατάξαντι βασιλεῖς μεγάλους, καὶ ἀποκτείναντι βασιλεῖς κραταιούς, τὸν Σηὼν βασιλέα τῶν Ἀμορῥαίων, καὶ τὸν Ὼγ βασιλέα τῆς Βασάν, καὶ δόντι τὴν γῆν αὐτῶν κληρονομίαν Ἰσραὴλ δούλῳ αὐτοῦ. Εἴρηται ταῦτα καὶ ἐν τῷ προλαβόντι ψαλμῷ.

Vers. 22-24. *Quia in humilitate nostra memor fuit nostri Dominus, quoniam*, etc. *et redemit nos de inimicis nostris, quoniam*, etc. Nobis scilicet humiliatis, atque afflictis. *Videns* enim, inquit, *vidi afflictionem populi mei, qui est in Ægypto* [66]. D Illud vero animadverte, quomodo Propheta dixerit Deum memorem nostri fuisse, et redemisse nos, ipsum Judæorum genus universum sibi quodammodo vindicans, atque approprians, propter primos scilicet communes omnium progenitores. Deinde privata in Judæos beneficia omittens, ad universalem Dei providentiam convertitur, dicens ;

Ὅτι ἐν τῇ ταπεινώσει ἡμῶν, ἐμνήσθη ἡμῶν ὁ Κύριος· καὶ ἐλυτρώσατο ἡμᾶς ἐχθρῶν ἡμῶν. Ταπεινομένων ἡμῶν, ἤτοι κακοπαθούντων· *Ἰδὼν γὰρ*, φησὶν, *εἶδον τὴν κάκωσιν τοῦ λαοῦ μου, τοῦ ἐν Αἰγύπτῳ.* Ἡμῶν δὲ καὶ ἡμᾶς εἶπε τοὺς προγόνους, οἰκειούμενος τὰ ἐκ τοῦ γένους· εἶτα ἀφεὶς τὰς εἰς Ἰουδαίους εὐεργεσίας, ἐπὶ τὴν καθολικὴν ἔρχεται πρόνοιαν τοῦ Θεοῦ.

Vers. 25. *Qui dat escam omni carni, quoniam*, etc. Omni nimirum naturæ necessaria æque distribuens.

Ὁ διδοὺς τροφὴν πάσῃ σαρκί. Κατάλληλον ἑκάστῃ φύσει.

Vers. 26. *Confitemini Domino cœli, quoniam*, etc. Factori scilicet ac Domino cœli. Quod si cœli Dominus est, omnino etiam et terræ. Vel cœli Deum

Ἐξομολογεῖσθε τῷ Θεῷ τοῦ οὐρανοῦ. Τῷ Ποιητῇ καὶ Δεσπότῃ τοῦ οὐρανοῦ· εἰ δὲ τοῦ οὐρανοῦ, πάντως καὶ τῆς γῆς· ἢ τοῦ οὐρανοῦ εἶπεν, ὡς ἐπὶ

[65] Gen. I, 16-18. [66] Exod. III, 7.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

λεγομένου κατοικεῖν. Δυνάμεθα δὲ καὶ τὸν προλαβόντα ψαλμὸν καὶ τὸν παρόντα προαρμόσαι ἡμῖν καὶ προτρέπεσθαι ἀλλήλους εὐχαριστεῖν τῷ Θεῷ, τῷ ποικίλως εὐεργετήσαντι τὸν πάλαι λαὸν αὐτοῦ, καταβαλόντι τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ, καὶ ποιήσαντι τάδε καὶ τάδε. Εἰ δὲ καὶ ἀναγωγικώτερον ἐπιχειρολήμεν Ἰακὼβ μὲν καὶ Ἰσραὴλ ὀνομάζειν (34) τὸν ἐκλελεγμένον νέον λαόν, Αἴγυπτον δὲ τὴν ἀσέβειαν καὶ ἁμαρτίαν· σημεῖα δὲ καὶ τέρατα ἐν μέσῳ αὐτῆς, τὰ διὰ Χριστοῦ, καὶ τῶν ἀποστόλων καὶ λοιπῶν ἁγίων, γενόμενα· Φαραὼ δὲ, τὸν διάβολον· δούλους δὲ αὐτοὺς τοὺς δαίμονας, καὶ τοὺς λατρεύοντας αὐτοῖς· ἔθνη δὲ πολλὰ παταχθέντα, τὰ τῶν δαιμόνων· βασιλεῖς δὲ κραταιοὺς, τοὺς κυριωτέρους αὐτῶν ἢ καὶ ἡγεμονικωτέρους· Σηὼν δὲ καὶ Ὼγ αὐτὸν τὸν Σατανᾶν, καὶ τὸν μετ' ἐκεῖνον εὐθύς· βασιλεῖς δὲ Χαναὰν τὰς δυναστείας τῆς κακίας· γῆν δὲ αὐτῶν, δοθεῖσαν τῷ νέῳ Ἰσραὴλ, τὰς χώρας ὧν αὐτοὶ κυριεύσαντες ἀπηλλάχθησαν· οἶκον δὲ Ἰσραὴλ μὲν ἁπλῶς, τὸν σύμπαντα λαόν· Ἀαρὼν δὲ τοὺς ἱερεῖς· Λευῒ δὲ τοὺς διακόνους· φοβουμένους δὲ τὸν Κύριον τοὺς παρὰ τούτους ἐναρέτους· Σιὼν δὲ, τὴν Ἐκκλησίαν· πρωτότοκα δὲ Αἰγύπτου τὰ ἡδύτερα πάθη, ἢ τὰ περισπουδαστότερα τοῖς δαίμοσιν· Ἐρυθρὰν δὲ θάλασσαν, τὴν ἁλμυρίδα, καὶ πικρίαν τῶν ἀσεβῶν δογμάτων, ἣ τινι ἐναπολαμβανόμενοι οἱ ἄπιστοι ἀποπνίγονται· ἔρημον δὲ τὴν ἀκαρπίαν τῆς πλάνης, ἣν διερχόμενοι οἱ εὐσεβεῖς εἰς τὴν καρποφόρον ἀλήθειαν καταντῶσι· ταπείνωσιν δὲ ἡμῶν ὑπόληπτέον οὐ μόνον τὴν ἐκ πειρασμῶν, τὴν ἀκούσιον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐνάρετον, τὴν ἑκούσιον.

A dixit, quia illic fertur habitare. Possumus etiam tam præsentem quam proxime præcedentem psalmum nobis accommodare, et nos inter nos admonere atque exhortari ad agendas gratias Deo, qui variis beneficiis olim populum suum affecit, qui inimicos dissipavit, et omnia alia operatus est, quæ in superioribus dicta sunt. Quod si juxta anagogen expouere hæc voluerimus, prophetam dicemus per Jacob et per Israel, electum novum populum intelligere; per Ægyptum vero, impietatem et peccatum; per signa etiam ac prodigia, quæ in medio Ægypti facta sunt, ea intelligimus miracula, quæ per Christum, et per apostolos, ac reliquos sanctos effecta fuere. Similiter per Pharaonem et servos B ejus, ipsum dæmonem, ac omnes dæmonis cultores; per gentes etiam multas et per reges fortes, pari modo ipsos dæmones, atque illos magis privatim, qui inter eos majorem in alios potestatem habent; et per Seon et Og reges, ipsum Satanam, atque illum qui post eum statim inter omnes dæmones primus est; per regna quoque Chanaan, vitiorum tyrannides intellige; per terram vero eorum novo populo datam, regiones illas dices significari a quibus dæmones expulsi sunt, cum earum olim dominarentur; denique per domum Israel, universum fidelium populum; et per domum Aaron, ipsos sacerdotes; et per domum Levi, diaconos ac ministros; et per timentes Dominum, eos qui clariori quadam præditi sunt virtute; per Sion, Ecclesiam; et per Ægypti primogenita, voluptuosos C animi affectus, ac passiones eas quæ præ cæteris dæmoni magis placerent; per mare Rubrum, amaram impiorum dogmatum (ut ita dixerim) salsuginem, in qua infideles detenti veluti quodam aquarum profundo suffocantur; per desertum, infructuosam errorum sterilitatem, per quod tamen pii ac fideles, illæsi pertranseunt, et in fertilem atque uberem tandem veritatem deveniunt; et per humilitatem nostram, non illam tantum intelligere debemus, quæ per afflictiones atque calamitates efficitur, quæque involuntaria est, sed eam etiam quæ virtute constat, et est voluntaria.

Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.
ΨΑΛΜΟΣ ΡΛϚ'.

Προσώπῳ τῶν ἐν Βαβυλῶνι δορυαλώτων Λευιτῶν καὶ ψαλτῳδῶν οὗτος ὁ ψαλμός. Ἅμα μὲν προλέγων τὰ ἐκεῖ γενησόμενα τούτοις, ἅμα δὲ καὶ διδάσκων αὐτοὺς τοιαῦτα ποιεῖν τότε, καὶ εἰς οἶκτον οὕτως ἐπισπᾶσθαι τὸν Θεόν. Ἀνεπίγραφος δὲ παρ' Ἑβραίοις καὶ οὗτος.

Ἐπὶ τῶν ποταμῶν Βαβυλῶνος, ἐκεῖ ἐκαθίσαμεν, καὶ ἐκλαύσαμεν ἐν τῷ μνησθῆναι ἡμᾶς τῆς Σιών. Αἰχμάλωτοι ὄντες, ἔξω τειχῶν καὶ πόλεων ηὐλίζοντο· διὸ καὶ παρὰ τὰς ὄχθας τῶν ποταμῶν πολλάκις φοιτῶντες, ἡσυχῇ καὶ καθ' ἑαυτοὺς ἐθρήνουν. Ἐπεὶ γὰρ ἐν χερσὶ τὰ ἀγαθὰ ἔχοντες ἐξύβριζον, ἐξέπεσον αὐτῶν, ἵνα καταστῶσιν εἰς ἐπιθυμίαν αὐτῶν. Οὕτω γὰρ εἴωθεν ὁ Θεὸς τοὺς ἀνεπαισθήτους ἐπάγειν τοῖς ἁμαρτάνουσιν.

Psalmus ipsi David.
PSALMUS CXXXVI.

Hic psalmus ex sacerdotum Levitarum, et cantorum, qui in Babylone captivi fuerant, persona conscriptus est: ita tamen ut quæ futura erant, antea prædixerit. Nos etiam docet, in hujusmodi calamitatibus eadem agere, atque hoc pacto Deum ad misericordiam incitare. Est autem hic psalmus apud Hebræos sine inscriptione.

Vers. 1. *Super flumina Babylonis, illic sedimus, et flevimus, dum recordaremur tui, Sion.* Captivi enim cum essent Judæi in Babylone, extra civitatis mœnia commorabantur; atque ideo secus fluminum ripas sæpenumero incedentes, privatim inter sese, cum silentio lamentabantur. Consilio autem divino factum est, ut postquam bona illa despexissent Judæi, quæ habebant in manibus, inviti

Variæ lectiones.

(34) Repete δυνάμεθα, aut lege ὀνομάζει, nimirum propheta.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

deciderint ab eis, ut rursus ad eorum desiderium commoverentur. Hoc pacto enim solet Deus, ad sensum, atque ad cogitationem eos revocare, qui beneficia in se collata neglexerint, aut non cognoverint : dum illos nimirum a concessis donis permittit decidere.

A τους τῶν εὐεργεσιῶν εἰς συναίσθησιν αὐτῶν ἄγειν διὰ τῆς ἐκπτώσεως.

Vers. 2. *In salicibus in medio ejus suspendimus organa nostra.* In salicibus scilicet, quæ in illius regionis medio, secus fluminum ripas erant dispositæ. Per organa autem, musica illa instrumenta intelligit, cum quibus canere solebant cantica, veluti psalterium, citharam, aut alia hujusmodi. Attulerant enim ea instrumenta, ad concinendas divinas laudes, verum cum ea in salicibus suspendissent attoniti rursum, ac mœsti ea spectabant, atque occasionem illinc lamentationum magnam sumebant, repetentes memoria divinum cultum, et conversationem illam laude dignam, quam habuerant in Sion. Juxta anagogen, in salicibus expone, pro in otio. Per salices enim, quæ infructuosæ arbores sunt, cessationem a cantibus significavit.

Ἐπὶ ταῖς ἰτέαις ἐν μέσῳ αὐτῆς ἐκρεμάσαμεν τὰ ὄργανα ἡμῶν. Ἐπὶ ταῖς ἰτέαις, ταῖς κατὰ τὰς ὄχθας τῶν ποταμῶν, τῶν ἐν μέσῳ τῆς χώρας τῆς Βαβυλῶνος. Ὄργανα δὲ λέγουσι τὰ τῶν ᾠδῶν, οἷον, ψαλτήριον, κιθάραν, καὶ τὰ τοιαῦτα. Καὶ γὰρ ὑπεφέροντο ταῦτα πρὸς ὑπόμνησιν θεοσεβείας, καὶ πολιτείας ὑπομιμνησκόμενοι. Ἡ ἀναγωγικῶς, ἐπὶ τῇ ἀργίᾳ· διὰ γὰρ ὀλιγοκάρπων καὶ ἀκάρπων ἰτεῶν τὸ ἐν ᾠδαῖς ἄπρακτον ἐδήλωσεν.

Vers. 3. *Quia illic interrogaverunt nos, qui captivarunt nos, verba canticorum, et qui abduxerunt nos, hymnum.* Interrogaverunt nos, ut responderemus verba canticorum, præterea et hymnum ; hoc est, jusserunt nos canere, cupientes nimirum cantu nostro delectari, vel etiam irridere ea volentes, quæ nos divina ac veneranda esse ducebamus.

B *Ὅτι ἐκεῖ ἐπηρώτησαν ἡμᾶς οἱ αἰχμαλωτεύσαντες ἡμᾶς, λόγους ᾠδῶν, καὶ οἱ ἀπαγαγόντες ἡμᾶς, ὕμνον.* Ἐπηρώτησαν ἡμᾶς ἀποκριθῆναι ῥήματα ᾠδῶν, ἔτι δὲ καὶ ὕμνων· τουτέστιν, ἐκέλευσαν ᾄσαι, τερφθῆναι ἁπλῶς βουλόμενοι, ἢ καὶ διαγελᾶσαι τὰ σεμνὰ ἡμῶν.

Cantate nobis de canticis Sion. Dicebant scilicet.

Ἄσατε ἡμῖν ἐκ τῶν ᾠδῶν Σιών. Λέγοντες δηλονότι.

Vers. 4. *Quomodo cantabimus canticum Domini, in terra aliena?* Respondimus scilicet : Quomodo, inquam, cantabimus, divina lege id prohibente? Vide quemadmodum captivitas illos jam meliores reddidisset. Nam cum in propria civitate ac regione legem essent transgressi, modo in aliena eam observant. Per alienam etiam terram, quodcunque humanum cor potest intelligi, quod a cultu atque a religione Dei alienum sit. Et consona sunt huic dicto illa Domini verba : *Nolite sancta dare canibus, et margaritas nolite projicere ante porcos* [67].

Πῶς ᾄσομεν τὴν ᾠδὴν Κυρίου ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας; Ἀπεκρίθημεν δηλονότι· Πῶς ᾄσομεν τὴν ᾠδὴν, κωλύοντος ἡμᾶς τοῦ νόμου; Ὅρα πόσον ἐβελτίωσεν αὐτοὺς ἡ αἰχμαλωσία. Παραβαίνοντες γὰρ τὸν νόμον ἐπὶ τῆς ἰδίας γῆς, φυλάττουσιν αὐτὸν ἐπὶ τῆς ἀλλοτρίας· γῇ δὲ ἀλλοτρίᾳ καὶ πᾶσα καρδία ἀλλοτρία θεοσεβείας· ὡς συμβαῖνον ἐνταῦθα τὸ *Μὴ δῶτε τὰ ἅγια τοῖς κυσὶ, μηδὲ βίψητε τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων.*

Vers, 5. *Si oblitus fuero tui, Jerusalem, oblivioni detur dextera mea.* Hoc est, potentia, seu efficacia mea. Paralyticus, inquit, reddar, vel arescat manus mea, ita ut in ea nihil amplius sensus relinquatur.

Ἐὰν ἐπιλάθωμαί σου, Ἰερουσαλὴμ, ἐπιλησθείη ἡ δεξιά μου. Ἡ δύναμίς μου, ἡ ἐνέργειά μου· τουτέστι παραλυτικὸς γενοίμην· ἢ ξηρανθείη ἡ δεξιά μου, ὡς μὴ ἐπαισθάνεσθαί με αὐτῆς.

Vers. 6. *Adhæreat lingua mea gutturi meo, si non meminero tui.* Delineatur vox mea, atque impediatur : vel omnis a me operationis, et sermonis potentia auferatur. Horum enim alterum per dexteram, et alterum per linguam significavit. Hæc etiam a nobis dicenda sunt de superna Jerusalem. Vel per dexteram quidem, opera virtutis intelligit; per linguam vero, scientiæ contemplationem. Lingua etenim sermonem profert, et sermo scientiam et contemplationis sensus explicat. Per guttur etiam, gulæ affectus intelligere possumus hoc est, ciborum voluptatem. Oblivioni, inquit, detur omnis mea operandi potentia, atque hoc per ipsam ignaviam. Et omnis similiter contemplandi virtus, ciborum adhæreat voluptati, ita ut ad divinæ scientiæ delectationem, de cætero immobilis fiat, et in ea amplius non versetur.

Κολληθείη ἡ γλῶσσά μου τῷ λάρυγγί μου, ἐὰν μὴ σου μνησθῶ. Ἐπισχεθείη ἡ φωνή μου· ἤγουν ἀφαιρεθείην καὶ πρᾶξιν, καὶ λόγον, ὧν τὸ μὲν διὰ τῆς δεξιᾶς, τὸ δὲ διὰ τῆς γλώσσης ἐδήλωσε. Ταῦτα δὲ καὶ ἡμεῖς ὀφείλομεν λέγειν περὶ τῆς ἄνω Ἰερουσαλήμ. Ἡ δεξιὰν μὲν λέγει τὴν πρᾶξιν τῆς ἀρετῆς, γλῶσσαν δὲ, τὴν θεωρίαν τῆς γνώσεως. Ἡ μὲν γὰρ γλῶσσα λόγου σύμβολον, ὁ δὲ λόγος, θεωρίας καὶ γνώσεως, λάρυγγα δὲ, τὸ περὶ τὸν λαιμὸν πάθος, ἤτοι τὴν ἡδονήν. Ἐπιλησθείη μοι, φησὶν, ἡ πρακτικὴ μὲν ἐνέργεια τῇ ἀργίᾳ· ἡ δὲ θεωρητικὴ κολληθείη τῇ ἡδονῇ τῶν βρωμάτων, καὶ ἀκίνητος γένοιτο πρὸς τὴν ἡδονὴν τῶν θείων γνώσεων.

[67] Matth. VII, 6.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/ГР

Ἐὰν μὴ προανατάξωμαι τὴν Ἰερουσαλὴμ, ὡς ἐν ἀρχῇ τῆς εὐφροσύνης μου. Τάδε καὶ τάδε πάθοιμι, ἐὰν μὴ πρὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἀνατάξωμαι ἐν τῇ μνήμῃ μου τὴν Ἰερουσαλὴμ, ὡς ἐν ἀρχῇ οὖσαν τῆς οἱασδήποτε εὐφροσύνης μου· ὡς κεφάλαιον χαρᾶς μου, ὡς πρώτην ἡδονήν.

A *Si non proposuero ipsam Jerusalem, in principio lætitiæ meæ.* Hæc, inquit, atque illa patiar, si præ cæteris omnibus in mea memoria, ipsam Jerusalem non collocavero, tanquam illam, quæ inter omnes voluptates, ac delectationes meas, primum locum obtineat, et omnis meæ lætitiæ, ac gaudii præcipuum sit caput.

Μνήσθητι, Κύριε, τῶν υἱῶν Ἐδὼμ, τὴν ἡμέραν Ἰερουσαλὴμ, τῶν λεγόντων, Ἐκκενοῦτε, ἐκκενοῦτε, ἕως τῶν θεμελίων αὐτῆς. Υἱοὺς Ἐδὼμ μὲν λέγει τοὺς Ἀραβίους, οἱ συνεμάχησαν τοῖς Βαβυλωνίοις κατὰ τῆς Ἰερουσαλὴμ, καὶ κατασκαπτομένης, ἤπειγον τούτους κατασκάπτειν καὶ αὐτὰ τὰ θεμέλια. Μνήσθητι, φησὶν, αὐτῶν, εἰς ἀνταπόδοσιν. ὅτι δίκαια συγγενείας ἔχοντες, ἐγένοντο πικρότεροι τῶν πολεμίων, διὰ τὸν φθόνον. Εἰπὼν δὲ, Τῶν υἱῶν Ἐδὼμ, προσέθηκε Τὴν ἡμέραν Ἰερουσαλὴμ, τὴν ἡμέραν τῆς συμφορᾶς Ἰερουσαλήμ· ἀπὸ γενικῆς δὲ εἰς αἰτιατικὴν ἀδιαφόρως μεταβέβηκε. Ἢ τῶν υἱῶν Ἐδὼμ, τῶν κατὰ τὴν συμφορὰν τῆς πόλεως. Vel aliter : Memento filiorum Edom, qui uterque sensus elici ex his verbis; quia Græcæ κατά. Ita enim sæpenumero intelligitur, et in die Herosolymæ calamitatis.)

B Vers. 7. *Memento, Domine, filiorum Edom, diem Jerusalem, dicentium : Evacuate, evacuate usque ad fundamenta ejus.* Filios Edom Arabes appellat : qui una cum Babyloniis pugnaverant adversus Judæos, et Jerusalem : qui etiam cum ea civitas everteretur, ipsos urgebant eversores, ut usque ad fundamenta everterent. Memento, inquit, eorum ut condigna eorum meritis retribuas supplicia, eo quod cognati nostri erant, et nihilominus ob invidiam, cæteris omnibus inimicis sæviores, in nos fuerunt. Et cum dixerit : *Filiorum Edom*, addidit : *Diem Jerusalem :* hoc est, diem Hierosolymæ calamitatis. A secundo autem casu indifferenter ad quartum pertransit. Vel aliter : Memento filiorum Edom, qui fuerunt in die calamitatis Jerusalem. (Potest enim orationi in quarto casu subintelligi potest dictio efficitur quem diximus : In die Jerusalem, hoc est.

Θυγάτηρ Βαβυλῶνος ἡ ταλαίπωρος. Ὥσπερ υἱὸν ἀνθρώπου τὸν ἄνθρωπον σύνηθες Ἑβραίοις ὀνομάζειν, οὕτω καὶ θυγατέρα Βαβυλῶνος τὴν Βαβυλῶνα. Ὦ ἡ θυγάτηρ Βαβυλῶνος ἡ ταλαίπωρος· ὦ Βαβυλὼν ἀθλία διὰ τὰ συμβησόμενά σοι δεινά. Προαγορεύει δὲ καὶ ταύτης τὸν ὄλεθρον.

Vers. 8. *Filia Babylonis misera.* Quemadmodum Hebræis mos est, filium hominis, hominem appellare, ita et filiam Babylonis, Propheta ipsam Babylonem appellat : O filia, inquit, Babylonis misera : ob ea nimirum quæ tibi contingent. Prædicit enim futuram illius civitatis ruinam.

Μακάριος ὃς ἀνταποδώσει σοι τὸ ἀνταπόδομά σου, ὃ ἀνταπέδωκας ἡμῖν. Ταῦτα ῥήματα τοῦ λαοῦ, σφόδρα γλισχομένου τῆς καταστροφῆς τῶν ἐχθρῶν· Ἀνταπόδομα δὲ ὃ ἀνταπέδωκας ἡμῖν, ἀντὶ τοῦ Τὴν ἀνταπόδοσιν, ἤτοι κάκωσιν, ἣν ἀπέδωκας ἡμῖν· περιττῆς κειμένης τῆς προθέσεως περὶ τούτων, ὡς καὶ ἐν ἄλλοις εἰρήκαμεν.

Beatus qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuisti nobis. Verba hæc ex persona populi dicta sunt, inimicorum eversionem appetentis. *Retributionem* vero *quam retribuisti*, dixit, pro *afflictionem quam dedisti :* ita ut præpositiones illæ hoc in loco superfluæ sint, quemadmodum et alibi diximus.

Μακάριος ὃς κρατήσει, καὶ ἐδαφιεῖ τὰ νήπιά σου πρὸς τὴν πέτραν. Μέχρι τῆς ἀώρου ἡλικίας ἐκτείνουσιν τὴν ὀργὴν, μακαρίζοντες τὸν καὶ τοῖς νηπίοις αὐτοῖς ἀπανθρώπως καὶ ὠμῶς χρώμενον. Ἀλλ' οὐ τὰ ἡμέτερα τοιαῦτα τῶν πράου καὶ φιλανθρώπου Κυρίου μαθητῶν καὶ ἀγαπᾷν μάλιστα τοὺς ἐχθροὺς, καὶ περιέπειν αὐτοὺς κελεύοντος. Ἀλλ' ἀνακτέον ἤδη καὶ ὅσα τοῦ ψαλμοῦ εὐμεταχείριστα πρὸς ἀναγωγήν. Υἱοὺς Ἐδὼμ νοήσεις τοὺς δαίμονας, ἐγκελευομένους ἀλλήλοις ἐκκενοῦν τὸν πλοῦτον τῆς ψυχῆς ἕως ἐσχάτου· ταύτην γὰρ Ἰερουσαλὴμ ἡγητέον· Βαβυλὼν δὲ ταλαίπωρος ἡ ἀσέβεια, ἡ ταλαιπωρήσασα καταδυναστευσάσης ἤδη τῆς εὐσεβείας, ἣν ὁ καθελὼν μακάριος· νήπια δὲ αὐτῆς, οἱ ἀρτιγέννητοι ἐμπαθεῖς λογισμοί· καὶ οἱ νηπιώδεις, καὶ ἀνόητοι, ὧν ὁ κυριεύων, καὶ προσαράσσων αὐτοὺς τῇ πέτρᾳ τῆς πίστεως (ἡ δὲ πέτρα ἦν, φησὶν, ὁ Χριστὸς) καὶ οὕτω διαφθείρων μακάριος. erit. Per parvulos etiam ejus, cogitationes affectuum etiam ac fatuæ, quas qui opprimit, et allidit ad

Vers. 9. *Beatus, qui tenebit, et allidet parvulos tuos ad petram.* Iram suam populus ad immaturam etiam ætatem extendit, beatos eos dicens, qui vel ipsos Babyloniorum infantes, cum sævitia crudeliter occiderint. Verum non hujuscemodi sunt nostra fidelium vota, qui discipuli sumus mitissimi ac misericordis Domini, qui vel ipsos etiam inimicos diligi jussit et eorum curam haberi, sed ad anagogicum sensum reducenda sunt, quacunque recte accommodari possunt. Per filios igitur Edom, dæmones intellige, qui mutuo sese, fidelis cujuscunque animæ divitias, ad extremum usque fundamentum evacuare jubent. Per Jerusalem etenim, unamquamque hujuscemodi fidelem animam intelligimus significari. Per miseram vero Babylonem, ipsam impietatem miseria atque ærumnis circumdatam, veluti a pietate superatam, ac demum oppressam. Hanc etenim impietatem quisquis destruxerit, beatus plenas ac nuper exortas intellige : vel pueriles fidem, hoc est ad Christum, beatitudinem hanc

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

consequetur. (*Petra* etenim inquit, *erat Christus* [68].) Quicunque igitur eas, ut diximus, ad Christum aliserit, atque hoc pacto perdiderit, beatus erit.

Psalmus ipsi David. A Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

PSALMUS CXXXVII. ΨΑΛΜΟΣ ΡΛΖ'.

Vers. 1. *Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo.* Eadem verba habentur in principio psalmi noni, ubi exposita sunt.

Ἐξομολογήσομαί σοι, Κύριε, ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου. Εἴρηται τοῦτο, καὶ ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ θ' ψαλμοῦ.

Et in conspectu angelorum psallam tibi. Coram angelis, inquit, psallam tibi, hoc est, Ego inferius in terra, canam tibi simul cum angelis, quorum proprium ac peculiare opus est, ut te laudent. Vel per angelos sacerdotes intelligit; solet enim Scriptura aliquando sacerdotes angelos appellare, atque etiam deos: *Labia* enim, inquit, *sacerdotis custodient judicium, et ex ore ejus exquirent justitiam, quia angelus Domini omnipotentis est* [69]. Iterum alibi: *Diis non maledices, et principi populi tui non dices male* [70]. Coram, inquit, sacerdotibus canam tibi cantica in gratiarum actiones.

Καὶ ἐναντίον ἀγγέλων ψαλῶ σοι. Ἐνώπιον ἀγγέλων, ἤγουν μετ' ἀγγέλων, ἄσω σοι κάτωθεν, ὃν ἔργον ὑμνεῖν σε. Ἢ ἀγγέλους λέγει, τοὺς ἱερεῖς· εἰώθε γὰρ ἡ Γραφὴ καὶ ἀγγέλους καλεῖν τοὺς ἱερεῖς, καὶ θεούς· νῦν μὲν λέγουσα· *Χείλη ἱερέων φυλάξεται κρίσιν, καὶ ἐκ στόματος αὐτοῦ ζητήσουσι δικαιοσύνην, ὅτι ἄγγελος Κυρίου παντοκράτορός ἐστι.* Νῦν δὲ, *Θεοὺς οὐ κακολογήσεις, καὶ ἄρχοντας τοῦ λαοῦ σου οὐκ ἐρεῖς κακῶς.* Ἐνώπιον, φησὶ, τῶν ἱερέων, ἄσω σοι εὐχαριστήρια.

Quoniam audisti omnia verba oris mei. Quoniam B omnes preces meas exaudisti, quæ decenter tibi factæ sunt.

Ὅτι ἤκουσας πάντα τὰ ῥήματα τοῦ στόματός μου. Ὅτι ἐπήκουσας πάσης δεήσεώς μου κατὰ τὸ πρέπον γενομένης.

Vers. 2. *Adorabo ad templum sanctum tuum.* Reddam tibi gratiarum actiones.

Προσκυνήσω πρὸς ναὸν ἅγιόν σου. Ἀποδώσω τὰ εὐχαριστήρια.

Confitebor nomini tuo super misericordia tua, et veritate tua. Et gratias tibi agam, quia misertus es mei, et vere misertus es, ut alibi diximus: vel quia vere omnia adimplevisti, quæ mihi es pollicitus.

Καὶ ἐξομολογήσομαι τῷ ὀνόματί σου, ἐπὶ τῷ ἐλέει σου, καὶ τῇ ἀληθείᾳ σου. Καὶ εὐχαριστήσω ὅτι ἠλέησάς με· καὶ ἀληθῶς ἠλέησας, ὡς καὶ ἐν ἄλλοις εἰρήκαμεν· ἢ καὶ ὅτι ἃ ὑπέσχου μοι, ἠλήθευσας.

Quoniam magnificasti in omne nomen sanctum tuum. Quoniam sanctum nomen tuum, mirabile esse fecisti in omne opus, vel in omne tempus. Subaudienda enim est aliqua ejusmodi dictio. Omnia enim quæcunque fecisti, nominis tui magnificentiam prædicant. Alius vero interpres reddidit: C *Quia magnificasti super omne* (et tunc, alio etiam modo intelligi potest, ut ordo, ac sensus sit: Quia magnificasti sanctum tuum super omne nomen).

Ὅτι ἐμεγάλυνας ἐπὶ πᾶν τὸ ὄνομα τὸ ἅγιόν σου. Καὶ ὅτι ἐθαυμάστωσας εἰς πᾶν ἔργον· ἢ ἐν παντὶ τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον· πάντα γὰρ ὅσα ἐποίησας, κηρύττουσι τὴν μεγαλοσύνην τοῦ ὀνόματός σου. Ἕτερος δὲ ἑρμηνευτὴς ἐξέδωκεν, Ὅτι ἐμεγάλυνας, ὑπὲρ πᾶν.

Vers. 3. *In quacunque die invocavero te, velociter exaudi me.* Eadem hæc verba habentur in psalmo CVIII.

Ἐν ᾗ ἂν ἡμέρᾳ ἐπικαλέσωμαί σε, ταχὺ ἐπάκουσόν μου. Εἶπε τοῦτο, καὶ ἐν τῷ ρη'-ψαλμῷ.

Magnipendes me in anima mea potentia tua. Hoc est, te animæ meæ non mediocrem rationem habebis; quinimo magnæ illa tibi erit curæ, præsertim cum hoc facere possis. Vel aliter: Tu, inquit, potentia tua animam meam extolles, hoc est, exaltabis, et facies eam calamitates atque ærumnas omnes superare. (Verbum autem *magnipendes*, pro quo in Græco hic habetur, πολυωρύσεις, idem significat, quod *rationem habere*, seu *magnificare*: quemadmodum et Græcum verbum, ὀλιγωρέω idem significat quod *parvipendo*, aut *negligo*,) ut diximus in fine psalmi XI, ibi: *Secundum altitudinem tuam magnipendisti filios hominum.*

Πολυωρήσεις με ἐν ψυχῇ μου, δυνάμει σου. Πολλῆς ἐπιμελείας ἀξιώσεις με κατὰ ψυχήν, ὡς δυνάμενος τοῦτο ποιῆσαι. Ἢ ἐν τῇ δυνάμει σου ἐπιπολὺ ἀρεῖς με κατὰ ψυχήν, τουτέστιν ὑψώσεις τὴν ψυχήν μου· ὑπὲρ ἄνω ποιήσεις τῶν θλίψεων. Εἴρηκε δὲ καὶ ἐν τῷ τέλει τοῦ ια' ψαλμοῦ, *Κατὰ τὸ ὕψος, σου, ἐπολύωρησας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων.*

Vers. 4. *Confiteantur tibi, Domine, omnes reges terræ.* Omnes nimirum pii, ac fideles. Deinde causam addidit, ob quam eos jubeat gratias agere. D

Ἐξομολογησάσθωσάν σοι, Κύριε, πάντες οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς. Οἱ εὐσεβεῖς· εἶτα ἡ αἰτία, δι' ἣν εὐχαριστεῖν κελεύονται.

Quia audierunt omnia verba oris mei. Verba, inquit, oris mei per legem dicta, per prophetas,

Ὅτι ἤκουσαν πάντα τὰ ῥήματα τοῦ στόματός μου. Τὰ διὰ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν τὰ διὰ

[68] I Cor. x, 4. [69] Malach. II, 7. [70] Exod. XXII, 28.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τοῦ Εὐαγγελίου καὶ τῶν ἀποστόλων. Οὐ τοσοῦτον γὰρ διὰ τὰς ἄλλας εὐχαριστίας ὀφείλουσιν εὐχαριστεῖν, ὅσον διὰ τοῦτο, καὶ γὰρ ἐντεῦθεν ἡ εὐσέβεια, καὶ ὁ ἐνάρετος βίος· καὶ τοῦτο ἡ ἀληθὴς εὐεργεσία τῆς ψυχῆς.

per Evangelium, per apostolos. Neque enim ita debemus ob reliqua a Deo accepta beneficia, ei gratias agere, quantum ob hoc spirituale divinorum eloquiorum donum, unde omnis defluxit pietas, et religio, et omnis denique vita, virtute prædita : quod verissimum est animæ beneficium.

Καὶ ᾄσάτωσαν ἐν ταῖς ᾠδαῖς Κυρίου. Ἀσάτωσάν σοι, διὰ τῶν ᾠδῶν, τῶν εἰς σὲ πεποιημένων· ᾠδαὶ γὰρ Κυρίου, αἱ παρὰ Μωσέως πεποιημέναι, καὶ αἱ παρὰ Δαβίδ. Εἶεν δ' ἂν ᾠδαὶ, καὶ αἱ ἁπλῶς ὑμνολογίαι Θεοῦ.

VERS. 5. *Et cantent in canticis Domini.* Cantent, inquit, tibi cantica quæ in laudem tuam sunt composita. Cantica enim Domini omnia esse dicuntur, quæ tam a Moyse quam a beato David conscripta fuerunt. Possunt etiam cantica Domini appellari omnes laudationes in Deum.

Ὅτι μεγάλη ἡ δόξα Κυρίου. Ἡ περὶ Θεοῦ ὑπόληψις μεγάλη· μέγαν αὐτὸν ὑπολαμβανόντων πάντων, ὅσοις αἴσθησις τῶν εὐεργεσιῶν αὐτοῦ. Ἢ, Πολλὴ ἡ δόξα αὐτοῦ· *Πλήρης* γὰρ, φησὶν, *ὁ οὐρανὸς, καὶ ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ*, δοξαζόντων αὐτὸν καὶ ἀγγέλων, καὶ ἀνθρώπων.

Quoniam magna est gloria Domini. (In Græco pro *gloria*, δόξα legimus : quæ dictio non gloriam tantum sed opinionem etiam significat.) Magna est, inquit, opinio illa, quæ habetur de Deo, eo quod magnum eum esse opinantur, qui illius beneficia cognoverunt. Vel : Magna est gloria ejus, juxta quod scriptum est : *Plenum est cœlum, et terra gloria ejus* [71] ; cum homines una, atque angeli eum glorificent.

Ὅτι ὑψηλὸς Κύριος, καὶ τὰ ταπεινὰ ἐφορᾷ. Ὅμοιον τοῦτο τῷ, *Ἐν ὑψηλοῖς κατοικῶν, καὶ τὰ ταπεινὰ ἐφορῶν*, ἐν τῷ ριβ' ψαλμῷ. Ἡ Ὑψηλὸς μὲν τὴν φύσιν· τὰ ταπεινὰ δὲ ἐφορῶν, ὡς καὶ τῆς γῆς προνοούμενος, καὶ μέχρι τῶν εὐτελεστάτων ἐκτείνων τὴν πρόνοιαν. Ἢ καὶ τοὺς ταπεινόφρονας ἐφορῶν καὶ φυλάττων αὐτούς.

VERS. 6. *Quoniam excelsus Dominus, et humilia respicit.* Simile est hoc illis verbis : *Qui in altis habitat, et humilia respicit in cœlo atque in terra*, quemadmodum habetur in psalmo CXII. Vel, Natura quidem excelsus est, humilia autem respicit, veluti, qui et terræ providentiam habet, et ad humiles ac tenues res providentiam etiam suam extendit. Vel : Qui humiles corde respicit, atque custodit.

Καὶ τὰ ὑψηλὰ ἀπὸ μακρόθεν γινώσκει. Τὰ μὲν γὰρ ταπεινὰ τῶν πράξεων, καὶ ἀνάξια τοῦ ὕψους αὐτοῦ, οὐδὲ ἐκ τοῦ σύνεγγυς ἀνέχεται ὁρᾷν· *Οὐκ οἶδα*, φησὶ, γὰρ *ὑμᾶς*. Τὰ δὲ ὑψηλὰ, καὶ ἄξια καὶ πόρρωθεν οἶδε· *Γινώσκει* γὰρ, φησὶν, *ὁδὸν δικαίων*. Ἐμφαντικὸν δὲ τοῦτο τῆς πολλῆς ἐπὶ τούτοις ἀρεσκείας αὐτοῦ. Ἢ περὶ προγνώσεως ὁ λόγος, ὅτι πόρρωθεν καὶ πρὸ τοῦ γενέσθαι οἶδεν αὐτά.

Et alta a longe cognoscit. Humiles siquidem actiones et divina celsitudine indignas, neque etiam cum prope est, videre, aut tueri sustinet Deus, juxta quod scriptum est, ex Dei persona, ad impios dictum esse : *Non novi vos* [72]. Alta vero ac sublimia quæcunque, et divinitate ejus digna, etiam a longe pervidet : *Novit* enim, inquit, *Dominus viam justorum* [73]. His autem verbis multa Dei benignitas demonstratur. Vel de divina præscientia sermo est, quod Dominus scilicet omnia novit etiam antequam fiant [74].

Ἐὰν πορευθῶ ἐν μέσῳ θλίψεως, ζήσεις με. Πειρασμοῖς ἐμπεσόντα, διασώσεις· κινδύνοις ἐναπειλημμένον ζωογονήσεις.

VERS. 7. *Si ambulavero in medio tribulationis, vivificabis me.* Me, inquit, in miserias atque ærumnas ruentem servabis, atque in periculis constitutum eripies, et vivificabis.

Ἐπ' ὀργὴν ἐχθρῶν μου ἐξέτεινας χεῖράς σου. Ἐπὶ τὴν μανίαν καὶ λύτταν αὐτῶν ἐξέτεινας τὴν χεῖρά σου, καὶ κατέσβεσας αὐτήν.

In iram inimicorum meorum extendisti manus tuas. Extendisti manus tuas ad furorem, et rabiem eorum, atque hoc pacto eam exstinxisti.

Καὶ ἔσωσέ με ἡ δεξιά σου. Ἡ δύναμίς σου.

Et salvum me fecit dextera tua. Tua potentia.

Κύριος ἀνταποδώσει ὑπὲρ ἐμοῦ. Ἀνταποδώσει τοῖς ἐχθροῖς μου· *Ἐμοὶ* γὰρ, φησὶν, *ἐκδίκησις, ἐγὼ ἀνταποδώσω.*

VERS. 8. *Dominus retribuet pro me.* Inimicis meis scilicet : *Mihi* enim, inquit, *vindictam, et ego retribuam* [75].

Κύριε, τὸ ἔλεός σου εἰς τὸν αἰῶνα. Ὅμοιον τοῦτο τῷ, *Ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ*, πολλάκις ῥηθέντι.

Domine, misericordia tua in sæculum. Similia sunt verba illa : *Quoniam in sæculum misericordia ejus.*

Τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου μὴ παρίδῃς. Καὶ ἐλεήμων, φησὶν, εἶ καὶ δημιουργός· δι' ἀμφοτέρων οὖν,

Opera manuum tuarum ne despicias. Tu misericors es, inquit, tu opifex. Utraque igitur de causa ben-

[71] Isa. VI, 3. [72] Matth. VII, 23. [73] Psal. I, 6. [74] Dan. XIII. 42. [75] Deut. XXXII, 35 ; Hebr. X, 30.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

gne ac studiose respice ad nos, ne despicias nos dura oppressos tyrannide, ac jamjam perituros. Vel : Non despicias nos rogantes atque invocantes te.

A ἐπίβλεψον ἐφ' ἡμᾶς εὐμενὲς καὶ κηδεμονικὸν, καὶ μὴ παρίδῃς τυραννουμένους, καὶ ἀπολλυμένους· ἢ καὶ δεομένους, καὶ ἐπικαλουμένους σε.

Psalmus ipsi David.

PSALMUS CXXXVIII.

Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΛΗ'.

Vers. 1. *Domine, probasti me, et cognovisti me.* Probasti me, inquit, tentationum, atque calamitatum probatione. Nec tamen hoc dicit beatus David, quasi ante hanc probationem Deus eum ignoraret. Novit etenim Deus omnia, etiam antequam fiant [76]. Sed probasti, inquit, ut ab iis qui me probatum esse ignorabant, cognoscerer, atque ut exsisterem eis in exemplum fortitudinis : et cognovisti me exactissime, qualis sum. *Vel probasti*, et *Cognovisti*, pro Diligenter nosti. Nam et Apostolus dicens, B quod *Deus scrutatur corda* [77], non significare voluit Deum ignorasse aliquando, antequam scrutaretur, sed exactissime atque apertissime illum omnia nosse.

Κύριε, ἐδοκίμασάς με, καὶ ἔγνως με. Ἐδοκίμασάς με τῷ δοκιμίῳ τῶν πειρασμῶν, οὐχ ὡς ἀγνοῶν με πρὸ πείρας· πῶς γὰρ, ὁ πάντα εἰδὼς πρὶν γενέσεως αὐτῶν; ἀλλ' ἵνα γνωσθῶ τοῖς ἀγνοοῦσί με δόκιμος, καὶ γένωμαι τούτοις καρτερίας ὑπόδειγμα· καὶ ἔγνως με πρὸς ἀκρίβειαν, οἷός εἰμι· ἤ, Ἐδοκίμασας, καὶ Ἔγνως με, ἀντὶ Ἀκριβῶς οἶδάς με. Καὶ ὁ Ἀπόστολος γὰρ, λέγων ὅτι ἐρευνᾷ τὰς καρδίας, οὐκ ἄγνοιαν ἐμφαίνει πρὸ τῆς ἐρεύνης, ἀλλ' ἀκριβῆ γνῶσιν, καὶ σαφῆ.

Vers. 2. *Tu cognovisti cathedram meam, et surrectionem meam.* Hoc est, vitam meam universam. In his etenim humana vita consistit, in quiete nimirum atque in motu, in otio atque in negotio, in requie et in operatione.

Σὺ ἔγνως τὴν καθέδραν μου, καὶ τὴν ἔγερσίν μου. Τουτέστι, τὸν βίον μου· ἐν τούτοις γὰρ ὁ βίος, ἐν ἡρεμίᾳ, καὶ κινήσει, ἐν σχολῇ, καὶ ἀσχολίᾳ, ἐν ἡσυχίᾳ καὶ ἐνεργείᾳ.

Vers. 3. *Tu intellexisti cogitationes meas de longe.* Ne quis fortasse Deum suspicaretur per experientiam ac probationem hominum animos cognoscere, sermonem suum castigavit. Nam qui humanas cogitationes novit, ante earum motum ; imo vero qui multo tempore antea eas prævidit, nulla profecto experientia, aut probatione indigere putandus C est.

Σὺ συνῆκας τοὺς διαλογισμούς μου ἀπὸ μακρόθεν. Ἵνα μή τις ὑπολάβοι αὐτὸν δοκιμάζοντα γινώσκειν, ἐθεράπευσε τὸν λόγον. Ὁ γὰρ τοὺς διαλογισμοὺς εἰδὼς, καὶ τούτους πρὸ τοῦ κινηθῆναι αὐτοὺς, μᾶλλον δὲ πρὸ πολλοῦ χρόνου, πῶς ἂν δεηθείη δοκιμασίας ;

Semitam meam, et funiculum meum investigasti. Omnem vitæ meæ rationem, ac modum, tu perscrutatus es, quantum scilicet vitæ tempus præcesserit, et quantum sit reliquum. Funis autem apud Ægyptios atque apud Persas itineris mensura est, et idem fere, quod apud nos dicitur stadium. Verba autem Probasti et Investigasti, in Deo veram et certam scientiam, et cognitionem denotant.

Τὴν τρίβον μου καὶ τὴν σχοῖνόν μου σὺ ἐξιχνίασας. Τὴν ὁδὸν τοῦ βίου μου πᾶσαν, καὶ τὸ μέτρον αὐτῆς, ὅσον μὲν προέβη, ὅσον δὲ λείπεται, σὺ λίαν ἐπίστασαι. Σχοῖνος γὰρ μέτρος ὁδοῦ παρ' Αἰγυπτίοις καὶ Πέρσαις. Ὃ γάρ ἐστι παρ' ἡμῖν τὸ στάδιον, τοῦτο παρ' ἐκείνοις, ἡ σχοῖνος. Τὸ δὲ Ἐδοκίμασας καὶ ἐξιχνίασας ἐπὶ Θεοῦ τὴν ἀσφαλῆ γνῶσιν ἐμφαίνουσι.

Vers. 4. *Et omnes vias meas prævidisti.* Actiones meas omnes, bonas et malas. Et non dixit, Vidisti, sed *Prævidisti*, antequam scilicet fierent.

Καὶ πάσας τὰς ὁδούς μου προεῖδες. Πάσας τὰς πράξεις μου, τὰς ἀγαθὰς καὶ τὰς πονηράς. Οὐκ εἶπεν ὅτι *Εἶδες*, ἀλλ' ὅτι *Προεῖδες* πρὸ τοῦ γενέσθαι αὐτάς.

Quod non est dolus in lingua mea. Hoc quoque simul cum cæteris omnibus bene nosti, quod in D sermonibus meis nullum vitium est, nulla perversitas, nullum scelus. Deinde magis universaliter dicit:

Ὅτι οὐκ ἔστι δόλος ἐν γλώσσῃ μου. Ἔγνως καὶ τοῦτο, μετὰ τῶν ἄλλων, ὅτι οὐκ ἔστι κακία ἐν τοῖς λόγοις μου, οὐκ ἔστι πανουργία ἢ σκολιότης· εἶτα λέγει καθολικωτέρως·

Vers. 5. *Ecce tu, Domine, cognovisti omnia, novissima, et antiqua.* Ultima et prima, hoc est, omnia prorsus : et nihil cognitionem tuam effugit. Nosti omnia, quæ futura sunt, et quæ fuerunt.

Ἰδοὺ, Κύριος, σὺ ἔγνως πάντα τὰ ἔσχατα, καὶ τὰ ἀρχαῖα. Τὰ τελευταῖα, καὶ τὰ πρῶτα, τουτέστι σύμπαντα, συλλήβδην, καὶ οὐδὲν διέφυγε τὴν σὴν γνῶσιν· ἔγνως, φησὶ, πάντα τὰ γενησόμενα, τάτε γεγονότα.

Tu formasti me, et posuisti super me manum tuam. Non solum formasti, sed conservas etiam, et tueris, ita ut alterum quidem ad creationem, alterum vero ad providentiam pertineat.

Σὺ ἔπλασάς με, καὶ ἔθηκας ἐπ' ἐμὲ τὴν χεῖρά σου. Οὐ μόνον ἔπλασας, ἀλλὰ καὶ διακρατεῖς, καὶ σκέπεις, ὡς εἶναι τὸ μὲν τῆς δημιουργίας, τὸ δὲ τῆς προνοίας δηλωτικόν.

[76] Dan. xiii, 42. [77] Rom. viii, 27.

Digitized by Google Распознавание текста

Ἐθαυμαστώθη ἡ γνῶσις σου ἐξ ἐμοῦ. Τὸ γνῶναί σε, ἐμεγαλύνθη ὑπὲρ ἐμέ· οὕτω γὰρ ἕτερος ἑρμηνεὺς ἐξέδωκεν· ὑπὲρ τὴν ἐμὴν γέγονε κατάληψιν. Ὅ καὶ διὰ τοῦ ἑφεξῆς ἐσαφήνισε στίχου, λέγων·

Ἐκραταιώθη, οὐ μὴ δύνωμαι πρὸς αὐτήν. Ἰσχυροτέρα γέγονεν, ἢ ὥστε καταληφθῆναι τοῖς ἐμοῖς λογισμοῖς· οὐ μὴ ἰσχύσω πρὸς αὐτὴν, ὥστε περιδράξασθαι αὐτῆς. Γνῶσιν δὲ λέγει, τὴν κατὰ φύσιν, ὅτι μὲν γάρ ἐστιν, ἴσμεν· τὸ δὲ τί τὴν οὐσίαν, ἀγνοοῦμεν· ἀλλὰ καὶ ὅτι μὲν πανταχοῦ ἐστι, γινώσκομεν. Τὸ δὲ πῶς, οὐκ ἴσμεν, καὶ ὅτι μὲν ἀγαθὸς, καὶ φιλάνθρωπος, καὶ σοφὸς, καὶ συνετὸς, καὶ τὰ τοιαῦτα, οἴδαμεν. Τὸ δὲ πόσον, οὐκ οἴδαμεν. Τούτῳ δὲ συνᾴδει καὶ ὁ Ἐκκλησιαστὴς λέγων· Εἶπα· Σοφισθήσομαι, καὶ αὕτη ἐμακρύνθη ἀπ' ἐμοῦ, ὑπὲρ ὃ ἦν· καὶ βαθὺ βάθος, τίς εὑρήσει αὐτήν; καὶ ὁ Παῦλος δέ φησιν, Ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας, καὶ γνώσεως Θεοῦ· ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ. Τινὲς δὲ, καὶ οὕτω νενοήκασιν· ἐθαυμαστώθη ἡ σοφία σου ἐκ τῆς ἐμῆς διαπλάσεως, ἐκ τῆς ἐμῆς κατασκευῆς ἐκραταιώθη, οὐ μὴ δύνωμαι πρὸς αὐτὴν, ὥστε ὑμνῆσαι αὐτὴν ἀξίως. Ἀλλ' εἰ μὴ οἶδας αὐτὴν ἀκριβῶς, πῶς θαυμάζεις αὐτήν; Δι' αὐτὸ τοῦτο πάντως, ὅτι ἀκατάληπτος. Καὶ τὴν ἡλιακὴν γὰρ ἀκτῖνα μὴ δυνάμενοι καταμαθεῖν, δι' αὐτὸ τοῦτο μάλιστα θαυμάζομεν. Εἶτα, καὶ ἑτέραν θαυμάζει δύναμιν τοῦ Θεοῦ τὸ πανταχοῦ παρεῖναι, τῇ δυνάμει, καὶ προνοίᾳ, καὶ πάντα τόπον πληροῦν.

A Vers. 6. *Mirabilis facta est cognitio tua, ex me. Cognitio tua*, inquit, *magna facta est super me* (ita enim alius interpres reddit) hoc est, Super capacitatem intellectus mei facta est. Quod etiam ex sequentibus magis declaravit, dicens:

Invaluit, et non potero ad eam. Fortior ac potentior facta est, quam ut comprehendi possit, cogitatione ac consideratione mea: et non potero ad eam, appropinquare nimirum, ita ut comprehendam. Per cognitionem autem Dei, nihil aliud significare voluit, quam scire et cognoscere eum qualis naturæ sit. Nam quod sit Deus, hoc proculdubio scimus, quid autem, aut qualis sit illius substantia, ignoramus. Similiter quod ubicunque Deus est, novimus, quomodo autem id fieri possit, ne-

B scimus. Pari etiam modo novimus, quod bonus est, quod misericors, quod sapiens et potens, sed bonitatis, misericordiæ, sapientiæ modus, aut qualitas a nostra cognitione procul est. His consona sunt, quæ habentur apud Ecclesiasten: *Dixi: Sapiens efficiar, et ipsa longius facta est a me, magis quam erat, et profunda profunditas, quis inveniet eam* [78]? Paulus etiam: *O profundum divitiarum sapientiæ et scientiæ Dei* dixit; *quam imperscrutabilia sunt judicia ejus, et investigabiles viæ ejus* [79]? Quidam vero ita intellexerunt: Mirabilis facta est scientia, ac sapientia tua ex creatione, et formatione mea: et ita invaluit, ut vere cognoscam, quod non potero ad eam pervenire ut condignis eam laudibus celebrem. Verum si plene atque exacte non novit eam beatus David, quomodo eam admiratur? Ob hoc ipsum, inquit, summe eam admiror, quia incomprehensibilis est. Nam et solares radios intueri, atque comprehendere non valemus, atque ob hoc ipsum eos plurimum admiramur. Deinde aliam Dei potentiam admirabundus narrat, quod providentia nimirum ac potentia sua, Deus ubique adest, atque omnem implet locum.

Ποῦ πορευθῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός σου; καὶ ἀπὸ τοῦ προσώπου σου ποῦ φύγω; Ἐὰν ἀναβῶ εἰς τὸν οὐρανὸν, σὺ ἐκεῖ εἶ· ἐὰν καταβῶ εἰς τὸν ᾅδην, πάρει. Πνεῦμα καὶ πρόσωπον Θεοῦ, τὸν Θεὸν λέγει κατὰ περίφρασιν, ἢ πνεῦμα μὲν αὐτοῦ, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, πρόσωπον δὲ αὐτοῦ, τὸν Υἱὸν, ὡς εἰκόνα τοῦ Πατρὸς, καὶ χαρακτῆρα τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ. Ὁ ἑωρακὼς γὰρ, φησὶν, ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα. Διὰ μὲν τοῦ οὐρανοῦ, τὸν ἀνώτερον δεδήλωκε, διὰ δὲ τοῦ ᾅδου, τὸ κατώτατον. Εἶτα λέγει, καὶ τὴν ἄβυσσον, καὶ τὸν πυθμένα τῆς θαλάσσης· δι' ὧν ἁπάντων πάντα τόπον ἄβατον ἀνθρώποις συμπεριέβαλεν.

C Vers. 7, 8. *Quo ibo a spiritu tuo? et quo faciem tua fugiam? si ascendero in cœlum tu illic es, si descendero in infernum, ades.* Per spiritum Dei, et per faciem Dei, Deum ipsum circumloquitur. Vel per spiritum Dei, sanctum Spiritum intellige. Per faciem vero, ipsum Filium, tanquam veram patris figuram, et certissimum illius divinæ naturæ characterem: *Qui* enim, inquit, *vidit me, vidit et patrem meum* [80]. Per cœlum autem superna, et per infernum, inferna loca denotavit. Deinde etiam abyssum dicit, et profundum maris: per quæ omnia inaccessa hominibus loca subsignavit.

Ἐὰν ἀναλάβοιμι τὰς πτέρυγάς μου κατ' ὄρθρον, καὶ κατασκηνώσω εἰς τὰ ἔσχατα τῆς θαλάσσης, καὶ γὰρ ἐκεῖ ἡ χείρ σου ὁδηγήσει με, καὶ καθέξει με ἡ δεξιά σου. Πτέρυγες αὐτοῦ, ἡ κινητικὴ δύναμις τοῦ νοῦ. Ἐὰν ταῖς πτέρυξι τοῦ νοῦ μου, φησὶν, καταντήσω εἰς τὴν ἄβυσσον τῆς θαλάσσης, ὥστε κἂν ἐκεῖ δύνασθαι κρυβῆναι ἀπὸ σοῦ, ἐκεῖ ἡ δύναμίς σου ὁδηγήσει με, καὶ αὖθις καθέξει με· τουτέστιν, οὐδὲ ἐκεῖ ἄνευ αὐτῆς ἀπελεύσομαι, ἀλλὰ προπορεύσεταί μου, ἐνδιδοῦσα πο-

D Vers. 9, 10. *Si assumpsero alas meas diluculo, et habitavero in extremis maris: etenim illuc manus tua deducet me, et tenebit me dextera tua.* Per alas, potentiam illam mentis intelligit, qua humanus intellectus movetur. Si alis, inquit, intellectus mei in abyssum maris pervenero, eo consilio ut illic saltem possim a te abscondi, potentia tua nihilominus illuc etiam me deducet, et rursus detinebit me; hoc est: Neque illuc etiam sine tua potentia accedam; quinimo illa præibit me, illa iter

[78] Eccle. VII, 24. [79] Rom. XI, 33. [80] Joan. XIV, 9.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

concedet, atque illic etiam me detinebit, ita ut illinc evadere non valeam. Per diluculum autem, illud tempus intelligit, quo potissimum humana mens sobria esse solet. Superflua est etiam dictio, *Enim*. Quidam præterea per diluculum, orientem intellexerunt; occasum vero, per extrema maris, ut sit sensus : Si intellectu meo, veluti alis quibusdam munitus, in oriente elevatus fuero, et pervenero usque in occidentem, potentia tamen tua illa erit, quæ et in oriente dux mihi erit, dum illuc pervenero.

A ρεύεσθαι, καὶ καθέξει αὖθις ἐν ἀφύκτῳ. **κατ' ὄρ** δὲ εἶπε, δηλῶν τὸν καιρὸν ὅτε μάλιστα **νηφα** ἐστὶν ὁ νοῦς. Περιττὸν δὲ τὸ *γάρ*. **Τινὲς δὲ ὄρ** μὲν τὴν ἀνατολὴν ἐνόησαν· ἔσχατα δὲ **τῆς θαλάσ** τὴν δύσιν· οἷον ἐὰν **πτερύξωμαι** τῷ **νῷ μου κ** τὴν ἀνατολὴν, καὶ καταντήσω εἰς τὴν **δύσιν**, εἰς τὴν ἀνατολὴν, ἡ δύναμίς σου ὁδηγήσει **με** π ρυσσόμενον, καὶ εἰς τὴν δύσιν καταντῶντα **αὐτή** καθέξει.

Vers. 11. *Et dixi, Numquid tenebræ conculcabunt me? et nox illuminatio in deliciis meis.* Cogitavi intra me, numquid si tenebras ingressus fuero, latere potero ita ut ab illis abscondar? ita enim significare voluntea verba : *Numquid tenebræ conculcabunt me?* quod metaphorice dictum est. Nam ii qui solum pedibus conculcant, obtegere illud atque abscondere quodammodo etiam videntur. Deinde intellexi quod ipsa etiam nox in Deo lucida est, hunc etenim Deum Propheta delicias suas appellavit, cujus vel solam memoriam oblectamentum sibi summum esse arbitratur. *Memor* enim, inquit, *fui Dei, et delectatus sum*[81]. Cognovi igitur quod nec ipsæ tenebræ abscondere me poterunt a Deo.

elevor : et in occidente me comprehendet, c

B *Καὶ εἶπα· Ἄρα σκότος καταπατήσει με, κ νὺξ φωτισμὸς ἐν τῇ τρυφῇ μου. Ἐλογισάμην ἄ* σκότους ὑποδυσκρυβῆναι δυνήσομαι, **ἆρα** σκότ κατακρύψει με, εἶπα ἐν ἐμαυτῷ; **τοῦτο** *γάρ*, καταπατήσει, δηλοῖ· κρύπτει γὰρ τὸ **ἔδαφος** ὁ πα τῶν αὐτό. Εἶτα συνεῖκα, καὶ ἡ νὺξ **αὐτὴ**, **φωτειν** ἐστιν, ἐν τῷ Θεῷ, ἤτοι παρὰ τῷ Θεῷ· **τοῦτο** γὰρ λέγει, τρυφὴν ἑαυτοῦ· οὗ καὶ τὴν μνήμην *μόνον* εὐφροσύνην ἡγεῖται· *Ἐμνήσθην* γὰρ, φησὶ, *τοῦ Θεοῦ, καὶ ηὐφράνθην*, ἔγνων ὅτι οὐδὲ τὸ σκότος κρύψαι με ἀπὸ τοῦ Θεοῦ δύναται.

Vers. 12. *Quia tenebræ non obscurabuntur a te. — A te*, dixit pro *Apud te*, quemadmodum alius etiam interpres reddidit. Nam quæ apud nos sunt tenebræ, apud te tenebræ non sunt; tibi etenim omnia lucent. Deinde magis declarat, dicens :

Et nox sicut dies illuminabitur. Apud te scilicet.

Ὅτι σκότος οὐ σκοτισθήσεται ἀπὸ σοῦ. Ἤγουν, Παρὰ σοί· οὕτω γὰρ ἕτερος ἐξέδωκεν, ὅτι τὸ παρ' ἡμῖν σκότος, οὐκ εἴη σκότος παρὰ σοί· **ἀλλὰ** καὶ αὐτὸ φαίνει· εἶτα σαφηνίζει τὸν λόγον.

Καὶ νὺξ ὡς ἡμέρα φωτισθήσεται. **Παρὰ** σοὶ δηλονότι.

Sicut tenebræ ejus, ita et lux ejus. Sicut tenebræ ejus noctis lucidæ sunt apud te, sic etiam et lux diei, hoc est duo hæc æque se habent apud te, æque lucent, æque splendescunt; juxta hoc, sensus est, quod omnia apud Deum manifesta sunt. Intelliguntur etiam hæc verba juxta alium sensum : Tentationum, inquit, atque afflictionum tenebris stipatus dixi : quod tentationes forsitan mei dominabuntur, verum te ita postmodum volente, nox illa nigroris, illuminatio lætitiæ mihi effecta est. Reliqua etiam consequenter prædictis interpretanda sunt. Gregorius vero Theologus aliter hoc dictum exposuit : Me, inquit, deliciis vacante, nox illa deliciarum, quæ mentem obtenebrat, visa mihi est quædam esse illuminatio : nox enim, inquit, undique mihi misero erat, et ignorabam. Arbitrabar enim delicias lucem esse.

C *Ὡς τὸ σκότος αὐτῆς, οὕτω καὶ τὸ φῶς αὐτῆς.* Ὡς τὸ σκότος τῆς νυκτὸς παρὰ σοὶ φωτεινὸν, οὕτω καὶ τὸ φῶς τῆς ἡμέρας· τουτέστιν ἴσα παρὰ σοὶ ἄμφω, καὶ ὁμοίως φωτεινά. Ταῦτα μὲν περὶ τοῦ πάντα φανερὰ εἶναι παρὰ Θεῷ· νοοῦνται δὲ καὶ καθ' ἑτέραν διάνοιαν, ὅτι περιστοιχισθεὶς τῷ σκότει τῶν πειρασμῶν, εἶπα καθ' ἑαυτόν· Ἆρα κατακυριεύσει με; εἶτα σοῦ θελήσαντος, καὶ ἡ νὺξ τῆς ἀθυμίας φωτισμὸς εὐφροσύνης ἐγένετο· ἀκολούθως δὲ καὶ τὰ ἑξῆς ἑρμηνευτέον. Ὁ δὲ Θεολόγος Γρηγόριος ἕτερος ἠρμήνευσε τὸ ῥητὸν, ὅτι τρυφῶντός μου, ἡ νὺξ τῆς τρυφῆς ἡ σκοτίζουσα τὸν νοῦν, φωτισμὸς; ἐδόκει μοι· νὺξ γὰρ ἦν, φησὶ, περὶ ἐμὲ τὸν δείλιτον, καὶ ἠγνόουν· φωτισμὸν εἶναι τὴν τρυφὴν ὑπελάμβανον.

Vers. 13. *Quoniam tu possedisti omnes renes meos.* Per renes suos, seipsum Propheta, Chrysostomi sententia, circumloquitur, veluti a parte totum describens. Quoniam tu, inquit, possedisti me, hoc est, possessionem tuam me effecisti : dignum nimirum tua providentia. Nam qui aliquid possidet, illius etiam curam habet.

D *Ὅτι σὺ ἐκτήσω τοὺς νεφρούς μου.* Φησὶν ὁ Χρυσόστομος, ὅτι νεφροὺς ἐνταῦθα ὁ προφήτης ὅλον ἑαυτὸν λέγει, ἀπὸ μέρους τὸ πᾶν· ὅτι σὺ ἐκτήσω με, σὸν κτῆμα πεποίηκας, καὶ *προνοίας ἀξιοῖς*· ὁ γὰρ κτώμενός τι, καὶ προνοεῖται αὐτοῦ.

Adjuvisti me de ventre matris meæ. In septuagesimo etiam psalmo dixit : *De ventre matris meæ*

Ἀντελάβου μου ἐκ γαστρὸς μητρός μου. Καὶ ἐν τῷ ο' ψαλμῷ εἶπεν· *Ἐκ κοιλίας μητρός σού μου*

[81] Psal. LXXVI, 4.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ει σκεπαστής· ἐξ αὐτῶν τῶν σπαργάνων, ἐκ πρώτης ἡλικίας.

Ἐξομολογήσομαί σοι, ὅτι φοβερῶς ἐθαυμαστώθης. Πολλὰ θαυμάζομεν, ἀλλ' οὐ μετὰ φόβου· οἷον, κάλλη καὶ μεγέθη σωμάτων, καὶ οἰκοδομημάτων, καὶ σοφίαν τεχνῶν, καὶ τὰ τοιαῦτα· εἰς δὲ τὸ βάθος τῆς θαλάσσης κατακύψαντες, οὐχ ἁπλῶς αὐτὸ θαυμάζομεν, ἀλλὰ μετὰ φόβου. Λοιπὸν οὖν ὁ προφήτης εἰς τὸ ἀχανὲς πέλαγος, καὶ τὸν ἄπειρον βυθὸν τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως καὶ σοφίας, καὶ οἰκονομίας παρακύψας, καὶ ἰλιγγιάσας, καὶ μετὰ φόβου θαυμάσας, ἀνεχώρησεν πρὸς ἑαυτὸν, καὶ ἀνεβόησεν ὅτι, Εὐχαριστῶ σοι μόνῳ.

Θαυμάσια τὰ ἔργα σου. Πάντα γὰρ, φησὶν, ἐν σοφίᾳ ἐποίησας.

Καὶ ἡ ψυχή μου γινώσκει σφόδρα. Γινώσκει ὅτι θαυμαστὰ ταῦτα.

Οὐκ ἐκρύβη τὸ ὀστοῦν μου ἀπὸ σοῦ, ὃ ἐποίησας ἐν κρυφῇ. Φανερά σοι καὶ ἡ διάπλασις τῶν ὀστέων μου, ἃ ἐποίησας ἀφανῆ ὑποκεκρυμμένα τῇ σαρκί. Καὶ ἄλλως· ὀστοῦν ἡ γυνὴ, ὅτε ἔφαγεν ἀπὸ τοῦ ξύλου· ὀστοῦν γὰρ αὐτὴ τοῦ Ἀδὰμ, ἥτις ἐκ τῆς πλευρᾶς αὐτοῦ πλαστουργηθεῖσα, ἦν ἐποίησας ἐν κρυφῇ, ἔκστασιν ἐπιβαλὼν τῷ Ἀδάμ.

Καὶ ἡ ὑπόστασίς μου ἐν τοῖς κατωτάτοις τῆς γῆς. Φανερά σοι καὶ ἡ οὐσία τοῦ σώματός μου, ἡ ἐν τῷ βάθει τῆς γῆς κρυπτομένη, καὶ λυομένη μετὰ τὸν θάνατον· τουτέστι καὶ συμπηγνύμενον τῇ γαστρὶ τῆς μητρὸς ὁρᾷς με, καὶ λυόμενον αὖθις ἐν κοιλίᾳ τῆς γῆς. Ἢ καὶ ἑτέρως· Φανερά σοι, καὶ ὑπόστασίς μου, ἡ πλάσις μου· ἡ, ὥσπερ ἐν τοῖς κατωτάτοις τῆς γῆς, ἐν τοῖς ἐγκάτοις τῆς μητρικῆς νηδύος ὑφαινομένη.

Τὸ ἀκατέργαστόν μου εἶδον οἱ ὀφθαλμοί σου. Ἢ τὸ τοῦ ἐμβρύου ἀδιατύπωτον λέγει, μήπω ἐξεικονισθέντος ἐν τῷ ἐργαστηρίῳ τῆς φύσεως· ἢ τὴν τοῦ νοὸς ἀτελῆ κίνησιν. Οἶδας, φησὶν, κἀμὲ, πρὸ τοῦ διαμορφωθῆναί με· καὶ τοὺς λογισμούς μου, πρὸ τοῦ κινηθῆναι αὐτούς. Οἶδας πάντα πρὸ γενέσεως αὐτῶν.

Καὶ ἐπὶ τὸ βιβλίον σου πάντες γραφήσονται. Βιβλίον Θεοῦ ἡ ἀκριβὴς γνῶσις· Γραφὴ δὲ αὐτοῦ, ἡ διηνεκὴς μνήμη. Ἐν μὲν οὖν τῷ βιβλίῳ τῆς ἁπλῆς γνώσεως γράφονται ἁπλῶς πάντες, καὶ δίκαιοι καὶ ἁμαρτωλοί· ἐν δὲ τῷ τῆς κατ' οἰκείωσιν γνώσεως γράφονται μόνοι οἱ δίκαιοι.

Ἡμέρας πλασθήσονται, καὶ οὐδεὶς ἐν αὐτοῖς. Ἐν φωτὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, πλασθήσονται, πλάσιν τὴν ἀρίστην νε καὶ καθαρωτάτην, καὶ τῆς νυκτερινῆς, καὶ σωματικῆς ἀντίθετον· καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς ὡς εἴρηται γραφομένοις, οὐδεὶς ἐστιν, ὡς ἐδήλ-

A *tu es protector meus*, ex ipsis nimirum cunabulis, atque a prima et tenera ætate.

VERS. 14. *Confitebor tibi, quoniam terribiliter magnificatus es.* Multa sæpe admirari solemus, sed absque ullo timore, veluti pulchritudinem, ac magnitudinem corporum, ædificiorum etiam, et artium scientiam, atque alia hujusmodi; verum si maris profunditatem intuemur, non simpliciter admiramur, sed cum timore. Propheta igitur vastum pelagus atque immensum divinæ sapientiæ potentiæque et administrationis profundum intuitus, atque oculorum vertiginem passus, cum timore atque admiratione in seipsum reversus, clamavit dicens: Gratias tibi soli agam.

Mirabilia opera tua. Omnia enim, inquit, in sa-
B pientia fecisti.

Et anima mea cognoscit valde. Cognoscit quod hæc admiranda sunt.

VERS. 15. *Non est occultatum os meum abs te, quod fecisti in abscondito.* Nota ac manifesta etiam tibi est ossium meorum formatio, seu creatio. Ea etenim latere fecisti, atque ipsa carne contegi. Vel aliter: Os, hoc est, mulier ipsa, non est occultata, quando comedit de ligno. Eva etenim os dicitur viri sui Adam, eo quod ex illius costa creata est, juxta illud: *Hoc nunc os ex ossibus meis* [83], quam in occulto ideo fecisse Deus dicitur, quia exstasim tunc immisit Deus in Adam.

Et substantia mea in inferioribus terræ. Manifesta etiam tibi est corporis mei substantia, quæ
C post mortem meam in terræ profunditate abscondetur atque dissolvetur, hoc est, et compactum me vidisti in utero matris meæ, et dissolutum rursus videbis in utero terræ. Vel aliter: Nota tibi est subsistentia mea, et formatio mea, quæ in materni uteri visceribus, veluti in terræ inferioribus, contexta est.

VERS. 16. *Imperfectum me viderunt oculi tui.* Aut embrionem informem intelligit, qui in naturæ officina figuram adhuc nullam acceperat, aut imperfectum mentis motum. Nosti, inquit, me priusquam formarer, et cogitationes meas priusquam moverentur, hoc est, nosti omnia, antequam fiant. Unde alius interpres reddidit: *Informem me viderunt oculi tui.*

D *In libro tuo omnes scribentur.* Liber Dei est summa ejus scientia; Scriptura vero, perpetua memoria. In libro igitur divinæ scientiæ, omnes scribentur, tam justi quam peccatores. Verum hic divinæ scientiæ liber, magis est universalis. Est etenim alius liber scientiæ Dei magis privatus, in quo soli justi scribuntur: ea ratione, quod eos tantum cognoscere, hoc est, approbare dicitur; juxta id quod scriptum est: *Novit Dominus vias justorum* [84].

Die formabuntur, et nemo in eis. Formabuntur in luce sancti Spiritus, formatione nimirum optima et mundissima, quæ formationi materiali, atque, ut ita dicam, nocturnæ est contraria: et in eis, qui in eo libro scripti sunt, ut diximus, nemo

[83] Gen. II, 23. [84] Psal. I, 6.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ost, qui spiritualiter eo pacto formatus non sit : spiritualiter nimirum, ut diximus, concinnatus, ac directus. Nos igitur ut potuimus versiculum hunc declaravimus, sumpta expositionis occasione, ex Gregorio Theologo. Chrysostomus vero difficultatem atque obscuritatem hujus versiculi confessus, sensum tantummodo ex alio adducit interprete. Informem me, inquit, viderunt oculi tui ; atque ita viderunt, ut eos vident, qui in libro tuo scripti sunt : eos, inquam, qui in tempore, hoc est, tempestive creati et nati sunt, ita ut ne una quidem dies ad perfectam eorum creationem deficiat.

A λωται, πνευματικῶς μὴ ῥυθμισθεὶς, καὶ ἀπευθυνθείς. Ἡμεῖς μὲν οὖν ἡρμηνεύσαμεν ὡς οἷόν τε τὸ ζητὸν, ἐκ τοῦ Θεολόγου Γρηγορίου λαβόντες τὴν ἀφορμήν. Ὁ δὲ Χρυσόστομος ἀσαφὲς τοῦτο λέγει, καὶ μόνην ἔννοιαν ἐξ ἑτέρου ἑρμηνείας εἰσάγει· ὅτι ἀμόρφωτόν με εἶδον οἱ ὀφθαλμοί σου· οὕτω με εἶδον, ὡς τοὺς ἐπὶ τὸ βιβλίον σου γεγραμμένους, τοὺς εὐκαίρως πλασθέντας, καὶ οὐδεμίας ἡμέρας δεομένους, εἰς ἀπαρτισμὸν πλάσεως.

Vers. 17. *Mihi autem valde honorati sunt amici tui, Deus.* Amici Dei sunt, quicunque per virtutem, familiaritatem ac benevolentiam ejus adipiscuntur. *Vos* enim, inquit, *amici mei estis* [84]. Virtutis igitur non minima pars est, amicos Dei honorare.

Ἐμοὶ δὲ λίαν ἐτιμήθησαν οἱ φίλοι σου, ὁ Θεός· Φίλοι Θεοῦ ὅσοι δι' ἀρετῆς οἰκειοῦνται Θεῷ· ὑμεῖς γὰρ, φησὶν, φίλοι μού ἐστέ· οὐ μικρὸν δὲ καὶ τοῦτο μέρος ἀρετῆς, τὸ τιμᾷν τοὺς φίλους τοῦ Θεοῦ.

B

Valde prævaluerunt principatus eorum. Alius interpres, *Capita eorum* dixit, hoc est, ipsi amici Dei. Fortes enim, inquit, facti sunt virtute, adeo, ut a vitiis superari non possint. Vel per principatus, potentiam et facultatem intellige, quam eorum unusquisque adversus immundos spiritus sortitus est. Significare autem mihi videtur tam apostolos quam eorum successores, et alios omnes fideles, si qui illorum instar, virtute fuerint præditi.

Λίαν ἐκρατιώθησαν αἱ ἀρχαὶ αὐτῶν. Ἄλλος, Αἱ κεφαλαὶ αὐτῶν, ἤγουν αὐτοὶ, κατὰ περίφρασιν· ἰσχυροὶ, φησὶν, γεγόνασιν, εἰς ἀρετὴν· ἀήττητοι κακίαν. Ἡ ἀρχὰς νόει τὴν ἐξουσίαν, ἣν ἔλαβεν ἕκαστος κατὰ πνευμάτων ἀκαθάρτων· αἰνίττεται δὲ τοὺς ἀποστόλους, καὶ τοὺς διαδόχους αὐτῶν, ἢ καὶ τοὺς κατ' αὐτῶν ὄντας ἐναρέτους.

Vers. 18. *Dinumerabo eos et super arenam multiplicabuntur.* Utitur Propheta figura hyperbole. Conabor, inquit, eos dinumerare, et adeo immensæ erunt multitudinis, ut supra numerum esse reperiantur. Est autem hic quidam loquendi modus. Apud Deum vero non ipsi tantum numerabuntur, C sed omnes etiam capilli capitis eorum.

Ἐξαριθμήσομαι αὐτοὺς, καὶ ὑπὲρ ἄμμον πληθυνθήσονται. Καθ' ὑπερβολὴν ὁ λόγος· Ἐξαριθμήσασθαι πειράσομαι καὶ ἀπειραπληθεῖς ἔσονται, ὑπὲρ ἀριθμὸν εὑρεθήσονται· πλὴν παρὰ Θεῷ οὐκ αὐτοὶ μόνον ἠρίθμηνται, ἀλλὰ καὶ αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς αὐτῶν.

Exsurrexi et adhuc sum tecum. Erectus sum a calamitatibus, et tui tamen, ut multi in secunda faciunt fortuna, oblitus non sum.

Ἐξηγέρθην, καὶ ἔτι εἰμὶ μετὰ σοῦ. Ἀπηλλάγην τῶν δεινῶν, καὶ οὐκ ἐπελαθόμην τῆς ἀρετῆς, ὅπερ πολλοὶ πάσχουσιν ἐν εὐημερίᾳ.

Vers. 19. *Si occideris, Deus, peccatores.* Subintelligendum est : *Bene habet.* Per peccatores autem, ipsos dæmones intelligit, atque homines quoscunque legis transgressores. Occidi autem dicuntur dæmones, quando inefficax atque invalida redditur eorum potentia. Peccatores vero homines tunc interimuntur, quando necatis vitiis ipsi ad virtutem conversi fuerint. Vel in peccatoribus Propheta corpus occidi optat, quando delictorum vulnera immedicabilia sunt : atque hoc, ne aliis impedimento sint ad studia virtutum.

Ἐὰν ἀποκτείνῃς ἁμαρτωλοὺς, ὁ Θεός. Λείπει τὸ, Εὖ ἔχει· ἁμαρτωλοὺς μὲν οὖν λέγει τοὺς δαίμονας, καὶ τοὺς παρανόμους ἀνθρώπους· ἀναίρεσις δὲ τῶν μὲν δαιμόνων, ἡ ἀνενεργησία· τῶν δὲ παρανόμων ἀνθρώπων ἡ πρὸς ἀρετὴν μεταβολὴ, ἀναιρουμένης τῆς κακίας· ἢ καὶ ὁ σωματικὸς θάνατος ἀνιάτων φαινομένων, ἵνα μὴ ἐμποδίζωσι τῷ δρόμῳ τῆς ἀρετῆς.

Viri sanguinum declinate a me. Sanguinolenti D scilicet et cæde lætantes, qui quoscunque occiditis, superiores estis. Hujuscemodi autem sunt diabolici omnes, qui factis partim, et partim sermone suo cæteros perdunt. Non minima etiam est virtus delinquentium commercia declinare.

Ἄνδρες αἱμάτων ἐκκλίνατε ἀπ' ἐμοῦ. Οἱ φονικοὶ, οἱ αἱμοχαρεῖς, οἱ ἀναιροῦντες ὧν ἂν περιγένησθε· τοῦτοι δὲ πάντες, οἱ τοῦ διαβόλου, τοῦτο μὲν ἔργῳ, τοῦτο δὲ λόγῳ φθείροντες. Οὐ μικρὸν δὲ κατόρθωμα, τὸ φεύγειν τὴν συνουσίαν τῶν παρανόμων.

Vers. 20. *Quoniam contentiosi estis in colloquiis.* Quia litigiosi, inquit, estis in sermonibus, seu in pravis consultationibus vestris, ut alius interpres reddidit.

Ὅτι ἐρισταί ἐστε εἰς διαλογισμούς. Ὅτι μάχιμοί ἐστε καὶ φιλόνεικοι ἐν διαλογισμοῖς· ἐν κακοβουλείαις, ὡς ἕτερος ἐξέδωκε.

Accipient in vanitate civitates suas. Hoc est, in vanum ac frustra propias habitabunt civitates.

Λήψονται εἰς ματαιότητας τὰς πόλεις σου. Οἰκήσουσι μάτην τὰς πόλεις σου. Τοῦ Κυρίου γὰρ,

[84] Joan. xv, 14.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

φησίν, ἡ γῆ. Μενοῦσιν ἄκαρποι εἰς ἀρετὴν οἱ τοιοῦτοι.

A *Domini* enim, inquit, *est terra* [46]. Permanebunt enim hujuscemodi homines infructuosi et steriles ad virtutem.

Οὐχὶ τοὺς μισοῦντάς σε, Κύριε, ἐμίσησα, καὶ ἐπὶ τοὺς ἐχθρούς σου ἐξετηκόμην ; Τέλειον μῖσος ἐμίσουν αὐτούς, εἰς ἐχθροὺς ἐγένοντό μοι. Εἰπὼν ἀνωτέρω· *Ἐμοὶ δὲ λίαν ἐτιμήθησαν οἱ φίλοι σου, ὁ Θεός* · ἐνταῦθά φησιν· *Οὐχὶ τοὺς μισοῦντάς σε, Κύριε, ἐμίσησα ; κἀκεῖ μεθ' ὑπερβολῆς ἡ τιμή· Λίαν γάρ· κἀνταῦθα μεθ' ὑπερβολῆς τὸ μῖσος· Ἐξετήκετο γάρ, ἤγουν ἐπυρπολεῖτο τῷ κατ' αὐτῶν θυμῷ.*

Vers. 21, 22. *Nonne eos qui te oderant, Domine, oderam, et in inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderam illos : inimici facti sunt mihi.* Cum superius dixerit : *A me autem valde honorati sunt amici tui, Deus,* nunc dicit : *Nonne eos qui te oderant, Domine, odi?* Et illic honoris magnitudinem significans, *Valde,* dixit; hic etiam pari modo summum odium exprimere volens, ait : *Tabescebam,* hoc est, indignatione maxima adversus eos æstuabam quodammodo, et consumebar.

Δοκίμασόν με, ὁ Θεὸς, καὶ γνῶθι τὴν καρδίαν μου. Καὶ μὴν κατ' ἀρχὰς εἶπε· *Κύριος, ἐδοκίμασάς με, καὶ ἔγνως με.* Ἀλλὰ καὶ ἔτι δοκιμασθῆναι, πρὸς πλείονα πληροφορίαν, ζητεῖ τῶν ἀγνοούντων αὐτόν.

B Vers. 23, 24. *Proba me, Deus, et cognosce cor meum.* Atqui in principio psalmi dixit : *Domine, probasti me, et cognovisti me.* Verum melius adhuc probari et cognosci cupit, non ut Deus ipse melius eum cognoscat, qui omnia novit, sed ut ii qui Prophetæ animum, ac mentem non noverant, illius magis certiores reddantur.

Ἔτασόν με, καὶ γνῶθι τὰς τρίβους μου, καὶ ἴδε, εἰ ὁδὸς ἀνομίας ἐν ἐμοὶ, καὶ ὁδήγησόν με ἐν ὁδῷ αἰωνίᾳ. Τὸ αὐτὸ λέγει καὶ νῦν· ἢ τοίνυν, διὰ τοὺς ἀδικοῦντας αὐτὸν ὁ λόγος, βεβαιῶν, ὅτι οὐδὲν αὐτοὺς ἐκείνους ἠδίκησεν, ἢ καὶ ἔτι δοκιμασθῆναι ζητεῖ, ἵνα, εἰ μὴ οὕτως ἔχων ἐλεγχθῇ, διορθώσεται ἑαυτὸν πλανώμενον.

Examina me, et cognosce semitas meas, et vide si via injustitiæ in me est, et deduc me in via æterna. Eamdem repetit sententiam, aut propter eos qui sibi injuriam intulerant, confirmans nulla se eos affecisse injuria : aut etiam amplius probari cupit, ut si convictus fuerit, talem animum aut mentem non habere, emendari rursus possit, ac dirigi.

Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΛΘ'.

Psalmus ipsi David.

PSALMUS CXXXIX.

Ἐξελοῦ με, Κύριε, ἐξ ἀνθρώπου πονηροῦ. C Κακούργου. Πονηρὸν δὲ ἡ κακία, ὡς πόνον καὶ κάματον ἐπιφέρουσα τῷ κεκτημένῳ. Εἶτα σαφηνίζει τίνα λέγει πονηρόν.

Vers. 2. *Eripe me, Domine, ab homine maligno.* Hoc est, scelesto. Ipsum etenim scelus malignum esse quid dicitur : eo quod mala atque afflictiones auctori suo præstat. (Eripe me, inquit, non a dæmoniis, non a feris, aut draconibus, sed a maligno homine. Maligni etenim homines illis omnibus deteriores sunt. Nam et feras multas legimus, quæ sanctos viros veneratæ sunt, quibus contra maligni homines innumerabilia intulerunt mala. Feræ præterea aperte ac palam malignitatem suam exercent, atque ut ita dicam, ingenue: homines vero clam id faciunt, atque in occulto, et subdole. Dæmones item sancto crucis signo fugantur, et quoties a sanctis viris increpati fuerint, secedunt : homo vero malignus ipsi etiam Deo adversatur. Nam cum jubeat Deus inimicos etiam amari, ille contra, non inimicos tantum, sed ipsos etiam benefactores odit. Beatus etiam Paulus solo verbo dæmones expulit : Alexandri autem fabri malignitatem superare non potuit.) Deinde declarat quemnam dicat malignum.

Ἀπὸ ἀνδρὸς ἀδίκου ῥῦσαί με. Παρανόμου. Ἐπεὶ γὰρ τοιοῦτος ἄνθρωπος δυσφύλακτος, καλεῖ τὸν Θεὸν εἰς ἐπικουρίαν· ζήτησον καὶ ἐν τῷ μβ' ψαλμῷ τὴν ἐξήγησιν τοῦ, *Ἀπὸ ἀνδρὸς ἀδίκου, καὶ δολίου ῥῦσαί με.* Ἐν τῷ προλαβόντι γοῦν ψαλμῷ εἰπών· *Ἄνδρες αἱμάτων, ἐκκλίνατε ἀπ' ἐμοῦ* · ἐν τῷ ς' δὲ φήσας, *Ἀπόστητε ἀπ' ἐμοῦ, πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν*, καὶ οἰκοθεν ἀποστραφεὶς καὶ φυγὼν αὐτοὺς, νῦν καὶ τὸν Θεὸν ἐπικαλεῖται συνεργόν· χρὴ γὰρ ἕκαστον τὸ παρ' ἑαυτοῦ εἰσάγειν πρότερον, εἶτα καὶ τὸν Θεὸν παρακαλεῖν. Οὔτε γὰρ ὁ Θεὸς συνεργεῖ σου μὴ σπουδάζοντος, οὔτε σὺ σπουδάζων ἀνύσεις, ἐκείνου μὴ συνεφαπτομένου.

Κύριε, εἰσάκουσον τῆς προσευχῆς μου, ἐνώτισαι τὴν δέησίν μου ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου. Ὡς ἀληθής. Ἐπηγγείλω γὰρ, εἰσακούειν τῶν ὀρθῶς ἐπικαλουμένων σε· κἀμοὶ δὲ πάλιν διὰ τοῦτο καθυπέσχου.

Vers. 1. *Domine, exaudi orationem meam, auribus percipe obsecrationem meam, in veritate tua.* Exaudi tanquam verax. Pollicitus enim es te exauditurum eos qui nomen tuum recte invocaverint ; et mihi rursus privatim idem etiam promisisti.

Εἰσάκουσόν με ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου. Ὡς δίκαιος καὶ μὴ ἀνεχόμενος ἀδικεῖσθαι μὴ μόνον πατέρας ὑπὸ τέκνων, ἀλλ' οὐδὲ τὸν τυχόντα παρά τινος. Ὁ δὲ Χρυσόστομος ἀλήθειαν μὲν ἐνταῦθα λέγει τὸν ἀληθῆ ἔλεον, δικαιοσύνην δὲ τὴν φιλανθρωπίαν· μόνος γὰρ ὁ Θεὸς ἀληθῶς ἐλεεῖ, καὶ μόνῃ ἡ τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνη φιλανθρωπίᾳ κεκέρασται· τὸ γὰρ παρ' ἀνθρώποις δίκαιον, ἀπεστέρηται τοῦ ἐλέους.

C *Exaudi me in justitia mea.* Veluti justus, et qui non sustines quemquam ab altero affici injuria : nec tantum parentes vetas a filiis lædi, sed nec quemquam ab extraneo. Chrysostomus vero pro veritate hic, misericordiam intelligit, et pro justitia, benignitatem. Solus enim Deus vere miseretur, et sola Dei justitia benignitate est permista. Humana enim justitia caret misericordia.

Καὶ μὴ εἰσέλθῃς εἰς κρίσιν μετὰ τοῦ δούλου σου. Μὴ δικαιολογηθῇς μετ' ἐμοῦ. Δικαιωθήσῃ γὰρ ἐν τοῖς λόγοις σου. Καὶ νικήσεις ἐν τῷ κρίνεσθαί σε μετὰ τοῦ δούλου σου.

Vers. 2. *Et non intres in judicium cum servo tuo.* Non cupio, inquit, judicio tecum disceptare. Noli igitur et tu, quæso, judicio mecum contendere. Justificaberis enim in sermonibus tuis, et vinces quoties cum me servo tuo judicatus fueris.

Ὅτι οὐ δικαιωθήσεται ἐνώπιόν σου πᾶς ζῶν. Οὐκ εἶπεν ὅτι *Οὐ δικαιωθήσεται* ἁπλῶς, ἀλλ' ὅτι *ἐνώπιόν σου*, τουτέστι, πρὸς τὴν σὴν ἀκρίβειαν ἐξεταζόμενος, ἢ πρὸς τὰς σὰς εὐεργεσίας, ἢ πρὸς τὰς σὰς ἐντολάς. Διὸ καὶ ὁ μακάριος Ἰὼβ ἔλεγεν· *Ἐφαύλισα ἐμαυτὸν, καὶ ἐτάκην, ἠγημαι δὲ ἐμαυτὸν, γῆν καὶ σποδόν· χεῖρα θήσω ἐπὶ τῷ στόματί μου.* Ζήτησον καὶ ἐν τῷ ρκθ' ψαλμῷ τὴν ἐξήγησιν τοῦ, *Ἐὰν ἀνομίας παρατηρήσεις, Κύριε, Κύριε, τίς ὑποστήσεται; Πᾶς δὲ ζῶν*, ἤτοι πᾶς ἄνθρωπος ζωῆς μετασχὼν, ζήσας καὶ πολιτευσάμενος, ὥστε κατὰ τὸν Ἀπόστολον, *Δικαιούμεθα δωρεὰν τῇ αὐτοῦ χάριτι, διὰ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ.*

D *Quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.* Non dixit simpliciter *Non justificabitur*, sed *In conspectu tuo non justificabitur*, hoc est, Si ad summam justitiam tuam comparetur, et juxta illam exquiratur ; vel, Si consideratio habeatur ad beneficia tua, aut ad mandata tua omnia. Atque ideo beatus etiam Job dicebat : *Vilipendi me ipsum, et contabui, terramque me et cinerem putavi ; manum ponam ori meo*[93]. Vide etiam in psalmo CXXIX expositionem illius versiculi : *Si iniquitates observaveris, Domine, Domine, quis sustinebit?* Quod vero ait : *Omnis vivens*, idem est, quod Omnis homo vitæ particeps. Verum juxta Apostolum : *In hac vita justificamur gratis gratia Dei, quæ est per fidem Jesu Christi.*

Ὅτι κατεδίωξεν ὁ ἐχθρὸς τὴν ψυχήν μου. Τὸ μὲν προλαβὸν αἰτιολογικόν· τοῦτο δὲ, διηγηματικόν. Ἐχθρὸν δὲ καθ' ἱστορίαν λέγει τὸν Ἀβσαλὼμ, κατὰ δὲ ἀναγωγὴν τὸν διάβολον.

Vers. 3. *Quia persecutus est inimicus animam meam.* Dictio, *quia*, in superiori versiculo rationem reddit : in præsenti vero, narrantis in modum ponitur. Per inimicum etiam juxta historiam Absalonem intelliges ; juxta anagogen vero ipsum dæmonem.

[93] Job. XXX, 19 ; XXXIX, 34.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

Humiliavit in terra vitam meam. Dejecit ac prostravit me inimicus in terram, non tantum ea ratione, quod calamitatum pondere depressus sum, sed quia ipsam etiam humum pro sede ac strato meo habui, veluti, qui exsul eram a patria, ac semper in fuga. Juxta anagogen, invisibilis inimicus ad terrena me negotia deflexit, cum a cœlestibus me antea extraxisset. Nomen vero humilitatis, ut sæpe diximus, plura significat. Neque enim virtutis tantum nomen est, sed pro ea etiam ponitur humilitate, quæ a calamitatibus provenit, atque a peccatis. Accipitur etiam humilitas pro quodam vitio, quod ex avaritia nascitur, aut a pusillanimitate. Veluti cum quis obolum magni æstimat, aut quæ tenuia ac vilia sunt, digna studio : quemadmodum pueri faciunt, qui pilas, aut talos, esse ali quid magnum existimant.

A *Ἐταπείνωσεν εἰς γῆν τὴν ζωήν μου.* Κατέκαμψέ με εἰς γῆν, οὐ μόνον εἰς γῆν συγκεκυφότα διὰ τὸ βάρος τῶν συμφορῶν, ἀλλὰ καὶ γῆν ἔχοντα κεβέδραν καὶ στρωμνήν, ὡς φυγάδα. Ὁ μέν τοι νοητὸς ἐχθρὸς, κατέκαμψέ με εἰς τὰ γήϊνα πράγματα καθελκύσας ἀπὸ τῶν οὐρανίων. Πολυσήμαντον δὲ, τὸ τῆς ταπεινώσεως ὄνομα· δηλοῖ γὰρ οὐ μόνον τὴν ἐξ ἀρετῆς, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀπὸ συμφορῶν, καὶ τὴν ἀπὸ ἁμαρτημάτων, καὶ τὴν ἐξ ἐπάρσεως, καὶ τὴν ἐξ ἀπληστίας, ἥτις καὶ τὸν ὀβολὸν μέγα τι νομίζει, καὶ τὰ εὐτελῆ περισπούδαστα, καθάπερ τὰ παιδάρια τὰς σφαίρας, καὶ τοὺς ἀστραγάλους.

VERS. 4. *Collocavit me in obscuris sicut mortuos sæculi.* In afflictionis tenebras me immisit, et mentem meam veluti caligine quadam obduxit. Quod vero ait, *Mortuos sæculi*, dixit ad demonstrandam tenebrarum magnitudinem. Neque enim mortuos simpliciter, sed sæculi mortuos dixit, hoc est, antiquos seu antiquitus mortuos, augere nimirum volens sententiam, quam profert sublimiori, atque, ut ita dicam, tragico quodam sermone. Ii enim quos sæculi mortuos dicit, in profundissimis jacent tenebris, multa nimirum humo obruti.

B *Ἐκάθισέ με ἐν σκοτεινοῖς, ὡς νεκροὺς αἰῶνος.* Ἐνέβαλέ με σκότει θλίψεως, ἐζόφωσε τὸν νοῦν μου. Τὸ δὲ, *Ὡς νεκροὺς αἰῶνος*, ἐπίτασίς ἐστι τῆς σκοτίσεως. Οὐδὲ γὰρ ἁπλῶς νεκροὺς εἶπεν, ἀλλ' αἰῶνος, ἤτοι παλαιοὺς, ὀγκῶσαι θέλων τὴν τραγῳδίαν· οὗτοι γὰρ, ἐν βαθεῖ κεῖνται σκότει, πολλῷ φορυτῷ καταχώμενοι.

Et contristatus est in me spiritus meus. Anima mea dolore affecta est, ob summam afflictionem.

Καὶ ἠκηδίασεν ἐπ' ἐμὲ τὸ πνεῦμά μου. Ἠθύμησεν ἐν ἐμοὶ ἡ ψυχή μου τῇ ὑπερβολῇ τῆς θλίψεως.

In me turbatum est cor meum. Tumultuatum est, inquit, cor meum in me et torsionibus affectum est.

Ἐν ἐμοὶ ἐταράχθη ἡ καρδία μου. Θορυβηθεῖσα, καὶ στρωβηθεῖσα.

VERS. 5. *Memor fui dierum antiquorum.* In quibus Deo gratus eram, et prospero eventu res meæ omnes procedebant. Vel memor fui dierum quibus majores nostri, et secunda utebantur fortuna, et virtutibus excellebant. Vel dierum quibus per tentationes et calamitates exquirebantur. Solet enim hujuscemodi memoria non minimum afferre solamen.

C *Ἐμνήσθην ἡμερῶν ἀρχαίων.* Ἐν αἷς εὐαρεστῶν Θεῷ καλῶς ἐφερόμην· ἢ ἐν αἷς οἱ πατέρες ἡμῶν εὐωδοῦντο, καὶ κατόρθουν· ἢ τοὐναντίον, καὶ αὐτοὶ συμφοραῖς καὶ πειρασμοῖς ἐξητάζοντο. Φέρει γὰρ οὐ μικράν τινα παράκλησιν ἡ τοιαύτη μνήμη.

Meditatus sum in omnibus operibus tuis. Revolvens mecum mirabilia tua, et omnes eos animo recensens, qui admirande a te ex calamitatibus liberati sunt.

Ἐμελέτησα ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις σου. Ἀνελίττων παρ' ἐμαυτῷ τὰ θαυμάσιά σου, καὶ λογιζόμενος τοὺς παραδόξως τῶν συμφορῶν ἀπαλλαγέντας.

In factis manuum tuarum meditabar. Memoria, inquit, versabar in universis opificiis tuis, eaque summa providentia tua plena esse inveniens, spem bonam accepi, quod non despicies me, tot calamitatibus oppressum, ac miseriis.

Ἐν ποιήμασι τῶν χειρῶν σου ἐμελέτων. Ἐν τοῖς δημιουργήμασί σου ἐδιέτριβον τῇ μνήμῃ, καὶ εὑρίσκων αὐτὰ προνοίας τῆς παρὰ σοῦ τυγχάνοντα, χρηστὰς ἐλάμβανον ἐλπίδας, ὡς οὐ περιόψῃ με τοιαῦτα πάσχοντα καὶ ταλαιπωρούμενον.

VERS. 6. *Expandi ad te manus meas.* Rogans scilicet, et supplicans.

D *Διεπέτασα πρὸς σὲ τὰς χεῖράς μου.* Παρακαλῶν, καὶ δεόμενος.

Anima mea sicut terra inaquosa tibi. Anima mea ad te tota respicit, tuum non secus auxilium sitiens, atque inaquosa terra et sitibunda pluviam desiderat.

Ἡ ψυχή μου ὡς γῆ ἄνυδρός σοι. Ἡ ψυχή μου πρὸς σὲ διψῶσα βοηθείας, ὡς γῆ ἄνυδρος πρὸς ὑετὸν διψῶσα ὕδατος.

VERS. 7. *Velociter exaudi me, Domine, defecit spiritus meus.* Defecit, ita ut nunquam adeo. Dimittet autem me spiritus, nisi tu cito exaudiveris.

Ταχὺ εἰσάκουσόν μου, Κύριε, ἐξέλιπε τὸ πνεῦμά μου. Ἐξέλιπεν, ὅσον οὔπω, ἀφῆκέ με, εἰ μὴ ταχέως εἰσακούσεις μου.

Ne avertas faciem tuam a me, et similis ero descendentibus in lacum. Ne derelinquas me et statim moriar. Mortui enim sunt, qui in lacum descendunt. Hoc pacto etiam mortuus videtur, quantum ad virtutis opera, ille qui auxilio tuo privatus est.

Μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπόν σου ἀπ' ἐμοῦ, καὶ ὁμοιωθήσομαι τοῖς καταβαίνουσιν εἰς λάκκον. Μὴ ἐγκαταλίπῃς με, καὶ αὐτίκα ἀποθανοῦμαι. Νεκροὶ γὰρ οἱ καταβαίνοντες εἰς λάκκον· καὶ ὄντως νεκρὸς, ὁ τῆς παρὰ σοῦ βοηθείας ἐστερημέ-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

νος. Ἀποστρέφει δὲ τὸ πρόσωπον, ἤτοι τὴν ἐπισκοπὴν ἀπὸ τῶν πονηρῶν· *Καθαρὸς γὰρ ὁ ὀφθαλμός σου, τοῦ μὴ ὁρᾶν πονηρά.*

Ἀκουστόν ποίησόν μοι τὸ πρωῒ τὸ ἔλεός σου, ὅτι ἐπὶ σοὶ ἤλπισα. Μήνισόν μοι ταχὺ τὸ ἔλεός σου, ἵνα καὶ πρὸ τῆς πείρας, τῇ ἐπαγγελίᾳ ψυχαγωγηθῶ. Εἶτα καὶ ἡ δικαιολογία τοῦ τυχεῖν, ὅτι ἐπὶ σοὶ ἤλπισα· τοῦτο γὰρ οἶδεν ἐπισπᾶσθαι τὸν Θεόν.

Γνώρισόν μοι, Κύριε, ὁδὸν ἐν ᾗ πορεύσομαι, ὅτι πρὸς σὲ ἦρα τὴν ψυχήν μου. Καὶ μὴν καὶ ὁ φυσικὸς νόμος, καὶ ὁ γραπτὸς διδάσκουσι τὴν εὐθεῖαν ὁδόν. Ἡ τοίνυν τοῦτο, φησὶν, κατεχώσθη μου τὸ συνειδὸς ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας, ἢ ὅτι πολλὰ τοῖς ἀνθρώποις ἠγνόηται. Διὸ καὶ Παῦλος ἔλεγε· *Τὸ γὰρ τί προσευξώμεθα, καὶ καθὸ δεῖ, οὐκ οἴδαμεν.* Πρὸς σὲ, φησὶ, κέχηνα, γνώρισόν μοι ὁδὸν, ἐν ᾗ βαδίσω πρὸς σέ.

Ἔξελοῦ με ἐκ τῶν ἐχθρῶν μου, Κύριε, πρὸς σὲ κατέφυγον· δίδαξόν με τοῦ ποιεῖν τὸ θέλημά σου, ὅτι σὺ εἶ ὁ Θεός μου. Οὐκ εἶπεν Δίδαξόν με τὸ θέλημά σου, ἀλλὰ Τοῦ ποιεῖν. Μακάριος γὰρ οὐχ ὁ εἰδὼς μόνον, ἀλλ' ὁ καὶ ποιῶν αὐτό. Καὶ γὰρ τὸ μὲν εἰδέναι, ῥᾴδιον, τὸ δὲ ποιεῖν δυσχερές· καὶ μάλιστα τῆς ἄνωθεν διδασκαλίας, καὶ βοηθείας δεόμενον.

Τὸ πνεῦμα τὸ ἀγαθόν ὁδηγήσει με ἐν γῇ εὐθείᾳ. Ἐν ὁδῷ ὀρθῇ, καὶ ὁμαλῇ. Τοιαύτη δὲ, ἡ τῆς ἀρετῆς, ὀρθὴ μὲν, ὡς ἁπλανὴς, ὁμαλὴ δὲ, ὡς ἀπηλλαγμένη σκώλων, καὶ προσκομμάτων· ἅπερ εἰσὶ τὰ πάθη τῆς ἁμαρτίας.

Ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου, Κύριε, ζήσεις με. Οὐ διὰ τὴν ἐμὴν ἀρετὴν, ἀλλὰ διὰ τὸ ὄνομά σου· φιλάνθρωπος γὰρ ὀνομάζῃ, καὶ ἐλεήμων. Εἴρηται δὲ καὶ ἐν τῷ ριγ' ψαλμῷ, *Μὴ ἡμῖν, Κύριε, μὴ ἡμῖν, ἀλλ' ἢ τῷ ὀνόματί σου δὸς δόξαν.*

Ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου ἐξάξεις ἐκ θλίψεως τὴν ψυχήν μου, καὶ ἐν τῷ ἐλέει σου ἐξολοθρεύσεις τοὺς ἐχθρούς μου, καὶ ἀπολεῖς πάντας τοὺς θλίβοντας τὴν ψυχήν μου. Ἥνπερ εἶπεν ἐν ἀρχῇ τοῦ ψαλμοῦ δικαιοσύνην, ταύτην λέγει καὶ νῦν, καὶ ἣν ἐκάλεσεν ἀλήθειαν ἐκεῖ, ὠνόμασεν ἐνταῦθα ἔλεος· ἐξολόθρευσις δὲ καὶ ἀπώλεια τῶν νοητῶν ἐχθρῶν, ἡ ἀπέλασις αὐτῶν, καὶ ὁ ἀφανισμὸς, ὅσον πρὸς τὸν ταῦτα λέγοντα· τὸ δὲ *Ζήσεις* καὶ *ἐξάξεις*, *ἐξολοθρεύσεις*, καὶ *ἀπολεῖς*, εἰσὶ μὲν, καὶ προφητικοῦ τύπου, καὶ εὐκτικοῦ.

Ὅτι ἐγὼ δοῦλός σου εἰμί. Δοῦλος, ὡς θεραπεύειν ἐπειγόμενος, καὶ φυλάττειν τὰ δεσποτικὰ προστάγματα.

Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ πρὸς Γολιάθ.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΜΓ'.

Τινὰ τῶν ἀντιγράφων, οὐκ ἔχουσι τὸ *Πρὸς τὸν Γολιάθ.* Οὐδὲν δὲ κωλύει καὶ τοῦτο προκεῖσθαι τοῦ ψαλμοῦ, μετά γε τὸ μετ' ἐκείνου τρόπαιον, καὶ

A Avertit autem Deus faciem, hoc est, protectionem et custodiam suam ab hominibus pravis : *Mundus* enim, inquit, *est oculus tuus ne videat prava* [96].

Vers. 8. *Auditam fac mihi mane misericordiam tuam, quia in te speravi.* Significa mihi, inquit, cito misericordiam tuam, ut ante experientiam, promissione tua refrigerer. Deinde rationem apponit, cur præstanda ei sit misericordia. Quia scilicet in te speravi. Hujuscemodi enim spes magnopere solet Deum conciliare.

Notam fac mihi, Domine, viam, in qua ambulabo, quia ad te levavi animam meam. Atqui, tam naturalis lex quam scripta, docent rectam viam. Verum nunc, vel illud dicere intendit, quod conscientia sua peccatis esset inquinata : vel quod plurima B ab hominibus ignorantur. Atque ideo Paulus dicebat : *Quod oremus, et quemadmodum oportet, nescimus* [97]. Ad te igitur, inquit, oscitabundus specto, indica mihi viam per quam ambulem ad te.

Vers. 9. *Eripe me de inimicis meis, Domine, ad te confugi, doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.* Non dixit : Doce me voluntatem, sed Doce ut faciam eam. Beatus enim, inquit, qui non novit tantum, sed facit eam. Cognoscere enim facilius est, operari vero difficilius, iis præsertim qui superna doctrina atque ope indigent.

Vers. 10. *Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam.* In viam rectam et planam, qualis est C via virtutis. Recta quidem, veluti sine errore ; plana vero, tanquam periculis et scandalis libera : quæ dicere possumus esse peccandi affectus.

Propter nomen tuum, Domine, vivificabis me. Non ob meam virtutem, sed propter tuum nomen. Misericors etenim appellaris, ut dictum est, in psalmo CXIII, ibi : *Non nobis, Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam.*

Vers. 11, 21. *In justitia tua, educes de tribulatione animam meam, et in misericordia tua exterminabis inimicos meos, et perdes omnes qui tribulant animam meam.* Quam illic justitiam hic quoque justitiam dicit, et quam illic veritatem dixit, nunc dicit misericordiam. Exterminabis autem et perdes invisibiles D inimicos, hoc est, expelles et delebis eos, quantum scilicet pertinet ad ipsum, qui hoc petit. Quod vero ait : *Vivificabis, exterminabis, et perdes,* non tantum in eo sensu intelligi potest, ut verba futuri sint temporis, et prophetiam contineant, sed intelligi etiam possunt, ut in optantis modum sint dicta.

Quia ego servus tuus sum. Eo quod et inservire tibi festino, et præcepta tua, tanquam Domini jussa observare satago.

Psalmus ipsi David adversus Goliath.

PSALMUS CXLIII.

Quædam exemplaria non habent verba illa : *Adversus Goliath.* Nihil tamen impedimento est quin adesse possint : quasi compositus fuerit hic psal-

[96] Habac. I, 13. [97] Rom. VIII, 26.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

mus in gratiarum actionem, post tropæum illud de gigante reportatum, et post multas alias victorias. Dicere etiam possumus compositum fuisse hunc psalmum adversus invisibilem, atque intellectualem Goliath, communem nimirum omnium inimicum, diabolum.

μετὰ πολλὰς τὰς ἄλλας νίκας συντεθέντος ὑπὲρ εὐχαριστίας. Ἔστι δὲ καὶ Γολιὰθ νοητὸς, ὁ κοινὸς ἐχθρὸς ὁ διάβολος.

Vers. 1. *Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas in aciem, et digitos meos ad bella.* Laudandus Deus est, qui manus et digitos meos in acie prosperat, et in bello : et qui mihi tribuit, ut hostes meos superem, et præclara hujuscemodi erigam tropæa. Prosperari etiam dicuntur manus in invisibili adversus dæmones prælio, dum extendimus eas ad virtutes, et dum ad Deum eas puro corde elevamus. Possumus etiam dicere, quod beatus David edoctus sit a Domino movere manus in acie et digitos in bello : quia et corporeis membris visibiles inimicos, et animæ membris invisibiles dæmones superabat. Nos etiam docemur a Christo tollere manus in acie et digitos ad Deum, ita ut crucis figuram exprimant.

Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεός μου, ὁ διδάσκων τὰς χεῖράς μου εἰς παράταξιν, καὶ τοὺς δακτύλους μου εἰς πόλεμον. Αἰνετὸς ὁ Θεὸς ὁ εὐοδώσας ἐν παρατάξει καὶ πολέμῳ τὰς χεῖρας, καὶ τοὺς δακτύλους μου, καὶ δούς μοι περιγενέσθαι τῶν ἐχθρῶν, καὶ στῆσαι τοιαῦτα τρόπαια. Εὐοδοῦνται δὲ καὶ ἐν τῷ νοητῷ πολέμῳ, χεῖρες εἰς ἀρετὴν ἐκτεινόμεναι, καὶ πρὸς Θεὸν ἐπαιρόμεναι. Ἔστιν εἰπεῖν καὶ οὕτως· Ὁ μὲν Δαβὶδ, εἰς παράταξιν τὰς χεῖρας, καὶ τοὺς δακτύλους εἰς πόλεμον ὑπὸ Κυρίου διδασκόμενος, διὰ μὲν τῶν σωματικῶν μελῶν τούτων, κατηγωνίζετο τοὺς αἰσθητοὺς πολεμίους, διὰ δὲ τῶν ψυχικῶν τοὺς νοητούς· ἡμεῖς δὲ ὑπὸ Χριστοῦ διδασκόμεθα τὰς χεῖρας μὲν εἰς παράταξιν, τῷ αἴρειν αὐτὰς πρὸς Θεόν· τοὺς δακτύλους δὲ, τῷ ἐκτυποῦν τὸν σταυρόν.

Vers. 2. *Misericordia mea, et refugium meum, adjutor meus, et liberator meus, protector meus, et in ipso speravi.* Misericors enim, inquit, est, et quæ sequuntur.

Qui subdit populum meum sub me. Neque enim in sola inimicorum subjectione superno nobis opus est auxilio, sed etiam in benevoli, atque amici populi regimine : et quemadmodum victoriæ, quæ de inimicis parantur, a divino proveniunt auxilio, ita etiam familiarium ac benevolorum subjectiones.

Ἔλεός μου, καὶ καταφυγή μου, ἀντιλήπτωρ μου, καὶ ῥύστης μου, ὑπερασπιστής μου, καὶ ἐπ' αὐτῷ ἤλπισα. Ἐλεήμων ἐστὶ, καὶ τὰ λοιπά.

Ὁ ὑποτάσσων τὸν λαόν μου ἐπ' ἐμέ. Οὐ γὰρ ἐν τῇ τῶν ἐχθρῶν ὑποταγῇ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ τῶν οἰκειῶν, πολλῆς ἡμῖν τῆς ἄνωθεν δεῖ ῥοπῆς· καὶ καθάπερ ἀπὸ ταύτης αἱ νίκαι τῶν ἐχθρῶν, οὕτω πάλιν καὶ αἱ τῶν οἰκείων ὑποταγαί.

Vers. 3. *Domine, quid est homo, quod cognitus ei es? aut filius hominis, quoniam reputaris ab eo?* Hujuscemodi pene verba habuimus in psalmo octavo, ubi expositionem videre poteris. Quia, inquit, donasti ei, ut cognoscat te Deum esse, et quia reputaris ab eo, hoc est, cognosceris Deum esse. Et quia in cogitationibus et considerationibus atque in animo illius versaris. Magnum etenim hoc est, et supra humanæ naturæ tenuitatem.

Κύριε, τί ἐστιν ἄνθρωπος, ὅτι ἐγνώσθης αὐτῷ; ἢ υἱὸς ἀνθρώπου, ὅτι λογίζῃ αὐτῷ. Τοιαῦτα εἶπε, καὶ ἐν τῷ η' ψαλμῷ· Τί ἐστιν ἄνθρωπος ὅτι μιμνήσκῃ αὐτοῦ, ἢ υἱὸς ἀνθρώπου, ὅτι ἐπισκέπτῃ αὐτὸν, καὶ ζήτει ἐκεῖ τὴν ἐξήγησιν· ὅτι, φησὶν, ἐχαρίσω αὐτὸν τὸ γινώσκειν σε Θεόν· καὶ ὅτι λογίζῃ αὐτῷ· ἤτοι γνωρίζῃ αὐτῷ Θεὸς, ὅτι λογισμοῖς αὐτοῦ ὑποπίπτεις· μέγα γὰρ τοῦτο καὶ ὑπὲρ τὴν εὐτέλειαν αὐτοῦ τῆς φύσεως.

Vers. 4. *Homo vanitati similis factus est.* Hoc dicit propter corporis infirmitatem, et quia humanum nihil est stabile, sed corruptibilia omnia, et quæ cito transeunt. Per vanitatem autem inania ac fatua hominum studia significavit.

Dies ejus sicut umbra prætereunt. Cito pertranseunt, umbræ instar, quæ modicum apparet, et videtur esse et cito avolat.

Ἄνθρωπος ματαιότητι ὡμοιώθη. Διὰ τὸ σῶμα λέγει ταῦτα, καὶ τὸ μηδὲν τῶν ἀνθρωπίνων εἶναι στάσιμον ἢ βέβαιον· ἀλλ' ἐπίκηρα πάντα, καὶ ταχὺ παρερχόμενα· ματαιότης δέ ἐστιν, ἡ ἀνόητος σπουδὴ, καὶ τὸ οὐδαμινόν.

Αἱ ἡμέραι αὐτοῦ ὡσεὶ σκιὰ παράγουσι. Ταχέως παρέρχονται, δίκην σκιᾶς βραχύ τι φαινομένης, καὶ δοκούσης εἶναί τι, καὶ θᾶττον ἀφιπταμένης.

Vers. 5. *Domine, inclina cælos, et descende, tange montes, et fumigabunt.* Atqui descendere Deus non potest, cum ubique adsit, et impleat universa : verum humano more Propheta nunc hujuscemodi protulit verba, ut per ea (terribilia enim admodum videntur) illos perterreat, qui magna sapiunt, et tument superbia, utque eorumdem comprimat temeritatem. Nam etsi tangere montes et fumigare, horrenda quædam videantur verba, inferiora tamen sunt, ac valde distant a

Κύριε, κλῖνον οὐρανοὺς, καὶ κατάβηθι, ἅψαι τῶν ὀρέων, καὶ καπνισθήσονται. Καὶ μὲν ὁ Θεὸς, οὐ καταβαίνει· πῶς γὰρ ὁ πανταχοῦ παρὼν, καὶ τὰ πάντα πληρῶν; Ἀλλ' ἀνθρωποπρεπῶς φθέγγεται ταῦτα νῦν ὁ Δαβὶδ, ἵνα διὰ τῶν φοβερῶν τούτων ῥημάτων, καταπλήξῃ τοὺς μεγαλοφρονοῦντας, καὶ φλεγμαίνοντας εἰς ἀπόνοιαν, καὶ συστείλῃ τὴν ἀλαζονείαν αὐτῶν. Καὶ γὰρ τὸ, ἅψασθαι καὶ καπνίζειν, εἰ καὶ φρικτὸν, ἀλλὰ πολὺ τῆς τοῦ Θεοῦ ἀξίας κατα-δεέστερον. Λέγει τοίνυν· Τότε κατάβηθι καὶ ἅψαι

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τῶν ὀρέων, ἵνα κολάσῃς τοὺς μὴ συνορῶντας οἰκοθεν τὸ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως εὐτελὲς, καὶ ἐπίκηρον, μηδὲ σωφρονιζομένους ἐντεῦθεν, ἀλλὰ τοὐναντίον διακειμένους. Καὶ γὰρ ἐν τῷ Σινᾷ πάλαι τοιαῦτα δείματα γενόμενα, τὸν λαὸν εἰς φόβον μέγαν ἐνέβαλον, καὶ σωφρονέστερον ἀπειργάσαντο.

Ἀστραψον ἀστραπὴν, καὶ σκορπιεῖς αὐτοὺς, ἐξαπόστειλον τὰ βέλη σου, καὶ συνταράξεις αὐτούς. Ἀστραπὴν ἐνταῦθα, καὶ βέλη, τὰς θεηλάτους τιμωρίας καλεῖ, οἷον, λιμοὺς, λοιμοὺς, καὶ τὰ τοιαῦτα, καὶ ἀπὸ τῶν γνωρίμων καὶ φοβερῶν, τὸν καταφρονητὴν καὶ ἀναπεπτωκότα τρέμειν καὶ διεγείρεσθαι ποιῶν. Νοοῦνται δὲ τὰ ῥηθέντα, καὶ περὶ τῆς πρώτης τοῦ Σωτῆρος ἐπιδημίας. Καὶ γὰρ ἐν τῷ ιζ' γέγραπται ψαλμῷ, περὶ μὲν τῆς κλίσεως τοῦ οὐρανοῦ, ὅτι *Ἔκλινεν οὐρανοὺς καὶ κατέβη.* Περὶ δὲ τῶν ὀρέων, καὶ τοῦ καπνοῦ, ὅτι καὶ τὰ *Θεμέλια τῶν ὀρέων ἐταράχθησαν*, καὶ ὅτι *Ἀνέβη καπνὸς ἐν ὀργῇ αὐτοῦ.* Περὶ δὲ τῆς ἀστραπῆς καὶ τῶν βελῶν, ὅτι *Ἐξαπέστειλε βέλη, καὶ ἐσκόρπισεν αὐτούς· καὶ ἀστραπὰς ἐπλήθυνε, καὶ συνετάραξεν αὐτούς·* καὶ ἀνάγνωθι τὰς ἐξηγήσεις τῶν τοιούτων ῥητῶν· οὐκ ἀπὸ δὲ σκοποῦ, καὶ περὶ τῆς δευτέρας τοῦ Χριστοῦ παρουσίας, τὰ προῤῥηθέντα νοεῖν.

Ἐξαπόστειλον τὴν χεῖρά σου ἐξ ὕψους. Τὴν ἀντιληπτικήν σου δύναμιν, τὴν συμμαχικήν σου βοήθειαν.

Ἐξελοῦ με καὶ ῥῦσαί με ἐξ ὑδάτων πολλῶν. Ὕδατα λέγει τοὺς πολεμίους, δίκην ὑδάτων σφοδρῶς καὶ ἀτάκτως καὶ μετὰ ῥύμης φερομένους, καὶ τὸ προστυχὸν παρασύροντες. Ἀνάγνωθι δὲ καὶ ἐν τῷ ξη' ψαλμῷ, τὴν ἐξήγησιν τούτου.

Ἐκ χειρὸς υἱῶν ἀλλοτρίων. Ἀνθρώπων ἀλλοτρίων μου, ἢ ἀλλοτρίων Θεοῦ, διὰ τὰς παρανομίας αὐτῶν.

Ὧν τὸ στόμα ἐλάλησε ματαιότητα. Ψεῦδος; καὶ λόγους ἀνωφελεῖς, ἔτι δὲ καὶ βλαβερούς.

Καὶ ἡ δεξιὰ αὐτῶν, δεξιὰ ἀδικίας. Ὧν, φησὶν, καὶ τὰ ἔργα πονηρὰ, καὶ οἱ λόγοι κάκιστοι.

Ὁ Θεὸς, ᾠδὴν καινὴν ᾄσομαί σοι. Εὐχαριστήριον. Ὥσπερ γὰρ ὁ βασιλεὺς ἀπὸ τοῦ εὐεργετηθέντος πένητος οὐδὲν ἕτερον ἐπιζητεῖ, ἢ μόνον εὐγνωμοσύνην καὶ εὐφημίαν, οὕτω καὶ ὁ Θεός. Ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν, ἵνα χαλεπώτερος (35) γένηται, ὁ δὲ Θεὸς, ἵνα λαμπρότερον ποιήσῃ τὴν εὐχαριστίαν αὐτῷ προσάγοντα.

Ἐν ψαλτηρίῳ δεκαχόρδῳ ψαλῶ σοι. Πάλαι μὲν δι' ὀργάνων τοιούτων ᾖδοντο Θεῷ οἱ ψαλμοί· νῦν δὲ ψαλτήριον δεκάχορδον, πᾶς ἄνθρωπος, κατὰ τὰς

A divina dignitate. Ait igitur : Descende, quæso, et tange montes, ut eos punias, qui humanæ naturæ imbecillitatem ex se ipsis non cernunt, et nihilo sapientiores fiunt, quinimo contra potius desipiunt. In monte etenim Sina olim hujuscemodi terrores facti sunt; unde populus magno timore affectus est, castigatiorque ac moderatior redditus.

Vers. 6. *Fulgura fulgurationem et disperdes eos, mitte sagittas tuas et conturbabis eos.* Per fulgurationem et sagittas, flagella ac supplicia appellat, veluti famem, pestem, et alia hujusmodi. Notioribus enim, et terribilibus hisce vocabulis resupinum et contemptorem hominem, veluti a somno excitans, exsurgere eum facit, et tremere.

B Possunt etiam hæc verba de primo Salvatoris adventu intelligi. Nam et in psalmo xvii de inclinatione cœli scriptum legimus : *Inclinavit cœlos, et descendit.* Similiter de montibus et de fumo, quod *fundamenta montium turbata sunt*, et quod *ascendit fumus in ira ejus.* De fulgure etiam et de sagittis, quod *Misit sagittas suas, et dissipavit eos, fulgura multiplicavit, et conturbavit eos;* ubi vide quæ exponendo dicta sunt. Nec tamen absre fuerit, eadem hæc verba de secundo Christi adventu intelligere.

Vers. 7. *Emitte manum tuam ex alto.* Tuam scilicet adjuvandi potentiam.

C

Eripe me, et libera me de aquis multis. Per aquas allegorice inimici intelliguntur, eo quod aquarum, seu torrentis instar, multo cum impetu, ac vehementia, et nullo ordine ferantur, et quodcunque obvium est, pertrahant. Vide in psalmo lxviii expositionem primi versiculi.

De manu filiorum alienorum. Hoc est, de manu hominum, qui a me alieni sunt, vel qui a Deo alieni sunt, propter summa nimirum eorum scelera.

Vers. 8. *Quorum os locutum est vanitates.* Mendacia scilicet, atque inutiles et noxios sermones.

Et dextera eorum dextera injustitiæ. Quorum, inquit, et sermones mali sunt, et opera pessima.

D Vers. 9. *Deus, canticum novum cantabo tibi.* In gratiarum scilicet actionem. Nam quemadmodum rex a paupere, quem beneficiis affecerit, nihil aliud quærit quam gratum animum, et laudem : ita etiam Deus a nobis nihil aliud poscit. Verum ille laudes quærit, ut clarus ac celebris fiat, Deus vero, ut clariorem eum reddat, qui hujuscemodi laudes obtulerit.

In psalterio decachordo psallam tibi. Olim psalmi hujuscemodi organis Deo canebantur, nunc fidelis quilibet tunc demum psalterium decachordum ef-

Variæ lectiones.

(35) Græce χαλιπώτερος, sensu non satis commodo; hujus tamen dictionis vim propius attigisse interpres, vertendo *ut inde elatior fiat.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ficitur, si quinque corporis sensus, et quinque animi potentias, in se apte atque concinne dispositas habuerit. Quoties igitur oculus recta videt, et auris spiritualibus superne intendit vocibus, et reliqui omnes ac singuli sensus, et potentiæ prædictæ irreprehensibiliter, et digne Deo, id operantur, quod decet : tunc in decachordo psalterio Deo caninus, eique gratias agimus, et illius nomen glorificamus.

A πέντε τοῦ σώματος αἰσθήσεις, καὶ τὰς πέντε δυνάμεις τῆς ψυχῆς. Ὅταν οὖν ὁ μὲν ὀφθαλμὸς ὀρθὰ βλέπῃ, ἡ δὲ ἀκοὴ πνευματικοὺς ἐνηχεῖται λόγους, καὶ ἑκάστη τῶν εἰρημένων αἰσθήσεων καὶ δυνάμεων, ἀμέμπτως καὶ θεοφιλῶς ἐνεργῇ τὰ πρέποντα, τότε διὰ τῶν δέκα τούτων, ὡς δέκα χορδαῖς, ᾄδει τις, καὶ εὐχαριστεῖ, καὶ δοξάζει τὸν Θεόν.

Vers. 10. *Qui das salutem regibus.* Neque enim exercitus, aut humanæ vires, salvare eos solent, sed Dei potentia.

Τῷ διδόντι τὴν σωτηρίαν τοῖς βασιλεῦσι. Οὐ γὰρ στρατόπεδαι, καὶ τοιαῦται δυνάμεις, ἀλλ' ἡ τοῦ Θεοῦ ῥοπή.

Qui redimis David servum tuum de gladio maligno. Ex gravi scilicet prælio, atque ex acerba morte.

Τῷ λυτρουμένῳ Δαβὶδ, τὸν δοῦλον αὐτοῦ, ἐκ ῥομφαίας πονηρᾶς. Ἐκ πολέμου δεινοῦ, καὶ θανάτου πικροῦ.

Vers. 11. *Eripe me, et erue me de manu filiorum alienorum, quorum os locutum est vanitatem, et dextera eorum dextera injustitiæ.* Hæc verba etiam superius dicta sunt, verum eadem nunc repetit Propheta, orationem ac preces suas magis intendens.

B *Ῥῦσαί με, καὶ ἐξελοῦ με ἐκ χειρὸς υἱῶν ἀλλοτρίων, ὧν τὸ στόμα ἐλάλησε ματαιότητα, καὶ ἡ δεξιὰ αὐτῶν, δεξιὰ ἀδικίας.* Εἶπε ταῦτα, καὶ ἀνωτέρω· διττολογεῖ δὲ, τὴν δέησιν ἐπιτείνων.

Vers. 12. *Quorum filii eorum sicut novellæ plantationes, stabilitæ in juventute sua.* Felicitatem eorum describit, et divitias. Quorum, inquit, filii florentes sunt, atque in vigore, veluti novellæ plantæ auctæ in juventute sua.

Ὧν οἱ υἱοὶ αὐτῶν ὡς νεόφυτα ἱδρυμένα ἐν τῇ νεότητι αὐτῶν. Τὴν εὐημερίαν αὐτῶν ὑπογράγει, καὶ τὸν πλοῦτον· ὧν οἱ υἱοὶ, φησὶν, εὐθαλεῖς, ἀκμάζοντες ὡς νεόφυτα ηὐξάμενα, ἐν τῇ νεότητι αὐτῶν.

Filiæ eorum eleganter compositæ, atque ornatæ, ut similitudo templi. Hoc est, ornatæ instar templi ; vel adeo ornatæ, ut ob summam elegantiam, atque ornamentum, templi similitudo videantur.

Αἱ θυγατέρες αὐτῶν κεκαλλωπισμέναι, περικεκοσμημέναι ὡς ὁμοίωμα ναοῦ. Ὁμοίωμα ναοῦ, ἤ ὡς δοκεῖν ὁμοίωμα ναοῦ, κατὰ κόσμον, καὶ τὸν καλλωπισμόν.

Vers. 13. *Promptuaria eorum plena, eructantia* C *ex hoc in hoc.* Hoc est, ob multam reconditorum bonorum copiam, in aliud promptuarium evacuata : quasi prima illa promptuaria essent angusta, atque ideo delata ad majora promptuaria ; juxta illud : *Destruam horrea mea, et majora ædificabo* [96].

Τὰ ταμεῖα αὐτῶν πλήρη, ἐξερευγόμενα ἐκ τούτου εἰς τοῦτο. Ἀποκενοῦντα εἰς ἕτερον διὰ τὸ στενοχωρεῖσθαι τῷ πλήθει τῶν τεθησαυριαμένων. Ἢ καὶ φορτούμενα εἰς μείζονα, κατὰ τὸ *Καθελῶ μου τὰς ἀποθήκας, καὶ μείζονας οἰκοδομήσω.*

Vers. 14. *Oves eorum fecundæ, multiplicantes in egressibus suis, boves eorum pingues.* Per egressus, aut partus intelligere debemus, aut exitus ad pascua.

Τὰ πρόβατα αὐτῶν πολύτοκα, πληθύνοντα ἐν ταῖς ἐξόδοις αὐτῶν· οἱ βόες αὐτῶν παχεῖς. Ἐξόδους ἢ τὰς γεννήσεις νοοῦμεν, ἢ τὰς ἐπὶ τὰς νομὰς προόδους.

Non est ruina maceriæ, neque transitus, neque clamor in plateis eorum. Non tantum eorum segetes et campi florent, et vineæ ; sed stabiles etiam sunt eorum maceriæ. Per maceriam etiam, seu [ut potius Græca dictio φραγμὸς significat], per sepem, aut civitatis mœnia accipiuntur, aut privati muri domus. Quorum, inquit igitur, nihil decidit : sed neque excursiones, aut clamores in eorum sunt urbibus, vel, juxta alium interpretem, in suburbiis eorum. Ubi enim tumultuatio est, aut perturbatio ex bello, illic etiam excursiones hostium sunt. De hac materia dictum est etiam in psalmo LXXII : *Quia zelavi in iniquis, pacem peccatorum videns.*

Οὐκ ἔστι κατάπτωμα φραγμοῦ, οὐδὲ διέξοδος, οὐδὲ κραυγὴ ἐν ταῖς πλατείαις αὐτῶν. Οὐ μόνον κομῶσιν αὐτῶν τὰ λῆϊα καὶ οἱ ἀμπελῶνες, ἀλλ' ἑστᾶσι καὶ οἱ τούτων φραγμοί· φραγμὸς δὲ καὶ τὸ τεῖχος τῆς πόλεως, καὶ τῆς οἰκείας, ὧν οὐδὲν, φησὶ, πέπτωκεν· ἀλλ' οὔτε ἐκδρομὴ, οὔτε κραυγὴ, ἐν ταῖς πλατείαις τῆς πόλεως αὐτῶν. Ἢ καθ' ἕτερον ἑρμήνευτὴν, ἐν ταῖς ἐπαύλεσιν αὐτῶν. Ἔνθα γὰρ θόρυβος καὶ ταραχὴ ἐκ πολεμίων ἐκεῖ, καὶ ἐκδρομὴ, καὶ διαδρομή. Λέγει δὲ καὶ ἐν τῷ οβ' ψαλμῷ, ὅτι *Ἐζήλωσα ἐν τοῖς ἀνόμοις, εἰρήνην ἁμαρτωλῶν θεωρῶν.*

Vers. 15. *Beatum dixerunt populum cui hæc sunt.* Multi, inquit, hunc populum ob visibilium hujuscemodi bonorum copiam, beatum dixerunt, cumque fallacem hanc vulgi sententiam posuerit, suam deinceps Propheta meliorem. ac rectiorem infert, dicens :

Ἐμακάρισαν τὸν λαὸν ᾧ ταῦτά ἐστι. Ἐμακάρισαν οἱ πολλοὶ τοῦτον, διὰ τὴν εὐθηνίαν τῶν δοκούντων ἀγαθῶν. Θεὶς δὲ τὴν ἐσφαλμένην κρίσιν τῶν πολλῶν, ἐπάγει καὶ τὴν ὀρθὴν ψῆφον ἑαυτοῦ.

[96] Luc. XII, 18.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Μακάριος ὁ λαὸς, οὗ Κύριος ὁ Θεὸς αὐτοῦ. Οὗ μερὶς Κύριος ὁ Θεὸς αὐτοῦ· ἢ οὗ Κύριος ὁ Θεὸς αὐτοῦ, οὗ κυριεύει ὁ Θεὸς, οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ πειθομένου ταῖς ἐντολαῖς αὐτοῦ. Τοῦτο γὰρ ὄντως μακαριότης, ὡς ἀγαθὸν μόνιμον καὶ διαιωνίζον.

Beatus populus, cujus Dominus Deus ejus. Cujus portio Dominus Deus ejus; vel cujus Dominus est Deus ejus, cujus Deus dominatur: nec simpliciter, sed quia illius paret mandatis. Hæc etenim beatitudo vera est, veluti bona, stabilis ac perpetua.

Αἰνέσεως τῷ Δαβίδ.

Laudationis ipsi David.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΜΔ'.

PSALMUS CXLIV.

Αἴνεσις κοινὴ καὶ πᾶσιν ἁρμόζουσα.

Hic psalmus laudationem Dei continet, quæ omnibus communis esse potest, et ex fidelis cujusque persona proferri.

Ὑψώσω σε, ὁ Θεός μου, ὁ βασιλεύς μου. Ὑψηλὰ περὶ σοῦ θεολογῶν· ἢ τὸ ὕψος σου γνωρίζων τοῖς ἀγνοοῦσιν.

Vers. 1. *Exaltabo te, Deus meus, rex meus.* Alta ac sublimia de te contemplans, vel altitudinem tuam ignorantibus declarans.

Καὶ εὐλογήσω τὸ ὄνομά σου εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. Πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον, τὴν μὲν κτίσιν διὰ παντὸς ἀναπέμπειν τῷ Κτίστῃ δόξαν (*Οἱ οὐρανοὶ* γὰρ, φησὶν, *διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ*) τὸν δὲ λόγιον ἄνθρωπον ἐλαττοῦσθαι ταύτης ἐν τούτῳ, καὶ μὴ πάντοτε δοξάζειν αὐτὸν καὶ δι' εὐφημίας καὶ δι' ἀγαθοεργίας; *Ὅπως* γὰρ, φησὶν, *ἴδωσι τὰ καλὰ ὑμῶν ἔργα*, καὶ τὰ ἐξῆς· καὶ γὰρ πολλῶν ἐσμεν ὀφειλέται τῷ Θεῷ, ὅτι τε οὐκ ὄντας ἐποίησε, καὶ ὅτι τοιούτους εἰργάσατο, καὶ τὸ γενόμενον διακρατεῖ, καὶ προνοεῖται διὰ παντὸς, καὶ κοινῇ, καὶ ἰδίᾳ, καὶ λάθρα, καὶ φανερῶς, καὶ εἰδότων καὶ ἀγνοούντων. Τί γὰρ ἄν τις εἴποι τὰ δι' ἡμᾶς κτισθέντα, τὴν διακονίαν ἣν ἡμῖν παρέχεται, τὴν διάπλασιν τοῦ σώματος, τὴν εὐγένειαν τῆς ψυχῆς, τὴν σύνεσιν, τὸν φυσικὸν νόμον, τὸν γραπτόν; καὶ τὸ κεφάλαιον τῶν ἀγαθῶν, ἡ δι' ἡμᾶς ἐνανθρώπησις, καὶ τὰ πάθη, καὶ ἡ σφαγή. Τούτων οὖν ἁπάντων καὶ μυρίων ἄλλων ὀφειλέται ἐσμέν.

Et benedicam nomini tuo in sæculum, et in sæculum sæculi. Absurdum enim esset, postquam ipsa etiam irrationalis creatura Creatorem suum semper glorificat (*Cæli* enim, inquit, *enarrant gloriam Dei* [97]), si rationalis homo in hoc laudationis genere ab ea vinceretur, nec semper Deum glorificaret, per laudes nimirum et per bona opera, juxta id quod scriptum est: *Ut videant bona vestra opera, et glorificent Patrem* [98], etc. Sumus etenim præ cæteris omnibus nos Deo debitores, et quia fecit nos, cum non essemus: et quia tales creavit, homines scilicet et fideles; et quod creatos conservat; et quia providentiam nostrum omnium habet, in universum omnium, ac privatim singulorum, secreto et palam, tam scientium quam ignorantium. Quis enim omnia ea enarrare posset, quæ Deus propter homines creavit? Et ministerium illud, quod nobis impendit? corporis formationem, animæ nobilitatem, sapientiam, naturæ legem, et legem scriptam, et quod bonorum omnium est caput, illius incarnationem, passiones, et mortem? Horum omnium igitur atque innumerabilium aliorum beneficiorum, Deo debitores sumus.

Καθ' ἑκάστην ἡμέραν εὐλογήσω σε, καὶ αἰνέσω τὸ ὄνομά σου εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. Ταῦτα σαφῆ.

Vers. 2. *Per singulos dies benedicam tibi, et laudabo nomen tuum in sæculum, et in sæculum sæculi.* Hæc verba per se clara sunt.

Μέγας Κύριος καὶ αἰνετὸς σφόδρα, καὶ τῆς μεγαλοσύνης αὐτοῦ οὐκ ἔστι πέρας. Μέγας οὐ μόνον ὡς μεγαλουργὸς, ἀλλὰ καὶ ὡς μεγαλόδωρος, καὶ διὰ ταῦτα αἰνετὸς σφόδρα. Εἰ δὲ τῆς μεγαλοσύνης αὐτοῦ οὐκ ἔστι πέρας, οὐδὲ μέτρον, πάντως οὐδὲ τῆς αἰνέσεως αὐτοῦ.

Vers. 3. *Magnus Dominus et laudandus valde, et magnitudinis ejus non est finis.* Magnus non tantum, ut magnarum rerum opifex, sed ut magnorum donorum largitor: et propterea valde laudandus est. Quod si nullus est finis divinæ magnitudinis, consequenter nullus erit etiam divinis laudibus modus.

Γενεὰ καὶ γενεὰ ἐπαινέσει τὰ ἔργα σου. Ἡ τε οὖσα, ἤτε ἐπιοῦσα· τουτέστι πᾶσα. Ἔργα δὲ λέγει νῦν, τὰ ἐν ἓξ ἡμέραις δημιουργηθέντα· ἢ καὶ τὰ ἐν τέρασι καὶ σημείοις καθ' ἑκάστην γενεὰν ἐπιτελούμενα.

Vers. 4. *Generatio et generatio laudabit opera tua.* Tam præsens generatio, quam quæ ventura est, hoc est omnis generatio. Opera autem hic ea dicit Propheta, quæ mundi initio, illis sex diebus facta sunt: vel miracula et prodigia, quæ assidue in omni generatione ab eo fieri contingit.

Καὶ τὴν δύναμίν σου ἀπαγγελοῦσι. Τὴν ἐν τούτοις τε καὶ τὴν ἐν τῷ εὐεργετεῖν, ἢ κολάζειν. Γενεὰν δὲ καὶ γενεὰν λέγει νῦν τοὺς ἐν ἑκάστῃ γενεᾷ συνετοὺς καὶ θεοφιλεῖς, οἳ πρῶτα μὲν ἑαυτοῖς ἐπαινοῦσι τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ, εἶτα καὶ ἄλλοις ἀπαγγέλλουσι τὴν δύναμιν αὐτοῦ.

Et potentiam tuam pronuntiabunt. Potentiam, quam in prædictis habes generationibus, vel potentiam præstandi beneficia, et infligendi supplicia; generationem autem et generationem eos appellat, qui in unaquaque generatione sapientes sunt et Dei amatores, qui primum quidem a seipsis divina opera laudant, deinde etiam ejus potentiam cæteris annuntiant.

[97] Psal. xviii, 1. [98] Matth. v, 16.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

VERS. 5, 6. *Magnificentiam gloriæ sanctitatis tuæ loquentur, et mirabilia tua narrabunt, et virtutem terribilium tuorum dicent, et magnitudinem tuam narrabunt.* Per mirabilia quidem ea intelligit, quæ in aliquorum hominum beneficium facta sunt, quemadmodum in Hebræorum transitu ex Ægypto, columna ignis, et columna nubis, Rubri maris divisio, aqua ex petra, coturnix, atque alia hujusmodi. Per terribilia vero ea significat, quæ ad supplicium atque in pœnam aliquorum facta sunt, veluti flagella contra Ægyptios, aut alias gentes immissa. Vel aliter: Per mirabilia quidem contemperatas temporum mutationes intelligit, florentes item hortos, prata, nitidos ac potabiles fontes, flumina ac rivulos suaviter fluentes, pluviarum irrigationes, terræ fœtus, arborum innumerabiles species, fructuum varietates, mites ac molliter spirantes ventos, solis splendorem, lunæ lampadem, stellarum pulchritudinem, et alia quæcunque, tam in animantibus, quam inanimatis, admiratione digna sunt. Per terribilia vero, fulgura, tonitrua, fulmina, pestem, famem, nivem, grandinem, glaciem, diluvia, incendia et alia quæcunque tam in inanimatis quam in animantibus terribilia sunt. Per magnitudinem vero et magnificentiam, divinæ naturæ, sapientiæque, ac potentiæ excellentiam intellige. Deinde in melioribus ac benignioribus *Dei beneficiis* magis immoratur, ostendens illum ad humanitatem atque ad misericordiam semper magis vergere et ad mitiora declinare.

A *Τὴν μεγαλοπρέπειαν τῆς δόξης τῆς ἁγιωσύνης σου λαλήσουσι, καὶ τὰ θαυμάσιά σου διηγήσονται, καὶ τὴν δύναμιν τῶν φοβερῶν σου ἐροῦσι, καὶ τὴν μεγαλοσύνην σου διηγήσονται.* Θαυμάσια μὲν, τὰ ἐπ' εὐεργεσίᾳ τινῶν τελειούμενα, ὡς ἐπὶ τῆς τῶν Ἑβραίων ἐξ Αἰγύπτου διαβάσεως, ὁ στύλος τοῦ πυρὸς καὶ τῆς νεφέλης, καὶ τὰ λοιπὰ, ἦγουν ἡ διαίρεσις τῆς Ἐρυθρᾶς, τὸ ἐκ πέτρας ὕδωρ, τὸ μάννα, ἡ ὀρτυγομήτρα, καὶ τὰ τοιαῦτα. *Φοβερὰ* δὲ, τὰ ἐπὶ κολάσει τινῶν τερατουργούμενα, ὡς αἱ κατ' Αἰγυπτίων μάστιγες, καὶ τῶν ἄλλων ἐθνῶν. Καὶ ἑτέρως δέ· Θαυμάσια μὲν, ὡρῶν εὐκρασίᾳ ἐναλλαγαὶ, παράδεισοι κομῶντες, λειμῶνες εὐανθεῖς, πηγαὶ διαιδεῖς καὶ πότιμοι, ποταμοὶ ῥέοντες ἡδέως, ὑετῶν ἀρδεῖαι, γῆς ὠδῖνες, δένδρων εἴδη μυρία, κτηνῶν ποικιλία, προσηνεῖς ἄνεμοι, λαμπρότης ἡλίου, σελήνης λαμπὰς, ἄστρων κάλλος, καὶ ὅσα ἔν τε ἐμψύχοις, ἔντε ἀψύχοις, ἀξιοθαύμαστα· φοβερὰ δὲ, ἀστραπαὶ, βρονταὶ, κεραυνοὶ, λοιμοὶ, λιμοὶ, χιὼν, χάλαζα, πηγαὶ, ἐκπυρώσεις, καὶ ὅσα ἐν ἀψύχοις καὶ ἐμψύχοις φρικτά. Μεγαλοπρέπεια δὲ καὶ μεγαλοσύνη, τὸ ὑπερέχον τῆς φύσεως, καὶ σοφίας, καὶ δυνάμεως τοῦ Θεοῦ. Εἶτα ἐνδιατρίβει πλέον τοῖς χρηστοτέροις, δεικνὺς αὐτὸν ἐπιῤῥεπέστερον εἰς φιλανθρωπίαν.

VERS. 7. *Memoriam multitudinis benignitatis tuæ eructabunt.* Annuntiabunt sermonem plenum memoria immensæ tuæ bonitatis.

Μνήμην τοῦ πλήθους τῆς χρηστότητός σου ἐξερεύξονται. Ἀπαγγελοῦσι τὴν διήγησιν, ἔχουσαν μνήμην τῆς ἀμετρήτου χρηστότητος.

Et justitia tua exsultabunt. Hoc est, ob justitiam tuam, reminiscentes nimirum ac narrantes, quomodo unicuique convenientia pro dignitate largiris: quomodo et beneficiis afficis, et pœnis, et juste omnia administras. Exsultabunt igitur quod neque virtus a te irremunerata relinquetur, neque vitium incastigatum.

C *Καὶ τῇ δικαιοσύνῃ σου ἀγαλλιάσονται.* Μνημονεύοντες καὶ διηγούμενοι πῶς ἑκάστῳ τὸ πρὸς ἀξίαν ἀπονέμεις, καὶ εὐεργετῶν καὶ κολάζων, καὶ πάντα δικαίως ποιεῖς καὶ ποιήσεις, ἀγαλλιάσονται, πεπεισμένοι, μήτε τὴν ἀρετὴν ἀγέραστον παροφθῆναι, μήτε τὴν κακίαν ἀτιμώρητον.

VERS. 8. *Misericors et miserator Dominus, longanimis, et multum misericors.* Hæc verba etiam habentur in psalmo CII.

Οἰκτίρμων καὶ ἐλεήμων ὁ Κύριος, μακρόθυμος καὶ πολυέλεος. Εἶπε ταῦτα καὶ ἐν τῷ ρβ' ψαλμῷ.

VERS. 9. *Benignus Dominus universis, et miserationes ejus super omnia opera ejus.* Loquens Propheta de divina bonitate, sermonem amplificat, sciens in ea potissimum Dei divitias consistere. Neque enim salvari potuissemus, nisi magna illius benignitas adfuisset nobis et misericordia. Universis autem dixit, et non justis tantum, quinimo et peccatoribus: nec rationalibus tantum, sed etiam irrationalibus, et denique quibuscunque, tametsi minimis operibus suis miseretur: quippe qui et gehennam, et omnes alias æternas pœnas peccatoribus, præ summa misericordia comminatus est, ut earum timore a vitiis abstinerent, et virtutem adepti, cœlorum regnum consequerentur: et qui in hac etiam vita sæpenumero delinquentes castigat, ut, si velint, meliores eos reddat, vel saltem, ut in futura vita minores eis pœnas tribuat, atque ut hujuscemodi castigationis exemplo alios erudiat et moderatiores reddat.

Χρηστὸς Κύριος τοῖς σύμπασι, καὶ οἱ οἰκτιρμοὶ αὐτοῦ ἐπὶ πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ. Ἐπιδαψιλεύεται τῷ λόγῳ τῆς χρηστότητος, εἰδὼς ἐνταῦθα μάλιστα τοῦ Θεοῦ τὸν πλοῦτον. Οὐδὲ γὰρ ἦν σωθῆναι, μὴ πολλῆς οὔσης τῆς αὐτοῦ φιλανθρωπίας· τοῖς σύμπασί φησιν, οὐ τοῖς δικαίοις μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἁμαρτωλοῖς· οὐδὲ τοῖς λογικοῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀλόγοις· καὶ ἁπλῶς πᾶν ἔργον αὐτοῦ οἰκτείρει, μέχρι καὶ τῶν εὐτελεστάτων· καὶ γὰρ καὶ τὴν γέενναν καὶ τὰς ἄλλας αἰωνίους κολάσεις, ὑπὸ φιλανθρωπίας τοῖς ἁμαρτωλοῖς ἀπείληφεν, ἵνα δέει τούτων ἀπέχωνται κακίας, καὶ μεταποιησάμενοι ἀρετῆς, τύχωσι μᾶλλον τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν. Κἀνταῦθα δὲ κολάζει τινὰς πλημμελοῦντας, ἵνα τούτους βελτίους, εἰ βούλοιντο, ποιήσῃ, ἢ κἂν γοῦν κουφίσῃ τὴν ἐκεῖ κόλασιν αὐτοῖς, καὶ τοὺς ἄλλους παιδεύσῃ, διὰ τῆς τούτων τιμωρίας καὶ σωφρονεστέρους ἐργάσηται

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Ἐξομολογησάσθω σάρ σοι, Κύριε, πάντα τὰ ἔργα σου. Εὐχαριστείτωσαν τὰ μὲν λογικὰ δι' αὐτῶν, τὰ δὲ ἄλογα καὶ ἄψυχα, διὰ τῶν ὁρώντων αὐτά, καὶ χρωμένων τούτοις· δι' οὓς ταῦτα γεγόνασιν. Εὐχαριστείτωσαν, ὅτι πάντα σοφῆς μετέχει κατασκευῆς, καὶ χρησίμου παραγωγῆς καὶ προνοίας ἀπολαύει. Κἀκεῖνα μὲν εὐχαριστείτωσαν, διὰ τῆς θαυματουργικῆς αὐτῶν φύσεως, οἱ ἄνθρωποι δὲ, διὰ τῆς ἐπαινετῆς αὐτῶν πολιτείας.

Καὶ οἱ ὅσιοί σου εὐλογησάτωσάν σε. Οἱ ἁφωσιωμένοι σοι, οἱ θεραπεύοντές σοι· τούτοις γὰρ μάλιστα προσήκει, τὸ διὰ παντὸς εὐλογεῖν σε, βιωτικῆς φροντίδος ἀπηλλαγμένοις, καὶ δυναμένοις καθαρῶς εὐφημεῖν, ἅτε καὶ τῶν ἄλλων συνετωτέροις.

Δόξαν τῆς βασιλείας σου ἐροῦσι, καὶ τὴν δυναστείαν σου λαλήσουσι, τοῦ γνωρίσαι τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων τὴν δυναστείαν σου, καὶ τὴν δόξαν τῆς μεγαλοπρεπείας τῆς βασιλείας σου. Δοξουσι περὶ τούτων τοὺς ἀγνοοῦντας, ὥστε γνώριμα ταῦτα τούτοις καταστῆσαι· προσίεται γὰρ ὁ Θεὸς τὰς εὐφημίας, οὐχ ὡς δεόμενος αὐτῶν, ἀλλ' ὥστε μαθεῖν ἑτέρους τὴν δόξαν καὶ δύναμιν αὐτοῦ.

Ἡ βασιλεία σου, βασιλεία πάντων τῶν αἰώνων. Διαιωνίζουσα, ἄναρχός τε καὶ ἀτελεύτητος· εἶτα σαφέστερον τοῦτο λέγει.

Καὶ ἡ δεσποτεία σου ἐν πάσῃ γενεᾷ καὶ γενεᾷ. Πανταχοῦ τῶν γενεῶν καὶ χρόνων ἐκτεινομένη.

Πιστὸς Κύριος ἐν πᾶσι τοῖς λόγοις αὐτοῦ. Βέβαιος, ἀληθὴς, πιστεύεσθαι πρεπωδέστατος.

Καὶ ὅσιος ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις αὐτοῦ. Ἀμεμπτος, μηδεμίαν παρέχων μηδενὶ λαβήν.

Ὑποστηρίζει Κύριος πάντας τοὺς καταπίπτοντας, καὶ ἀνορθοῖ πάντας τοὺς κατερραγμένους. Εἰπὼν περὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ ὅτι ἀπέραντος, περὶ τῶν λόγων ὅτι ἀληθεῖς, περὶ τῶν ἔργων ὅτι ἀνεπίληπτα, καὶ πρὸ τούτων, περὶ τῆς μεγαλοσύνης, περὶ τῆς δυνάμεως, περὶ τῆς δόξης, περὶ τῆς χρηστότητος, καὶ τῶν τοιούτων· νῦν λέγει πάλιν περὶ φιλανθρωπίας· ὃ καὶ αὐτὸ μεγίστη δόξα τῆς βασιλείας αὐτοῦ, τὸ μὴ μόνον διακρατεῖν ἑστῶτας, ἀλλὰ καὶ μέλλοντας καταπατεῖν ὑποστηρίζειν, ὥστε μὴ τοῦτο παθεῖν, καὶ κειμένους ἀνιστᾷν, ὅσοι δηλονότι μὴ ἀντιτείνωσι· καὶ μὴ τὸν δεῖνα μόνον ἢ τὸν δεῖνα, πάντως δὲ πάντας, καὶ δούλους, καὶ πένητας, καὶ ἀσήμους· καὶ ἕτοιμον εἶναι πᾶσι τοῖς βουλομένοις· εἶτα λέγει, καὶ ἕτερον εὐεργεσίας εἶδος· ποικίλη γὰρ αὐτῶν, καὶ παντοδαπὴ ἡ κηδεμονία.

Οἱ ὀφθαλμοὶ πάντων εἰς σὲ ἐλπίζουσι, καὶ σὺ δίδως τὴν τροφὴν αὐτῶν ἐν εὐκαιρίᾳ· ἀνοίγεις σὺ τὴν χεῖρά σου, καὶ ἐμπιμπλᾷς πᾶν ζῶον εὐδοκίας. Ὅμοια ταῦτα τοῖς ἐν τῷ ρα' Ψαλμῷ ῥηθεῖσι. Πάντα γὰρ, φησὶν, πρὸς σὲ προσδοκῶσι δοῦναι τὴν τροφὴν αὐτῶν εἰς εὔκαιρον. Καὶ αὖθις Ἀνοίξαντός σου τὴν χεῖρα, τὰ σύμπαντα πλησθήσονται

Vers. 10. *Confiteantur tibi, Domine, omnia opera tua.* Gratias tibi agant, rationalia quidem, ipsa per se : irrationalia vero et inanimata, per illos, qui ea conspiciunt, atque his utuntur, et propter quos etiam facta sunt. Gratias agant igitur, quod omnia sapientissimæ huic creationi tuæ et tam utili opificio tuo participant, ac tua fruuntur providentia. Et inanimata quidem gratias tibi agant per admirandam eorum naturam, homines vero per laudandam ipsorum conversationem ac vitam.

Et sancti tui benedicant tibi. Qui tibi sanctificati ac dedicati sunt. Hos enim præcipue decet, tibi semper benedicere, curis ac sollicitudinibus sæculi liberatos, atque idoneos puro ac mundo corde tuas laudes proferre, tanquam aliis sapientiores.

Vers. 11, 12. *Gloriam regni tui dicent, et potentatum tuum loquentur, ut notum faciant filiis hominum potentatum tuum, et gloriam magnificentiæ regni tui.* Docebunt hæc omnia cæteros ignorantes, ut nota hæc eis faciant. Cupit enim Deus laudari, non quod laudibus indigeat, sed ut cæteri, qui divinam potentiam et gloriam ignorant, per hujuscemodi laudationes eam addiscant.

Vers. 13. *Regnum tuum, regnum omnium sæculorum.* Perpetuum scilicet atque æternum, sine principio et sine fine : quod manifestius etiam ex sequentibus facit.

Et dominatio tua in omni generatione et generatione. Ubique gentium nimirum, atque omni tempore,

Fidelis Dominus in omnibus sermonibus suis. Constans et verax, et dignus cui fides adhibeatur.

Et sanctus in omnibus operibus suis. Irreprehensibilis, et nullam alicui justæ querimoniæ occasionem præstans.

Vers. 14. *Regit Dominus omnes qui corruunt, et erigit omnes elisos.* Cum de regno Dei dixerit, quod scilicet est sine fine, et de sermonibus quod veri sunt, et de operibus quod reprehendi non possunt, et ad hæc omnia, de divina magnificentia, potentia, gloria, benignitate, et aliis hujuscemodi rebus, jam tractaverit, nunc rursus de divina loquitur misericordia, quæ sane magna gloria est regni ejus, dicens, quod non tantum stantes conservat, sed casuros etiam subfulcit, ita ut non cadant, et humi jacentes erigit, eos scilicet qui non adversantur. Neque hunc aut illum tantum Deus adjuvat, sed omnes in universum, atque ipsos etiam servos, pauperes atque ignobiles. Omnibus etenim volentibus, auxilium suum Deus promptissime impertitur. Deinde aliud beneficii genus Propheta connumerat. Est etenim varia ac multiplex illius cura ac sollicitudo pro nobis omnibus.

Vers. 15, 16. *Oculi omnium in te sperant, Domine, et tu das escam eorum in tempore opportuno : aperis tu manum tuam, et imples omne animal bona voluntate.* Similia sunt hæc verba iis, quæ habentur in psalmocim : *Omnia* enim, inquit, *a te exspectant ut des cibum eorum in tempore.* Et rursum : *Aperiente te manum tuam omnia implebuntur bonitate*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

quæ verba ibi exposuimus. Quod igitur illic bonitatem dixit, hoc in loco bonam voluntatem appellavit. Vidisti quomodo ostendit Propheta quod Deus bonus et benignus est universis, et quod misericordia ejus super omnia opera ejus; quodque non terra, pluvia, sol atque aer, sed divinum mandatum animantibus cibum largitur; per manuum vero apertionem præbendi facilitatem demonstravit.

Vers. 17. *Justus Dominus in omnibus viis suis.* In dispensationibus nimirum et providentiis; quod vero superius diximus significare dictionem, *sanctus*, idem nunc significat dictio, *justus*.

Et sanctus in omnibus operibus suis. Eamdem repetit sententiam, magis declarando, ita ut versiculus superius declaratus, atque hi duo idem significent. Vel justus in mandatis suis, eo quod commensuravit illa Deus cum eorum potentia, quibus ea diriguntur.

Vers. 18. *Prope est Dominus omnibus invocantibus eum, omnibus invocantibus eum in veritate.* Cum ea dixerit, quæ in commune infidelibus etiam data sunt, narrat nunc ea, quæ fidelibus privatim præstitit, quod scilicet prope eos sit, quodque protegat eos ac defendat. *In veritate* autem in hoc loco posuit, pro recte, atque ut oportet.

Vers. 19. *Voluntatem timentium se faciet, et obsecrationem eorum exaudiet, et salvabit eos.* Voluntatem dico quæ utilis fuerit, et a divina non discrepaverit voluntate.

Vers. 20. *Custodit Dominus omnes timentes se.* Diligentes scilicet eum ex toto corde. Custodit autem ab iis omnibus a quibus custodire decet.

Et omnes peccatores disperdet. Eos scilicet qui immedicabili morbo laborant. Disperdet autem eos, seu exterminabit eos a populo suo.

Vers. 21. *Laudationem Domini loquetur os meum.* Semper enim, inquit, laus ejus in ore meo.

Et benedicat omnis caro nomini sancto ejus in sæculum et in sæculum sæculi. Dictum est etiam in psalmo CII: *Benedicite Domino, omnia opera ejus.* Vide illic expositionem. Vel, Benedicat omnis caro quæ credidit scilicet, hoc est, quæ est fidelis. Nam infidelis caro benedicere non poterit. Per carnem vero totum hominem significavit.

Alleluia.

PSALMUS CXLV.

Hic psalmus etiam divinas laudes continet, quod ex ipsa inscriptione etiam denotatur. In quibusdam vero exemplaribus huic inscriptioni additum est, *Aggæi et Zachariæ*. Verum id neque apud Hebræos reperitur, neque apud aliquem aliorum interpretum, neque etiam apud ipsos Septuaginta.

Lauda, anima mea, Dominum. Simile illud est: *Benedic, anima mea, Domino.*

Vers. 2. *Laudabo Dominum in vita mea, psallam Deo meo, quandiu fuero.* Verba illa, *Psallam Deo*

A χρηστότητος, καὶ ζήτησον τὰς ἐκείνων ἐξηγήσεις. Ὅπερ οὖν εἶπεν ἐκεῖ χρηστότητα, τοῦτο εὐδοκίαν ἐνταῦθα λέγει. Εἶδες πῶς ἔδειξεν ὅτι χρηστός ἐστι τοῖς σύμπασι, καὶ οἰκτιρμοὶ αὐτοῦ ἐπὶ πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ· καὶ ὅτι οὐ γῆ, καὶ ὑετὸς, καὶ ἥλιος, καὶ ἀήρ, ἀλλὰ τὸ πρόσταγμα τὸ δεσποτικὸν, δίδωσι τὰς τροφὰς τῶν ζώων· ἡ δ' ἄνοιξις τῆς χειρὸς καὶ τὴν εὐχέρειαν ἐμφαίνει τῆς χορηγίας.

Δίκαιος Κύριος ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ. Ταῖς οἰκονομίαις, ταῖς προνοίαις. Ὅπερ δὲ ἀνωτέρω σημαίνει τὸ ὅσιος, τοῦτο ἐνταῦθα, τὸ δίκαιος.

B *Καὶ ὅσιος ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις αὐτοῦ.* Τὸ αὐτὸ λέγει πάλιν, ἐφερμηνευτικῶς, ὡς εἶναι τὸν τε ἀνωτέρω ῥηθέντα στίχον καὶ τοὺς δύο τούτους, τῆς αὐτῆς ὁμοῦ σημασίας. Ἡ δίκαιος ἐν ταῖς ἐντολαῖς αὐτοῦ, συμμετρήσας αὐτὰς τῇ δυνάμει τῶν εἰληφότων.

Ἐγγὺς Κύριος πᾶσι τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτὸν, πᾶσι τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτὸν ἐν ἀληθείᾳ. Εἰπὼν τὰ κοινῇ καὶ τοῖς ἀπίστοις δεδομένα, λέγει καὶ τὰ ἰδιαζόντως τοῖς πιστοῖς παρεχόμενα, τὸ, ἐγγὺς εἶναι, καὶ σκέπειν, καὶ ἀντιλαμβάνεσθαι. Τὸ δ' ἐν ἀληθείᾳ, τὸ ὀρθῶς καὶ εἰ χρὴ δηλοῖ.

Θέλημα τῶν φοβουμένων αὐτὸν ποιήσει, καὶ τῆς δεήσεως αὐτῶν εἰσακούσεται, καὶ σώσει αὐτούς. Θέλημα, τὸ συμφέρον καὶ μὴ ἀπῷδον, εἶμαι, τοῦ θελήματος αὐτοῦ.

C *Φυλάσσει Κύριος πάντας τοὺς ἀγαπῶντας αὐτόν.* Τοὺς ἀγαπῶντας αὐτὸν ἐξ ὅλης τῆς καρδίας. Φυλάσσει δὲ, ἀφ' ὧν φυλάσσειν αὐτοὺς προσήκει.

Καὶ πάντας τοὺς ἁμαρτωλοὺς ἐξολοθρεύσει. Τοὺς ἀνίατα νοσοῦντας· ἐξολοθρεύσει δὲ ἀπὸ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ

Αἴνεσιν Κυρίου λαλήσει τὸ στόμα μου. Διὰ παντὸς γὰρ, φησὶν, αἴνεσις αὐτοῦ ἐν τῷ στόματί μου.

Καὶ εὐλογείτω πᾶσα σὰρξ τὸ ὄνομα τὸ ἅγιον αὐτοῦ, εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. Εἴρηται καὶ ἐν τῷ ρβ' ψαλμῷ, *Εὐλογεῖτε τὸν Κύριον, πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ.* Ἢ, Εὐλογείτω πᾶσα σάρξ, ἡ πιστεύσασα δηλονότι· πῶς γὰρ ὁ ἄπιστος D εὐλογήσει; Ἀπὸ δὲ τῆς σαρκὸς, ὅλον τὸν ἄνθρωπον ἐδήλωσεν.

Ἀλληλούϊα.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΜΕ'.

Αἴνεσίς ἐστι καὶ ὁ παρὼν ψαλμός. Τοῦτο γὰρ καὶ ἡ ἐπιγραφὴ σημαίνει· ἔν τισι μὲν οὖν τῶν ἀντιγράφων, *Ἀγγαίου καὶ Ζαχαρίου*, πρόσκειται τῇ ἐπιγραφῇ. Οὔτε δὲ ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ κεῖται, οὔτε παρὰ τῶν ἑρμηνευτῶν, οὔτε παρὰ τῶν Ἑβδομήκοντα.

Αἶνει, ἡ ψυχή μου, τὸν Κύριον. Ὅμοιον τὸ, *Εὐλόγει, ἡ ψυχή μου, τὸν Κύριον.*

Αἰνέσω Κύριον ἐν τῇ ζωῇ μου, ψαλῶ τῷ Θεῷ μου, ἕως ὑπάρχω. Τὸ Ψαλῶ τῷ Θεῷ μου ἕως ὑπάρχω,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἑρμηνευτικόν ἐστι τοῦ, *Αἰνέσω Κύριον ἐν ζωῇ μου.*

Μὴ πεποίθατε ἐπ' ἄρχοντας, ἐπὶ υἱοὺς ἀνθρώπων, οἷς οὐκ ἔστι σωτηρία. Οἷς οὐκ ἔστι τὸ σῶσαι ἑαυτούς. Εἰ δὲ ἑαυτοὺς οὐ δύνανται σῶσαι, πολλῷ μᾶλλον ἑτέρους. Ὁρᾷς γὰρ ὅπως πόσοις καὶ διαφόροις ὑπόκεινται κινδύνοις καὶ νόσοις, καὶ τὸν θάνατον ἐκφυγεῖν οὐ δύνανται. Ἀκουέτωσαν οἱ πρὸς τὰς ἀνθρωπίνας κεχηνότες ἀντιλήψεις καὶ συμμαχίας. Εἶτα δείκνυσι, πῶς οὐκ ἔστιν αὐτοῖς σωτηρία.

Ἐξελεύσεται τὸ πνεῦμα αὐτοῦ. Ἡ ψυχὴ τοῦ ἄρχοντος, ἐφ' ὃν πέποιθας.

Καὶ ἐπιστρέψει εἰς τὴν γῆν αὐτοῦ. Ἐπιστρέψει αὐτὸς, ἤτοι τὸ σῶμα αὐτοῦ εἰς τὴν γῆν ἐξ ἧς ἐλήφθη. *Γῆ γὰρ, φησὶν, εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ.*

Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἀπολοῦνται πάντες οἱ διαλογισμοὶ αὐτῶν. Ἡμέραν λέγει τὴν τῆς ἐξόδου τῆς ψυχῆς· διαλογισμοὺς δὲ, τοὺς περὶ βιωτικῶν πραγμάτων, πλούτου καὶ δόξης, καὶ δυναστείας καὶ συμμαχίας, καὶ τῶν τοιούτων. Ἐπεὶ δὲ τῶν ἀνθρωπίνων ἀπήγαγεν ἐλπίδων, δείκνυσι λοιπὸν τὸν ἀσφαλῆ λιμένα, τὸν ὀχυρὸν, τὸν πῦργον. Τρόπος γὰρ ἄριστος παραινέσεως, ἀπάγειν μὲν τῶν σαθρῶν, ἀνάγειν δὲ πρὸς τὰ ἰσχυρὰ, καὶ τὰ μάταια μὲν καθαιρεῖν, ἱστᾷν δὲ τὰ ἀληθινά· καὶ διελέγχειν μὲν τὰ ἀπατῶντα, δεικνύειν δὲ τὰ ὠφελοῦντα.

Μακάριος οὗ ὁ Θεὸς Ἰακὼβ, βοηθὸς αὐτοῦ, ἡ ἐλπὶς αὐτοῦ ἐπὶ Κύριον τὸν Θεὸν αὐτοῦ. Καὶ ἐν τῷ ρις' ψαλμῷ εἴρηται τοῦτο. *Ἀγαθὸν πεποιθέναι ἐπὶ Κύριον, ἢ ἐλπίζειν ἐπ' ἄρχουσι.* Μακάριος, φησὶν, οὗ ὁ Θεὸς τοῦ Ἰακὼβ βοηθὸς, ὁ μόνος καὶ κυρίως Θεός· ἐφ' ὃν Ἰακὼβ πεποιθὼς, ὅσης καὶ οἵας βοηθείας ἀπήλαυσε. Ταῦτα γὰρ ἡ προσθήκη τοῦ *Ἰακὼβ* ἐμφαίνει. Εἶτα λέγει καὶ τὴν τοῦ βοηθοῦ τούτου δύναμιν, ὡσὰν ἐπὶ τοῦτον μάλιστα καταφεύγωμεν.

Τὸν ποιήσαντα τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, τὴν θάλασσαν καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς, τὸν φυλάσσοντα ἀλήθειαν εἰς τὸν αἰῶνα. Τὸν ἀληθεύοντα πάντοτε καὶ ἐν ταῖς ἐπαγγελίαις τῶν εὐεργεσιῶν, καὶ ἐν ταῖς ἀπειλαῖς τῶν τιμωριῶν.

Ποιοῦντα κρίμα τοῖς ἀδικουμένοις. Οὐ μόνον κατὰ τὸ, *Ἐμοὶ ἐκδίκησις, ἐγὼ ἀνταποδώσω*, λέγει Κύριος, δηλονότι κατὰ τὴν μέλλουσαν κρίσιν, ἀλλὰ καὶ ἐνταῦθα.

Διδόντα τροφὴν τοῖς πεινῶσιν. Οὐ μόνον κατὰ τὸ, *Μακάριοι οἱ πεινῶντες καὶ διψῶντες τὴν δικαιοσύνην, ὅτι αὐτοὶ χορτασθήσονται*, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ παρόντι βίῳ· καὶ μυρία καὶ τῶν ἐκδικουμένων ἐπὶ τῆς ἐνταῦθα ζωῆς, καὶ τῶν τρεφομένων τὰ παραδείγματα.

A *meo, quandiu fuero*, magis ea declarant, quæ jam dicta sunt, hoc est, *Laudabo Dominum in vita mea* [99].

Vers. 3. *Nolite confidere in principibus, in filiis hominum, in quibus non est salus.* In quibus non est salus, ut seipsos salvare possint. Quod si seipsos salvare nequeunt, multo minus alios poterunt. Considerare enim potes, quomodo variis subjecti sunt ægritudinibus et periculis, atque ipsi demum morti, quam minime effugere possunt. Audiant hæc igitur, qui ad humana oscitabundi attendunt auxilia. Deinde docet, quomodo non sit salus in eis.

Vers. 4. *Exibit spiritus ejus.* Anima nimirum illius principis, in quo confidis.

Et revertetur in terram suam. Ipse scilicet princeps, hoc est, illius corpus, in terram revertetur, B a qua initio desumptus est : *Terra*, enim, inquit, *es, et in terram reverteris* [1].

In illa die peribunt omnes cogitationes ejus. De die loquitur exitus animæ a corpore. Cogitationes vero eas intelligit, quas mortuus hic princeps de sæculi rebus habuerat : de divitiis nimirum, de gloria et potentia, de confœderatione atque aliis hujusmodi. Postquam vero ab humana spe Propheta lectorem abduxit, quod reliquum est, tutum ei ac securum deinceps portum ostendit, atque inexpugnabilem quamdam turrim. Est autem optimus admonendi modus, primum ab infirmioribus abducere, et deinde fortiora statuere : inania destruere, et vera erigere, arguere fallacia, atque utilia demonstrare.

C Vers. 5. *Beatus cujus Deus Jacob adjutor ejus, spes ejus in Domino Deo ejus.* In psalmo cxvii dictum est : *Bonum est confidere in Domino, quam confidere in homine; bonum est sperare in Domino, quam sperare in principibus.* Beatus, inquit, ille, cujus adjutor est Deus Jacob, qui solus vere Deus est, in quo patriarcha ipse Jacob olim fretus est, a quo non vulgare auxilium in necessitatibus suis reportavit. Hoc enim significare mihi videntur illa verba : *Deus Jacob.* Deinde adjutoris hujus potentiam narrat; ea nimirum ratione, ut ad illum, veluti ad potentissimum omnium principem, confugiamus.

Vers. 6, 7. *Qui fecit cœlum et terram, mare et omnia quæ in eis sunt : qui custodit veritatem in* D *sæculum.* Qui semper verax est, et quando beneficia pollicetur, et quoties pœnas comminatur.

Qui facit judicium injuriam patientibus. Non solum juxta illud : *Mihi vindicta, et ego retribuam, dicit Dominus* [2], in futuro nimirum sæculo, sed quia retribuit etiam in præsenti.

Dat escam esurientibus. Non solum juxta illud : *Beati, qui esuriunt et sitiunt justitiam, quoniam ipsi saturabuntur* [3], sed etiam, quia in præsenti vita Deus indigentibus providet. Possent autem innumerabilia afferri exempla eorum quos Deus in præsenti vita, aut ultus est propter scelera, aut propter indigentiam nutrivit, tribuens necessaria.

[99] Psal. cii, 1. [1] Gen. III, 19. [2] Deut. xxxii, 35; Hebr. x, 30. [3] Matth. v, 6.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

VERS. 8, 9. *Dominus solvit compeditos, Dominus sapientes facit cæcos, Dominus erigit delapsos.* Compeditos dico, non solum mundanis calamitatibus, sed etiam peccatorum catenis, et non tantum cæcos corporeis oculis, quorum tamen cæcitatem persæpe datam divinitus sapientiam cumulatissime replevisse videmus, sed mente etiam cæcos atque intellectu. Delapsos etiam non tantum eos dicit, qui ex bona valetudine atque a feliciori statu in ægritudinem atque in infelicitatem delapsi sunt: sed eos etiam, qui ex virtute in vitia deciderunt, quales antea gentes fuerant, qui compediti et ligati erant, quantum ad ipsam pertinet virtutem, et cæci ad veritatem, et delapsi in perditionis præcipitium.

A *Κύριος λύει πεπεδημένους, Κύριος σοφοῖ τυφλούς, Κύριος ἀνορθοῖ κατερραγμένους.* Πεπεδημένους οὐ μόνον ἐν συμφοραῖς βιωτικαῖς, ἀλλὰ καὶ ἐν σειραῖς ἁμαρτιῶν· καὶ τυφλοὺς οὐ μόνον τοὺς σωματικοὺς ὀφθαλμούς, ἀναπληρούσης αὐτοῖς τῆς ἐκ Θεοῦ σοφίας τὸ ὑστέρημα τῆς πηρώσεως, ἀλλὰ καὶ τοὺς ψυχικούς· καὶ κατερραγμένους οὐ μόνον ἐξ ὑγείας καὶ εὐημερίας εἰς νόσον καὶ δυσπραγίαν, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἀρετῆς εἰς κακίαν· ὁποῖοι ἦσαν οἱ ἐξ ἐθνῶν πεπεδημένοι πρὸς τὴν ἀρετήν· καὶ τυφλοὶ, πρὸς τὴν ἀλήθειαν· καὶ κατερραγμένοι, πρὸς τὸν τῆς ἀπωλείας βυθόν.

B *Dominus diligit justos, Dominus custodit proselytos.* Justos quidem eos dicit, qui ante Evangelium ob virtutem resplendebant; proselytos vero eos, qui post Evangelium ad religionem atque ad fidem accesserunt. Vel per justos, perfectiores omnes ad virtutem intelligit; per proselytos vero eos qui nuper confirmati sunt. Illos etenim diligit Deus tanquam sibi gratos, istos vero conservat tanquam delicatiores atque infirmiores, atque ad pugnam adversus dæmones nondum exercitatos.

Κύριος ἀγαπᾷ δικαίους, Κύριος φυλάσσει τοὺς προσηλύτους. Δικαίους μὲν, τοὺς πρὸ τοῦ Εὐαγγελίου λάμψαντας ἐν ἀρετῇ· προσηλύτους δὲ, τοὺς μετὰ τὸ Εὐαγγέλιον, προσεληλυθότας τῇ εὐσεβείᾳ· ἢ δικαίους μὲν, τοὺς τελειοτέρους εἰς ἀρετὴν, προσηλύτους δὲ, τοὺς ἀρτιπαγεῖς. Ἐκείνους μὲν γὰρ ἀγαπᾷ, ὡς εὐαρεστοῦντας, τούτους δὲ φυλάττει, ὡς ἀπαλοὺς ὄντας ἔτι, καὶ μήπω πεπειραμένους τῆς πρὸς τοὺς δαίμονας συμπλοκῆς.

C *Orphanum et viduam suscipiet.* Hoc est, defendet. Quod dupliciter potest intelligi. Orphanus enim est, qui parentes relinquit propter Christum; et vidua, simili ratione ea est, quæ virum dimittere sustinet propter Christum. Quemadmodum autem orphano parentes charissimi sunt atque honoratissimi totius sui generis, ita etiam viduæ maritus charissimus esse solet et summo honori. Orphanus etiam dici potest, quicunque dæmonem relinquit, quem antea veluti patrem ac vitiorum doctorem habebat. Simili modo per viduam anima illa potest intelligi, quæ desponsatum antea diabolum relinquit, cui etiam adjuncta erat atque inserviebat.

Ὀρφανὸν καὶ χήραν ἀναλήψεται. Ἀντιλήψεται. Διττῶς δὲ περὶ τούτου νοήσεις. Ὀρφανὸς μὲν γὰρ, ὁ καταλιπὼν πατέρα καὶ μητέρα διὰ Χριστόν· καὶ χήρα πάλιν, ἡ καταλιποῦσα τὸν ἄνδρα διὰ Χριστόν. Ὥσπερ δὲ τῷ ὀρφανῷ τὰ τιμιώτατα καὶ φίλτατα τοῦ γένους πατὴρ καὶ μήτηρ, οὕτω καὶ τῇ χήρᾳ, ἀνήρ. Εἴη δ' ἂν ὀρφανὸς, καὶ ὁ ἀποβαλὼν τὸν διάβολον, ὃν εἶχε πρότερον πατέρα καὶ διδάσκαλον ἐν κακίᾳ· καὶ χήρα πάλιν, ἡ ἀποβαλοῦσα ψυχὴ τὸν διάβολον, ᾧ κεκόλλητο διὰ τοῦ θεραπεύειν αὐτόν.

Et viam peccatorum disperdet. Via peccatorum vitium est et pravitas. Dictum est etiam in fine primi psalmi: *Et iter impiorum peribit.*

Καὶ ὁδὸν ἁμαρτωλῶν ἀφανιεῖ. Ὁδὸς ἁμαρτωλῶν, ἡ κακία καὶ πονηρία. Εἴρηται δὲ καὶ ἐν τῷ τέλει τοῦ α' ψαλμοῦ, *Καὶ ὁδὸς ἀσεβῶν ἀπολεῖται.*

VERS. 10. *Regnabit Dominus in sæculum.* Filius Dei, qui nunc regnat, ut Deus, regnabit etiam, ut homo, in sæculum; quando dicet: *Data mihi est omnis potestas in cælo et in terra*[a]. Vel simpliciter: Deus regnabit perpetuo, et regni ejus non erit finis.

D *Βασιλεύσει Κύριος εἰς τὸν αἰῶνα.* Ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ βασιλεύων, ὡς Θεὸς βασιλεύσει· καὶ ὡς ἄνθρωπος εἰς τὸν αἰῶνα· καθ' ὃν ἐρεῖ· *Ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς·* ἢ, ὁ Θεὸς ἁπλῶς βασιλεύσει αἰωνίως, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος.

Deus tuus, Sion, in generationem et generationem. Subintellige verbum, *erit*, aut verbum, *regnabit.* Dictum est autem in præcedenti psalmo: *Regnum tuum, regnum omnium sæculorum, et dominium tuum in omni generatione et generatione.* Per generationem igitur et generationem morientium, et resurgentium generationem intellige. Sion vero, fidelium Ecclesia dicitur, ut in XCVI psalmo declaratum est, ibi: *Et exaltaverunt filiæ Judææ.*

Ὁ Θεός σου, Σιὼν, εἰς γενεὰν καὶ γενεάν. Βασιλεύσει δηλονότι, ἢ ἔσται. Εἴρηται δὲ καὶ ἐν τῷ προλαβόντι ψαλμῷ· *Ἡ βασιλεία σου βασιλεία πάντων τῶν αἰώνων, καὶ ἡ δεσποτεία σου, ἐν πάσῃ γενεᾷ καὶ γενεᾷ.* Γενεὰ δὲ καὶ γενεὰ, ἡ τε τῶν ἀποθνησκόντων, καὶ ἡ τῶν ἀνισταμένων νεκρῶν. Σιὼν δὲ καὶ ἡ Ἐκκλησία τῶν πιστῶν, ὡς διδήλωται καὶ ἐν τῷ ἡ' ψαλμῷ, ἔνθα τὸ, *Καὶ ἀγαλλιάσονται αἱ θυγατέρες τῆς Ἰουδαίας.*

[a] Matth. XXVIII, 18.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Ἀλληλούϊα. A *Alleluia.*

ΨΑΛΜΟΣ ΡΜΣ'. PSALMUS CXLVI.

Αἴνεσις καὶ οὗτος ὁ ψαλμὸς, καὶ οἱ ἑξῆς πάντες ὁμοίως.

Laudatorius est etiam hic psalmus, et similiter omnes sequentes.

Αἰνεῖτε τὸν Κύριον, ὅτι ἀγαθὸς ψαλμός. Ἀγαθὸν ὁ αἶνος, ἡ ὑμνολογία τοῦ Θεοῦ. Ὁ δὲ Σύμμαχος, *Ἀλληλούϊα, ὅτι ἀγαθὸν ᾠδή.*

Vers. 1. *Laudate Dominum, quoniam bonum est psalmus.* Bonum est, inquit, laus, seu divina laudatio. Symmachus vero transtulit, *Alleluia, quia bonum est canticum.*

Τῷ Θεῷ ἡμῶν ἡδυπρεπὴς αἴνεσις. Ἡδεῖα λογισθείη, προσδεχθείη. Τοῦτο δὲ γίνεται, ὅταν ὁ αἰνῶν βίον ἔχῃ ἐνάρετον. Ἔοικε δὲ καὶ ὁ ψαλμὸς οὗτος εἶναι περὶ τῆς ἐκ Βαβυλῶνος ἐπανόδου, καὶ δῆλον ἀπὸ τῶν ἑπομένων ῥητῶν.

Deo nostro jucunda sit laudatio. Jucunda ac suavis reputetur nostra laudatio, atque ab eo benigne suscipiatur. Hoc autem fit, quando, qui Deum laudat, vitam vivit virtute præditam. Videtur etiam hic psalmus spectare ad reditum ex Babylone, quod manifestum fit ex sequentibus.

Οἰκοδομῶν Ἰερουσαλὴμ ὁ Κύριος. Ἔστι δηλονότι. Ὅμοιον δὲ λέγει τῷ, *Ἐὰν μὴ Κύριος οἰκοδομήσῃ οἶκον, εἰς μάτην ἐκοπίασαν οἱ οἰκοδομοῦντες.* B

Vers. 2. *Ædificans Jerusalem Dominus.* Subaudi verbum, *est.* Pertinere autem videntur hæc verba ad illam sententiam quam alibi tradidit, dicens : *Nisi Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt qui ædificant eam* [8].

Τὰς σποράς τοῦ Ἰσραὴλ ἐπισυνάξει. Περὶ τῶν ὑπολειφθέντων ἡ προφητεία· οὐ γὰρ ἀθρόοι πάντες ἀνήχθησαν.

Dispersiones Israelis congregabit. Prophetia hæc est de Judæis qui in captivitate relicti fuerant. Neque enim una omnes reversi sunt.

Ὁ ἰώμενος τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν, καὶ δεσμεύων τὰ συντρίμματα αὐτῶν. Τοῦτο καὶ Παῦλος εἶπεν· *Ὁ παρακαλῶν τοὺς ταπεινούς.* Ψυχῶν γὰρ ὢν μᾶλλον ἰατρὸς, ἔργον ἔχει ψυχαγωγεῖν καὶ ἀνακτᾶσθαι τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν ὑπὸ πειρασμῶν καὶ συμφορῶν. Εἰ δὲ τούτους, πολλῷ μᾶλλον τοὺς τὴν ἐνάρετον ταπείνωσιν τεταπεινωμένους. Δεσμοὶ δὲ συντριμμάτων αἱ δι' ἔργων καὶ λόγων θεραπεῖαι καὶ παρηγορεῖαι. Τοῦτο μὲν οὖν, περὶ τῆς χρηστότητος αὐτοῦ, τὸ δὲ μετὰ τοῦτο, περὶ τῆς δυνάμεως, ἵνα θαῤῥήσωσιν. C

Vers 3. *Qui sanat contritos corde, et alligat contritiones eorum.* Hoc etiam apostolus Paulus dixit, asserens, quod *Deus humiles consolatur* [9]. Animarum enim medicus cum sit, consolandi officium suscepit, ut eos refrigeraret qui, præ summis tentationibus et calamitatibus, corde contriti sunt. Quod si hujuscemodi afflictos homines consolaturus est, multo etiam magis eos consolabitur, qui vera humilitatis virtute humiliati sunt. Harum autem contritionum vincula quibus afflicti homines alligantur, piæ quædam curationes atque admonitiones sunt, quæ partim in bonis operibus, partim vero in sanis sermonibus consistunt. Hæc igitur de divina benignitate dicta sunt. Quæ sequuntur, illius potentiam prædicant, et nobis omnibus fiduciam, atque animum apud eum præstant.

Ὁ ἀριθμῶν πλῆθος ἄστρων. Ὁ τὸν ἀριθμὸν αὐτῶν ἀκριβῶς εἰδώς· τινὲς δὲ ἀριθμὸν τὴν γνῶσιν ἐνόησαν· οἷον, ὁ γινώσκων τὰ πλήθη τῶν ἀστέρων, πῶς ἔχουσι κατὰ θέσιν, καὶ τάξιν, καὶ σχῆμα, καὶ μέγεθος, καὶ σχέσιν πρὸς ἄλληλα, καὶ αἰτίαν.

Vers. 4. *Qui numerat multitudines stellarum.* Qui illarum numerum apprime novit. Quidam vero numerare dictum putant, pro cognoscere, ut sit sensus, quod stellarum etiam multitudinem Deus novit, et quomodo se habeant, loco, ordine, forma et magnitudine : et denique quod habitudinem, quam inter se habent, cognoscit, et causam.

Καὶ πᾶσιν αὐτοῖς ὀνόματα καλῶν. Ὀνόματα ἀφορίζων, ὀνομάζων, ὃ μεῖζον, τοῦ ἀριθμεῖν αὐτά. Ἔδειξεν οὖν ὅτι ὁ ἰώμενος τοὺς συντετριμμένους, δεσμήσει καὶ τὰ συντρίμματα αὐτῶν, ἔτι συντριβομένων ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ· καὶ ὁ τοσοῦτον γινώσκων τὰ ἀναρίθμητα πλήθη τῶν ἄστρων, ὡς καὶ ἕκαστον αὐτῶν ἐξ ὀνόματος καλεῖν, ὃ τῆς ἄκρας ἐστὶ γνώσεως ἐμφαντικὸν, οἵδε πάντως καὶ πάντας τοὺς ἐσπαρμένους ἐν ταῖς χώραις τῶν αἰχμαλωτησάντων· καὶ ὡς μὲν πανοικτίρμων, οἰκτειρήσει τούτους, ὡς δὲ παντοδύναμος, δυνήσεται ἐπισυναγαγεῖν αὐτούς. D

Et omnibus eis nomina vocat. Qui nomina determinat, quibus ea appellet : quod sane majus est quam dinumerare. Demonstrare igitur illud videtur Propheta, quod qui sanat contritos, alligabit etiam eorum contritiones, qui in captivitate conterebantur : et quod ille qui innumerabilem stellarum multitudinem adeo cognoscit, ut unamquamque proprio nomine appellet, quod sane summæ cognitionis ac scientiæ indicium est; quod ille, inquam, omnino etiam eos omnes novit, qui dispersi sunt, aut in diversis captivi regionibus : et quod veluti omnium misericors eorum etiam miserebitur : et quod tanquam omnipotens, eosdem facillime poterit congregare.

[8] Psal. cxxvi, 1. [9] II Cor. vii, 6.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Vers. 5. *Magnus Dominus noster, et magna potentia ejus.* Quia rem grandem Propheta superius dixit : quod scilicet tot Judæorum multitudines, ubique gentium dispersas, Deus esset congregaturus, deinceps de divina pertractat potentia, confidere omnes jubens, et absque ulla dubitatione in eum credere.

Et sapientiæ ejus non est numerus. Noli quærere quonam modo, aut qua ratione illud facturus sit. Nam quemadmodum divinæ magnitudinis nullus est finis, ita etiam ejus sapientiæ nullus est numerus. Noli igitur de eo aliquid dubitare, cujus magnitudinem ac sapientiam infinitam esse didiceris.

Vers. 6. *Suscipiens mites Dominus.* Fovens ac recreans, patrisque seu curatoris instar, eos fovens.

Humilians autem peccatores usque ad terram. Destruens eos funditus, et ad solum vehementer eos allidens. Hoc enim significant ea verba, *usque ad terram.* Per mites autem humiles corde homines intelligit, per peccatores vero, superbos, juxta illud : *Dominus resistit superbis, humilibus autem dat gratiam* [e].

Vers. 7-9. *Præcinite Domino in confessione.* Præcinite ei canticum aliquod in gratiarum actionem ; vel canite ei per gratiarum actiones.

Psallite Deo nostro in cithara, qui operit cœlum in nubibus, et præparat terræ pluviam : qui producit in montibus herbam et olera servituti hominum : qui dat pecoribus alimentum eorum. Tegit quidem Deus cœlum nubibus, ut pluat ; pluit autem ut herbam producat atque olera. Olera vero atque herbam producit, ut mitia simul atque immitia alat pecora, quæ herbis vescuntur. Dictum est autem in psalmo CIII : *Irrigans montes de cœnaculis tuis.* Quod si montes irrigat Deus, multo magis fructiferam terram irrigabit : et si irrationalium curam ac providentiam habet, multo magis rationalium habebit, propter quos irrationalia ipsa ab eo creata sunt. Quæ sequuntur in eodem similiter habentur psalmo, ibi : *Producens fenum pecoribus* [f].

Et pullis corvorum invocantibus eum. In eodem etiam psalmo dixit : *Omnia ad te exspectant, ut des illis cibum in tempore.* Sensus est, quod corvorum pullos qui parentum crudelitate ab eis derelicti (oderunt enim corvi proprios fœtus) clamant vehementer, et superne oscitant et cibum quærunt, quod hos, inquam, corvorum pullos Deus admirandum in modum alit : ad supremæ scilicet benignitatis et summæ providentiæ suæ demonstrationem. Auram etenim quamdam Deus in eorum ora demittit, per quam nutrimentum nescio quod ex aere congregatur, quo ad grandiorem usque ætatem nutriuntur. Invocant autem Christum, non quod intelligant quid agant, sed quia invocare vi-

A *Μέγας ὁ Κύριος ἡμῶν, καὶ μεγάλη ἡ ἰσχὺς αὐτοῦ.* Ἐπειδὴ πρᾶγμα εἶπε μέγιστον, ὅτι τοσούτας μυριάδας πανταχοῦ διασπαρείσας ἐπισυνάξει, *περὶ* τῆς δυνάμεως αὐτοῦ λοιπὸν διαλέγεται, *θαρρεῖν* παρασκευάζων καὶ πιστεύειν ἀνενδοιάστως.

Καὶ τῆς συνέσεως αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ἀριθμός. Μὴ ζήτει πῶς, καὶ τίνι τρόπῳ. Ὥσπερ γὰρ τῆς μεγαλοσύνης αὐτοῦ οὐκ ἔστι πέρας, οὕτω καὶ τῆς συνέσεως αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ἀριθμός· οὗ δὲ καὶ ἡ μεγαλοσύνη καὶ ἡ σοφία ἄπειρος, περὶ τούτου μὴ ἀμφίβαλλε.

B *Ἀναλαμβάνων πραεῖς ὁ Κύριος.* Ἀνακτώμενος, φέρων, διαβαστάζων, πατρικῶς τε καὶ κηδεμονικῶς

Ταπεινῶν δὲ ἁμαρτωλοὺς ἕως γῆς. Καθαιρῶν εἰς ἔδαφος, καταράσσων σφόδρα. Τοῦτο γὰρ ἐμφαίνει τὸ, *ἕως γῆς.* Πραεῖς μὲν οὖν λέγει τοὺς ταπεινοὺς τῇ καρδίᾳ· ἁμαρτωλοὺς δὲ τοὺς ὑπερηφάνους, κατὰ τὸ, *Κύριος ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν.*

C *Ἐξάρξατε τῷ Κυρίῳ ἐν ἐξομολογήσει.* Ἐξάρξατε αὐτῷ ᾠδῆς δηλονότι, ἐν εὐχαριστίᾳ· ἤ, *ἐξάρξατε*, ἀντὶ τοῦ ᾄσατε αὐτῷ δι' εὐχαριστίας.

Ψάλατε τῷ Θεῷ ἡμῶν ἐν κιθάρᾳ· τῷ περιβάλλοντι τὸν οὐρανὸν ἐν νεφέλαις, τῷ ἑτοιμάζοντι τῇ γῇ ὑετόν, τῷ ἐξανατέλλοντι ἐν ὄρεσι χόρτον καὶ χλόην τῇ δουλείᾳ τῶν ἀνθρώπων, διδόντι τοῖς κτήνεσι τροφὴν αὐτῶν. Καλύπτει μὲν γὰρ τὸν οὐρανὸν ἐν νεφέλαις, ἵνα ὑετίσῃ· ὑετίζει δὲ, ἵνα χλόην καὶ χόρτον ἐξανατείλῃ· ἐξανατέλλει δὲ ταῦτα πρὸς τροφὴν τῶν ποηφάγων κτηνῶν ἡμέρων τε καὶ ἀνημέρων. Εἴρηται δὲ καὶ ἐν τῷ ργ' ψαλμῷ· *Ποτίζων ὄρη ἐκ τῶν ὑπερῴων αὐτοῦ.* Εἰ δὲ τὰ ὄρη, πολλῷ μᾶλλον τὴν καρποφόρον γῆν· καὶ εἰ τῶν ἀλόγων τίθεται πρόνοιαν, πολλῷ μᾶλλον τῶν λογικῶν, δι' οὓς παρῆγε καὶ τὰ ἄλογα. Ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῶν ἐφεξῆς ἐρρήθη ἐν τῷ δηλωθέντι ψαλμῷ· *Ὁ ἐξανατέλλων χόρτον τοῖς κτήνεσι, καὶ χλόην τῇ δουλείᾳ τῶν ἀνθρώπων.*

D *Καὶ τοῖς νεοσσοῖς τῶν κοράκων τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτόν.* Εἶπε καὶ ἐν τῷ ργ' ψαλμῷ· *Πάντα πρὸς σὲ προσδοκῶσι δοῦναι τὴν τροφὴν αὐτῶν εἰς εὔκαιρον·* καὶ ζήτει ἐκεῖ· φυσικὸς δὲ ὁ λόγος· ὡς οἱ νεοσσοὶ τῶν κοράκων ἐγκαταλιμπανόμενοι δι' ὠμότητα καὶ μισοτεκνίαν παρὰ τῶν γεγεννηκότων, κράζουσιν ἰσχέως, κεχηνότες ἄνω, καὶ ζητοῦντες τροφήν· οὓς ὁ Θεὸς ἀπορρήτως τρέφει, πρὸς ἔνδειξιν τῆς οἰκείας προνοίας, καὶ περὶ πάντα χρηστότητος, αὔρας τοῖς στόμασιν αὐτῶν ἐμπιπτούσης, βρῶσιν ἐξ ἀέρος τινὰ ἐπισπωμένοις. Ἐπικαλοῦνται δὲ τὸν Θεὸν, οὐχ ὡς συνιέντες, ἀλλ' ὡς δοκοῦντες ἐπικαλεῖσθαι, καὶ ὡς τῆς κραυγῆς μιμουμένης δέησιν· διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἰδικῶς ταύ-

[e] Jac. IV, 6. [f] Psal. CIII, 13.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

τους ἐνταῦθα μνημονεύει· νεοσσοὶ δὲ κοράκων ἀναγωγικῶς, οἱ ἐξ ἐθνῶν, τῶν ἀκάρπων καὶ μεμολυσμένων τὰς ψυχὰς τῷ ζόφῳ τῆς ἁμαρτίας, οἷς δίδωσι τροφὴν ὁ Θεὸς πνευματικήν τε καὶ μὴ ἀπολλυμένην· ἐπεὶ δὲ ἀσθενεῖς ἦσαν ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας, καὶ ὅπλων ἔρημοι, καὶ πάντων γεγυμνωμένοι, ἵνα μηδ' ἐντεῦθεν θορυβῶνται, καὶ ταύτην αὐτῶν θεραπεύει τὴν ὑποψίαν, λέγων ·

A dentur, et quia illorum clamor obsecrationem quamdam ac preces imitatur. Hac igitur de causa nunc corvorum specialiter meminit. Juxta anagogen : Corvorum pulli fideles populi sunt ex gentibus congregati, veluti qui immundi erant, et fœdatas peccati caligine olim animas habebant : quibus Deus spiritualem cibum præbet, et non pereuntem. (Dicunt etiam aliqui, quod cum ille, qui summæ bonitatis est fons, justam Eliæ prophetæ in Judæos indignationem mollire cuperet, famem induxit, ut satietatis fructus castigaret : et illum præparavit nutriri a corvo, a volucre dico, proprii fœtus inimica, quæ parit quidem pullos, sed eos non nutrit (nutriuntur enim minutissimis quibusdam animalibus, quæ illorum nidos circumvolant) : ac hujusmodi facto, visus est consilium Eliæ præbere, nenimia in Judæos indignatione uteretur, neve se inhumanum magis ostenderet, quam in eum vel illa avis fuerit, quæ tanto odio proprios persequitur filios). Quia vero Judæi, qui ex Babylonica reversi fuerant captivitate, debiles erant, ac sine armis, omnibusque aliis rebus denudati, timens Propheta ne idcirco animo perturbarentur, hanc eorum in sequentibus timoris suspicionem sanat, dicens :

Οὐκ ἐν τῇ δυναστείᾳ τοῦ ἵππου θελήσει, οὐδὲ B *ἐν ταῖς κνήμαις τοῦ ἀνδρὸς εὐδοκεῖ.* Θέλησιν καὶ εὐδοκίαν τὴν ἀρίσκειαν λέγει, καὶ αὖθις δυναστείαν καὶ κνήμας, τὴν δύναμιν. Ὥσπερ γὰρ ἐν τοῖς βραχίοσι, τῶν χειρῶν, οὕτω καὶ ἐν ταῖς κνήμαις, τῶν ποδῶν ἡ περιουσία τῆς δυνάμεως· οὐκ ἐν τῇ δυνάμει, φησὶν, τοῦ ἵππου, ἢ τοῦ ἱππότου ἐναριθήσεται, ἢ εὐδοκεῖ τὸ κράτος, ἀλλ' ἐν τίσιν, ἄκουσον.

Εὐδοκεῖ Κύριος ἐν τοῖς φοβουμένοις αὐτὸν, καὶ ἐν τοῖς ἐλπίζουσι ἐπὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ. Λοιπὸν οὖν, φόβον τοιοῦτον καὶ ἐλπίδα τοιαύτην κτησάμενοι, μὴ θορυβεῖσθε.

Vers. 10, 11. *Non in fortitudine equi volet, neque in tibiis viri complacet.* Per voluntatem et compiacentiam, ipsum Dei beneplacitum intelligit, et rursus, per fortitudinem et per tibias, ipsas vires. Nam quemadmodum in brachiis vires manuum potissimum consistunt, ita in tibiis vires pedum. Non in equi aut equitis potentia, inquit, delectabitur; sed in quibusnam delectetur audi.

Delectatur Dominus in timentibus eum, et in iis qui sperant in misericordia ejus. Restat igitur, ut parto hujusmodi timore ac spe, amplius non perturbemini.

Ἀλληλούϊα.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΜΖ'.

Alleluia.

PSALMUS CXLVII.

Αἴνεσις καὶ οὗτος ὑπὲρ τῶν ἀγαθῶν τῆς Ἰερουσαλήμ. C

Laudatorius est etiam hic psalmus, et gratiarum actiones continet pro bonis Jerusalem.

Ἔπαινει, Ἰερουσαλὴμ, τὸν Κύριον, αἶνει τὸν Θεόν σου, Σιών. Ἰερουσαλὴμ μὲν, ἡ οἰκοδομηθεῖσα πόλις· Σιὼν δὲ, τὸ ὄρος ἐφ' οὗ αὕτη ᾠκοδόμητο · ἀμφότερα δὲ τῆς αὐτῆς ὀνόματα.

Vers. 12. *Lauda, Jerusalem, Dominum, lauda Deum tuum, Sion.* Per Jerusalem quidem conditam ipsam civitatem intelligit; per Sion vero, montem in quo erat ædificata.

Ὅτι ἐνίσχυσε τοὺς μοχλοὺς τῶν πυλῶν σου. Ὕμνει, φησὶν, αὐτόν· δόξαζε δὲ καὶ εὐχαρίστει, ὅτι ἐνεδυνάμωσεν τοὺς μοχλοὺς, τῶν πυλῶν σου, θεὶς αὐτοὺς ἀδιαρρήκτους τοῖς πολεμίοις. Εἶτα λέγει καὶ τὰς λοιπὰς εὐεργεσίας.

Vers. 13. *Quia fortificavit vectes portarum tuarum.* Lauda, inquit, Deum, et gratias ei age, quia portarum tuarum vectes adeo validos esse effecit, ut ab hostibus frangi nequeant. Deinde alia persequitur beneficia.

Εὐλόγησε τοὺς υἱούς σου ἐν σοί. Ἐχαρίτωσεν αὐτοὺς, εἰς πλῆθος, εἰς ἰσχὺν, εἰς σύνεσιν, εἰς πλοῦτον, καὶ τὸ μεῖζον, ὅτι ἐν σοὶ ὄντας, κατοικοῦντας ὁμοῦ· τὸ γὰρ *ἐν σοὶ*, ἀντὶ τοῦ, ὁμοῦ κατοικοῦνται. *Ἰδοὺ* γὰρ, φησὶν, *τί καλὸν ἢ τί* D *τερπνὸν, ἀλλ' ἢ τὸ κατοικεῖν ἀδελφοὺς ἐπὶ τὸ αὐτό.*

Benedixit filiis tuis in te. Tribuens tibi eos, et multos, et fortes, et sapientes, et divites, et, quod cæteris longe majus est, hi filii in te una omnes sunt. Nam quod dixit *in te*, idem sibi vult, ac si dixisset : Eos tibi tribuit una ac pariter in te habitantes. *Ecce* enim, inquit, *quid bonum, aut quid jucundum, quam habitare fratres in unum*[1].

Ὁ τιθεὶς τὰ ὅριά σου εἰρήνην. Ὁ πάντων τῶν ἐχθρῶν σου τὸν πόλεμον ἀπελάσας, ὁ τιθεὶς τὰ ὅριά σου εἰρηνεῦσαι · ἢ ὁ τιθεὶς εἰς τὰ ὅριά σου εἰρήνην.

Vers. 14. *Qui posuit fines tuos pacem.* Ab omnibus finibus tuis bellum removit. Unde regionis tuæ terminos effecit pacificos. Vel, qui posuit pacem in finibus tuis.

Καὶ στέαρ πυροῦ ἐμπιπλῶν σε. Οὐ σῖτον ἁπλῶς, ἀλλὰ πιμελὴν σίτου· λέγει δὲ τὴν σεμίδαλιν· αὕτη γὰρ, τὸ πιότατον καὶ καθαρώτατον τοῦ ἀλεύρου· καὶ οὐ διδοὺς ἁπλῶς, ἀλλ' ἐμπιπλῶν· δι'

Et adipe frumenti replet te. Non frumento simpliciter, sed frumenti adipe. Ipsam autem siliginem intelligit, quæ pinguissima ac purissima est farinæ pars. Nec dare cum simpliciter dixit, sed re-

[1] Psal. xxxii, 1.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

plere : quo sermone abundantiam pariter ac largitatem fructuum denotavit.

VERS. 15. *Qui emittit eloquium suum terræ.* Sicuti ei mos est, a privatis ad communia sermonem transfert, et rursus a communibus ad privata. Cum enim de particularibus dixerit beneficiis, quæ in ipsam sunt collata Jerusalem, nunc in universum de divina loquitur providentia, per eloquium mandatum Dei intelligens, de ferendis ac producendis fructibus.

Velociter currit sermo ejus. Mittente Deo eloquium suum, id est, jubente aliquid sermone, seu verbo suo, hujusmodi sermo velociter curret, hoc est, cito et quamprimum perficietur, Juxta anagogen vero : Jerusalem et Sion Ecclesia esse dicitur fidelium, ut alibi diximus. Portæ vero illius, baptisma et fides. Per earum etiam vectes sanctam intelligimus crucem. Benedixit autem Deus filiis ejus Ecclesiæ: hoc est, apostolis Christus. *Extollens* enim, inquit, *manus suas, benedixit eis*[a]; et per eos omnibus similiter benedixit, qui apostolicæ fidei successores fuerunt. Posuit etiam ejus Ecclesiæ fines, pacem : quia dum persecutorum pugnas constanter sustinet, vincendo postmodum pacem adipiscitur. Per frumenti vero adipem, spiritualis cibi puritatem ac munditiam intellige, et per eloquium quod terræ emissum est, prædicationem fidei, atque Evangelium, quod celeriter cursurum esse prædicit Propheta. Sed ne quis hujusmodi prophetiam impossibilem putaret, fidem sermoni facit sequentibus miraculis, ac si diceret : Numquid is qui tam de facili omnia hæc potuit perficere, imbecillis aut infirmus in illis existimabitur.

VERS. 16. *Qui dat nivem suam sicut lanam.* Adeo copiosam ac densam, ut brevi tempore universa ab ea contegatur terra, non secus atque a candida quadam lana.

Nebulam sicut cinerem spargit. Multam hanc quoque et similiter densam.

VERS. 17. *Mittit glaciem suam sicut buccellas.* Defertur etiam ejusmodi glacialis nix, parvis quibusdam buccellarum frustis persimilis. Quidam vero per glaciem, majorem grandinem intellexerunt.

Ante faciem frigoris ejus quis sustinebit ? Hoc quoque admirabile est, et magnam Dei potentiam demonstrat : quomodo scilicet tam repente magnum adeo frigus fiat.

VERS. 18. *Emittet verbum suum, et liquefaciet ea.* Est et hoc aliud admirandum, quod ejus mandato nives et glacies statim liquescant.

Flabit spiritus ejus, et fluent aquæ. Per spiritum, ventum intelligit : austrum nimirum, aut notum. Toto autem hoc sermone, Propheta illud nobis manifestum facere intendit, quod hæc omnia, quæ superius commemoravit, non fortuito, aut casu fiant, nec sponte sua, sed quod divinis obtempe-

[a] Luc. XXIV, 50.

A ὧν ὁμοῦ τὴν εὐθηνίαν καὶ δαψίλειαν τῶν καρπῶν δηλοῖ.

Ὁ ἀποστέλλων τὸ λόγιον αὐτοῦ τῇ γῇ. Ὅπερ αὐτῷ σύνηθες ἀπὸ τῶν ἰδικῶν ἐπὶ τὰ κοινὰ μεταφέρειν τὸν λόγον, καὶ πάλιν ἀπὸ τῶν κοινῶν ἐπὶ τὰ ἰδιάζοντα, τοῦτο κἀνταῦθα ποιεῖ· εἰπὼν περὶ τῶν μερικῶν εὐεργεσιῶν τῆς Ἱερουσαλήμ, νῦν λέγει καὶ περὶ τῆς καθόλου προνοίας, λόγιον καλῶν τὸ περὶ τοῦ καρποφορεῖν πρόσταγμα.

B *Ἕως τάχους δραμεῖται ὁ λόγος αὐτοῦ.* Ἀποστέλλοντος αὐτοῦ τὸ λόγιον, ἤτοι κελεύοντος, ὁ τοιοῦτος λόγος ἕως τάχους δραμεῖται, τουτέστι, ταχέως δραμεῖται, παραυτίκα τελεσιουργηθήσεται. Κατὰ δὲ ἀναγωγήν, Ἱερουσαλὴμ καὶ Σιών, ἡ Ἐκκλησία τῶν πιστῶν, καθὼς πολλάκις εἰρήκαμεν· πύλαι δὲ αὐτῆς ἡ πίστις καὶ τὸ βάπτισμα· μοχλοὶ δὲ αὐτῶν, ὁ σταυρός· εὐλόγησε δὲ αὐτοὺς υἱοὺς αὐτῆς, τοὺς ἀποστόλους ὁ Χριστός. *Ἐπάρας*, φησὶν, *τὰς χεῖρας αὐτοῦ ηὐλόγησεν αὐτούς*, καὶ δι' αὐτῶν πάντας τοὺς ἐξ αὐτῶν. Τέθεικε δὲ καὶ τὰ ὅρια αὐτῆς εἰρήνην, ὅτι καὶ πολεμούμενος εἰρήνην ἄγει ἐν τῷ νικᾷν· στέαρ δὲ πυροῦ, ἡ τῆς πνευματικῆς τροφῆς πιότης καὶ καθαρότης· ἀποστελλόμενον δὲ ἐντῇ γῇ τὸ λόγιον, τὸ κήρυγμα τῆς εὐσεβείας καὶ τοῦ Εὐαγγελίου, ὃ καὶ ταχέως δραμεῖσθαι προεφήτευσεν ὁ Δαβίδ. Ἵνα δὲ μήτις νοήσῃ ἀδύνατα τὰ τῆς προφητείας, πιστοῦται ταῦτα διὰ τῶν ἑφεξῆς· θαυμασίων, μονονουχὶ διδάσκων, ὡς ὁ ταῦτα ῥᾳδίως ἰσχύων οὐδ' ἐπ' ἐκείνοις ἀδυνατήσει.

C *Διδόντος χιόνα αὐτοῦ ὡσεὶ ἔριον.* Οὕτω πολλὴν καὶ οὕτως ἀθρόαν, ὡς ἐν βραχεῖ πᾶσαν καλύπτεσθαι τὴν γῆν, ὡς ὑπό τινος ἐρίου λευκοῦ.

Ὁμίχλην ὡσεὶ σποδὸν πάσσοντος. Πολλὴν καὶ ἀθρόαν καὶ ταύτην.

Βάλλοντος κρύσταλλον αὐτοῦ, ὡσεὶ ψωμούς. Καταφέρεται γὰρ καὶ τοιαύτη κρυσταλλώδης χιών, δοραχέσι κέρασι ψωμῶν ἐοικυῖα. Τινὲς δὲ καὶ τὴν μεγάλην χάλαζαν ἐνόησαν.

Κατὰ πρόσωπον ψύχους αὐτοῦ τίς ὑποστήσεται; Καὶ τοῦτο γὰρ θαυμαστὸν, καὶ μεγάλης δυνάμεως ἀπόδειξις· πῶς αἰφνίδιον τοιοῦτον καὶ τοσοῦτον ψύχος.

D *Ἐξαποστελεῖ τὸν λόγον αὐτοῦ, καὶ τήξει αὐτά.* Ἕτερον τοῦτο παράδοξον· πῶς τῷ προστάγματι αὐτοῦ, τήκεται καὶ ἡ χιὼν, καὶ ὁ κρύσταλλος.

Πνεύσει τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, καὶ ῥυήσεται ὕδατα. Τὸν νότον λέγει. Δείκνυσι δὲ διὰ πάντων, ὡς οὐ ταυτόματα γίνεται ταῦτα, πάντα δὲ τοῖς προστάγμασιν αὐτοῦ πειθαρχεῖ, καὶ ῥᾳδίως μεταβάλλεται· νῦν μὲν ἐξ ὕδατος εἰς χιόνα καὶ κρύσταλλον· νῦν δ' ἀπὸ τούτων, εἰς ὕδωρ· καὶ ἄρτι μὲν ἀπὸ θέρμης εἰς

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ψύχος· ἀπὸ δὲ τούτου εἰς θέρμην· ὥστε οὐκ ἄπιστον ἐκ πειρασμῶν γενέσθαι ταχεῖαν ἄνεσιν, καὶ ἐκ πολέμων ἀθρόαν εἰρήνην, καὶ ἀπὸ συμφορῶν καὶ θλίψεων, αἰφνίδιον μεταβολὴν καὶ χαράν. Αἰνίττεται δὲ τὰ ῥηθέντα καί τι βαθύτερον· ὅτι καθάπερ τὰ τοῦ χειμῶνος εἰ καὶ λυποῦντα, ὅμως χρησιμεύει τῇ γῇ, οὕτω καὶ τὰ τῶν πειρασμῶν εἰς καιρὸν ὠφελοῦντα, πάλιν οἰκονομικῶς μεταβάλλονται· τοῦτο μὲν παιδεύοντα, τοῦτο δὲ ψυχαγωγοῦντα, πρὸς τὸ λυσιτελοῦν ἑκατέρωθεν. Εἶτα πάλιν ἀπὸ τῶν κοινῶν ἐπὶ τὰ ἰδιάζοντα μετάγει τὸν λόγον, ὡς ἀνωτέρω δεδήλωται.

A rant mandatis : atque ideo de facili commutantur, nunc quidem ex aqua in nivem, aut glaciem, nunc vero ex his in aquam : item modo a calore ad frigus, modo ad calorem a frigore. Quocirca non difficile est, ut credamus brevi futuram esse etiam tentationum ac calamitatum dissolutionem et finem, ac demum ex ardentissimo bello maximam pacem : similiter et calamitates atque afflictiones cito esse in gaudium convertendas. Significare etiam videntur superiora nescio quid profundius : et quod quemadmodum hibernum tempus, tametsi ipsum per sese molestissimum sit, terræ tamen utilissimum est, sic et præsentis sæculi tentationes valde prosunt, tametsi multas secum afferant molestias : et dum divina dispensatione commutantur, partim castigant, et partim afferunt solamen; utrumque tamen ex re nostra, atque ad humanum commodum. Deinde a communibus rursum ad particularia sermonem convertit, ut superius declaratum est.

Ὁ ἀπαγγέλλων τὸ λόγιον αὐτοῦ τῷ Ἰακώβ. Ἀρχόμενος μὲν τοῦ ψαλμοῦ, περὶ τῶν αἰσθητῶν διελέχθη, καὶ σῶμα ὠφελούντων, οἷον ἀσφαλείας, εὐανδρίας, εἰρήνης, καὶ εὐθηνίας. Ἐνταῦθα δὲ περὶ τῶν ὑψηλοτέρων καὶ ψυχὴν ῥυθμιζόντων, τὸν περὶ τῆς νομοθεσίας λόγον εἰσάγων ἐστίν· ἐκ τούτων τε κἀκείνων διεγείρων τὸν λαὸν εἰς ὑμνολογίαν καὶ ἀγάπην Θεοῦ, τοιαῦτα καὶ τούτους εὐεργετοῦντος. Ὁ ἀναγγέλλων, φησὶν, τὸ πρόσταγμα αὐτοῦ τοῖς Ἰσραηλίταις. Ὁ διδάσκων, ὁ γνωρίζων αὐτοῖς· αὐτὸς Ἐγνώρισε γὰρ, φησὶν, τῷ Μωσῇ τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ· τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ τὰ θελήματα αὐτοῦ. Σαφηνίζων δὲ τὸν λόγον, ἐπήγαγε·

B VERS. 19. *Qui annuntiat eloquium suum Jacob.* In psalmi principio de sensibilibus beneficiis et corpori utilibus tractavit, veluti de civitatis tutela, de prolis fecunditate, de pace, de abundantia : nunc autem de sublimioribus bonis pertractat et animam ipsam ornantibus : per hæc scilicet atque illa populum excitans ad laudem atque ad dilectionem Dei, qui hujusmodi eis beneficia contulit. Qui annuntiat, inquit, mandatum suum Israelitico populo, illudque eos docet, ac notum eis facit : *Notas* enim, inquit, *fecit vias suas Moysi, filiis Israel voluntates suas* [a]. Quod magis etiam declarans, addidit :

Δικαιώματα καὶ κρίματα αὐτοῦ τῷ Ἰσραήλ. Ὃ προλαβὼν εἶπε λόγιον, τοῦτο λέγει νῦν δικαιώματα καὶ κρίματα.

Justificationes et judicia sua Israel. Quod superius eloquium dixit, hoc nunc justificatione sappellat et judicia.

C

Οὐκ ἐποίησεν οὕτω παντὶ ἔθνει. Οὐδενὶ ἔθνει.

VERS. 20. *Non fecit sic omni nationi.* Nulli nationi sic fecit.

Καὶ τὰ κρίματα αὐτοῦ οὐκ ἐδήλωσεν αὐτοῖς. Οὐκ ἐποίησέ τινι ἔθνει τοσαῦτα· καὶ τὰ προστάγματα καὶ τὰ θελήματα αὐτοῦ οὐκ ἐδήλωσε τοῖς ἔθνεσιν, εἰ μὴ μόνοις τουτοις· τοῖς μὲν γὰρ ἄλλοις ἔθνεσι τὸν φυσικὸν ἐνέθηκε νόμον, τὸν ἀπὸ τοῦ συνειδότος, καθ' ὃν καὶ κρίνων αὐτοὺς κολάζει· τοῖς Ἰραηλίταις δὲ μετὰ τοῦ φυσικοῦ, δέδωκε τὸν γραπτὸν, δηλοῦντα τὰ κρίματα αὐτοῦ· διὸ καὶ βαρύτερον κρίνονται· καὶ γὰρ ἡ πολλὴ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπία πολλῆς συγκαταβάσεως τοῖς ἐρρᾳθυμηκόσι γίνεται.

Et judicia sua non manifestavit eis. Tanta ac talia beneficia alicui nationi non contulit. Quippe qui mandata, aut voluntates suas gentibus non manifestavit, sed Judæis tantum. Aliis enim gentibus naturæ tantum legem præstitit, quæ a conscientia nascitur, juxta quam eos etiam judicat et punit, populo vero Israel una cum naturali lege scriptam tradidit, quæ divina judicia declarabat : atque ideo ipsi magis punientur. Multa siquidem Dei misericordia majoris condemnationis causa negligenti ac contemptori efficitur.

Ἀλληλούϊα.

Alleluia.

D

ΨΑΛΜΟΣ ΡΜΗ'.

PSALMUS CXLVIII.

Ἔθος τοῖς ἁγίοις διὰ πολλὴν εὐγνωμοσύνην, ἐπειδὰν μέλλωσιν εὐχαριστεῖν τῷ Θεῷ, πολλοὺς καλεῖν κοινωνοὺς, καὶ παρακαλεῖν συνεφάπτεσθαι τῆς καλῆς ταύτης λειτουργίας αὐτοῖς· τοῦτο καὶ οἱ τρεῖς παῖδες πεποιήκασι, τὴν κτίσιν ἅπασαν, ἡνίκα ἦσαν ἐν τῇ καμίνῳ, πρὸς τὴν εὐφημίαν τῆς ὑπὲρ αὐτῶν εὐεργεσίας, καὶ τὴν ὑμνῳδίαν τοῦ Δεσπότου καλέσαντες. Τοῦτο καὶ οὗτος ἐνταῦθα ποιεῖ· ἑκάτερον κόσμον συμπεριλαμβάνων, τὸν ἄνω, τὸν κάτω, τὸν νοητὸν, τὸν αἰσθητόν· οὔτε γὰρ οὐκ ὄντες πρὸς

Consueverunt sancti viri, ob summam animi gratitudinem, quando gratias Deo acturi sunt, multos laudationis participes advocare, rogareque, ut pulchrum atque honestum hujuscemodi laudationis officium secum assumant : quemadmodum et tres illi sancti pueri fecerunt, cum essent in camino, universam creaturam pro collatis in se beneficiis advocantes, ut Deo benediceret. Hoc in præsentia facit etiam Propheta noster, utrumque mundum complexus, superiorem scilicet atque

[a] Num. xx, 10, 11

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

inferiorem, intellectualem et materialem, atque, ut ita dicam, sensibilem. Nam veluti per se soli, ad benedictionem et laudem divinam idonei non sint, omnia sermone suo circumeunt elementa, omnesque ad Creatoris gloriam creaturas advocant. Possumus etiam dicere quod Propheta hoc sermone aliud quoddam profundius voluit significare: docere nimirum, quod creaturarum omnium unus sit atque idem Creator, et eos reprimere, qui duos esse opifices dicebant, alterum nimirum intellectualis, alterum vero materialis creaturæ. Etenim ne ex operum diversitate varios quis opinaretur esse creatores, unum ex utroque hoc creaturarum genere chorum statuit, atque unam complicat laudationem, uni atque soli Deo.

A τὴν εὐφημίαν ἱκανοὶ, περιέρχονται τῷ λόγῳ πάντα, καλοῦντες εἰς ὑμνολογίαν τοῦ Κτίσαντος. Καὶ ἕτερον δὲ βαθύτερον ἐκ τούτων κατασκευάζει, δεικνὺς ἵνα ποιητὴν ἑκατέρας κτίσεως, καὶ σαφῶς ἐπιστομίζων τοὺς λέγοντας δύο δημιουργούς· ἕτερον μὲν τῆς νοητῆς, ἕτερον δὲ τῆς αἰσθητῆς. Ἵνα γὰρ μή τις ἐκ τῆς διαφορᾶς τῶν ἔργων διαφόρους ὑπολάβοι, ἕνα χορὸν ἵστησιν ἐξ ἁπάντων, καὶ μίαν ὑμνῳδίαν πλέκει τῷ ἑνὶ μόνῳ Θεῷ.

Vers. 1. *Laudate Dominum de cœlis, laudate eum in excelsis.* Ex cœlis quidem, hoc est, ex primo atque ex secundo cœlo, ad divinam laudem angelos vocat, et stellas, et omnia quæ in cœlis sunt: et deinde paulo post, ex terra dracones advocat, atque alia, ut in sequentibus, et demum in hominibus sermonem perficit. Puto autem idem voluisse eum significare, quando ait: *Laudate Dominum de cœlis*, quod significavit, quando dixit: *Laudate eum in excelsis.* Deinde connumerat quosnam de cœlis, aut quosnam ex excelsis partibus advocet.

Αἰνεῖτε τὸν Κύριον ἐκ τῶν οὐρανῶν, αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν τοῖς ὑψίστοις. Ἐκ μὲν τῶν οὐρανῶν, τοῦ τε πρώτου καὶ τοῦ δευτέρου, καλεῖ πρὸς αἴνεσιν τοῦ Κυρίου τοὺς ἀγγέλους, τοὺς ἀστέρας, καὶ ὅσα τὰ κατ' οὐρανούς· ἐκ δὲ τῆς γῆς προϊὼν, καλεῖ τοὺς δράκοντας, καὶ τὰ ἑφεξῆς, καὶ καταλύει τὸν λόγον εἰς τοὺς ἀνθρώπους· ταυτὸν δὲ τὸ, *ἐκ τῶν οὐρανῶν*, τῷ *ἐν τοῖς ὑψίστοις.* Εἶτα λέγει τίνας ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ ἐν τοῖς ὑψίστοις μέρεσι καλεῖ.

Vers. 2. *Laudate eum, omnes angeli ejus, laudate eum, omnes virtutes ejus.* Cumque de angelorum ordine dixerit, collectim addidit de cæteris omnibus ordinibus, Virtutes, seu potentias eos appellans. Vel per angelos et per Virtutes, universos illorum ordines significavit: alterum quidem, quia divina annuntiant mandata (angelus siquidem *nuntius* interpretatur); alterum vero, quia jussa sibi a Deo possunt perficere: *Potentes* enim, inquit, *viribus, ut faciant verbum ejus* [9].

Αἰνεῖτε αὐτὸν, πάντες οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ· αἰνεῖτε αὐτὸν, πᾶσαι αἱ δυνάμεις αὐτοῦ. Εἰπὼν περὶ τοῦ ἀγγελικοῦ τάγματος, ἐπήγαγε συλληπτικῶς καὶ περὶ τῶν λοιπῶν ταγμάτων, Δυνάμεις αὐτὰ καλέσας· ἢ τὰ ὅλα τάγματα καλεῖ Δυνάμεις καὶ ἀγγέλους· τὸ μὲν ὅτι τὰ θεῖα διαγγέλλουσι ῥήματα, τὸ δὲ ὅτι δύνανται τὰ ἐπιτατόμενα τελεῖν· *δυνατοὶ* γὰρ, φησὶν, *ἰσχύϊ, ποιοῦντες τὸν λόγον αὐτοῦ.*

Vers. 3. *Laudate eum, sol et luna, laudate eum, stellæ et lux.* Hæc secundi sunt cœli, hoc est, firmamenti. Per solem igitur lunamque, et stellas, ipsa organa intelliges, quæ lucem suscipiunt; per lucem vero, eam lucem, quæ organa illa illuminat, atque in ea divisa est. Vel, per solem, lunam et stellas, creaturas eas intelligit, quæ quarta die a Deo conditæ sunt; per lucem vero immensam illam lucem, quæ prima creationis die a Deo facta est. Verum si quæris, quomodo hæc, aut reliqua hujusmodi elementa, Deum laudatura sint, cum voce careant, cum mentem aut animum non habeant, dic, quod tres modi sunt, quibus laudari ac glorificari Deus potest: per vocem nimirum, quemadmodum Moyses fecit, simul cum sorore Maria laudans, et dicens: *Cantemus Domino, gloriose enim glorificatus est* [10]; item per aspectum, seu præsentiam, juxta illud: *Cœli enarrant gloriam Dei*, de quo diximus in psalmo XVIII; tertio per vitam et conversationem nostram, juxta quod dictum est: *Ut videant bona opera vestra, et glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est* [11]. Laudant igitur Deum ipsa etiam inanimata atque irrationalia, sua nimirum magnitudine, pulchritudine, situ, utilitate,

Αἰνεῖτε αὐτὸν, ἥλιος καὶ σελήνη· αἰνεῖτε αὐτὸν, πάντα τὰ ἄστρα καὶ τὸ φῶς. Ταῦτα τοῦ δευτέρου οὐρανοῦ, ἤτοι τοῦ στερεώματος. Ἥλιον μὲν οὖν, καὶ σελήνην, καὶ ἄστρα, τὰ φωτοδόχα τούτων ὄργανα, νοήσεις· φῶς δὲ, τὸ καταμερισθὲν εἰς αὐτά. Ἢ ταῦτα μὲν, τὰ ἐν τῇ τετάρτῃ ἡμέρᾳ κτισθέντα· φῶς δὲ, τὸ γεγονὸς ἐν τῇ πρώτῃ, τὸ ἄσχετον. Ἀλλὰ πῶς αἰνέσουσι ταῦτά τε καὶ τὰ ἑξῆς, φωνὴν οὐκ ἔχοντα, οὐ γλῶτταν, οὐ λογισμὸν, οὐ ψυχήν; Τρεῖς δὲ τρόποι δοξολογίας· διὰ φωνῆς, ὡς Μωϋσῆς ἐδόξασε μετὰ τῆς Μαρίας αἰνῶν καὶ λέγων· *Ἄσωμεν τῷ Κυρίῳ, ἐνδόξως γὰρ δεδόξασται·* ὁ δι' ὄψεως, ὡς, *Οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ*, περὶ οὗ διελάβομεν ἐν τῷ ιη' ψαλμῷ· καὶ ὁ διὰ βίου καὶ ἔργων· *Ὅπως γὰρ*, φησὶν, *ἴδωσι τὰ ἔργα ὑμῶν τὰ καλὰ, καὶ δοξάσωσι τὸν Πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς.* Αἰνεῖτε γοῦν τὸν Θεὸν, καὶ τὰ ἄλογα καὶ ἄψυχα, τῷ μεγέθει, τῷ κάλλει, τῇ θέσει, τῇ χρείᾳ, τῇ διακονίᾳ, τῇ διαμονῇ, καὶ τοῖς τοιούτοις, τὸν θεστὴν εἰς θαῦμα καὶ εὐφημίαν τοῦ πεποιηκότος ἐνάγοντα, καὶ τῇ γλώττῃ ταύτῃ πρὸς ὑμνολογίαν χρώμενα. Κατὰ γὰρ τὸν Θεολόγον Γρηγόριον, πάντα Θεὸν ὑμνεῖ καὶ δοξάζει φωναῖς ἀλαλήτοις. Ἐπὶ πᾶσι γὰρ εὐχαριστεῖται δι' ἐμοῦ Θεός· καὶ οὕτως ὁ ἐκεῖ-

[9] Psal. CII, 20. [10] Exod. XV, 1. [11] Matth. V, 16.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

νων ὕμνος ἡμέτερος γίνεται, παρ' ὧν ἐγὼ τὸ ὑμνεῖν λαμβάνω.

ministerio, perseverantia, atque aliis similibus modis : et spectatorem in admirationem, atque ad laudem Factoris movent, unde spectatoris lingua ad Dei laudem utuntur. Omnia enim, ut, inquit, Gregorius Theologus, Deum laudant, inenarrabilibusque et mutis etiam, ut ita dicam, vocibus Deum glorificant. Pro his omnibus etenim, inquit, gratiæ a me aguntur Deo : atque hoc pacto illorum laus, qua Deum laudant, mea efficitur, dum ab illis ego laudandi occasionem accipio.

Αἰνεῖτε αὐτόν, οἱ οὐρανοὶ τῶν οὐρανῶν, καὶ τὸ ὕδωρ τὸ ὑπὲρ ἄνω τῶν οὐρανῶν, αἰνεσάτωσαν τὸ ὄνομα Κυρίου. Εἴρηται διαφόρως, ὅτι ἔθος τῇ τῶν Ἑβραίων φωνῇ, τὰ ἑνικὰ πληθυντικῶς ἐκφέρειν. Οὐρανοὺς οὖν οὐρανῶν, τὸν *οὐρανὸν τοῦ οὐρανοῦ* καλεῖ· δηλαδὴ τὸν πρῶτον· ἀλλαχοῦ γάρ φησιν, *Ὁ οὐρανὸς τοῦ οὐρανοῦ τῷ Κυρίῳ*· καὶ τὸ *αἰνείτω* δὲ, καὶ τὸ *αἰνεσάτωσαν*, τοιαῦτα νῦν εἰσι πληθυντικὰ, ἀντὶ ἑνικῶν. Ὕδωρ δὲ ὑπὲρ ἄνω τοῦ οὐρανοῦ, τὸ ὑπὲρ ἄνω τοῦ στερεώματος· πῶς δὲ αἰνεῖ ὁ πρῶτος οὐρανὸς ἀθέατος ὤν, εἴρηται ἐν τῷ ιη' ψαλμῷ· ἔνθα τὸ, *Οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ*. Εἰ δ' ὁ ἀθέατος ὑμνεῖ, πρόδηλον ὅτι πολλῷ μᾶλλον ὁ θεατός.

